δυκι χαλκῷ. Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα πάχ᾽ αὐτῆς λάβοι πλείω. [92] τῶν δὲ μεταλλευτῶν τὰ μὲν ἐν τοῖς γεωφανέσιν ἔτι λοιπά, ὡς ἐν ἡ ἡμέρας, ὥσπερ ἐλέχθη, κατ᾽ ἀρχὰς ἐκ συρροῆς τινος καὶ ἐκκρίσεως γίνεται, καθαρωτέρας καὶ ὁμαλωτέρας τῶν ἄλλων. [93] χρῶνται δ᾽ πρὸς ἰατρεῖα λαμβάνουσιν. καὶ διὰ τοῦτο τῶν † ἀφὰ τὴν τῶν ποιούντων διαφορὰν, ἐξ ὧν τὰς μὲν μελανιτῶντες, τὰς δὲ τήκοντες καὶ τείβοντες, σκευωρῶσι τὰς λίθους τὰς ἐκ τῆς Ἀσίας ταύτας ἀγομένας. [94] αἱ δ᾽ αὐθφυεῖς καὶ ἅμα τῶν πρὸς ἰατρῶν ἐπίσημον ἔχουσαι, χρόαν εἰσὶν ἡ τέτταρες, ἥτε μιλιάς, καὶ ἡ μιμφλία, καὶ ἡ σαμία, καὶ ἡ Τυμφαϊκὴ καὶ τετάρτη παρὰ ταύτας ἡ γύψος. [95] χρῶνται δ᾽ οἱ γραφῆς τῇ μιλιᾷ δὴ μόνῃ, τῇ σαμίᾳ δ᾽ οὔ, καίτοι ὑγιῆ καλῇ, ἀφ᾽ ὧν λίπος ἔχειν καὶ πυκνότητα καὶ λειότητα. [96] ὧν γὰρ ἀραιὸν ἄπορον καὶ τραχῶδες καὶ ἀλιπὲς ὅπερ τῆς γραφῆς ἁρμόττει μᾶλλον. [97] ὅπερ ἡ μιλιὰς ἔχει τῶν φαρμακῶν. εἰσὶ καὶ ἐν τῇ μήλῳ καὶ ἐν τῇ σαμίᾳ διαφοραὶ τῆς γῆς πλείους. [98] ὀρύττονται μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὀρθὸν εἰπεῖν ἐν τοῖς ἐν σάμῳ. ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον ἢ ὕπτιον, ἢ πλάγιον. ἡ δὲ φλὲψ, ὅπερ πολὺ διαλείπει· ὃ μὲν ὕψος ἡλίκη δίπους, ὃ δὲ βάθος πολλῷ μείζων· ἐφ᾽ ἑκάτερα δ᾽ αὐτῆς λίθοι παρέχουσιν ἐξ ὧν ἐξαιροῦσι. διαφυὴν ἔχει διὰ μέσου, καὶ ἡ διαφυὴ βελτίων ὅσῳ τῶν ἔξω. καὶ πάλιν ἑτέραν αὐτῆς καὶ ἑτέραν † ἄχρι τετάρων ἐστίν. ἡ ἑκάτη καλεῖται ἀσήρ. [99] χρῶνται δὲ τῇ γῇ πρὸς τὰ ἱμάτια [μάλιστα, ἢ μόνον· χρῶνται δὲ τῇ Τυμφαϊκῇ πρὸς τὰ ἱμάτια,] καὶ καλοῦσι γύψον· οἱ περὶ τὲ Ἄθων καὶ τοὺς τόπους ἐκείνους. ἡ δὲ γύψος γίνεται πλείστη μὲν ἐν κύπρῳ καὶ βελτίστη. [100] μικρὸν γὰρ ἀφαιροῦσι τῆς γῆς ὀρύττοντες. ἐν Φοινίκῃ δὲ καὶ ἐν συρίᾳ καίοντες τοὺς λίθους ποιοῦσιν· ἔπεφται δ᾽ ἐν θουρίοις. καὶ γὰρ ἐκεῖ γίνεται πολλή. [101] τρίτη δ᾽ ἡ περὶ Τυμφαίαν καὶ περαιβίαν, καὶ κατ᾽ ἄλλους τόπους· ἡ δὲ φύσις αὐτῶν ἰδία· λιθωδεστέρα γὰρ μᾶλλόν ἐστιν ἢ γεώδης· ὁ δὲ λίθος, ἐμφερὴς τῷ ἀλαβαστρίτῃ· μέγας δ᾽ οὐ τέμνεται, ἀλλὰ χαλικώδης. [102] ἡ δὲ γλισχρότης καὶ θερμότης ὅταν ἐρεχθῇ, θαυμαστὴ χρῶνται γὰρ πρὸς τὰ οἰκοδομήματα τοῦτον τὸν λίθον μείγνυντες. καίτοι ἄλλο βάλλονται τοιοῦτο κολλῆσαι. κόψαντες δὲ, καὶ ὕδωρ ἐπιχέοντες, παραχρῆμα χρῶνται ξύλοις.

æneo teratur vase, æreo etiam pistillo. atque horum plura fortasse alia sumat aliquis. [92] mox ex fossilibus restant ad huc insignes terræ, quarum generatio, vt initio diximus, ex affluxu aliquo, & percolatione fit puriori, & æquabiliori, quàm alia. [93] accipiunt verò colores varios tum propter efficientium, tum etiam propter subiectorum differentiam. Harum itaque alias molliunt, alias liquant, & terunt, & inde componunt massas, quas ad nos ex Asia deferunt. [94] ex Natiuis verò, & iis, quæ propter præstantiam vsui sunt, tres fere aut quatuor numerantur. Melina scilicet, cimolia, samia, & Tymphaica, vel gypsum præter has quarto loco. [95] vtuntur ex his pictores melina tantùm. samiam autem quàmuis pulchram, quòd pinguis, densa leuisq; sit, non vsurpant. [96] Nam rarum, asperum, & macrum cõueniẽtius picturæ est, [97] quod habet melina, quæ in pharide foditur: quamquàm tùm in Samo, tùm etiam in Melo sunt plures terrarum differentiæ. [98] sanè fossor in metallis Samiis nõ potest rectus stare, sed aut supinus, aut ad latus. Vena quippe ad longum extenditur altitudine bipedali, latitudine multo maiori. Vtrinque verò saxis obsepitur, ex quibus secernitur. est in media parte venula melior illâ, quæ extra est, rursus altera, deinde quarta sibi inuicem oppositæ, extrema est, quæ dicitur Aster. [99] vsus eius præcipuus in vestibus. vtuntur & in vestibus Tymphaica. vocant hanc gypsum, qui Tympheam, & ea loca habitãt. gypsum verò multum, & præstantissimum in Cypro gignitur. [100] parùm enim terræ fossores cauant, dum scrutantur. in Phœnicia, & Syria coquunt ex lapide, mox in Thuriis, nam & ibi multum fit. [101] tertium est Tymphææ, & in perrhæbis, aliisque locis. horum natura præcipua. Nam lapidosa potius est, quàm terrena. lapis autem Alabastritæ similis, neq; is magnus cæditur, sed frustatim. [102] mira eius visciditas, & calor, quãdo iam madefactus sit. vtuntur enim in ædificiis hoc lapide aquâ consperso, & si quid velint aliud glutinare. terunt etiam, & aquâ affusâ lignis commiscent: manibus enim propter eius calorẽ nequeunt. madefaciunt porrò statim ad vsum;

Digitized by Google

[103] si paulò ante, celeriter coit, nec licet statim dispescere. [104] commendatur & eius vis, quando parietes vitiantur, & rimas faciunt. [105] sæpè etiam cùm aliæ in ædificiis partes ceciderunt, aliæ suspensæ sunt, nec tenentes inuicem. potest autem exceptum iterum, atque iterum decoqui, & vtile reddi. atque in Cypro quidem & Phœnicia in his rebus præcipue vtuntur Gypso. [106] in Italia verò vtuntur & in condiendo vino, & pictores in quibusdam, quæ ad artem faciunt: fullones etiam inspergendis vestibus. [107] præstare videtur aliis in simulachris, & sigillis: & ita vtuntur & in Græcia potissimum propter lentitudinem & leuorem. Gypsi sane vis in his, atq; in talibus consistit. [108] eius verò natura videtur calcis, & terræ simul & calorem, & lentorem habere, sed vtraque præstare. est enim calce calidius, terra autem longe lentius. quod enim igneum sit, vel inde manifestum est, [109] iam enim vestiaria Nauis madefactis vestibus igne cõcepto incendio absumpta est. [110] coquũt & in Phœnicia & in Syria in fornacibus conditum, præsertim marmorosum, & simplex, solidissimum construentes, quòd & magis, & citius cõburatur. videtur enim calidissimum esse coctum, & diutissimè permanere. Hoc cum excoctum sit, terunt veluti cinerem. atque ex hoc manifestum esse videatur ortum eius omnino igneum existere.

τῇ χρείᾳ γὰρ οὐ δύναται, ἀφ' τῶν θερμότητα. [103] βρέχοισι δὲ τὰ ἀγαλλήματα τοὺς τῶν χρείαν, ἐὰν μικρὸν τοῦτο ταχὺ πήγνυται. καὶ οὐκ ἔστι διελθεῖν ἅμα. [104] ἔστι δὲ καὶ ἰχώς. ὅτε γὰρ οἱ τοῖχοι ῥήγνυνται καὶ ἀφθείρονται· ἢ ὁ ἄμμος αἴνησι. [105] πολλάκις ὁ καὶ τὰ μὲν πέπωκε καὶ ὑφῆρται· τὰ δ' ἄνω κρεμάμενα καὶ συνεχόμενα τῇ κολλήσει, δύναται δὲ καὶ ὑφαιρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν ὀπτᾶσθαι καὶ γίνεσθαι χρησίμη· τοῖς μὲν οὖν κύπρον καὶ φοινίκῃ εἰς ταῦτα μάλιστα. [106] τοῖς δὲ ἰταλίαν καὶ εἰς ὃν οἰκεῖον· καὶ οἱ γραφεῖς ἔνια τῶν κατὰ τὸν τέχνην. ἔτι δ' οἱ κναφεῖς ἐμπάττοντες εἰς τὰ ἱμάτια. [107] διαφέρειν ὁ δοκεῖ καὶ τοῖς τὰ ἀπομάγματα πολὺ τῶν ἄλλων. εἰς ὃ καὶ χρῶνται μᾶλλον, καὶ μάλιστ' οἱ τοῖς τῶν ἑλλάδα· γλισχρότητι καὶ λειότητι.

Ἡ μὲν δύναμις ἐν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις· [108] ἡ δὲ φύσις ἔοικεν ἀμφοτέρα πῶς ἔχειν, καὶ κατὰ τῆς κονίας, καὶ τὰ τῆς γῆς θερμότητα καὶ γλισχρότητα. μᾶλλον ὁ ἑκατέρας ὑπερεχούσας. θερμοτέρα γὰρ τῆς κονίας, γλισχροτέρα δὲ πολὺ τῆς γῆς· ὅτι δ' ἔμπυρος, κἀκεῖθεν φανερόν. [109] ἤδη γάρ τις ναῦς ἱματηνὸς, βρεχθέντων ἱματίων, ὡς ἐπυρώθησαν, συγκατεκαύθη καὶ αὐτή. [110] καίουσι δὲ καὶ ἐν φοινίκῃ καὶ ἐν συρίᾳ, καμινεύοντες αὐτὸν καὶ κόπτοντες· κόπτουσι δὲ μάλιστα τοὺς μαρμάρους καὶ ἁπλουστέρους. στερεωτάτους μὲν γὰρ πλίνθοντες †

ἀφ' τὸ ταχὺ καίεσθαι καὶ μᾶλλον· δοκεῖ γὰρ θερμότατον εἶναι πυρωθὲν, καὶ πλεῖστον χρόνον ἀφαμμόν. ὀπήσαντες δὲ κόπτουσιν ὥσπερ τὴν κονίαν. ἐν τούτῳ δ' ἂν δοξειεν εἶναι φανερὸν ὅτι πυρώδης τις ἡ γένεσις αὐτῆ ὅλον ἐστίν.

NOBI-

NOBILISSIMO ET PER-
ILLVSTRI VIRO IOAN.
VINCENTIO PINELLO.

COmmentarios meos & emendationes in Librum Theophrasti de lapidibus tibi offero, dicoque, Pinelle Nobilissime, ac doctissime, debui autem non vno nomine. Nã cum summa me beneuolentia prosequaris, soleasque, meas, vt ait ille, nugas aliquid existimare, idẽ autem in omni doctrinarum genere eruditissimus sis, nihil nõ noueris, quod ad naturæ historiã, græca, latinaq; linguæ reconditã, & exquisitam cognitionẽ Philosophiæ, Medicinæ, Mathescos, postremo disciplinarum omnium & artium absolutissimum orbem pertinere videatur, profectò & ingratus habear, & ignarus, si te vnum vere non eligam, cui donem fœtus hos meos, quos tuo iure postulare potes, & mecum agere. Nam cum Theophrasti opuscula omnia in latinum conuersa, commentariisque, & emendationibus aucta amicorum præcipuis donare statuerim, inter illos autem, & optimum, & præcipuum locum habeas, cui omni officiorum genere adstrictissimum me esse, & agnosco, & fateor, iure videor eligisse libellum eximium, quem tui iuris omnino facerem. ad illius autem editionem, cum me docti aliquot viri iam pridem fuerint adhortati, ita in tua familia transiturum illum existimo, vt non illi modo lucem tuo nomine, sed & à malevolis præbeas securitatem. tanta enim & apud Italos, & apud exteros omnes de te est opinio Io. Vincenti, vt quod tibi placeat nemini acceptum non sit. maximum tibi in litteris iudicium est, summa omnigenaq; eruditio, singularis in disputando subtilitas, & facundia, promptissimum memoriæ penu, imo Thesaurus; nullus te latet liber, nulla pagina. quantus autem es in græcis litteris, quantus in latinis, in omni antiquitate, in Poesi, in Dialecticis, in Rhetoricis, in Philosophia, in sacris litteris? si igitur vina Libero, frumenta Cereri, postremo sua cuique Diuorum dabat Antiquitas, cur tibi non debentur ea, quæ quocunque modo ad litteras pertinent? hoc certe nomine vel si nulla mihi tecum esset necessitudo, libellum hunc tanquam debitum ad te mitterem. Nunc autem in tanta mea erga te obseruantia, in tot amicitiæ officiis, imo vinculis nolui committere, vt non tu modo, qui summa humanitate, ac modestia præditus es, sed quilibet alius me & insciti æ insimularet & ingrati animi. verum quando satis de his dictum est. venio ad commentarium, inter illa, quæ desiderant studiosi Philosophiæ à fonte ingeniorum Aristotele, sunt sine dubio τὰ μεταλειμμενα, quod libri in quibus de his egit, temporum iniuria perierunt. bene autem cum iis ageretur, si extarent saltem Theophrasti libri, quos de hoc eodem argumento scripserat. fuit enim hic vt Scholæ ita & Doctrinæ successor, & eosdem Philosophiæ locos diligentissime pertractauit. peruenit tamen ad nos liber hic de lapidibus, in quo non de lapidibus modo, verum etiam de terrarum insignium generibus, fossilibusque plurimis disputat, mirum autem quàm lacer, quam mutilus, quàm mendosus. Hunc cum innumeris maculis partim collatione aliorũ locorũ, partim ipsius Plinii, partim coniectura perpurgassem, scholiis etiam ornare volui, tum vt difficiliores locos declararem, tum etiam vt emendationum rationem redderem. Scio autem ita me plura menda sustulisse vt innumera fortasse reliqua sint. (nolo autem de Adriani Turnebi viri sine controuersia Doctissimi laude, quidquam detractum sit, qui locos aliquos felicissime restituit) & tamen quando in hanc segetem, ne sentice nin dicam, sarculum immisimus, non deerunt eruditi aliqui, qui adhuc runcabunt, si quid spinarum me latuit. Verum cum metallorum, & lapidum reliquorumque fossilium ortus, & causæ maximas habeant controuersias, nec desint, qui maximum Philosophorum Aristotelem damnent, quod de iis improbabilia litteris tradidit, laudent autem Theophrastum in nonnullis, damnent tamen & illum in plurimis, putent verò inter hos ne minimum quidem de causis, & generatione metallorum, ac lapidum conuenire. id vnum præcipuè facere studui, vt & conuenire philosophis demonstrarem, & optimè de metallis, quemadmodum & de aliis naturæ rebus & sensisse illos, & scripsisse declararem. res quidem non adeò in promptu erat, quod varios locos opus erat colligere, conferre, perpendere, nonnunquàm & Diuinum Platonem tanquam in subsidium accersere: conatus tamen sum præstare, quod nemo voluit ante hac. potuisse enim multos certum est.

Digitized by Google

atque fortaſſe videbor nonnullis attuliſſe ἀδόλεσχα. ſed legant illi attento, & ſedato animo, reperient enim me & probabiliter loquutum, & ex medio fortaſſe peripato. ſic damnare deſinent Ariſtotelem, ſic ab illo aliena non docere Theophraſtum iudicabunt, ſic Alberti non magni facient rationes, & Georgium Agricolam, qui in hoc argumento declarando præclarè ſe geſſit, ſi non in aliis, in interpretandis tamen horum philoſophorum ſententiis deprehendent hallucinari. In emendandis autem corruptis deprauatiſque vocibus, cum nullius manuſcripti, aut alioquin incorrupti codicis mihi aut eſſet, aut ſperari poſſet auxilium, ita verſari volui in critice, vt ſummam cautionem, & animaduerſionem omnes adhibuiſſe me facile videant, ſi tamen & coniectura me fefellit, & iudicium in nonnullis, vt lubenter ab eruditis peto veniam, ita lubentiſſime doceri velim, quæ animaduertiſſe nequii. Homo enim cum ſim facilime erraſſe potui, & humanæ infirmitatis non eſſem conſcius, ſi veniam recuſem deprecari. id quod non in emendationibus tantùm, verùm & in declarationibus, atque adeò in ipſa verſione dictum velim. Nam in iis philoſophi verba breuiter explanare ſtudui, & ſi quid erat obſcurius, aut quod non eſset omnibus obuium diligenter aperire. in hac vero neque verba fidiſſime ſequutus ſum, neque neglexi, quod plurimi faciunt. Nam ita ſententiam expreſsiſſe arbitror, vt verborum, quod in artibus, atque ſcientiis maximè neceſſarium eſt, ſumma mihi ratio habita ſit. hæc an præſtiterim neſcio, certe præſtare maximo ſtudio conatus ſum. Tu vero Pinelle Doctiſſime ea qua me proſequeris benenolentia, librum excipe, quem ſub tui nominis Auſpiciis publicare volui, & me qui te viginti iam annos patronum habeo, tuere, ac dilige, Vale.

IN THEOPHRASTI LIBRVM DE LAPIDIBVS SCHOLIA ET EMENdationes DANIELIS FVRLANI.

LIBELLVS hic Theophraſti de lapidibus inſcribitur. eſtque ex eorum librorum numero, qui non certo quodam ordine, vt cum aliis coniungantur, editi ſunt, quales ſunt illi, in quibus naturalium rerum cauſæ, atque principia pertractantur: ſed qui per ſe ſoli atque priuatim editi ſunt. ex quorum numero præter alios, qui temporum iniuriâ perierunt, ſunt & reliqui omnes libelli, quos habemus huius Auctoris. pertinet autem ad eam phyſices partem, quæ metallorum ac foſſilium naturam contemplatur. de quibus cum nulla fere extent veterum peripateticorum monumenta, perierintque tam duo Ariſtotelis de metallis commentarii, quàm etiam huius noſtri liber περὶ τῶν μεταλλευτῶν, & duo περὶ τῶν λιθουμένων. hoc eſt de iis, quæ in lapidem commutantur; item alter de ſale, nitro, & alumine, hic tamen vnus à tot fortunæ naufragiis ſeruatus eſt. atque ille adeò corruptus, adeò pleriſque locis deprauatus, vt hactenus deploratæ fortaſſe ſalutis exiſtimatus, à nemine fuerit vel in latinum conuerſus, vel commentariis aut emendationibus illuſtratus. atque vtinam Adrianus Tirenebus vir ætatis noſtræ doctiſſimus diutius viuere potuiſſet. Certè enim haberemus omnia Theophraſti opuſcula, & græca longè quàm antea meliora, & latina quàm elegantiſſima: qualia edidit de igne, & de odoribus, quale etiam hoc noſtrum parabat edere, niſi morte fuiſſet præuentus. edita tamen eodem Auctore eſt ſuperioribus annis non inelegans tralatio, ſed cui ſanè abſolutæ perfectionis manus deeſſe facile videatur. quòd ſi non contigit nobis dum hunc auctorem latinè redderemus aliquod ex veteribus exemplaribus auxilium: ſi continuè in deprauatiſſimis locis coniecturis opus fuit, quæ haud neſcio quam incertæ ſint, non tamen committere volui, vt diuinum hoc opus, ſi per me fieri poſſet, iaceret in tenebris. Cuius eandem fortunam experientur libelli alii. verum cum præter verſionem addere etiam ſcholia & emendationes viſum ſit, antequam ad Auctoris difficiliores locos veniam, præfari operæprecium eſt, quæ non modo huic libello, verùm etiam aliis lucem aliquâ ſint allatura. Naturalis philoſophia omnia, quæ natura conſtant, quæque intimum habent motus, & mutationis principium contemplatur, eorumque cauſas quærit, & explicat. Res autem naturales duplices ſunt; nam aut eiuſmodi, vt cum à propriis principiis, & cauſis ortæ ſint, ſint tamen & ipſæ aliarum cauſæ; aut tales, vt effectæ quidem ab aliis ac genitæ, nullarum inferiorum rerum cauſæ ſint. in prima differentia ſunt prima corpora, diuinum ſcilicet ſiue cæleſte, & quæ dicuntur elementa, quæ cum propriis conſtent principiis, à certis etiam effecta cauſis, ſunt tamen cauſæ & materiales, & efficientes corporum inferiorum. in altera autem ſunt animalia, plantæ, metalla, foſſilia. quæ cum ex elementis conſtent. gignuntur enim ex iis commiſtis, & temperatis, fiuntque à cæleſtis corporis viribus, aliorum tamen cauſæ non ſunt. nihil enim poſt hęc in rerum vniuerſitate reperitur. neque in præſentia nego Animal Animal edere, & plantam plantam,

Digitized by Google

tam, vt ait Aristoteles, sed alia sententia nego plantas ac animalia aliarum rerum esse causas. Cum igitur hæc ita sint in superioribus iis explicandis, quòd nondum ad multitudinem ac infinitatem deuentum est, satis est explicare causas afferre principia, ex quibus eorum naturam, & affectiones explicatas habeamus. in his autem declarandis quòd ex varietate ac multitudine turbari posset scientiæ certitudo, opus est prius accurata narratione, quæ dicitur historia, vt cum earum rerum habuerimus partes, differẽtias, ortus, affectiones, alia postea nobiliori ratione causas perueſtigemus. hanc rationem in particulari philosophia explicanda sequuti sunt duo illa veteris sapientiæ lumina Aristoteles, & Theophrastus, alter in libris de Animalibus, & alter in libris de stirpibus, eandem etiam in metallis ac fossilibus declarandis secutos esse credibile. ex illius autem argumenti libris hunc esse Theophrasti librum consentaneum est, in quo Lapidum facultates, genera, differentiæ, nec non terrarum aliquot, atque aliorum fossilium, sine vllis redditis causis declarantur, nisi quòd initio huius libelli breuissimis verbis significat potius quàm explicat ortus metallorum ac fossilium aliorum causam. & tamen cum innumera sint effecta, in hoc vario, & penè infinito scriptionis argumento, dubium non est, opus esse multis, ac variis de illorum causis disputationibus. Hanc quidem philosophiæ partem cum à veteribus iis non habeamus explicatam, habuimus tamen patrum memoriâ à Georgio Agricola viro sanè, & diligentissimo & doctissimo, qui cum præclaros de hoc eodem argumento ediderit commentarios, tamen in iis disponendis nescio quo vsus consilio historiam causarum explicationi postposuit. Cùm tamen & maiorum illorum philosophorum scriptiones potuerint admonere, & ratio in promptu sit prius esse oportere τὸ ὅτι, sequi autem τὸ διότι. vt habemus in Analyticis. Cum itaque hic Theophrasti liber historicus sit, alii tamen singulares libri sunt ἀποδεικτικοί, seu θεωρηματικοί in iis enim priuatim nonnullarum rerum naturalium affectionumque explicantur causæ, vt in libro de igne, in libro de odoribus, in eo, qui de Ventis inscribitur. præterea in libellis de vertigine, lassitudine, sudoribus. excipiendus fortasse videatur liber de piscibus vulgo inscriptus, inscribendus tamen de piscibus in sicco de gentibus, in quo tamen vt aliquæ afferantur rationes, posita est admirabilium nonnullorum narratio. Cum autem magna pars eorum quæ in aliquibus Theophrasti libris, in Aristotelicis problematum sectionibus iisdem etiam plerumque verbis reperiantur, hæsitarunt nonnulli docti homines an ea problemata qualia sunt, ab Aristotele sint edita, an potius à studioso aliquo ex eius & Theophrasti operibus concinnata. Certè enim multa quæ in naturalibus problematis & encycliis dixisse memoriæ prodidit, in his nostris non reperiuntur. Sed hæc quæremus aliâs. Nunc ad ipsa Theophrasti verba transeamus.

Τῶν δὲ τῇ γῇ συνισταμένων τὰ μὲν ἐστὶν ὕδατος τὰ δ' ἐκ γῆς, ὕδατος μὲν τὰ μεταλλευόμενα.

Eorum, quæ in terra concrescunt, alia ex aqua sunt, alia ex terra, ac metallum.

De lapidum, & metallorum aliorumque fossilium ortu, & causis, breuissimis verbis pauca potius attingit, quàm explicat. Verùm cùm in naturæ rerum cognitione locus hic pluribus sit quæstionibus inuolutus: quandoquidem Aristoteles aut nihil, aut omnino parum, atq; illud obscurissimè in tertio Meteorolo. declarauit: Theophr. verò præceptoris quidem dogmata sequutus est, sed perobscure suam & ille sententiam aperuit: posteriores verò peripatetici præsertimque Arabes nihil memoriæ prodiderunt, quod veteris philosophiæ veritatem & ἀκρίβειαν imitetur: conabor ego pro virium tenuitate summorum philosophorum aperire sententiam, & quæ illorũ videntur dogmatis veritatem eleuare, refellere ac cõfutare. vt igitur ab Aristo. incipiã, ille in extremo tertio meteorologic. post explicata omnia, quæ quòd in sublimi aeris regione fiunt, à græcis dicuntur μετέωρα, quòd ex eadem materia non modo quæ in sublimi fiunt, sed etiam subterranea mista videntur constare: idcirco breuissimè ait duo ex duplici exhalatione fieri sub terra corporum genera, altera quæ vocant ὀρυκτὰ, altera, quæ μεταλλευτὰ. à sicca enim exhalatione igneſcente fossilia fieri, qualia sunt lapides, qui liquefieri nequeunt, sandaracha, ochra, rubrica, sulphur, & quæ huiusce generis sunt. horum autem plura esse cinerem coloratum, nonnulla lapidem ex huius generis concretione compositum. ab humida autem exhalatione in lapidibus ac saxis à siccitate compressa, & concreta, quemadmodum in sublimi aëris regione fit ros, & pruina, ita in terræ cauernis metalla fieri, & quæ funduntur, & quæ ducuntur. Theophrastus verò initio huius libelli fossilia omnia (sic dicimus in præsentia mista omnia subterranea) in duo & ipse partitur genera. alterum autem esse metalla, alterum lapides, & insigneis terras. in terrarum autem genere comprehendit cuiusuis generis fossilia, qualia sulphur, bitumen, sandaracha, Auripigmentum, chrysocolla, & quæcunque alia sunt. quo autem modo Aristot. metalla ab humido halitu conflari censet, eodem hic modo ex aqua concrescere; vtque ille lapides non liquescentes, & reliqua fossilia ex halitu sicco atque terrestri, sic hic ex terra constare. atque cùm videantur maximi hi Auctores non leuiter dissidere, videndum est, non modo an inter se concordes sint, verum etiam an à magistro Platone non aliena doceant. Primùm autem vt disputatio nostra via & ratione instituatur de lapidibus agemus, quo loco post maximorum philosophorum sententiam explanatam, declarabimus an ex eadem materiâ constent omnes lapides, tàm scilicet qui liquefiunt quàm qui liquari non possunt. & an eadem materia sit lapidum non liquescentium, & cæterorum fossilium, eademque efficiendi vis, & causa, rectèque an perperam fecerit Aristoteles, qui subterranea mista omnia in duo genera partitus est, à quo neque hic noster videtur dissentire. de lapidum itaque materia quæ nam Aristotelis sententia sit ex superioribus verbis habetur. hoc est illorũ esse materiam siccam exhalationem accensam. quę sententia cum nonnullis omnino ab-

Digitized by Google

ſurda, & ab omni ratione aliena viſa ſit, propterea conati ſunt oſtendere duas exhalationes in Meteoris adeò decantatas non fuiſſe propoſitas vt materiam, verùm potius vt effectrices cauſas. id quod ex ipſis verbis nituntur oſtendere. ait. n. efficit autem foſſilia exhalatio ſicca accenſa. & rurſus. facit autem hæc omnia vaporoſa exhalatio. verum ſi quis attentè mentem Ariſto. inſpiciat, & verba omnia rectè perpendat, ſine vlla dubitatione facilè ſibi perſuadeat exhalationes vt ſubiectas materias fuiſſe poſitas, non autem vt effectrices cauſas. id quod non eſt, quòd longioribus verbis proſequi ſtudeamus, & alioquin politiores omnes interpretes græci, & quicunque alii noluerunt ex latinis. delitare locum illum hâc ſententiâ interpretati ſunt. profectò non auſum negare Ariſtotelis ſententiam non adeò penitiori mentis acie examinatam plurimis eſſe difficultatibus inuolutam, à quibus cum ſe ſe nequirent nonnulli docti homines expedire à præceptore facilè deſciuerunt. inter hos autem exiſtimatur eſſe Theophraſtus. eſt autem ſine dubio Auicenna, Albertus Magnus, Georgius Agricola, cuius vnius (quandoquidem alii ſatis habuerunt tantùm deſciſcere,) argumenta contra ſententiam propoſitam hæc ſunt. primum enim ſi ab exhalatione ficta lapides fierent, facilè & ſine negotio frangi potuiſſe, vt qui ſine vllo humore concreti ſint. neque etiam potuiſſe coagmentari ac fieri quales ſunt: Cum ſicca tantum exhalatio eorum materia ſit. deinde crebrius in ſupera regione fieri debuiſſe, quàm, &c. intra terræmotum enim, & conuerſionem aſtrorum concitatiorem, citius exhalationem accendere, & ſi non aliàs, ſaltem dum cometæ, aliæque igneæ (vt vocant) impreſſiones fierent, oportuiſſe ſemper lapides aut terram decidere, id quod nunquam tradidiſſe Ariſtot. qui potius lapidem in Ægoſpotamo à cælo delapſum affirmauit ventorum vi in aerem ſublatum eſſe, atque inde in terram decidiſſe, & tamen ſi etiam vt putauit Auicenna in aere lapides fiunt, nihil prohibere eorum materiam ventorum impetu è terra in ſublimem aerem ferri, illam autem eſſe nõ exhalationem, ſed eandem illam, quæ etiam intra terram eſt. quòd ſi quis Ariſtotelis ſententiam tueri velit argumento ſumpto à fornacibus æratiis, in quibus ſit pompholix, ſpodium, cadmia; tamen neque hoc efficere vt vera ſit. quandoquidem ſubterraneum calorem non adeò vehementem eſſe, quemadmodum metallicarum fornacum eſt. hunc enim vehementer vrere. neque fumo facere cadmiam, aut ſpodium, ſed nimio feruore ſurſum ferre æris ipſius partem aliquam, exindeque metallica illa fieri: ſubterraneum verò calorem moderatum eſſe, qualis eſt animantibus innatus calor, auctoremque permiſtionis eſſe rerum vel maximè qualitatibus diuerſarum. Hæc Agricola. ſed quæ non magni ſunt momenti (vt opinor.) falſus autem eſt doctus vir, quòd putauit Ariſtotelem lapidum materiam ponere exhalationem illam ſiccam, ac fumidam ſine vlla vaporis permiſtione. id quod ſi ita eſſet, haud dubiè ſi quid ex eo halitu concreſceret, aridum eſſet atque friabile. verùm res non ita habet. Sciendum enim ab Ariſtotele non omnem exhalationem ſine diſcrimine materiam foſſilium ſtatui, verùm craſſiſſimam, & vt græce dicam πωδεστάτην, ac maxime terrenam, neque ita ſimpliciter ſed accẽſam & ignitam. Nã ſi omnis exhalatio eſſet lapidum foſſiliumue reliquorum materia, nullus eſſet locus, in quo non eſſent lapides, aut foſſilia, quando nulla eſt terra, quæ Solis radiis cõcalefacta in cauernis ſuis ac meatibus non exhalet. nunc autem hoc non videtur, fiunt enim tam lapides, quàm foſſilia reliqua vbi & igneus calor eſt, & vbi craſſiſſima illa ac terreſtris exhalatio, neque tamen ſine vlla humoris humidæue expirationis commiſtione: Nihil enim poteſt ſiccum ſine humido coagmentari, atque concreſcere, quamquam ſicca terrenaque ſubſtantia maiori copia ſit, ac mole. hæc cum ita ſint, facilè quæ obiicit Agricola refelluntur. nam ideo non conteruntur aut friantur lapides, quòd humidum permiſtum habeat; nunquam enim fit vt altera ab altera, exhalatio omnino ſeparata ſit, vt non ſemel Ariſtoteles in meteoris declarauit. Craſſa itaq; exhalatio ac terreſtris humidæ permiſta ſi igneo calore vratur, dubium non eſt, quin lapidem faciat qui friari non poteſt, quòd humidum cum ſicco commiſtum igne excoctum eſt, vt in lateribus fieri conſpicimus. in aeris autem regione ſupera non fiunt lapides, quòd licet ibi ignis elementum ſit, & cæleſtium corporum concitata conuerſio, à qua facilè ſuccendi poſſit exhalatio, non tamen talis materia, quæ poſſit lapides facere. opus enim eſt craſsâ atque terrena materia, quæ poſſit in lapidem coagmentari, quæ ſine dubio in aere eſſe nequit. in ſuperam enim illam regionem fertur calore ſolis exhalatio, quæ licet fumida ſit, & aliquid habeat terrenæ qualitatis, tenuis tamen eſt, & ſolis calidæq; illius regionis viribus diſiicitur ac tenuatur longè magis, vt ſuccendi quidem poſſit, & cometas parere, trabes ignitas, ſtellas diſcurrentes, fulgura, & alia huiuſce generis, non autem lapidum genera. quocirca haud iniuria negauit Ariſtoteles lapidem in Ægoſpotamon ſua tempeſtate delapſum in ſupera regione ortum eſſe. porrò quod exemplum ex metallicis fornacibus ſumptum putauit Agricola ſuæ obiectioni nihil officere, adeò contra illum eſt, vt vel hoc ſolo, quæcunq; obiicit in Ariſtotelis ſententiam, facilè diluantur; nam quemadmodum in fornacibus æratiis, quòd fumus craſſiſſimus exhalat, quodque fauilla plurimum habet ex iis, quæ in fornacibus incoquuntur, in fornice, in parietibus, in pauimento etiam ipſo, ex ipſo fumo ac fauilla cõcreſcit põpholix, cadmia, ac ſpodiũ, ita etiam in ſubterraneis exhalationibus, quæ plurimum à calefacta terra, ſed & à ſubterraneis ignibus eleuantur. mirum non eſt, ſi cum illæ craſſiſſimæ ſint, plurimumq; illius terræ contineat, quæ caleſcit, ac penè coquitur, in anguſtiſſimis etiam locis concluſæ, vt minimùm poſſint expirare, multorum generum pro ſubiecta materia foſſilia faciant, qualia lapides multorum generum inſignes terræ & quæcunque alia è terræ viſceribus præter metalla eruuntur. atqui negat Agricola intra terram adeò vehementem calorem eſſe. licet enim alicubi, vbi ignis fomites, atq; alimenta ſunt, ſulphur, & bitumen, incendia

dia maxima sint, subterraneiq; ignes mira videantur effecta parere: dicat tamen ille paucissimis hæc in locis esse: contra verò fossilia & ex his præsertim lapides nusq; penè non esse, nusquā occurrere. Sanè temerariū sit negare incendia atque ignes subterraneos non vbiq; esse, hoc. n. perspicuū omnibus est: cum pauca loca à veteribus tradita sint, & à nobis pauciora obseruata, in quibus erumpant incendia. verùm animaduertere oportet in terræ cauernis, atq; angustiis, licet non vbique ignes sint, tamē sublatas à terra solis calore calefacta exhalationes in arctissimis locis conclusas adeò recalescere, vt ideo ab his terra calefacta magis, callidiores fumidioresq; atq; adeò crassiores edat halitus, qui tùm crassitie tum calore continuè magis aucti, tandem fossilium materia sunt. haud aliter atque in animantibus accidit, & in homine ipso. nam corporis fuliginosa recrementa si liberiores meatus non habeant, per quos transpirent, intra corpus concluſa calidiora subinde reddita, febrium inflammationumq; causæ sunt putrescentibus humoribus, natiuoq; calore in febrilem, atque alienum à naturæ salute conuerso. quod si innatus animantium calor se perspirare non potest, & quæ ex alimentis tenuia habet recrementa, per corporis meatus secernere, magna patitur incendia, cuius generis sunt febres ardentes, viscerumque internæ inflammationes: quid mirum si idem in terræ cauernis fiat, vbi & maius expirationis à locorum angustia impedimentum, continueque à solis radiis calor suggeritur, materiaq; subest, quæ facilè concalescit, atque succenditur? neque tamen vbique has esse exhalationes dicimus, nam vbique fossilia fierent, quod supra dicebamus, sed vbi materia est, quæ facilius calefit, vbi angustiora & cauernosa loca, & solis calor magis penetrat, atq; efficacior est. ne igitur miretur quispiam adeò crassas in terræ cauernis exhalationes adeoque feruidas fieri, vt ex his plurimorum generum fiant fossilia, quemadmodum in ærariis fornacibus, à fumo atque fauilla, cadmia fit atque pomphoIix. His ita declaratis non dubito quin Aristotelis sententia de lapidibus, atque fossilibus certa ac rata habenda sit. quam tamen non ausim negare perplexè traditam, & quasi ab aliò properante auctore prolatam, egereq; accurratiori declaratione, quippe maximè vniuersim propositam, & penè alieno loco. Quamobrem Theophrastus cum initio huius libelli de ortu metallorum, ac fossilium & ipse breuissimè disserat, videtur tamen penè omnibus planius & apertius à doctoris desciscere sententia. qui tamen tantum abest, vt ab eo aliena ac dissidentia doceat, vt meo iudicio quæ ille obscurè dixerit, hic suo more apertius, & planius tractasse videatur: quæq; ille non omni ex parte attigerit, sed quatenus tantùm fossilium explicatio à declaratis exhalationibus dependebat, hic & omni ex parte, & omnibus causis ac modis particulatim allatis & declaratis planè doceat. Aristoteles enim cum totis tribus meteologicorum libris copiosè egisset de duabus exhalationibus vt sublimium (quæ μετέωρα dicuntur) materiales sunt causæ, non incommodè iis declaratis in extremo libro tertio ostendere voluit, exhalationes non modò sublimium esse materias, verum etiam subterraneorum: Non tamen ideo putandum est, subterranea aliter aut ex alia materia non posse fieri, & ex his præsertim lapides, & terras aliquot insigneis. quod vt planius habeatur ipsius Theophrasti verba recensenda sunt. ait itaq;, cum dixisset eorum, quæ in terra concrescunt alia ex terra, alia ex aqua constare. ex terra autem & lapis, & quæcunque sunt lapidum genera præstantiora, & si quæ etiam ipsius terræ sunt genera magis insignia: & paulò infrà. Omnia igitur hæc (vt simpliciter dicam) operæprecium est putare, quod ex pura aliqua, atque æquabili materia concreuerint, quæ aut affluxu, aut percolatione per aliquid facta sit, aut aliquo modo excreta. hic Theophrastū dicet aliquis ex terra vellé cōstare tùm lapides tū etiā quæcunq; alia sunt fossilia præter metalla. terram autem idoneam esse materiam, quando iis modis excreta, colata, congesta sit, qui possint aptam illam reddere, vt ex ea, aut lapis aut quiduis aliud fossile fiat: nullam autem fumidæ illius & crassæ exhalationis mentionem fieri, quam Aristoteles materiam statuit: qui igitur ambos hos philosophos dissidentia ac diuersa non scribere atq; sentire? verum non ita temerè dissidii arguendi sunt, qui in omnibus ferè naturæ rebus maximè concordes esse studuerunt. sciendum igitur lapidum non liquentium, atq; fossilium Aristotelem materiam iudicasse terrenam exhalationem, non tamen negasse, quin ex terra ipsa simpliciter possint concrescere. Nam quarto meteolog. vbi de mistorum affectibus verba fiunt. ὅσα μὲν οὖν ἀπὸ θερμοῦ πήγνυται τὰ μὲν ἅλυτα τὰ δὲ λυτὰ ὑγρῷ· κέραμος μὲν οὖν καὶ λίθων εἶναι χύμα, ὅσοι πυρὸς ἀπὸ γῆς συγκαυθήσης γίγνονται οἷον αἱ μυλίαι ἅλυτοι. hoc est: quæcunque à sicco calido concrescunt, alia humore liquantur, alia non soluuntur. later igitur, & lapidum nonnullorum genera, quicunque è terra igne combusta fiunt, quales sunt molares, non liquantur. quid potuit ab Aristotele dici clarius, & Theophrasti sententiæ magis consentaneum? eadem de metallis dicit, vt affirmabimus suo loco. ne quis igitur damnet summum philosophum, nil Theophrastum putet meliorem, ac veriorem habuisse de metallorum ac lapidum ortu sententiam. ex hoc enim loco vel pertinaces facilè conuincimus sententiæ, quæ initio huius libelli est, Aristotelem primum esse, atque legitimum auctorem. Verum si hoc ita est, quid opus fuit in tertio meteolog. exhalatione fumida atq; terrestri? hoc etiam declarabimus apertius. Lapidum fossiliumque materia sine dubio terra est. Hæc autem variis modis afficitur, vt idonea sit ad varias formas fossilium producendas. Nam aut aquis madefacta per venas, angustiasq; fluit, vt tandem in angusto loco concluſa, à calore subterraneo excreto humido lapis fiat. aut percolatur, aliæq; partes secernuntur ab aliis, aut etiam fumida calidaq; caloris ignisq; subterranei exhalatione sursum fertur, atque ita concrescit, & varia fossilium pro varia sua natura facit genera. vna igitur atque eadem materia cum sit, excretiones tamen diuersæ sunt. quamobrem cum ille in extremo tertio meteolog. de exhalatione vtraq; proximè loqueretur, vt

Digitized by Google

ex ea ſublimia fiunt, huiuſce excretionis, ſiue (vt ita dicam) præparationis opportunè meminit. neque enim eo loco ortum metallorum foſſiliumue declarat, ſed continuis penè verbis earundem exhalationum, de quibus toties ſuperius facta eſt mentio. effecta ſub terra etiam breuiſſimè docet, vt abſoluta ſit vtriuſque halitus tam in ſublimi aere quam in terræ cauernis poteſtas, atque natura. Nam de ortu metallorum foſſiliumq; ſeparata fuit ab Ariſtotele ſcripta tractatio, quæ tamen, ſicut alia multa diuini illius ſcriptoris monumenta, deſiderantur, in qua ſine dubio docuiſſe omnia neceſſe eſt, quæ ad generationem, & accidentia omnia eorum pertinent. Hic etiam dubitabit aliquis quod Ariſtoteles cenſuit (vt apertè conuicimus) terram quocunque modo excretam foſſilium eſſe materiam, Theophraſtus tamen exhalationem non videtur agnouiſſe. diluenda tamen & hæc dubitatio. atque cum mihi ſatis foret dicere Theophraſtum in hoc libello non exacte cauſas originemque lapidum reliquorumque foſſilium declaraſſe, cum hiſtoricè tantùm lapidum, terrarumq; ac nonnullorum foſſilium differentias declaret: initioque tetigiſſe potius, quàm explicaſſe eorum materiam, aliis tamen operibus, quæ vt edidiſſe illum memoriæ proditum eſt de hoc eodem argumento, ita ad nos non peruenisſe certò ſcimus: explicaſſe eorum ortum & cauſas particulatim: cum mihi inquam ſatis foret ita dicere, tamen quòd perfugium hoc eſt, non
„ dubitationis ſolutio, ex ipſius Theophraſti verbis afferenda ſolutio, ait igitur. Omnia igitur hæc
„ (vt ſimpliciter dicam) operæprecium eſt putare. quòd ex pura aliqua atque æquabili materia concreuerit, quæ aut affluxu aut percolatione facta ſit, aut alio modo excreta. Vltimus hic modus generatim propoſitus ſine dubio exhalationem ipſam continet. quod (ne quiſpiam adhuc contendat) demonſtrabo planius. Nam hoc eodem libello, quo loco de Sandaracha, & Auripi-
„ gmento loquitur. Nam aliqua ex foſſilibus ignem videntur paſſa, & veluti combuſta ſunt, qua-
„ lis Sandaracha, & Auripigmentum eſt, & huiuſmodi cætera. Omnia autem, (vt ſimpliciter di-
„ cam) ab exhalatione ſicca & fumida. his verbis nihil apertius ad oſtendendum Theophraſtum in generatione foſſilium exhalationem ſiccam & fumidam agnouiſſe, & in hoc etiam Ariſtotelem ſequutum eſſe. vt ex hoc loco, contendant licet aliqui, fateri tamen conuincantur eandem horum philoſophorum de lapidum foſſiliumque materia fuiſſe ſententiam, atque ne hilum quidem eos inter ſe diſcrepare. quoniam autem Agricola Theophraſto obiicit, quæ fortaſſe non omnino inepta ſunt, conſideranda illa etiam, atque diluenda nobis ſunt. duo autem obiicit: primùm terram non ſolùm percolatione, aut confluxione lapidum, foſſiliumq; eſſe materiam, verum etiã ſuccũ. ignem enim materiã duob. iis modis factã primo coquere, vt inde ſuccũ efficiãt, ex quo tandem lapidẽ. alterum lapides omnes etiã precioſos malè exiſtimaſſe Theoph. abũdare etiã illos terrâ. Nã ſi eius vera ſententia ſit nullam inueniri poſſe gemmam, quæ transluceat: iam verò pellucere multas, quamobrem ſpecies lapidum precioſas non omnes terrenas eſſe. Hæc obiicit Agricola: quorum alterum leue eſt, & facilè tollitur. Nam vt concedamus ſuccum etiam eſſe materiam lapidum, à Theophraſto tamen comprehenſum illum eſſe affirmamus in confluxionis, atq; colationis modo, ſanè enim confluere & percolari terra per ſe ſola nõ poteſt, ergo aqua ſoluta, atq; permiſta. ſic autem ſuccus fit. fit enim ex aqua terrâ commiſta. nihil autem refert, ſit ne à calore ſubterraneo elaboratus & ſuccus redditus, an per ſe fiat terrâ humore ſolutâ. & profectò caloris hæc elaboratio quæ ſuccum illum facit mihi videtur ſuperuacanea. præſertim quòd calor ſi in terram humore ſolutam agat, humorem exſugat, neceſſe eſt, atque inde lapidem, aut quid aliud foſſile faciat pro ſubiectæ materiæ naturâ. & alioquin hoc etiam videtur abſurdum in iiſdem terræ tractibus calorem ſubterraneum ſuccum elaborare, deinde in eundem illum ſuccum frigus agere, quî enim poteſt calor ab agendo deſiſtere, & locum frigori cedere? quin ſubinde validius agit, atque omne humidum abſumit. tantum abeſt, vt elaboratione perfectâ ab actione ſua deſiſtat. Quamobrem hanc ſucci excretionem ea ratione intellectam, quam perſuadere nititur vir eruditiſſimus, nequeo ego vſquequaq; probare, niſi ſuccum accipiamus terram humore ſolutam, quam & denſare frigus poteſt, & calor cogere, & coagmentare. alterum quod obiicit eſt de lapillis ac gemmis, quæ pellucidæ ſunt. pelluciditas enim cum niſi ab aqua eſſe nequeat, malè exiſtimaſſe Theophraſtum, quòd illas quoque ex terrâ fieri putaucrit. verùm obiectio hæc cum maximi momenti eſſe videatur, tamen euitari facilè poteſt pelluciditatis naturâ cognitâ. illa ex ſimplicibus quidem corporibus ſolis aquæ, ac aeri conuenit, non tamen propterea miſta omnia pellucida, aquea sũt, aut aerea. quãdo reperire facilè eſt terrena miſta, quæ eadẽ & pellucida sũt. cornua exẽplo ſint. quæ ſiquis dicat ex aqua aut aere conſtare, ignorare videbitur cornua ex animãtiũ recremẽtis fieri ſolidiorib. queq; terreſtria maximè sũt, & ſicca quib. humidiores animãtes quæq; vtrũq; habent dẽtiũ ordinẽ, meritò carẽt, quòd humidioris tẽperamẽti cũ ſint nõ habẽt hoc terreſtris excremẽti genus, ex quo fiũt cornua. argumẽto etiã ſit gypsũ, & lapis ſpecularis, quę ambo & pellucida ſunt, & à terræ naturâ parùm diuerſa. Verùm vt rẽ à ſuis principiis demõſtremus, ſciẽdũ eſt leuitatem quæ græce λειότης dicitur gradum eſſe ad pellucidum, quamobrem lapides inſigniores ſi nequeunt pelluciditatem adſequi, hoc ſaltem adſequutos vt leues ſint nulla ſcilicet ſcabritie aut aſperitate. talia ſunt marmora quædam inſigniora. leuiores autem lapilli aliqui, qui in maiori precio ſunt. leuoris autem cauſa ſi intendatur non modò leuem efficit lapidem verùm etiam pellucidum. quemadmodum autem leuitas à materiæ puritate æquabilitateque proficiſcitur, quod non negat Agricola, aut quiſquam alius, qui nunquam dicat ex aqua conſtare marmora, ita dubium non eſt pelluciditatem ab eadem proficiſci, ignoto tamen miſtionis terræ cum aqua genere. Neque ſanè negare ideo videar, quòd quemadmodum aqua eſt elementum διάφανον καὶ διαφανείς, ita opaca terra

eſt;

Digitized by Google

est;& ab hac qualitate maximè aliena.aio tamen in mistione lapidum pellucidorũ adeò terram expurgatam esse omni scabritie,sorde, asperitate,vt à certa quadam aeris, & aquæ commistione perspicuitas oriatur, vt vel à pauciſſima aquæ copiâ fieri possit, modò terra purissima sit. neque tamen perspicuitas feretur aquæ accepta, quæ tàm pauca nihil posset, nisi esset terra adeò pura, ac nitida, sordium omnium, & terrenæ opacitatis ac asperitatis ablutione, quæ in mistione aquæ præualeat. quòd siquis dicat è terrâ quolibet modo purissimâ reddita non posse translucidos fieri lapides, sed hoc ab aqua tantùm esse,modo fateatur minorem esse aquæ copiam,& in purâ tamen materiâ posse perspicuitatem facere, illi quidem per me licebit, non tamen affirmet in hoc lapidum genere materiam esse aquam. quod non ignorauit Plato à cuius fonte peripateticorum manarunt flumina.in Timæo sunt eius verba. σωσωθῆσαι δὲ ὑπὸ ἀέρος ἀλύτως ὕδατι γῇ συνίσταται πίτεσα. καλλίων μὲν ἡ τῶν ἴσων καὶ ὁμαλῶν διαφανὴς μορφῶν, αἰσχίων δὲ ἡ ἐναντία. hoc est, compacta autem ab aere terra insolubiliter cùm aqua, lapis fit, pulchrior quidem pellucidus ex æqualibus planisque partibus, turpior autem contrarius. sic mihi videtur ad Agricolæ obiectionem responderi posse. àquo quoniam affertur ad probationem generationis lapidum precioſorum ex aqua eorum liqueſcendi potestas, primùm respondeo non omneis translucidos liquari,vel si vehementissimo igne pares id facere. talem enim adamantem esse.deinde an aliqui translucidi liquefiant,hoc etiam mihi ignotum esse.vitrum excipio, quod ex eo quòd liquatur, Alexander Aphrodisiæus 2. libro de anima ex aqua putauit constare. & tamen vt detur liquari aliquos, ex eo probabimus potius frigoris vi illos factos esse,quamobrem caloris vi fundi,atq; liqueſcere;quàm ideò liquefieri,quòd ex aquâ constant. Nã lutũ terra est aquæ cõmista illudque concrescit frigore, calore liqueſcit.dicere tamen nemo sanus audeat lutum ideò liqueſcere,quòd aqua sit.ex liquationis igitur potestate nullum potest argumentum sumi aqueæ materiæ.Quod vt dilucidius habeatur,locum afferam ex Aristotele quarto Meteorol.ὅσα μὲν οὖν ὑπὸ ψυχροῦ πέπηγεν, ἧττον κοινῶν γῆς καὶ ὕδατος, πλεῖον δὲ ἐχόντων γῆς, τὰ μὲν τῷ τὸ θερμὸν ἐξελήλυθέναι πεπηγύμενα, πάλιν πίπτειν θερμῷ εἰσιόντος πάλιν τοῦ θερμοῦ οἷον ὁ τηκὸς ὅταν παγῇ. hoc est, quæcunque igitur à frigido concrescunt ex iis,quæ communia aquæ ac terræ sunt,plus autem habent terræ,quæ quidem concrescunt,eò quòd calor abiit.hæc liqueſcunt calido, introeunte rursus calido, quale est lutum,quando gelatum sit. Verùm quoniam vbi de metallis agendum est,de hac liqueſcendi potestate longius,atq; commodius agemus,nihil amplius afferemus pro Theophrasto contra Georgium,satis enim constare arbitror, & eandem esse amborum philosophorum de lapidum materia sententiam,& quæ in vtrunque obiiciuntur verè dicta non esse.etsi ex iis aliqua ingeniosè atque subtiliter excogitata. Cæterum quoniam vnus adhuc scrupulus reliquus est,qui dissidii inter Theophrastum,& Aristotelem argumentum est, (eò quòd Aristot. liqueſcentium lapidum aliam iudicat esse materiam,aliam non liqueſcentium, illos enim ex vapore fieri, hos ex halitu: contrà verò Theophra.in vniuersum lapides omneis è terra fieri existimat:) hic etiam euellendus est atque è medio tollendus. Nam cum liqueſcentes hi lapides cum metallis reperiantur, licet lapides sint,tamen in metallorum numero à Thephrasto sine dubio reponũtur.quocirca & in eodem hoc libello μεταλλευτὰς appellat.lapides igitur cum ait ex terrâ fieri, lapides tantùm intelligit non liqueſcentes,quos Aristo. in tertio Meteorol. ex halitu fumido oriri tradidit.hæc cũ ita sint,explicatã arbitror lapidũ fossiliũq; aliorũ p̃ter metalla materiã,quę tamẽ ,put varia est,& variis modis ab efficiẽtib.causis affecta huius,autillius fossilis naturæ materia est. hos autẽ omneis modos percolationis, cõfluxionisq;,atq; cuiuslibet excretionis vocib.cõprehendit Theophr. propterea quòd satis habuit breuiter declarasse eorũ materiã,modos autẽ p̃parationis materiæ in vniuersum & cõfusim proponere.quæ verò aliæ lapidum materiæ ab Agricola numerãtur,excretiones sunt potius affectionesque ac præparationes terræ,quæ sola materia est,quàm aliæ à terrâ materiæ. neque sunt sine necessitate res,rerumue causæ multiplicandæ.Nunc ad efficientem causam aggredior.illam sine dubio calorem subterraneum esse censent Aristoteles, & Theophrastus, lapidũ inq̃ non liqueſcentiũ & reliquorum fossilium.frigus autem subterraneum & metallorũ efficientem esse causam,& lapidum illorum, qui liqueſcunt. vt videantur penè mediæ cuiusdam esse naturæ liqueſcentes lapides inter lapides & metalla,& quoniam satis non est efficientẽ causam ex vtroq; philosopho attulisse, verùm etiam modum generationis, antequàm de illo aliquid afferamus, pro philosophis contra Georgium agendum est.ac primùm quòd putat Aristot.errasse, quòd calorem existimauit tantum lapidum causam,illiusque errorem cum Chymistarum damnat somniis; damnandus ille potius est, & erroris conuincendus.Nam cum duo faciat lapidum genera, liquabilium, & non liquabilium,sine dubio ex iis, quæ tradidit libro quarto Meteorolog.vel cuilibet manifestum est,eorum qui igne liquantur causam frigus esse. Non vnus igitur calor tantum verùm etiam frigus lapidum efficiens est causa.sed respondet Agricola.liquabiles lapides ab Aristotele penè metalla vocari, neque reponi inter lapides,quod scilicet non simplices sint: quamobrem male cum Chymistis ipsis calorem ab eo existimatum efficientem causam lapidum simpliciter. Hic mirari subit hominis hoscitantiam.si lapides duûm sunt generum à potentia liqueſcendi,& impotentiâ, igitur à duplici efficiente. quæ calore liquantur,concrescũt à frigore:igitur liquabiles lapides frigore cõcrescunt.Non modo igitur calor,sed etiã frigus causa est, & eius efficiẽs.Sed ait liquabiles non fuisse veros ab Aristotele lapides iudicatos.hoc nusquam dixit ille,absolutè enim pronunciat liquabiles omnes lapides, eosque tradit à frigore coagmentari. quod vt clarius habeatur consulendus est, & quarto Meteorolog.quem librum miror nunquam ab Agricola,dum Aristotelem accusaret, lectum esse. πήγνυται δὲ ὁ λιθος ὁ πυρίμαχος ὥσπερ καὶ ῥῆγμα. τὸ δὲ πηγνύμενον ὅταν μὲν πάλιν γίγνηται σκληρὸν καὶ αἱμίλας. πήγνυται ὥστε

„ ῥέειν, τὸ δὲ ῥέον πηγνύμενον τὸ μὲν χρῶμα μέλαν, ὅμοιος δὲ γίνεται τῇ πίττῃ. πήκεται δὲ καὶ ὁ σπλὸς καὶ ἡ γῆ. hoc est,
„ liquefit autem & lapis. Pyrimachus vt fluat, quod loquatur autem cum effluxerit, durescit rursus,
„ & molares liquefiunt ita vt fluant, concrescens autem, quod fluit colore quidem nigrum, calci ve-
„ ro simile est, liquefit autem & terra & lutum. Hic cum de liquatione ac concretione loqueretur,
cum ea quæ à frigore concrescunt, à calore liquefieri declarasset, in medium attulit inter alia lapi-
des, quos nominauit, à potentia itaque liquescendi aut impotentiâ efficientis causæ lapidum me-
ritò sumitur partitio, quam & Theophrastus, quem Aristotele damnato laudat Georgius non ali-
unde sumpsit, quam ex his Doctoris principiis. ait enim, dum de efficiente causâ lapidum loqui-
tur. Nihil enim fortasse impedit, quin aliqua lapidum genera ab vtroque consistant, quandoqui-
dem terrena omnia ab igne videri possint conflari, quòd liquatio, & concretio à singulorum fiat
contrariis. est igitur & Theophrasto duplex efficiens à ratione liquationis, & concretionis. aut igi-
tur vterque damnandus, aut non solus Aristoteles, sed ne vterque quidem quandoquidem vera,
& consentanea tradiderunt, sed dubitabit fortè aliquis nos duorum philosophorum conciliandi
studio nostri aliquando obliuisci, & nonnunquam etiam repugnantia dicere, modo vtriusq; sen-
tentiam seruasse videamur. Nam paulò ante cum rationem redderemus, cur Theophrastus o-
mnium lapidum terram velit esse materiam, Aristoteles verò, aliam lapidum liquabilium, & a-
liam non liquabilium; respondebamus Theophrastum liquabiles lapides, quos & μεταλλευτὰ ap-
pellat, inter metalla potius reponere, & meminisse tantùm lapidum non liquabilium. quod si ita
est. ergo verorum, atq; legitimorum lapidum vna tantùm efficiens causa, calor scilicet, ab hoc enim
quæ concrescunt non possunt à calore ignis liquefieri. iure igitur damnare Georgius Aristote-
lem videatur. sed & eadem causa & Theophrastum damnare oportebat. Hic me aliquis perple-
xum arbitrabitur: sed conabor etiam difficultatem hanc effugere. animaduertere autem opus
est, Theophrastum in principio huius libelli materiam proponere omnium fossilium, quæ quòd
commodè in duo genera diuiduntur, in ea scilicet quæ particulatim vocat Aristoteles ὀρυκτὰ, hoc
est, fossilia (quamquam nos generatim sic appellemus omnia) & in ea, quæ μεταλλευτὰ, lapidesq;
liquabiles penè cum metallis numerantur: idcirco duplicem proposuisse materiam, alteram me-
tallorum, alteram fossilium reliquorum, neque ei curæ fuisse lapides liquabiles discreuisse à fossi-
libus atque lapidibus, quòd penè cum metallis annumerantur. quo verò loco efficientem tan-
tùm causam lapidum explicat, quòd liquabiles à frigore concrescunt, ideò alios à frigore, alios à
calore docet concrescere, & coagmentari, & in efficiente causa tradenda vtrosque lapides com-
prehendit, quòd de lapidibus speciatim loquitur. in explicanda materia idem non fecit, quod de
omnibus loquitur fossilibus in vniuersum, & in ambitu fossilium naturæ non adeò magni mo-
menti sunt liquabiles lapides. aut dicendum Theophrastum existimare lapides liquabiles alios
esse μεταλλευτὰ, quales pyritæ & molares, de quibus & hic in hoc libello meminit, & in quarto Me-
teorolog. Aristoteles, alios autem per se inueniri, & à metallorum natura, & loco alienos. illos ex
eadem constare materia, atque metalla & propterea ab eo cum metallis comprehensos: hos aũt
ex eadem materia fieri, ex qua cæteri etiam lapides, qui non liquantur. quamobrem cum efficien-
tem causam tradat lapidum omnium, quoniam ex iis alii liquefieri possunt, alii nequeunt, ideò du-
plicem efficientem tradere causam, comprehensis etiam liquabilibus lapidib. metallicis cum aliis
lapidibus, sed non metallicis ob efficientis causæ communitatem, quemadmodum cum metal-
lis comprehensi sunt propter materiæ communitatem. & tamen non erit inter Aristotelem, &
Theophrastum dissidium vllum. Nam etsi Aristoteles eos tantum lapides, qui in metallis repe-
riuntur à frigore concrescere videatur tradere in 3. libr. Meteorolog. tamen ex iis quæ posuit in 4.
eorum librorum, manifestum est liquabiles omnes à frigore cogi, siue ii constent ex eadem atque
metalla materia, siue ex eadem atque lapides, qui non liquescunt. & profectò non potest in ter-
tio illo libro Aristotelis haberi sententia, nisi in subsidium accersatur quartus liber, in quo clarius
explanantur ea, quæ in extremo tertio fuêre potius delineata, quàm expressa. mirari autem non
oportet, quæ ex terra constant liquari tamen. hoc enim ex Aristotelis principiis absurdum non
„ esse demonstratum est paulò antè, quod prius à Platone traditum est in Timæo. πυχάνει δὲ ταῦτα
„ ὄντα, τὰ μὲ ἔλαττον ἔχοντα ὕδατος ἢ γῆς, πλὴν ὅσα γε λίθων χυτὰ εἴδη καλεῖται. hoc est, hæc
„ autem sunt, quorum alia minus habent aquæ quàm terræ, vt vitreum genus omne & quæcunque
„ lapidum sunt liquabiles species. hucusque digredi coegit nos Georgii libido Aristotelem repre-
hendendi, qui etsi præclaros edidit commentarios de hoc eodem argumento, tamen videtur af-
fectasse nouorum dogmatum esse auctor. constat igitur lapidum concretionis esse efficientem
causam tam frigus, quam etiam calorem, aliorum scilicet frigus aliorum verò calorem. quòd si
quis quærat an liquabilium tantùm lapidum auctor frigus sit, & non aliorum, huic respondendũ
est, liquabilium certum auctorem esse à principio toties repetito ex 4 Meteorolog. & si etiam fieri
potest, vt à frigore nonnulli concrescant lapides, quibus tamen adeò omnis humor absumitur, vt
durissimi euadant, ac propterea nequeant liquefieri, quemadmodum & qui à calore vehemente
cõcrescũt ab humido solui aut emolliri nequeũt. fiũt autẽ lapides à calore & frigore, quòd ille ter-
ram cum humore permistam excoquit ac torret, atq; omni absumpto humido lapidem gignit. &
tamen pro mistione humoris, & terræ pro vehementia caloris, pro natura etiam materiæ fit, vt
compactiores, durioresque alii aliis sint lapides, alii friabiles, alii minimè. hoc autem (de frigo-
re loquimur, terram cum humore commistam adeò compingit ac cogit, vt eadem effecta diuersa
tamen agendi ratione pariat, atque calor. neq; modò quæ ex terrâ constant humore commixtâ,

fiunt

Digitized by Google

fiunt à frigore, verùm etiam, quæ ex aqua, cui non multum terræ commiſtum ſit. ex hac enim materia metalla fiunt, & lapides, quos metallicos appellari diximus. calor autem hic & frigus infra terram ſunt, calor ab exhalatione genitus à cohibitione auctus, à materia quæ fomitem præſtat, & auctus & cõtinuè ſeruatus. frigus à terræ ac lapidum natura ortum à cohibitione auctum propter naturalem contrariorum fugam, à caloris etiam priuatione. vbi enim calor non eſt, etſi multum non ſit frigoris, concreſcunt tamen quæ à calore liquata ſunt, vt guttæ in vaſorum operculis non frigidis illis quidem, ſed neque calefactis nimium. atque de cauſis efficientibus, & de ratione ortus lapidum abundè videor diſputaſſe, atque omnia confirmaſſe, ex duobus præſtantiſſimis philoſophis, quos nullibi non concordes oſtendi. Lubenter autem abſtinui à refellendis ſententiis Alberti Magni, Auicennæ, Chymiſtarum, & quòd mihi propoſitum non eſt omnia perſequi, & quòd doctè & eleganter præſtiterit Agricola, quidquid ad eos refellendos potuit excogitari. Deinceps duo declaranda ſunt, alterum an præter has effectrices cauſas aliqua alia ſit. alterum an quæcunque ſub terra fiunt in duo an in plura genera diſtribuenda ſint. atque plures quidem quàm duas eſſe cauſas, neque ex Theophraſto, neque ex Ariſtotele poſſumus colligere. Agricola tamen ſuccum lapideſcentem annumerat, quem & materiam lapidum eſſe, ſiquidem ex guttis aquæ, in qua hoc genus ſucci ſit, concreſcere lapides: & efficientem cauſam. Nam intra meatus rariorum corporum intruſum efficere, vt corpora illa lapideſcant. equidem non auſim negare aquas eſſe, quæ hac facultate præditæ ſint, ex quarum guttis & fiant lapides, & lapideſcunt alia corpora, quorum non ſine admiratione viſuntur plurima. ſed non ideò repono ſuccum illum inter primas effectrices cauſas. quia potius ſi illum vt materiam conſideramus ad terrenam materiam referendus eſt, ſin vt efficientem cauſam, ad frigus lapidum nonnullorum efficiens, vt hac de cauſa neque materia lapidum alia ſit, quam terra, neque efficiens cauſa quam calor & frigus. in has enim referuntur omnes aliæ cauſæ, quæ aliquo modo videntur efficiendorum lapidum aliquid habere virium. Nunc videndum eſt in quot genera diſtribuenda ſint, quæcunque ſub terrâ gignuntur. Ariſtoteles in tertio Meteorolog. in duo genera partitus eſt, in ea quæ vocat ὀρυκτὰ, & in ea quæ vocat μεταλλευτὰ. hoc eſt in foſſilia & metalla. diuiſionem autem videtur ſumſiſſe à materiâ. Nam cùm illorum terra ſit materia, horum aqua, commodè in duo genera poſſunt diuidi, ſiquidē ex duobus diuerſis elementis conflata. hanc eandem diuiſionem Theophraſtus etiam videtur approbaſſe in hoc loco, quem declaramus. & ſanè nulla potuit melior inueniri, aut excogitari diuiſionis ratio. Georgius tamen Agricola quinque genera conſtituit, hoc eſt terram inſignem, ſuccum concretum, lapidem, metallum, & quod ipſe vocat mixtum, ex duobus ſcilicet, aut etiam tribus generibus conflatum foſſile corpus. quæ diuiſio licet vera ſit per ſe ſe neque à quoquam iure damnanda, tamen quoniam à prima illa vniuerſali Ariſtotelis continetur, non adeò magnifacienda. ſubdiuiſio potius illa, & particularis partium diſtributio vocanda eſt, non autem prima generaliſque ſubterraneorum corporum ſolidorum partitio. Nunc ad metalla venio, ad eorum materiam, & efficientem cauſam. Auctor hic noſter ex aquâ manifeſtò fieri affirmat. quæ ſententia primùm fuit Platonis in Timæo, quo loco de metallis agit. an eadem & Ariſtotelis opinio fuerit, quæſtio eſt. fuiſſe autem eandem ſententiam illius quoque ex pluribus locis quarti libri Meteorolog. facilè demonſtratur. non fuiſſe verò ex tertio Meteorologicorum fortaſſe quiuis poſſit facilè contendere. explicabimus nos quomodo aqua metallorum materia ſit, deinde quærere conabimur, an locus Ariſtotelis ex tertio Meteoro. poſſit ad eandem hanc accommodari ſententiam. quòd metallorum aqua ſit materia, vna, eademque ratio mouit Platonem, Ariſtotelem, & Theophraſtum. quòd illa ſcilicet χυμὰ ſint, hoc eſt, quòd liquefacta fluere apta ſint. non poſſent enim liquefieri, niſi in iis eſſet elementum, quod ſuâ naturâ fluxile eſt. hoc autem aqua eſt, quæ vt eſt in 2. de ortu, & interim cum humidâ ſit, alieno termino facilè continetur, ſuo verò minimè. aqua inquam non ſimplex illa quidem, ſed terræ commiſta, ignoto tamen miſtionis gradu, & genere materia eſt. nam quemadmodum quorum terra materia eſt, ſimplex terra non eſt, ſed humori commiſta, ſine quo (vt dicit Ariſtoteles) non poteſt ſiccum vllum ſubigi, aut coaleſcere, ita etiam quorum aqua materia eſt, ſimplex non eſt. loquimur autem de elemento, quod in miſtione præſtat, & amplius eſt inter hæc duo terram ſcilicet, & aquam. nam duo reliqua non facilè in hæc imperfecta miſta videntur à naturâ opifice adhiberi. aqua itaque ſed non ſine terræ commiſtione metallorum materia eſt. id quod ex ipſa liquatione manifeſtum eſt, nam quæcunque funduntur, atque liquefiunt ex aqua conſtant. hæc cum maximorum philoſophorum ſententia ſit, videtur tamen duas habere difficultates. alteram quòd cum in aqua mergantur, videntur ex terrâ potius conſtare quàm ex aquâ. alteram quòd ſuperius oſtendebamus ex liquatione non debere argumentum ſumi, quòd eorum, quæ liquefiunt, aqua materia ſit, ſed quòd à frigore congelata ſunt, quæ calor eliquat, & effundit. nam & quæ terrâ conſtant gelata frigore, colliqueſcere tamen à calore. harum dubitationum primam ex Ariſtotele quarto libro de cœlo facilè diluimus. Nam quo loco de grauium, ac leuium elementorum naturâ loquitur, cum ſtatuat omnia vno excepto igne grauitatem habere, leuitatem omnia præter terram, docet omnia in ſua ipſorum regione grauitatem habere: quo fieri, vt nonnulla, quæ aere conſtant, maiora cum ſint, quàm aliqua, quæ ex terrâ aut aquâ conſtant, plus quidem quàm hæc pendant in aere, in aqua tamen plus pendant hęc quàm illa. atque ideò ſubmergantur. in proprio igitur elemento cum ſint metalla, mirum non eſt, ſi grauitatem habent, atque mergantur. præterquam quòd (vt dicebam) non minima eſt in iis terræ portio. etſi enim in miſtione ſingulorum metallorum aqua præſtet, eſt tamen & terræ pars in iis non exigua, ac præſertim in aliquibus metallorum generibus, vt in plumbo ac ferro. altera diffi-

Digitized by Google

cultas videtur illa quidem perardua, & meæ ſententiæ maximè repugnare. nam dum de pellucidis lapillis ſermonem haberem, oſtendebam à liquatione non debere argumentum ſumi, quòd res, quæ liquefiunt ex aqua conſtant, ſed quod à frigore gelatæ concretæque ſint. id, quod iis quæ proximè dicta ſunt, videtur è diametro contrarium. atque hæc difficultas vt è medio tollatur, opus eſt accuratiori declaratione. quæcunque enim à frigore gelantur, illa aut aquea ſunt omninò, aut aquam habent cum terrâ permiſtam, quæ tamen & præſtare poteſt aqua, & minori etiam eſſe copiâ. hæc gelata à calido ſoluuntur, atque liquantur. quę aquea omninò ſunt nullo negotio, quæ aquam habent cum terra commiſtam difficilius, præſertim ſi bona facta ſit vndequaque miſtio. Nam lutum facilè liqueſcit, aurum, argentumue difficilè, & tamen minus aquæ in luto eſt. hæc cum ita ſint, ab eorum liquatione dubium non eſt certiſſimum argumentum ſumi, quòd ſi à calido liqueſcunt, à frigido concreta ſunt. quòd aquam habent, ſine dubio poteſt quiuis facilè demõſtrare, neque enim gelata concreſcerent. ſi aquâ eſſent deſtituta. quòd plus aquæ quam terræ habeant ex his nonnulla; non ſatis arguit ſola eliquatio. Nam amplius conſiderandum eſt. ſi enim liquefacta fluunt, & proprio termino difficilè continentur, quod proprium humidorum eſt, aquæ plus in iis eſſe argumentum euidens eſt. Si liquefacta molleſcunt potius, & in proprio termino permanent, aquæ minus eſſe, plus autem terræ non leue iudicium eſt. atque metalla quidem ex eorum ſunt numero, quæ fluunt, & in proprio termino non permanent: ſi ferrum excipias, quod cum maximè terreum ſit, non effluit ſed moleſcit. & tamen quod ſtomoma dicitur, quod terrenis aliquot partibus perpurgatum eſt, liqueſcit, & effluit. contrà inuenias, quæ terræ plus habent, quàm aquæ, à calido quidem illa liqueſcere, non tamen effluere, qualia ſunt, lutum, lapides nonnulli, cornu. probatio igitur metallorum materiæ non tantùm à liquatione ſumitur, quantum à fluxione eorum liquentium, quod cum animaduertiſſet Plato, dicit, πύπων δὲ παὶπων ὅσα χυπὰ φερσίπαμεν ὕδαλα. nam πκπὰ, hoc eſt liquabilia poſſunt etiam eſſe, quæ plus terræ habent, quàm aquæ, non autem χυπὰ, hoc eſt fluxibilia. ſic arbitror difficultatem ſublatam eſſe, atque omnem ſententiæ meæ repugnantiam. Nunc ad Ariſtotelis locum in tertio Meteorolog. veniendum eſt. is igitur non aquã metallorũ eſſe materiã exiſtimat in eo libro, quemadmodum in quarto eiuſdem operis tradidit, ſed exhalationem ἀτμιδώδη, hoc eſt, vaporoſam, vt vocant. hanc enim nondum in aquam mutatam à frigore ſiccitateque lapidum concreſcere gelaſcereque, & metallum fieri. quocirca poſſe dicere nos ex aqua metalla conſtare, quod exhalatio illa facultate aqua eſſet, erat enim penè in ipſo tranſmutationis tranſitu. poſſe etiam affirmare ex aqua non fieri, quòd eorum materia nondum aqua eſſet. hæc Ariſtoteles in extremo illo libro tertio. quæ ſanè non minimum exhibent negotii eius ſectatoribus, qui illum à calumniis velint defendere. videtur enim penè omnibus abſurdum ex halitu humido ſine vapore metalla fieri. atque vt hanc ſententiam falſam approbent, innumeras probationes afferunt, quarum aliquas expendemus paulò poſt. Nam primum Ariſtotelem tueri conabimur, neque ideò, quòd in eius verba pertinaci animo iuraſſe videamur, ſed quòd vt in aliis naturæ rebus, ſic etiam in his non videtur falſa, aut à ratione aliena attuliſſe. ac primum videtur mihi maximè conſentaneum, ſi verum eſt, quod abunde ſuperius probatum eſt, foſſilia omnia poſſe etiam ex halitu ſicco fieri præter alios omnes modos, quibus eorum materia excernitur, verum etiam eſſe metalla ex non abſimili materia fieri, non quòd ex aqua non fiant, ſed quod etiam ex craſſo halitu humidoque, & penè aqueo poſſunt fieri. quid enim abſurdi eſt, craſſiſſimum vaporem humidum quidem illum, terreum tamen à frigore compingi & congelari, vt pro vaporis craſſitie, puritate, ſordibus, proque terræ, quæ in vapore continetur naturâ, aut hoc metallum fiat, aut illud? mihi ſanè conſideranti niuis naturam, quæ ex nube concretâ fit, quæque cum in terram deciderit, à frigore congeleſcit, atque compingitur, non videtur abſurdum intra terram poſſe haud diſſimile effectum edi. Nam ſi in ſecunda Aëris regione, vbi licet aer ſit exhalationibus terræ commiſtus, tenuis tamen eſt, craſſum quoddam corpus ex nube congelata fit, quod ſubinde affectum à frigore dureſcit, & glaciatur (vt ita dicam) quid mirum intra terram poſſe metallum fieri, vbi neque à ſole vapor attenuatur, neque à ventis agitatur, imò terreus eſt, & admodum craſſus, & propterea poteſt concretus atque coactus in metallum tranſmutari, quod licet initio adeo durum non eſt. dureſcit tamen ſubinde frigore, atque omninò perficitur. neque ideo dico quemuis vaporem poſſe hoc facere, nullibi enim non eſſent metalla: ſed vbi venæ illæ metallicæ ſunt, vbi terra aquaque ad metalla facienda aptæ ſunt. poſtremo in iiſdem illis fodinis, vbi aqua cum terrâ commiſta, congeſta, colataque ſit, ſiue ſuccum appellemus ſiue quouis alio nomine, ſublatus craſſiſſimus vapor, qui & terræ illius metallicæ multum habet, & aquæ eiuſdem generis plurimum, à frigore concretus quomodo non poſſit effectum idem parere, atque ſuccus, non video. neque dicat aliquis eorundem effectuum non poſſe diuerſam eſſe materiam. nam primum diuerſam eſſe nego. eadem enim materia eſt, affecta tamen variè, id quod & in foſſilibus fieri probauimus, eadem inquam materia excolatione, affluxu, exhalatione, poſtremò quouis alio modo apta reddita, vt ſua concretione atque compactione hoc genus aut illud metalli fiat aut foſſilis: neque poteſt propter varios (vt ita dicam) præparationis modos diuerſa dici, aut eſſe. deinde cum hęc propoſitio in perfectis mixtis, vt in animalibus, atque plantis vera ſit, non tamen in imperfectis, atque vix inchoatis eſſe debet. adde Animalium aliqua, & plantas penè innumeras & ex ſemine gigni, & ex putredine. & tamen putredo cum à calore ſolis genitale principium nacta ſit, eadem penè proportione eſt atque ſemen. hæc igitur mihi cogitanti non temerè Ariſtotelem deſerere viſum eſt. quin potius dicere bono periculo in quarto Meteorol. tradidiſſe, quod & Plato, & Theophraſtus ex

Digitized by Google

ſtus ex aqua metalla conſtare. in tertio autem eiuſdem operis nihil ſibi repugnantem docuiſſe eadem ex halitu humido ſiue vapore conflari, qui tamen nihil penè aliud eſt, quàm aqua proximè futura. quod ſi quis obiiciat fieri non poſſe vt Ariſtotelis ſententia ſit, ex alia materia poſſe fieri metalla, foſſiliaue, quam ex vtroque halitu. quando manifeſtò ait (facit autem hæc exhalatio vaporoſa) Reſpondendum eſt. quòd etiam paulò ante dicebam, Ariſtotelem proximè de exhalatione vtraque loquérem cum ventum eſſet ad finem tractationis rerum ſublimium, voluiſſe etiam earundem exhalationum effecta ſubterranea reddere. Quamobrem breuiſſimè omnium foſſilium, metallorumque materias illas tradidiſſe, non quod illæ ſolæ, ſed quòd hæ etiam. quamuis vt modo dicebam exhalatio, aut vapor materia diuerſa non eſt, à terrâ aut aquâ foſſilium metallorumque ſubiectis materiis, ſed modi ſunt præparationis illarum, quales percolatio, affluxus, congeſtio, & quæuis aliæ. verum ſi quæ attuli non poſſunt vim hábere pertinacioribus animis perſuadendi, Ariſtotelem audiat quarto Meteorol. ὅτι μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς συνίσταται τὰ ὅμοια μέρη σώματα καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἀζώοις. καὶ τὰ μεταλλευόμενα οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ ἀμφοῖν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἐναπούσης ἐγκαπτλειμμένης ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις. hoc eſt, atque ex aqua quidem & terra ſimilaria conſtant corpora, & in animalibus, & in plantis, & metalla, vt aurum, argentum, & quæcunque talia ſunt, ex iis inquam, & ex vtraque exhalatione introcluſa, vt alibi dictum eſt. Sed inſtat Georgius Agricola, cuius rationes facilè ex iis, quæ declarauimus infirmatas diluemus breuibus. prima eius ratio. quòd metalla cohærent, ac penè mixta ſunt cum lapide, ac terra metallica. aut igitur vaporē in terram lapidemue recipi, aut ſimul cum illis fieri metallum. vtroque autem modo fieri non poſſe, quod ſi in lapidem, aut terram recipiatur aqua fiat potius vapor, quàm metallum. & quod ſi ſimul gignantur, ex ſucco fient, quandoquidem lapidem terramque ex ſucco fieri, ſe probaſſe antea oſtendit. Hæc ratio nihili facienda eſt. Nam aduerſus Ariſtotelem aliquid poſſet ſi ex halitu tantùm metalla fieri exiſtimaret. ſed vt concedamus ex halitu ſólo tàm metalla quàm lapides terrasque metallicas coaleſcere, nihil ſequitur, quod abſurdum ſit. Nam halitus humidus, craſſuſque, ex quo poteſt metallum fieri, ſi contineatur in halitu terreno, atque impuriori, mirum non eſt, vt in ſuccis fit, ita etiam in exhalationibus fieri, vt alia lapis terraue fiat, alia metallum, ſimulque commiſta cohæreant, & compingantur. altera ratio nititur præſertim in veriſimili. Nam veriſimile non videri tantam eſſe halituum copiam in argentariis metallis, vt magna ex iis argenti copia fiat. hæc etiam facilè diluitur, quando non modò per exhalationem, ſed etiam per alios modos præparari materiam metallorum, ac lapidum, reliquorumque foſſilium ex Ariſtot. & Theophraſt. probatum eſt. non modo igitur halitus, ſed & ſucci argentum faciunt, & plus ſucci quàm halitus, non tamen ideò non & halitus. tertia ratio. Nam cum in puteis cuniculisque non deſint halitus humidi, eos tamen neque à puteorum extremo aere frigido denſari, neque etiam ab eo, qui eſt intra cuniculos, quia potius ſi mutentur, in aquam conuerti, aut etiam potius exhalare. hic fallitur Georgius, quòd ex omni halitu putarit Ariſtotelem exiſtimare metalla fieri. Cùm autem eius ſententiam explicauimus paulò antè, nihil ei reſpondere in præſentia opus eſt. vltima ratio. ſi ex halitu fierent metalla, non potuiſſe fieri in puteis, in quibus iam effoſſis extracta metallorum copia, alia tamen metalla ſuccreſcunt. In iis enim apertis expirare vapores non autem intus coactos compingi. & hæc ratio aliquid eſſet, ſi ex halitu ſolo metallorum materiam præparari diceret Ariſtoteles. ſed cum non vna ratio congeſtionis materiæ ſit, nil vetat vel in effoſſis puteis fodiniſque congeri materiam ex aquâ ac terra permiſtam, percolari, confluere, & in abditis quibuſdam venis, atque cuniculis eandem materiam excretam per exhalationem paratam eſſe ad generationem metallorum, cum etiam vtcũque materia excreta parataque ſit, efficiens cauſa vna ſit, hoc eſt frigus ſiue frigidum vt ſupra demonſtratum eſt. labitur autem cum halitum hunc poſſe expirare facilè credit. primùm in abditiſſimo loco concluſus eſt, deinde obſtat eius craſſities, vt ne expiret. Quæ cum ita ſint ratam firmamque Ariſtotelis ſententiam arbitror, qui non modo ex aqua, ſed ex halitu humido metalla fieri exiſtimauit. cuius generationis ex halitu ſi Plato, aut Theophraſtus non meminerunt, dicendum eſt illos halitũ pro aqua ſumſiſſe, vapor enim ſiue halitus humidus penè aqua eſt. præterquàm quòd paucis indicarunt, quid de metallorum materiâ ſentiant, neque particulatim explicarunt. credibile tamen eſt Theophraſtum in libro περὶ τῶν μεταλλευτῶν de metallis, huius etiam halitus meminiſſe. qui ſi abſurdum non putauit foſſilia alia ex halitu ſicco fieri, non putaſſe etiam manifeſtum eſt, & metalla ex halitu humido, craſſoque conflari. atque de metallorum materiâ ex Platone, Ariſtotele, & Theophraſto hæc habui dicere, lubenter autem non attuli Alberti, Chymiſtarum Arabumque ſententias, quòd & falſa dicant, & ab Agricola doctè & eleganter exploſi ſint, & quòd præſtantiſſimorum philoſophorum ſententias ſequi, tuerique mihi eſt propoſitum, non autem plebeiorum, & poſtremæ notæ. Nunc ad efficientem metallorum cauſam tranſeamus. ea duplex eſt, aut proxima, aut paulò remotior. proximam cauſam ſi rei naturã & Ariſtotelis Dogmata ſequimur, à quib. non recedit Theophr. non poſſumus nõ confiteri frigus eſſe. cũ. n. quæcunq; à calido liquefiunt, à frigido concreta eſſe demonſtratum ſit, metalla verò ab igne vt calido liqueſcant, dubium non eſt à frigidâ cauſa concreuiſſe. hanc eandem ſententiam Theophr. ſequutum eſſe dubium non eſt vel ex iis verbis, ἐπὶπαν αὖ τοῖς ἐναντίοις ἑκάστων ἡ πῆξις καὶ ἡ τῆξις. verùm quoniam Ariſtotelis locus in tertio Meteorolog. vbi non à frigore, ſed à ſiccitate lapidum ait metalla concreſcere, explicanda hîc etiam philoſophi mens erit. non enim à ſiccitate lapidum ſimpliciter metalla concreſcunt, verùm cum intra lapides in metallicis cauernis atque cuniculis includatur

Digitized by Google

materia metallorum siue illa sit succus liquidus, siue exhalatio. à frigiditate illa lapidum congelatur; & quoniam quo sicciores durioresque sunt lapides eò etiam frigidiores, eoque magis possunt exhalationem congelare, idcirco dixit Aristoteles intrusum vaporem præsertim intra lapides propter siccitatem congelari, atque concrescere. non tamen quòd siccitas lapidum efficiendi causa sit. id quod aliquos non animadvertisse, qui Aristotelem reprehendunt, non mediocriter mirari soleo. neque forte absurdum fuerit quo loco ait Aristoteles propter siccitatem compingi atque gelascere exhalationem, si interpretemur exhalationem ideò compingi facilè, quòd permistum siccum habeat cum humido, ac propter siccitatem terminatum humidum facilius coagmentetur, vt siccitas perpessionis potius vim habeat, quàm actionis, referaturque ad exhalationes non autem ad lapides. vtcunque quidem interpretemur, Platonis, Aristotelis, & Theophrasti sententia est à frigore congelari, atque concrescere metallorum materiam, efficientemque causam frigidum esse, siue illud in lapidibus sit, siue in quolibet alio tractu terræ venarumque metallicarum. siue frigidum, quod appellant positiuum, siue caloris priuationem, vt videtur Plato innuere. vbi ait καὶ πλὴν τοῦ πυρὸς ἀπανταχὴν ψύξιν. quamquam in metallorum origine caloris priuationem nihil efficere crediderim, sed actu agens frigidum, ac positiuum. & quamquàm extra terram liquefacta ab igne metalla, quemadmodum & alia liquabilia igne ablato densantur vel sola caloris absentia, non tamen ita se habent in prima illa origine, vbi exhalatio, & humor terræ commistus auctore valido opus habet, vt compingantur, atque concrescant. Quo autem modo frigus agat in materiam metallorum, quæque eius actio sit, quoniam superius dictum est, quando de lapidum fossiliumque reliquorum efficiente causa differebam, non est, quòd in præsentia repetam. proxima igitur metallorum causa frigus est siue frigidum, aut frigiditas. de remotiori causa si quæramus, dubium non est calorem esse posse. Nam siue ex aqua fiant terræ commista, calor est, aquæ subterraneæ auctor. qui ciet halitus vaporesque, siue ex halitu vaporoso, ac humido longè magis. Verùm cùm nõ desint, qui calorem existimant metallorum esse causam efficientem remotiorem, quòd ille succum commiscet, & concoquit, qui posteà à frigore congelatur, cauendum est meo iudicio, ne hæc opinio studiosorum animis imponat. Nam succus non fit, aut elaboratur à calore, sed percolatione affluxuque congeritur, terræque commiscetur, qui tamen si terræ plus habet, quàm aquæ, & calor ibi adsit, concrescit, atque fossilis aliquod genus fit. si plus aquæ, & frigus adsit, congelatur, atque metallum fit. itidem vtraque exhalatio à calore, & à frigore cõcrescit, atq; aut lapis, aliud ue fossile, aut metallum ex ea oritur. quòd si calor mistionis omnis causa sit, est tamen illius mistionis quæ perfecta est, quæque in plantis, & animantibus cernitur, hæc autem fossilium mistio imperfecta est, opusq; habet calore, frigoreq; non pro materia commiscenda, sed pro perficienda forma fossilis, quod est exoriturum. tantùm abest, vt calor proxima causa efficiens metallorum sit, quæ fuit Alberti sententia. qui quoniam quo loco agit de efficiente hac causa satis probabiliter videtur disputare, ne quis fortè opinetur illum peripateticorum sequi dogmata, conabor breuibus refellere. primum autem demonstraturus frigus non esse metallorum efficiens, sed calorem, hoc affert argumentum. in his, quæ vitæ speciem accipiunt aliud non esse, quod materiam cum forma coniungat, ac terminet, nisi calidum. igitur si metalla formam accipiunt, & gignuntur, non à frigido, sed à calido fieri. Alterum argumentum affert, vt ostendat frigiditatem non posse metallorum effectricem esse. Nam frigus congelare, & vnire vel ea, quæ diuersorum generum sunt, quamobrem si esset auctor generationis metallorum, metalla non essent metalla, nisi concreta. liquefacta verò non esse. ad hæc congelationem non posse esse substantialem formam metallorum, quod pluribus rebus inest illa, quæ diuersarum specie formarum sunt, de iisque vniuocè enunciari. hæc sunt Alberti Magni argumenta contra maximorum philosophorum, quam attuli, sententiam, quæ refutare visum est operæprecium. ac primum inualidum est. etsi enim mista omnia calor perficiat, mistionisque auctor sit, atque generationis, non tamen in metallis eadem est, atque in perfectioribus mistis ratio. calore in iis cœlesti opus est, qui commisceat elementa, ex quibus materia fiat pro caloris efficientia mistionisque ratione, aut animalis perfectioris, aut imperfecti, aut plantæ. in iis, quæ mista non sunt, sed penè elementa paulùm à natura sua mutata non opus est vllo calore necessario. sed fossilia lapidesque penè plurimos calor perficit, quod humidum excoquit, & exsugit. metalla verò frigus quòd humidum in sicco congelat, atq; compingit. quòd si metallorum materiam, quæ humor est terræ commistus succusque à quibusdam dicitur, calor dicatur efficere & commiscere, etsi non aduersatur sententiæ Theophrasti, & Aristotelis, quod ad ortum metallorum pertinet, tamen ego non libenter admitto, eo quod si calor hanc materiam commiscet, si succum illum attemperat, nescio quo modo in mediocri inspissatione persistit, neque progreditur vlterius ad excoquendum humidum, & exsiccandum. profecto si satis non esset excolatio, confluxioque humoris, ac terræ, exhalatione, aut alia excretionis genera (vt vocat Theophrastus,) opus esset hunc calorem comminisci. sed quando modi illi commiscent humorem cum sicco, non alio commistore opus est. alterum Alberti argumentum non magis atque primum efficax. nam in prima metallorum origine dubium non est nondum esse illa, quando adhuc concreta non sunt, quando verò concreuerint, & formam adepta sint, etsi à calore liquescant, non ideo fieri propter liquefactionem, vt metalla non sint. Cum enim à subterraneo frigido ita compacta, concretaque sint, vt etsi à calore ignis vehementiori liquefiant, illo tamen remoto ad pristinam redeant densitatem: nihil vetat eadem esse & metalla concreta, & liquida: imo necessariò eadem sunt. Tertium Alberti argumentum, aut ego malè intelligo,

Digitized by Google

telligo, aut à re noſtra alienum eſt congelatio, concretioue (ſic enim appellamus illam, quæ græcè πῆξις dicitur) affectus eſt miſti, in quo humidum ſit, imo ipſius humoris primùm. hæc diuerſis quidem non modò ſpecie, verum etiam genere accidit: hæc omnia nemo non affirmat, & confitetur, ſed illa metallorum forma non eſt. paſſio, affectusque eſt humoris à frigida efficiente cauſa. congelatur enim è frigore metallorum materia; & tamen congelatio non eſt eorum forma, ſed quod à congelatione, quæ frigoris efficientia, oritur. quòd etſi omnium metallorum congelatio à frigore fiat, tamen quòd diuerſa ſpecie fiunt, fit propter materiæ denſitatem, puritatem, impuritatem humoris, ac terræ commiſtionem variam, poſtremò pro materiæ affectione, pro maioriq; ac minori frigoris actione. etſi enim congelat omnia frigus, & eandem edit actionem, magis tamen ac minus pro ſingulorũ materia. magis enim agit in auri materiam, minus in argenti, longè minus in plumbi. à materia autem atq; ab efficiente fit, vt altera huius forma ſit altera illius. hæc ſatis dicta ſint in argumenta Alberti, frigidam efficientem cauſam non probantis. quæ poſtquam attulit, ſuam adſtruit ſententiam, calorem eſſe auctorem metallorum, quòd miſta omnia à calore fiant, vbi ſibi pugnantia manifeſtò tradit, quando in quinto libro vbi de lapidum agit cõcretione, ſcribit perfecta miſta à calore fieri imperfecta & à frigore concreſcere. neque ſolo calore contentus eſt, ſed & prouidentiam, & mentem accerſit ad metalla, quæ delectu vtatur in iis perficiendis. Nugæ ſunt hæc, & à naturæ veritate aliena. quamobrem non eſt quòd in iis explodendis operam ponere æquum ſit. Hæc cum ita explicata ſint, abundè videor explicaſſe, quæ ad materiam efficientemque cauſam, metallorum pertinent. in declarandâ autem efficienti hac cauſa nihil opus fuit planetas fatigare, quod aſtrologis quidem placuiſſe mirum non eſt, quando ii dogmata tueri ad aſtraque referre omnia conſueuerunt: ſed Prodólycio maximi nominis philoſopho hanc opinionem artiſiſſe hoc equidem maximè miror. & ſanè propter eius auctoritatem, dogmatis huius commentum refutarem, niſi abundè hoc præſtitiſſet Agricola. & ego ſatis ſuperque digreſſus ſum, & per ſe ſuam hæc ſententiã falſitatem prodat, quã nemo non poteſt refellere. Reliqua ſunt deinceps accidentia omnia metallorum, locuſque in quo fiunt, & nonnulla alia huiuſce inſtituti, quæ tamen in præſentia miſſa facio, quòd interpretis munus ſeruandum mihi eſſe arbitror. & alioquin pro verborum Theophraſti occaſione ſatis videor euagatus. nunc aliò properandum eſt.

[1] Τῶν δ' ἐν τῇ γῇ στωιχειωμένων, τὰ μὲν ἔστιν ὕδατος, τὰ δὲ γῆς, &c.

A materia videtur hic foſſilia partiri omnia, quod alia ex aqua, alia è terra conſtant. voco autem foſſilia, quæ hic ἐν τῇ γῇ στωιχειώμενα. Ariſtoteles in extremo tertio Meteorol. altera vocat ὀρυκτὰ, altera μεταλλευτὰ. ſunt igitur duo partitionis huius membra, duoque ſubterraneorum miſtorum genera. quò magis refellendæ ſunt plures partes, quando perfectior eſt ἡ διχοτομία. εἴδη autem θετικὰ λίθων appellat, & gemmas, & alios inſignes lapides, vt magnetem, lapidem lydium, & alios huiuſce notæ. atque vox τῷ θετικῷ in re inſigni & à vulgari communique ordine ſemota ſignificanda & huic noſtro, & Ariſtoteli vſitatiſſima eſt. non modo autem lapides ex terra conſtare ait, verùm etiam ſi quæ ſunt terræ genera magis inſignia. græcè καὶ εἴ τινες δὴ τῆς γῆς αὐτῆς ἰδιότητας φύσεις. verbum è verbo & ſi quæ ſunt terræ naturæ magis propriæ. Turnebus. & ſi quæ ipſius quoque terræ propriæ ſunt, & peculiares naturæ. omnem terram ex terra conſtare temerarium eſſet probare velle, non modo enim ex terrâ, ſed terra ipſa eſt. terræ igitur illæ, quæ plus quiddam habent & τὸ θετικὸν à Theophraſto intelliguntur, illud vocat ἰδιοπάθειαν φύσιν, naturam peculiarem, quam nos genus inſigne conuertimus. quin enim genus natura dici poſſit, dubium non eſt, quando natura forma, genus autem forma, & definitio. omnino autem (vt ad terras veniam) illas hoc loco intelligit Theophraſtus, quæ inſignem aliquam peculiaremque notam habent, propter colorem, leuorem, denſitatem, & propter alias qualitates ac vires. cum autem terrarum differentias plures inſpiciant, agnoſcantque artifices, vt Agricolæ, plaſtæ, figuli, pictores, medici. illæ differentiæ dicuntur inſigniores, quæ à terræ communi natura recedunt, aliaque naturâ participant. propter quam fit, vt in varios vſus accipiantur, & pictorum, & medicorum nonnunquam, & aliorum artificum. participant autem aut metallo, aut ſucco aliquo, poſtremò ea qualitate, quam ex confluxu percolationeque nactæ ſint. has hoc libro perſequitur. illas alias, vt Galenus ſignificat libro nono ſimplic. pharmacorum, & agricolarum eſſe, & aliorum, ſic noſter hic tanquã alienas omittit. non omiſit autem vbi ponit Agriculturæ principia quæ ſumit ipſa ex libris de plantarum cauſis:

[2] Ἁπαντα οὖν ταῦτα &c. foſſilium omnium materia terra eſt, non ſimplex quidem illa, vt ſuperius dicebamus ſed humori permiſta. ſic autem limus eſt quidam, vt non ineptè exiſtimarit Auicenas foſſilium materiam limum eſſe. Hæc autem terra pura eſt atque ſyncera, quippe percolatione affluxuque per venas ſaxorum ita congeſta. non poteſt autem percolari, niſi aquæ commiſta ſit. quòd ſi aquâ omnino ſoluta ſit, ſuccus dicitur (vt nonnullis placet appellare) ſi non omninò ſoluta, ſed mollis reddita, vocatur lutum. nam huiuſmodi nomina modo res intelligatur, nihil moror.

[3] Καὶ κατ' ἄλλον τρόπον κεκριμένης exhalationem ſine dubio intelligit, vt hinc manifeſtum ſit, quod in diſputatione de foſſilium, metallorumque materiâ dicebamus. ſolet enim Ariſtoteles frequentiſſimè hoc nomine exhalationem intelligere. in tertio Meteorol. ὅσα μὲν οὖν ἔρχα συμβαίνει παρέχεσθαι πῶν ἐκκειται. ſic vocat vtramque exhalationem. rurſus ibidem. ὅσα ξηρότητα εἰς ἣν συνθλιβομένην καὶ

Digitized by Google

πεπηγυμένη οἷον δρόσος ἢ ἀάχνη ὅταν ἀποκριθῇ. sic vocat & Theophraſtus: vt adnotabo ſuo loco. eſt itaque Ariſtotelis rata ſententia à Theophraſto etiam confirmata, metalla foſſiliaque omnia ex aqua, ac terra, & vtraque exhalatione conſtare. quocirca quemadmodum affluxus, percolatioque modi ſunt congeſtionis materiæ, & præparationis, ita etiam excretio, quæ fit reſolutâ terra cum humore à calore ſubterraneo in halitum.

4 Ἀφ' ὧν δὴ καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ πυκνὸν καὶ ὃ σιλπνὸν καὶ διαφανές.

Has omnes qualitates puritati, æquabilitatique materiæ acceptas refert, quemadmodum & Plato in Timæo. ξωωσοῦσα δὲ ὑπὸ αἴρος ἀλύτως ὕδατι γῆ ξωϊσταται πέτρα καλλίων μὲν ἡ ψῆ ἴσων καὶ ὁμαλῶν διαφανὴς μερῶν, αἰσχίων δὲ ἡ ἐναντία. hoc eſt terra denique inſolubiliter cum aqua coacta lapis conſtituitur, pulchrior quidem, qui ex æqualibus planiſque partibus eluceat, deformior autem, qui contrà. ſi æquabilis itaque materia ſit, bona fit vndequaque miſtio, vnde ſequitur denſitas, quæ fit ab humoris ac terræ æquabili, firmaque compactione. Nam ſi æquabilis materia non ſit, aliæ partes rariores erunt, denſiores aliæ, molliores nonnullæ, quædam duriores. Non eadem enim caloris ac frigoris efficientia, vbi naturæ, quæ ſubſternitur, ac patitur, non æquabilis affectio. quòd ſi æquabilitati accedat puritas, dubium non eſt, quin præter denſitatem, & alia conſequantur, quæ dicunt Plato, & Theophraſtus, leuor, perſpicuitas, ſplendor. Neque tamen credendum eſt, quæ pura conſtant æquabilique materia, ea ſtatim ac neceſſario denſa eſſe, leuia, perſpicua, ſplendida. prout enim aut plus, aut minus puritatis eſt in materia, prout commiſcetur humor, ac terra varia ſanè ac multiplici ratione, ita aut hoc, aut illud conſequitur accidens. Quamobrem alia denſa, ac leuia, quales aliqui lapides ac marmora, alia denſa, leuia, ac ſplendida, qualia aurum, argentum, æs, orichalcum. nonnulla, & talia ſimul, & perſpicua, quales gemmæ quamplurimæ, vt Adamas, Carbunculus, Smaragdus. Hæ tamen qualitates quod magis minusue inſunt, inde proficiſcitur, quod & materia magis, minusue aut æquabilis, aut pura eſt, & quòd non vno modo afficitur, & commiſcetur.

5 Ἡ δὲ πῆξις τοῖς μὲν ἀπὸ θερμοῦ τοῖς δ' ἀπὸ ψυχροῦ γίνεται.

modo de efficienti cauſa loquitur, de qua nos abunde ſuperius ex duobus his philoſophiæ luminibus. ait autem nihil fortè impedire aliquos lapides ab vtraque efficiente causâ fieri, & quòd reuera ita eſt, & quòd ita decet philoſophicam modeſtiam, quæ & Ariſtoteli eſt vſitatiſſima. ſed dicat aliquis abſurdum alioquin non eſſe, aliqua quidem lapidum genera à calore compingi, aliqua autem à frigore. at eadem ab vtraque cauſa, id fortè non eſſe conſentaneum. Verùm nihil abſurdi eſt, eandem materiam à frigore compingi extracto humido, aut à calore eodem exuſto. & profectò cum lapides alii à calore, alii fiant à frigore, nihil vetat vel eoſdem ab vtraque cauſa fieri. quòd ſi cauſæ contrariæ ſunt, effectus tamen non contrarii, extracto enim quolibet modo humido, lapidum concretio fit penè eadem à calore, & à frigore.

6 Ἐν γὰρ τῇ γῇ χρώμασί τε καὶ γλιχρότητι καὶ λειότητι καὶ πυκνότητι καὶ τοῖς τοιούτοις αἱ ῥοαὶ διάφοροι, κατὰ δὲ τὰ ἄλλα σπάνιοι.

Nam in terra colore, lentore, leuore, denſitate, atque aliis huiuſcemodi differunt fluxiones, raræ verò ſunt ſecundum alia.

Hiſtoricum eſſe librum hunc diximus in præfatione. explicat autem Hiſtoria differentias, proprietates, ortuſque in foſſilibus, ac metallis. in plantis eadem hæc & parteis, & vitam, in animalibus præter hæc omnia, & actiones, & mores, quibus carent plantæ. quæ itaque lapidum, metallorumque ſunt, reliquorumque foſſilium quærit hoc loco Theophraſtus. dubium autem non eſt, quin terræ pauciores habeant & differentias, & proprietates quam lapides, quippe quæ & ſimpliciores. vbi autem in excuſis exemplaribus legebatur αἱ ῥοαὶ fortaſſe non malè legi debet αἱ ῥοαὶ, vt ſupra εἶτε ῥοῆς εἴτε διηθήσεως. à diuerſis enim fluxionibus ſuccorum diuerſos colores terræ ſuſcipiunt, diuerſas etiam cæteras proprietates. Turnebus legit αἱ πολλαὶ διάφοραι. quam equidem lectionem non improbo.

7 Οἱ δὲ ὅλως ἀπολιθοῦν τὰ τιθέμενα εἰς αὐτούς.

Alii in lapides commutare quæ in iis poſita ſint.

Qui ſint hi lapides non explicat. Plinius libro trigeſimo ſexto in Aſſo Troadis ſarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur. corpora defunctorum condita in eo abſumi conſtat intra XL diem exceptis dentibus. Mutianus ſpecula quoque, & ſtrigiles, & veſtes, & calciamenta illata omnia lapidea fieri Auctor eſt. Ariſtoteles in libro de Miraculis auditis refert. Pergami ad metalla Crœſi fugiſſe quoſdam propter hoſtium metum. Clauſis verò metallorum hoſtiis ſuffocatos eſſe, deinde multo poſt tempore effoſſis puteis, & eorum oſſa lapidea reperta eſſe, & vaſa, quibus vtebantur, quo tempore latuerant. quòd ſi quæratur ratio huius euentus, de quo loquitur Theophraſtus, illa fortè ſit, quod à lapide ad rem, quæ in eo reponitur, vis permeat lapidifica, quæ meatus omnes obducens lapidem generat. an etiam quòd in lapide ſucci illud genus exſudat, quem Vitruuius vocat coagularem, alii lapideſcentem. qui longiori temporis ſpatio repoſitas res aut conditas penetrans in lapidem mutat?

Digitized by Google

Εἰσὶ δὲ πλείους καὶ ἄλλαι κατὰ ταῦτας διαφοραί.

Atque secundum has facultates plures aliæ sunt differentiæ.

Sic legendum esse demonstrat ipsa sententia. quod si pro διαφοραὶ velit quisquam δυνάμεις reponere, per me licebit, quando eadem erit sententia. Quæ sequuntur à Turnebo ita interpuncta sunt, vt in πιαῦτα absoluatur sententia, mox legit ἀπὸ τὸ περιττὸν ὑπάρχει. mihi hæc etiam particula cum superioribus optimè videtur cohærere, legendum verò διὰ τὸ περιττὸν. Cum enim Auctor peculiares lapidum differentias numerasset, quæ sunt aut ab eo quòd patiuntur, aut quòd non patiuntur, aut quòd agunt, aut quòd artificiis subiiciuntur, tandem venit ad differentias, quæ licet lapidibus peculiares non sint, cum & terrarum generibus insint, tamen διὰ τὸ περιττὸν ὑπάρχουσιν, hoc est propter insignem notam insunt lapidibus nonnullis, hoc est illorum veluti peculiares sunt, quòd insigniter peculiarique quodam modo sunt. sic loquitur, & inferius σφραγίδιον γλυφεῖρὸν ἀνεπίμφθη. βασιλεῖ διὰ τὸ περιττὸν. has differentias quæ licet διὰ τὸ περιττὸν insint, communes tamen sunt pluribus, breuiter expedit allatis lapidicinis marmorum insigniorum. in illis aliis, quæ facultates sunt, paulò diligentius declarandis insistit:

Ἐξ ὧν δι' ὀνομασμένας λιθοτομίας τε Παρίων τε καὶ Πεντελικῶν, καὶ Χίων τε καὶ Θηβαϊκῶν.

Ex quibus iam nominatæ lapidicinæ pariorum & pentelicorum, chiorum & Thebanorum.

Marmora hæc fuerunt insignia parium, pentelicũ, chium, Thebaicum, celebrata priscis scriptoribus, Plinius lib. 36. omnes autem tantum candido marmore vsi sunt è Paro Insula, quem lapidem cœpere Lychitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, vt Auctor est Varro, multis postea candidioribus repertis, nuper etiam in Lunensium lapidicinis. pentelici marmoris meminit Strabo, libro 9. Plutarchus in Poplicola, & Pausanias in Atticis, & Achaicis. Chii etiam meminerunt Strabo, Plinius, alii. de Thebaico verò Plinius lib. 36. Thebaicus interstinctus aureis guttis inuenitur in Aphricæ parte Ægypto adscripta, coticulis ad terenda Collyria quadam vtilitate naturali conueniens. Alabastrites idem & Onyx appellabatur, Romanis vsitatissimus in columnis, in pauimentis, in vasis potoriis.

Martialis. *Siccos pinguis onyx anhelat æstus. Idem*
Calcatusque tuo sub pede lucet Onyx. Idem
Parvus onyx vnâ ponetur Cœnula mensâ.

Hic (ait Plinius) nascitur circa Thebas Ægyptias & Damascum Syriæ. hic cæteris candidior, probatissimus verò in Carmania, mox in India, iam quidem & in Syria Asiaque vtilissimus, & sine vllo nitore in Cappadocia.

Καὶ ὁ τῷ ἐλέφαντι ὅμοιος, χερνίτης καλούμενος.

Sic emendandum est ex Plinio chernites ebori similimus, in quo Darium conditum ferunt; parioque similis candore, & duritiâ, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur. respondent autem omnia Theophrasti verbis, quæ sequuntur non sunt apud Plinium.

Διὸ καὶ ἐν τοῖς σπουδαζομένοις οἰκήμασιν ὥσπερ διάζωμα πιθανοῦσιν αὐτὸν οἱ Αἰγύπτιοι.

Quo fit vt in operosioribus Ædificiis diazomatis loco ponatur ab Ægyptiis.

Turnebus subobscurè. itaque magnificas ædes eius cingulis Ægyptii distinguunt. διάζωματα vocantur quæ gradus Theatrorum interstinguunt, velut areolæ, quæ præcinctiones à Vitruuio appellantur. item in contignationibus coronices, quibus illæ discernuntur, ornamenti potius causâ quã necessitatis, quo sensu fortè Plutarchus in Pericle dixit: διάζωμα δὲ πρὸς αὐτῷ κίονας ἐπέθηκεν. hoc est, Diazoma & supernas columnas addidit. Plin. lib. 36. Coronas videtur appellasse, quo loco de gypso loquens, vsus inquit gypsi in albariis, sigillis ædificiorum, & Coronis gratissimus. Diazómata itaq; quòd in contignationibus ponebantur pene in ipsorum parietum fastigiis optimo iudicio ex poro lapide conficiebant Ægyptii. non modo propter eius pulchritudinem, sed etiam propter leuitatem. quòd enim in summo pariete ponebantur ex leui lapide constare oportebat, eoque pulcherrimo, qualis erat porus, qui præter leuitatem, erat, & pulchritudinis, & duritiæ singularis. Georgius Agricola libro septimo fossilium non legit σπουδαζομένοις, sed σπωμένοις, aut σπαζομένοις. vertit enim Theophrasti verba sic. idcirco illum in ædificiis diuulsis tanquam septum quoddam ponunt Ægyptii. putat autem in ædificiis, quæ rimas agerent, porum vsurpari solitum, quòd vnam partem cum altera commode copulat, & coniungit, nec propterea grauantur ædificia. fallitur tamẽ ille, & quòd hic διάζωμα non ita sumitur, & quod mendosa non sunt Theophrasti verba, quodque auctoris sententiam ac propositum non percepit. addendum illud quoque est. hoc genus lapidis porum appellari, quòd pori, qui tophus latinè dicitur leuitatem habeat, non quòd verè tophus sit, vt existimarunt nonnulli. tophus enim ea duritie non est aut candore, quo porus de quo agimus.

Digitized by Google

11 Αἱ μὲν οὖν τοιαῦται διαφοραὶ καθάπερ ἐλέχθη κοινότρεαι πλείοσιν, &c.

Atque hæ quidem differentiæ, quemadmodum diximus, communes multorum sunt.

Hæ sunt illæ differentiæ lapidum, quæ licet communes sint, tamen διὰ τὸ πλεῖον, pluribus insunt veluti propriæ. sequuntur illæ, quę à facultatibus desumuntur. quę non sunt in toto aliquo terrarum tractu; vbi lapidicinæ sint, neque in magnis lapidibus, sed in paruis, rarioribus, ac preciosis. qualis carbunculus, sapphirus, gemmæ aliæ.

ὀλίγοι δὲ οἱ περὶ πῦρωσιν καὶ καύσιν ὑφ' ὧν δὴ καὶ πρῶτον ἴσως λεκτέον. pauci autem sunt, qui incendi, & comburi possunt, de quibus, quot & quales habeant differentias, primo loco dicendum est.

Primam differentiam aggreditur, quæ est à potestate patiendi, & non patiendi, quæ duplex cum sit, primum eos lapides affert, qui pati possunt, allaturus & mox; eos, qui pati nequeunt. Horum passio præcipuè ab igne est, nam qui ab arte patiuntur aliâ differentiâ seiuncti sunt. ignis autem liquat, aut vrit. liquat multos ac penè omnes, qui à frigore compacti sunt, ac præsertim metallicos; liquefiunt enim cũ metallis omnes qui cum iis effodiuntur. & præter hos οἱ πυρόμαχοι καὶ οἱ μυλίαι, hoc est molares, ac pyromachi, quo nomine vocat & Aristoteles in quarto Meteorolog. molaris autem duplex: primum qui & pyrites (vt ait Plinius) dicitur. quoniam sit plurimus ignis illi. huius in ardentibus locis copia, cuius effluunt riui liquescentes, vt in Ætnæ incendiis fit. Hunc Strabo libro primo vocat πηλὸν διάπυρον, hoc est lutum ignitum. refert autem & libro sexto inter Hieram & Euonimum Æolias insulas incendiis subterraneis concitato mari, tandem limum apparuisse, qui supernatabat in aquis, qui postea in lapides molaribus similes concreuerit. Auctor Poëmatii quod Ætna inscribitur.

Quin etiam variè quædam sine nomine saxa
Toto monte liquant, illis custodia flamma
Vera, tenaxq; data est, sed maxima causa molaris
Illius incendi lapidis sic vindicat Ætnam.
Quem si fortè manu teneas, & robore cernas
Nec seruare putes ignem, nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quæras respondet, & ictu
Scintillat calor, hunc multis circumdare flammis
Et potes extorquere animos. atque exue robur,
Fundetur ferro citius. Nam mobilis igni
Et metuens natura mali est, vbi cogitur igni.

deinde est & alter molaris ab Arist. μηλία appellatus, qui nõ liquescit. liquescentẽ enim μύλην vocat. quippe cum dixisset, ἐὰν μύλαι πίκουται ὥστε ῥεῖν, h.e. & molares liquantur ita vt fluant. subdit deinde. κέχρηνται δὲ καὶ λίθων εἰσὶν ἧμιν ὅσοι πυρὸς τῆς γῆς συγκαυθείσης γίνονται οἷον αἱ μυλίαι ἄλυποι. medici μυλήτην vocant, quòd ex hoc molæ conficiantur, quemadmodum & ex altero, sed ex hoc frequentius & penè vbiq;. lapis πυρίμαχος est, qui à medicis πυρίτης dicitur, quòd ignẽ attritu suo cum ferro, aut alio lapide duro excudat. πυρίμαχος fortasse dictus aut propter eandẽ causam, quòd conflictu suo ac veluti pugnaignem eliciat, aut quòd igni repugnet, atq; resistat, quoniã liquefactus in pristinam naturam redit iterum, quod tamen non adeò probo vocis etymon. hic in metallis præsertim ærariis reperitur, quãdoque & in argentariis, & in aurariis, & penè in omni metalli genere. nonnunquam cũ metallis mistus, quem metallici ardentibus fornacibus excoctum separant, nonnunquam & per se solus. duplicem Plinius agnouit, vnum argenteo colore, alterum aureo. Recentiores & alios agnouerunt, hoc est plumbeum, cinereum, violaceum, & subcæruleum. & exterius nigricantem, intus aureum. postremo colore carbunculi carchedonii exterius, interius orichalchi.

12 πολλοὶ γὰρ οἱ ῥηγνύμενοι καὶ ἁλλόμενοι, ὡς οὐ μαχομένου τοῦ πύρωσιν.

Multi enim, qui franguntur, & saliunt.

Verborum sensus planus est sed mendum latet, vt opinor. nos legimus eos μαχόμενοι κατὰ τὸν πύρωσιν. franguntur. n. atque dissiliunt durissimi quidam lapides, quòd natura sua igni repugnat, quòd scilicet parum in iis humoris est. quod cum nequeat liquefieri sed ab igne comburatur, dissiliunt concepto flatu intra meatus, vt in sale videmus fieri. hoc consentaneum esse dicit & κατὰ λόγον. reddit autem rationem, propterea quod sine humore sunt: liquatio autem in humido.

φασὶ δ' καὶ τῶν ἡλιουμένων τοὺς μὲν ἀναξηραίνεσθαι τελείως ὥστε ἀχρείους εἶναι.

Ferunt etiam eorum, qui insolantur alios in totum exsiccari, vt nulli sint vsui.

Hoc etiam superiorem confirmat sententiam. Nam cum lapides alii parum habeant humidi, alii plusculum, qui parum habent, insolati ita exsiccantur, vt nisi quis iterum aqua inspergat, & madefaciat, inutiles futuri sint. qui plus humoris habent extracto illo à calore solis ad extimas partes, & molliores fiunt & friabiles. in vtrisque est solis opera, in vtrisque humoris extractio, sed in aliis

Digitized by Google

aliis exhalat, in aliis ad extima trahitur, vt madescant, ac propterea molliores fiant. πηκτοὺς verò vocat, aut quale lutum est, quod à frigore, geluque concretum, si calefiat, molescit, & non fluit, vt ait Aristoteles. aut molles & solubiles absolutè. in verbis duo sunt emendanda. nam pro καταῤῥηχθέντες legendum καταβρεχθέντες, ita postulante sententia & altera voce quæ sequitur. & pro ὡς ἡ σύμφυσις τοιαύτη. reponendum ὧν ἡ φύσις τοιαύτη aut etiam σύμφυσις.

[13] Ενιοι δὲ τῶν θραυομένων αὐθις ἀναθυμιῶνται τῇ θραύσει καὶ διαμένουσι πλείω χρόνον ὥσπερ περὶ Βίνας ἐν τῷ μετάλλῳ:

Quin & nonnulli fragilium lapidum dum franguntur in carbones euadunt & diutius permanent. quales sunt ád Benas in metallo.

De lapidibus loquitur in præsentia Theophrastus, qui cùm friabiles sint, confrictione in carbones soluuntur, quare eos meritò ait αὐθαναθυμιῶσθαι. constant hi magna ex parte ex bitumine terreo, atque concreto. est enim huius alterum liquidum alterum durum, atque concretum. quod aut terram imitatur, aut lapidem. ex lapidum autem genere sunt hi, præterea lapis gagates à Nicandro, nisi alius sit, vt Galenus putat, γαγγίτης vocatus, deinde Thracius, & qui ab Obsidio inuentore dicitur obsidianus. postremo alii inter quos est & spinus cuius meminit Theophrastus, & Aristoteles, περὶ Βίνας ἐν τῷ μετάλλῳ, locum in Thracia signant, vt opinor. Aristoteles, ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. λίγνιται δὲ καὶ περὶ τὸν σκυθῶν καὶ μηδῶν χώρον καλουμένην τῆς θρᾴκης ποταμόν τινα εἶναι πόντον προσαγορευόμενον, ἐν ᾧ καταφέρεσθαι τίνας λίθους οἱ κάοντας, καὶ τοὐναντίον πάσχειν τοῖς ἐκ τῶν ξύλων αὐθαναθυμιῶσι, ῥιπιζόμενοι μὲν σβέννυσθαι ταχέως. ὕδασι δὲ ῥαινόμενοι αἰθαλώδεσιν καὶ αὐάπλοισι κάλλιον. θερμαίνουσι δὲ ἀσφάλτῳ ὅταν καίωνται, καὶ πνεῖν ὁμοίως οὕτω καὶ δρυμείαν ἔχουσιν, ὥστε μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν ἐν τῷ τόπῳ καιομένων αὐτῶν. ferunt & in Medorum Scytharumque regione, quæ Thraciæ dicitur, fluuium esse pontum nomine, qui lapides deferat, qui comburuntur contrario modo atque carbones, qui ex ligno constant. Nam si ventilentur extinguuntur ocyus, aqua autem insperfi candescunt, & flagrant melius. dum vruntur autem, bituminis instar olent, adeoque graui & acuto odore, vt illo in loco reptilia manere nequeant. Nicander in Theriacis eadem de lapide Thracio.

Ἢ σύγε θρήϊσταν ἐνὶ φλίξας πυρὶ λᾶαν,
Ἠθ' ὕδατι βρεχθεῖσα σιλάσσεται. ἔσβεσι δ' αὐτὼ
Τυτθὸν ὅτ' ἰδμήσηται ὀπῤῥαίσαντος ἐλαίου,
τὼ ἀπὸ θρηϊκίου νομέες ποταμοῖο φέρουσι
ὃν πόντον καλέουσι. hoc est,

Threicium lapidem, quem lympha insperseris, ardet
Ocyus, extingues oleo si forte rigabis,
Vrito: pastores illum de flumine portant
Quem pontum appellant.

[14] ὃν καλοῦσι ἀσπνόν.]

videtur deesse aliquid, vt ὁ δὲ λίθος ὃν καλοῦσι ἄσπνον. eadem autem iisdem etiam penè verbis, & Aristoteles in libro περὶ θαυμασίων.

[15] ὁ δὲ λιπαραῖος σκωρόεσσα.

Lipareus lapis ex bitumine ac terra constat. quò fit, vt absumpto ab igne bitumine terrena parte manente pumicosus euadat. antequàm autē succendatur, niger est, leuis, ac solidus. Quæ omnia habet à bitumine. bituminosi enim omnes lapides, ac præsertim qui ex puro bitumine constant, nigri, solidi, leuesque sunt. talis ab Obsidio in Æthiopiâ inuentus. Nigerrimi (ait Plinius) coloris aliquando translucidi crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine vmbras reddente. gemmas multi ex eo faciunt, vidimusque & solidas imagines D. Augusti capti materia huius crassitudinis. dicauitque ipse pro miraculo in Templo Concordiæ obsidianos quatuor elephantos: ἐν ναῷ. Corruptum est, legendum aūt ἐν κιττᾶρῳ vel κιττάρῳ. quam lectionem & doctissimus Turnebus odoratus est. κίτταρος autem sæpe à scriptoribus sumitur pro loculo, in quo aliquid repositum est, siue folliculo. Aristoteles quinto de Historia Animalium Cellulas fauorum, vesparum, & crabronum non semel κιττάρους appellat. Theophrastus in quarto de plantarum Historia fabarum Ægyptiarum lobos siue Thecas metaphorice sic vocat. καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν κιττάρων κύαμος μικρὸν ὑπεραίρων αὐτῆς. eadem metaphora hic quoque vtitur. Nam cum intra pumicem loculis quibusdam lipareus nascatur, loculos illos nominat κιττάρους siue κιττάρια.

[16] Καὶ σκῶλος μὲν τούτῳ ὥσπερ ἀντιπεπονθώς.

hic etiam macula est, quam delendam puto, si legimus, καὶ ἐκεῖνος μὲν τούτῳ ὥσπερ ἀντιπεπονθώς. Cùm enim pumex melius in alio lapide oriatur, lipareus verò in pumice, sic videtur melius ortu suo rependere, ac veluti talione quodam resarcire. idque esset sine dubio si lapis intra quem in Melo pumex oritur, lipareus esset. Cùm autem non sit, iure additum est τὸ ὥσπερ.

Digitized by Google

17 ὁ δὲ λίθος ὁ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐρινεάδι,]

hic etiam lapis eiusdem est generis, atque alii qui in Thraciæ metallis reperiuntur. pro κίναις autem legendum est βίναις, vt supra, agnoscit autem Plinius Benas inter Thraciæ populos, libro 4. cap. 11. pro καταικίσεως καπακαύσεως. pro τῇ γῇ. promontorium Erineadis in Peloponneso, fortasse est non longè à Patris ab Erineo portu appellatum, cuius meminit in Achaicis Pausanias.

18 οὓς δὲ καλοῦσιν ἀνθρακας λίθους.

Quos autem carbones vocant.

Fossiles hi carbones bituminosa terra sunt, ex impuro bitumine commista, & in lapidis duritiem concreta. Medicinæ scriptores terram Ampelitim appellant terræ genus bituminosæ, cuius & Strabo meminit libro septimo. illam Galenus libr. 9. simpl. pharmac. à terræ generibus aliis quodam modo differre tradidit, & ad lapidis potius naturam accedere. eadem & φαρμακίτις appellata est, quam probat Dioscorides nigram, & piceis carbonibus paruis non absimilem, assulosam æquabili splendore. sunt qui existimant illam à fossilibus his carbonibus nihil differre, Ampelitimque medicorum terram, carbones hos esse Theophrasti. verum vt ita sit, (neque enim in magno ponam discrimine,) carbones hos fossiles non in terrarum, sed in lapidum classe numerat Theophrast. & Ampelitidos terræ meminit paulo post. qua testatur Agricolas vites inungere solitos αὐ τὴν ἰξὸ πρὸς τὰς ἴπας, hoc est visci loco contra culices, qui vitium oculos infestant. horum carbonum maxima copia effoditur in Belgico, & in multis Germaniæ locis, & in illa Britanniæ parte, quæ Scotia dicitur, quibus incolæ pro carbonibus ita vtuntur, vt si non ii suppeterent ad ignis vsum, malè ac infeliciter agere viderentur † ἐγκαπῆς ὕλης μετάλλοις. legendum ἐν τοῖς σκαπτοῖς ὕλης μετάλλοις. fuit autem Thraciæ vrbs, vt ait Stephanus. à qua haud longè metalla. forte illa, quæ nunc σιδηροκαύσια, vbi metalla sunt Turcarum Regis. hic autem lapis sine dubio bituminosus est. Nam & ex aliis aliqui ligno sunt similes, vt Gagates, de quo Plinius libr. 36. cap. 19. niger est planus, pumicosus, non multum à ligno differens, leuis, fragilis, odore, si teratur grauis. atq; hic scaptisylæ lapis ligno putrido similis est, quòd plus habet terræ, quàm bituminis, quò fit vt non possit etiam succendi, nisi oleo illitus, liquescente scilicet in superficie bituminosa portione: quæ tamen sine olei fomite non potest succendi, quòd multam habeat terram, aqua ne ardeat, impeditur. Notandi autem in bituminosis lapidibus tres gradus. alii enim igni admoti incenduntur ac flagrant per sese, alii prunis imponuntur, & follibus inflantur, alioquin extinguuntur facilè. aliis vis bituminis oleo elicitur, vt ardeant, quo ambusto lapidum illorum cessat incendium. Hi gradus ordinesue non aliunde fiunt nisi ex materia, ex qua constant. Nam aut ex puro, putoque sunt bitumine, aut ex lapidis materia, & bituminis æqualiter penè commista, aut ex multa terra exiguoque bitumine. ex priorum ordine Gagates, Thracius, gangites, quem Nicander πίτταν vocat ἐγκαλλίνδα. Samothracius, Spin⁹; ex altero gradu lapis est, qui inuenitur in Benarum metallo, & carbones fossiles. ex tertio lapis scaptisylæ, de quo agimus. Aristoteles etiam in libro περὶ θαυμασίων scriptum reliquit, lapidē esse in Aritania ad montes Apolloniatidos ex quo ignis exiens non appareat, iniecto verò in ipsum oleo flagrat. dubitet autē aliquis tàm de hoc lapide, quàm de illo, de quo proximè loquebamur. Cur si oleum bitumen flagrans extinguit, vt est in libro de igne, lapides hos adiuuat, vt magis ardeant. Respondendum. flagrans quidem bitumen oleum extinguere penetrato eius principio. at nondum ardens adiuuare, vt mox ardeat, cum oleum materia sit, quæ adustionem maximè iuuat.

19 ἄλλο δέ τι γένος ἐστὶ λίθων.

Est autem aliud lapidum genus.

sequitur altera differentia ex iis, quæ lapidum propriæ sunt. Cum enim posuisset primo loco illam, quæ est κατὰ τὸ πάσχειν, modò contrariam apponit. lapides autem qui pati nequeunt ab igne, aut sua vi & robore id habent, aut quod exhausti sunt omni ignis pabulo, ignis enim vbi humidum non est, nihil agit. in prima differentia sunt carbunculorum nonnullorum genera, & Adamas, in secunda pumices. Ἐρυθρὸν μὲν τῷ χρώματι. Plinius libro 37. cap. 7. principatum habent carbunculi à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam apyroti vocati. Idem in masculis quoque obseruant liquidioris alios flammæ, nigrioris alios, & quosdam lucidius ac magis cæteris in sole flagrantes. ἄγονται δὲ οὗτοι carchedonii sunt hi carbunculi præcipuæ nobilitatis, sunt autem garamantici, quos vt ait Plinius, & carchedonios vocauere propter opulentiam Carthaginis magnæ. Idem de Massilienſibus, Massiliâ quoque importari Bocchus & Olyssipone scribit magno labore ob argillam sole aduſtis saltibus. Milesium carbunculum lychnitem suspicor, quem carbunculum remissiorem à quibusdam vocatum testatur Plinius. mirum autem dicit esse Theophrastus, quod non vratur propterea quòd fragilis est, neque adeò solidus, vt cætera genera carbunculorum.

20 Ὅμοιον γὰρ τρόπον τινὰ καὶ τὸ ἀδάμαντος,

Similis est & in Adamante ratio.

Carbunculi, & Adamas non vruntur, quòd solidissimæ materiæ sunt, quòdque humore constant

constant adeò cum terra bene temperato illoque adeò frigido, vt non possit ignis illum absumere, aut penetrare. hanc causam non affert Theophrastus. sed negat alteram. est autem illa humoris priuatio. Nam & quæ humore exsucta sunt, illa nequeunt ab igne comburi, tales sunt pumices, qui ab exustis lapidibus fiunt absumto omni humido, terreniſque partibus arefactis, & rarefactis. vnde sequitur leuitas, & spongiosa quædam raritas.

[21] Πλὴν τῆς ἐκ τοῦ αὐτοῦ τῆς θαλάσσης στεφιζομένης.

Præter illum, qui concrescit ex spuma maris.

Alcyonium putant aliqui Theophrastum inter pumicis genera numerare. Nam quod ex spuma maris concrescit Alcyonium esse, non pumicem. quod si verum est pumex hic quintum genus alcyonii fuerit, quod figura, ait Dioscorides, fungo esse simile, exterius leue, atque acre, plurimumque in propontide in Besbico insula fieri, quod appellent incolæ ἁλὸς ἄχνην. verùm obseruaui ego non semel in Cretæ littoribus ex vndarum spumis concrescentibus cum arena commistis pumicum vim maximam fieri, quod non ignorant, qui maritimas oras incolunt.

[22] Ἐκτετηκότων δὲ τῶν κρατήρων γενομένων, καὶ ἐκ τῆς Διαβάρου λίθου:

Ex iis, qui fiunt in crateribus & Diabaro lapide.

Ex lapidibus, qui in Ætnæ crateribus comburuntur, restant pumices, quod experientiâ sensus probat. eadem experientia comprobat, quod de Nyssiri pumicibus dicitur. sciunt enim id penè omnes, qui littorales regiones incolunt. corrigendæ autem voces duæ, quæ mendosæ sunt. Nam quod χειροπλησίας malè legitur, χειροπληθεῖς, legendum est. qua voce significatur quod manu potest capi ita vt illam impleat, ἀναμείξωνται verò corrigendum ἀναμείρωνται. signant autem pumices hos in arena Nyssiri inueniri, quando eius superficies egesta sit, ac separata.

[23] Διαφορὰς δὲ ἔχουσιν πρὸς ἀλλήλας καὶ χρώματι, καὶ πυκνότητι καὶ βάρει.

Differunt autem inter se colore, pondere, duritie.

Multæ cum sint species pumicum habent etiam differentias, quibus inter se diuiduntur ac discrepant. illæ sumuntur à colore, densitate, pondere. colore differunt pumices Siculi à cæteris, quin etiam pondere, & densitate. sunt enim aliis & solidiores, & grauiores. quod ad colorem attinet, non ignorauit Auctor Ætnæ poëmatii.

Sed genus hoc lapidis certissima signa coloris
Quod nullas adiuuxit opes, & languit ignis, & rursus.
Tum siquis lapidum summo portabitur igni
Asperior sopita, & quadam sordida fex est.
Qualem purgato cernes discedere ferro.

Omnino autem Siculi pumices nigriores, duriores, grauioresque sunt aliis. habent tamen & illi leuitatem, quæ pumicum propria: quò fit vt aquis supernatent. Cum plurimum in laxa foramina admittatur aeris. ῥύακες Siciliæ dicuntur riui illi igniti, qui ab Ætnæ incendiis per montis ardua deuoluuntur. Strabo libr. 6. καὶ πότε μὲν ῥύακας αἱματηροὺς πότε δὲ φλόγας καὶ λιγνύς. & rursus idem. ὁ δὲ ῥύαξ εἰς τὸ πρόσω μαλθάττων ἀπολιθοῖ τὸ ὑποφαίνειν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος ὥστε λατομίας εἶναι χειρὸν τοῖς αἰακαλύπτοις βουλομένοις, τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑποφαίνειν. meminit & Aristoteles in admirabilibus. Auctor verò poematii illius politissimi elegantissimè describit ignitum hunc riuum.

Liquor ille magis seruare, magisq;
Fluminis in speciem mitis procedere tandem
Incipit, & primis demittit collibus vndas.

Auctor est Diogenes in vita Theophrasti, illum scripsisse περὶ ῥυάκων ἐν τῇ σικελίᾳ, hoc est, de riuo ignito Siciliæ, de crateribus cum peruulgata res sit, nihil afferam, nisi quæ de iis Lucretius libr. 6.

In summo sunt vertice, iam crateres, vt ipsi
Nominitant, Nos quas fauces perhibemus, & ora.

Atque hæc de crateribus, & riuis ignitis, ad pumices redeamus. pumicem Sicilienſem nigriorem aliis tradit Theophrastus coloreque ab iis differre.

[24] πυκνότητι τε καὶ βάρει αὖτε καὶ μαλακότητος.

Hæc verba sine dubio mendosa sunt. Turnebus legit πυκνότητι δὲ καὶ βάρει αὖτε καὶ ἁλμώδης. sed vt ingenuè fatear nihil mihi satisfacit emendatio doctissimi viri. Nam si pumicem Siciliæ à cæteris densitate ac pondere differre, quemadmodum & colore dicere vellet Theophrastus, præterea verò sapore, adderet καὶ ἁλμυρότητι, aut si præter densitatem, & pondus salugino sum esse pumicem illum dicere vellet, dixisset πυκνός τε καὶ βαρεῖα καὶ ἁλμώδης. sed hic ἅλμη locum non habet meo iudicio. Ioſephus Scaliger vir summæ eruditionis accuratique iudicii in Ætnæ poematii Cõmentario legit πυκνός τε καὶ βαρεῖα αὖτε καὶ μαλακώδης, quæ emendatio mihi plurimùm satisfacit. neq; quidquam

habet, quod assensum meum remoretur nisi τὸ μιλώδης. Verùm pumex ille τῆς ῥύακος potest dici molaris, primùm quòd est molari similis, deinde quòd riuus ex molari. hic enim repetitis incendiis combustus tandem pumex euadat necesse est. à repetita autem liquatione & incendio niger fit. confirmat id poeta, quem toties adduximus. Nam de molari loquens.

Hic semel, atq; iterum patiens, ac mille perhaustis
Ignibus instaurat vires, nec desinit ante
quàm leuis excocto defecit robore pumex.

pumex igitur hic, quòd esset ex molari lapide, & niger, & grauior, & densior aliis. quare addit. γίνεται δὲ καὶ πιαύτη κίσηρις & βάρος ἔχει & πυκνότητα, & ὁν τῇ χρήσει πολυπμότερος τῆς ἑτέρας. quòd si Dioscorides pumicem probat, candidum leuem, spongosum scissilem, non arenosum, & friabilem, quod & à Plinio traditum est, tamen ob alios vsus hic noster nigrum, & grauem commendauit.

[25] Τῶν δὲ λίθων καὶ ἄλλαι τυγχάνουσι διαφοραί,

Sunt & aliæ lapidum differentiæ.

Nunc ad alias transit lapidum differentias, illæ sunt species, & pulchritudo gemmarum. artificium in scalptura, ac politura. præterea vis faciendi aliquid. in specie videntur differentiæ gemmarum, quas enumerat, de quibus notabimus suo loco. Smaragdus præterquàm quòd specie, & pulchritudine præstantissimus est, habet & vim faciendi aliquid. Nam si aquâ mergatur, illam suo colore videtur inficere, sibiq; similem reddere. Cumq; paruus Smaragdus est parum etiam aquæ assimilat. cum magnus totam aquam. cùm malus, neque adeò nitidus illam aquam, quæ circa illum est, non aliam. huiusce autem effectus causa est, quòd cùm smaragdus viridi colore maximè niteat, vt nihil omninò comparatum illi viridius sit, ea est efficacia in mouendo, atque afficiendo perspicuo medio, siue aer, siue aqua sit, vt colorem etiam impertiat. in aqua autem facilius transit color, quòd illa densior, cum sit à viridissimo illo nitore magis afficitur & inficitur. quo autem nitidior viridique colore vegetior hæc gemma sit, & quo maior eo plus aquæ, & magis inficit. mirum autem non est si smaragdo tàm aqua, quàm etiam aer inficitur, quando in viridariorum vmbraculis ita plerumque ambiens aer virescit, vt eadem penè in aere atque in frondibus videatur esse viriditas. quod cum manifestum argumentum sit, colores aerem siue aquam medium scilicet perspicuum illuminatum mouere atque afficere, per illum autem oculi pupillam, quæ ex chrystalloide perspicuo constat, ita afficere, vt hac ratione aspectus fiat, idque non ignorauerit Galen. tamen in 7. lib. de Dogmatis Hippocratis, & Platonis Peripateticorum, & in primis Aristotelis sententiam de aspectus ratione damnat, Platonisque ac Mathematicorum accipit, qui radiorum emissione ab oculis aspectum fieri contendunt. & tamen apertè fatetur & ipse à coloribus quibusdam vegetis ita aerem affici vt illos accipiat, qua parte ambit ac continet. sunt autem eius verba ex cap. 7. illo de Dogmatis.

Ἰδοὺ γοῦν ἔστ' ὅταν οἱ ἀέρα διάστωσι ὑπὸ δένδρῳ καθεύδοντες ἤ, τὸ δένδρου χρῶμα περιέχόμενον αὐτῷ, & τι τοίχου ἢ χρῶμα πολλάκις ἀὴρ λαμπρὸς φαύσας ἐδέξατό τι & διενέγκειν ἐφ' ἕτερον σῶμα, & μάλιστα ὅταν ἡ τὸ χρῶμα καινοῦν, ἢ ξανθοῦν, ἢ ὁπωσοῦν ἑτέρως εὐανθές. & μὴ δὴ & ὥσπερ ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς αὐτῷ τῷ φαύσαι μόνον ὁ τὰς ἀὴρ ἀθρόως ὁμοιοῦται, κἀπὸ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ δ' χρώματος αὐτίκα μεταβάλλεται, hoc est, Nam videre est si in huiusmodi aere sub arbore recubuerit aliquis arboris colore eum totum perfundi. Quin etiam sæpe numero accidit vt aer clarus, vbi parietis colorem alicuius attigerit, eum subito recipiat, atque in alterum corpus etiam transferat, quod præcipuè fit, si color vel cœruleus sit, vel flauus, aliquoque alio modo floridus extiterit. & profectò sicut à solari splendore solo ipso attactu totus aer repente assimilatur, eodem pacto à colore statim immutationem accipit. Hæc Galenus, qui his dictis acceptionem colorum in medium cum fateatur, nescio cur Aristotelis sententiam damnare voluerit. in hanc sententiam nonnulla sunt doctè eleganterq; tradita ab Alexandro Aphrodisiæo in 2. lib. de Anima. & περὶ τὰ ὄμματα ἀγαθὴ, διὸ & τὰ σφραγίδια φορεῖσιν ἐξ αὐτῆς ὥστε βλέπειν, h.e. & ad oculos bonus est, quocirca sigilla ex eo ferunt, vt intueantur: hoc habet smaragdus à florido viridique colore, vt oculorum aciem reficiat mirum in modum, neque vnquam fatiget aspectum. Plinius de smaragdis. soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant, quin & ab intentione alia obscurata aspectu smaragdi recreatur acies. scalpentibusque gemmas non alia gratior oculorum refectio est. ita viridi lenitate gratitudinem mulcent. addit, & quod ad superiorem dotem pertinet. præterea longinquo amplificantur visu inficientes circa se repercussum aera, non sole mutati, non vmbra, non lucernis, semperque sensim radiantes, & visum admittentes ad crassitudinem sui facilitate translucida, quod etiam in aquis non fit. videndum autem in his Plinii verbis, an legenda hæc postrema verba sint sine negatione, vt quæ de aqua tradit Theophrastus, & ille referat. nisi negationem dicamus positam, vt neque etiam in aquis mutari posse dicat, vel vmbra, vel lucernis. recentiores alias & ii dotes smaragdo tribuunt, vt venenis resistendi, si potus sit, præterea imagines, & somnia mouendi, si gestetur, quæ vt superstitiosa sint, illa tamen nihil moror in præsentia.

[26] Πλὴν εἰ πιστεύειν τοῖς ἀναγεγραφαῖς δεῖ ὑπὲρ τῶν βασιλέων τῶν Αἰγυπτίων.

Nisi credamus Ægypti Regum annalibus.

Expressit hæc verba Plinius libro 37. Theophrastus tradit in Ægyptiorum commentariis reperi-

Digitized by Google

reperiri. Regi eorum à Rege Babylonio missum Smaragdum munere quatuor cubitorum longitudine, & trium latitudine. & fuisse apud eos in Iouis delubro obeliscum è quatuor Smaragdis XL. cubitorum longitudine, latitudine verò in parte quatuor, in parte duorum.

[27] Τῶν δὲ † ἀνῶν καλουμένων. legebam τῶν δὲ βακτριανῶν καλουμένων ἡ ὁ τύρφ.

Bactriani enim Smaragdi præstantissimi in secundo genere à Plinio positi, quorum & in hoc libello paulò post mentio. Sed Turnebus fecit, vt in sententia non constem. legit enim ille τανῶν Plinius, inseritur Smaragdis, & quæ vocatur Tanus, è Persis veniens gemma ingratè viridis, atque intus sordida, verùm si constaret pilam illam Tanum fuisse, nescio cur adderet Theophrastus; nisi pseudosmaragdus sit. res igitur esto in eruditorum arbitrio.

[28] Στήλη γὰρ ἐν μεγέθης ὁ τοῦ τῦ ἡρακλέους ἱερῷ.

Hæc etiam expressit Plinius. se autem scribente esse in Tyro Herculis templo stantem pilam è Smaragdo nisi potius pseudosmaragdus sit. Nam & hoc genus reperiri. de Tyrio autem Smaragdo Herodotus in Euterpe. de templo enim illo Herculis loquens, καὶ ἴδον, inquit, πλουσίως κατεσκευασμένον ἄλλοισι τε πολλοῖς ἀναθήμασι, καὶ ὅτι καὶ τοῦτο ἦσαν στῆλαι δύο, ἡ μὲν χρυσοῦ ἀπέφθου, ἡ δὲ σμαράγδου λίθου λάμπουσα τὰς νύκτας μάλα. vidi autem illud opulenter exornatum cum aliis multis donariis, tum vero duob. Cippis, altero ex auro excocto, altero ex lapide Smaragdo, maiorem in modum splendente per noctem.

[29] Γίνεται δὲ ὁ τοῖς ὁ ἐφικτοῦ καὶ γνωρίμοις τόποις διττὰ χρῶ μάλιστα ὅθι τε κύπρος ὁ τῆς χαλκουργείοις, καὶ ὁ τῇ νήσῳ τῇ ὑπεκειμένῃ καρχηδόνι. καὶ ἰδιωτέρως ὀρύσσουσιν ὁ ταύτῃ; μεταλλεύεται γὰρ ὥσπερ πᾶλαι ἡ φύσις.

Hæc omnia sic legenda & interpungenda sunt. Smaragdi & in Cypro in ærariis metallis inueniebantur, quemadmodum & in monte illo Carthaginensium, qui Smaragditas dicebatur in ærariis fodinis. an autem montem illum Theophrastus intelligat, dum ait ὁ τῇ νήσῳ τῇ ὑπεκειμένῃ καρχηδόνι, quærendum est. Strabo libro decimo septimo, ὑπόκειται δὲ τῇ ἀκροτόλει οἱ δὲ λοιμίνες καὶ ὁ κίθων νησίον θεωρεῖς εὐείσπλουν ἐχόντα, νεωσοίκους ἑκατέρωθεν κύκλῳ. meminit autem, & plurium aliarum insularum, quæ Carthagini penè adiacent. Sed magis verisimile est Cotonem fuisse, in quo metalla fuerunt æraria. montem autem appellat fortè, & non Insulam, quòd angusto Euripo à continenti separetur, & alioquin vrbs in peninsula sita erat. hæc à nobis non affirmantur, sed coniectura verisimili afferuntur.

Κατὰ ῥάβδους ποιοῦσιν ὁ κύπρῳ αὐτὸν καθ' αὐτὸν πολλὰς.

Legendum opinor καὶ ῥαυδους. vt cum superioribus sententia rectè cohæreat. est autem illa. Smaragdum è fodinis erui ærariis, nec modo ex iis, verùm & venas effodi in Cypro, quæ Smaragdi peculiares sint, in quibus ipsa per se gemma eruatur. venas autem illas vocat ῥάβδους, hoc est virgas, quòd scilicet in longum, veluti virgę protendantur. Cuius vocis significationem cùm non animaduertisset Turnebus ridiculum se facit in Translatione huius loci: quòd autem virgæ siue ῥάβδοι vocarentur in metallis venæ, Theophrasti locus satis confirmat in quarto libro de stirpium causis cap. 13. ὥσπερ γὰρ ὁ τοῖς μεταλλοις ῥάβδους, οὕτως ὁ τοῖς ἐργασίμοις ὑποτιθεῖν χρεὼ διαπαδᾶν τὴν μὲν πίαν ἢ δὲ πίαν θάμνους. quemadmodum enim in metallis virgæ, ita & in cultis locis putare oportet dispositas, hanc quidem huiusmodi, illam verò eiusmodi inuicem.

[30] Καὶ ἔνιοί γε ὑπολαμβάουσι τὴν αὐτὴν φύσιν εἶ).

Quin & non desunt, qui eandem esse amborum naturam arbitrantur.

Ab eo sumunt argumentum nonnulli eandem esse Smaragdi, & chrysocollæ naturam, quod vtraque aurum conglutinet, quodque eodem est vtraque colore. non absimilis fortè & Chymistarum sententia, qui ab ære Smaragdi originem existimant, quòd viriditas illa Smaragdi ad æris florem videatur accedere. Theoph. ex Iaspide potius oriri putat, id quod probat ab euentu. Sed hic locus non est huiusce discussionis. populariter enim agit. dicendum potius separatam esse vnius gemmæ ab altera naturam, neque vnam oriri ab altera, sed si succi diuersæ portiones cohæreant, quarum altera Iaspidis materia, alrera Smaragdi sit, nihil vetare vtrasque coniunctas inueniri. quod prudèter animaduertit G. Agricola. illud adnotandum dum dicit Theophr. ὡς ὕπωμεταβαλοίας ἀπὸ τῦ ὕδατος, videri sibi manifestò repugnare. quandoquidem initio huius libelli non modo alios lapides, sed & gemmas ex terra constare affirmabat. an ex aliorum sententia locutus est? an potius ex aqua terræ commista constant gemmæ? terræ autem licet plus sit quàm aquæ, tamen quòd percolatione mista est, ex eaque succus quidam factus, ideo mixtum illud, siue succum, aquam appellat.

[31] Αὐτή τε δὴ ὁμοία τῇ δυνάμει καὶ ὁ λυγγούριον. ἐν γὰρ ὁ τούτου γλύφεται τὰ σφραγίδια.

Digitized by Google

Hic igitur facultate præstat, & simul lyncurium. nam ex hoc sigilla scalpuntur.

apud veteres maxima fuit deliciarum luxuria in succinis. ex horum autem genere & lyncurium est. magna enim in iis naturæ varietas, innumerique colores. alia flaua, alia fulua, falerna alia, quædam subobscurè rubentia, quædam fulgenti colore radiantia, nonnulla candida, quædam in quibus decocti mellis lenitas. ex his aliqua & artificiosè tinguntur hædorum sero, & Anchusæ radice, quin etiam, vt ait Plinius conchilio. aliqua ex his durissima sunt, igniscq; fulgore perspicua, quæ etiam scalpuntur. ea apud veteres in magna auctoritate, quæ & lyncuria vocata sunt siue lynguria, quòd crederent ex lyncum ferarum lotio concrescere, falsâ alioquin persuasione, sunt enim lyncuria succina, quæ & ipsa vim habent festucarum lignorumque trahendi, quemadmodum & succina. nonnullis verò accidentibus variantur, ἀλλὰ καὶ χαλκοῦ καὶ σίδηρου. Plinius nec folia tantùm aut ramenta ad se rapere, sed æris etiam ac ferri laminas, quod Diocles quidem, & Theophrast. credidit, in Plinii Codice pro ramenta corruptè legitur stramenta.

32 Ἐπὶ δ' ἀμφοῖν τὸ σφόδρα καὶ ψυχρὰ. βέλτιον δὲ,

mendosa sunt hæc omnia, quæ ita corrigenda. εἰ δὲ ἀμφοῖν σφόδρα καὶ πυρρὰ, βελτίονα δὲ. πυρρὰ autem sunt, quæ vocat Plinius ignea. ait enim vbi de lyncuriis loquitur libr. 37. cap. 3. esse autem qualem in succinis igneis colorem, scalpiq;. reliqua verba legenda sunt, vt in excusis codicibus, modo vox τὸ ὂ ὑχρόπυρον, legatur ὅθεν ὑχρόπυρον. ocium enim, & cicuritas & sexus, humidius lyncurium faciunt, & minus durum. reponendum etiam pro ὑρῆσαι ὑρῦσαι. hoc autem quod de lynce tradit Theophrastus, illam redditũ lotium terrâ tegere, quod periti quidam egesta terrâ inueniunt, Aristoteles etiam in libro Admirabiliũ, ☾ πλὼ λυγκα δέ φασι τὸ ὕρον καταχαλύπτειν διὰ τὸ πρὸς ἄλλα τι χρήσιμον εἶναι, καὶ τὰς φαρμακίδας. hoc est, & lyncem aiunt vrinam cooperire, & quòd ad alia quædam vtilis sit, & ad sigilla. hactenus de lyncurio, de quo verba fecit, quòd & vim habet faciendi aliquid: illam enim differentiam explicat, & ad sigilla facienda scalpitur, quæ & ipsa est, vna ex aliis gemmarum differentiis.

33 Ἐπεὶ δὲ καὶ ἤλεκτρόν λίθος καὶ γὰρ ὀρυκτὸν τὸ περὶ λυγγιστίν.

Cum autem & succinum lapis sit, est enim fossile, quod in Lyguria est.

lapidem putat succinum esse, quod effodiatur in Lyguria, habereque eandem attractionis vim, atque lyncurium. porrò de succini natura, variæ sententiæ veterum apud Plinium legendæ sunt libro vigesimo septimo, eius naturam primus Cornel. Tacitus libro de ritibus germanorum videtur propius attigisse. Auorum autem memoriâ inuenit, & explicauit Georgius Agricola in his rebus indagandis diligentissimus. de lyncurio autem siue succino Lyguriæ Strabo etiam libro 4. πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λυγγούριον παρ' αὐτοῖς ὁ πινὶς ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. hoc est, copiosè apud illos lyncurium nascitur, quod quidam electrum succinumue vocant. est verò succinum nihil aliud, quàm bitumen, purum, ac nitidum, quod ex venis suis in Oceanum Germaniæ effunditur, atque ibi concretum ab eius loci accolis legitur magno Principum vectigali. sed hæc in Agricolæ libris quærenda sunt.

34 μάλιστα δὲ ὅτι δῆλον καὶ φανερώτατόν ἐν σίδηρον ἄγουσι.

In his verbis diuinatore potius opus est, quàm interprete !. videbitur autem fortasse clara sententia, vnâ aut alterâ dictione immutata. Nam cum succino tractionis tribuatur vis, addit μάλιστα ὄ, ὅτι δῆλον, καὶ φανερὸν ὅτι τ σίδηρον ἄγει. ita si legimus, & clara videtur sententia & sublata menda, quæ Theophrast. verba occuparant. hoc modo videtur legisse etiam Turnebus, & alioquin non adeò obscurus videtur locus. verùm attentius consideranti mihi duo in mentem veniunt, quæ tanti momenti sunt, vt facilè credam, locum & obscurum esse, & mendosum magis, quàm vt ita facilè sanari possit. Primùm, quòd falsum est succinum ferrum trahere. Nam neque quisquam veterũ aut nouorum id tradidit, neque comprobat experimentum. attritu digitorum, aut confrictione aliqua concalefactum succinum, festucas lignorum, ramenta, paleas trahit, ferrum, æs, metallumue, aliud minimè, etsi ramenta metallorum affirment aliqui: quod vt verum sit, aliud tamen est ramenta trahere, aliud metalla ipsa. sed neque ramenta trahere verum est. fallunturque qui hoc memoriæ prodiderunt. adde quòd si dixisset hic, manifestum esse succinum ferrum trahere, Plinius id non tacuisset, qui quæ hic de lyncurio, & succino tradidit, iisdem penè verbis retulit. alterum quod me maximè mouet ad credẽdum locum hunc omnino corruptum esse, illud est, quòd cum de iis lapidibus loquatur Theophrastus, qui trahendi aliquid vim habent. inter hos autem Magnes notissimus sit, cui facultas trahendi ferri insita est: absurdum videtur alioquin nullam de illo mentionem habitam. Nam neque alius est lapis, cuius maior vis illa ἑλκτική. neque lapis adeò vulgaris, vt non oportuerit, illius etiam, si non aliud, hanc saltem facultatem memorasse. His itaque duabus causis persuasissimum mihi est locum mendo non carere. quamobrem nisi fallor, ita legendum contenderim, μαγνῆτις ὄ ὅτι ἕλκει δῆλον ☾ ὃ φανερώτατόν τ σίδηρον ἄγει. ita fit vt & Magnetis vis non sit præterita, & illud dicat Theophrastus, quod verum est, atque notissimum, γίνεται ὄ καὶ αὐτὴ ἀσπὶς ☾ ἐλιγαχοῦ intelligitur ἡ μαγνῆτις. quod coniecturam meam confirmat. Nam qui potest de succino loqui, & dicere tamen αὐτὴ ☾ ἀσπὶς, fœminæ genere? Plinius, Magnetem passim ait inueniri, & in Hispania quoque. non tamen falsum ait hic, qui rarum esse tradit lapidem. Nam

si cum

Digitized by Google

si cum gemmis conferas ferè passim inuenitur, non tamen absolutè passim obuius. rarus enim est, & in paucis mundi tractibus reperitur. Ἐ αὐτὴ δὲ συναριθμίσθω ἡ δυνάμιν ὁμοίαν ἴσχειν. inter ἰκτινοὺς lapides repositus & Magnes sit notissimæ omnino facultatis ac virium.

35 Ἐξ ὧν δὲ τὰ σφραγίδια ποιεῖται, καὶ ἄλλαι πλείους εἰσὶν, οἷον ἥ τε ὑαλοειδὴς, ἡ καὶ ἔμφασιν ποιεῖ καὶ ἀφάσιν, καὶ ὁ ἀιθεσκιον καὶ ἡ ὄμφαξ, ἔτι δὲ καὶ ἡ κρύσταλλος καὶ ὁ ἀμέθυσον.

Porro lapilli ex quibus sigilla fiunt, plures alii sunt, vt Hyaloides, qui & imaginem reddit, & pellucidus est, & Carbunculus, & Omphax, præter hos Chrystallus, & Amethystus.

Explicat illas lapidum, siue gemmarum differentias, quæ cernuntur in sigillorum scalptura & in præstanti quadam, aut vt vocat ipse ἀκεστὴ, pulchritudine, ac specie. Hyaloides quæ sit affirmare nequeo. puto tamen aut Iridem esse, aut quæ vocatur Astrias, aut aliam ex candidarum gemarum genere. ὄμφαξ etiam hoc nomine quod sciam nulla gemmarum vocata est. esse tamen debet ex Berillorum genere. quippe si ab Omphace immatura vua vocata est, viridis sine dubio est. inter Berillos numerat Plinius, quos vocat Oleaginos, quòd olei colore sint. hi fortè fuerint Omphaces.

Εὑρίσκονται δὲ αὐται καὶ ὁ σάρδιον.

Inueniuntur autem & hæ & Sarda.

de Sarda Plinius libro 37. Ipsa gemma vulgaris & primùm Sardibus reperta. Sed laudatissima circa Babyloniam cùm lapidicinæ quædam aperirentur hærens in saxi corde. Idem de Sarda mare ac fœmina: in his autem mares excitatius fulgent. fœminæ pinguiores sunt, & crassius nitent. videtur autem non omninò idem dicere atque Theophrastus. pinguis enim & crassus nitor fortè ad nigrorem accedit. hæc autem Sarda mas est: qui verò excitatius fulget, ille rubens potius quàm ater. hæc verò fœmina. Contrariâ igitur ratione atque Theophr. tradiderit, videtur Plinius expressisse.

36 Καλεῖται μὲν καὶ κυανὸς ὁ μὲν ἄρρεν ὁ δὲ θῆλυ, μελαίτερος ὁ ἄρρεν.

Cyanus etiam altera mas, altera fœmina dicitur, nigrior autem mas.

Plinius libro 37. redditur & per se Cyanos accommodato paulò ante Iaspidis nomine colore cæruleo optima Scythica, dein Cypria, postremò Ægyptia. adulteratur maximè tinctura, idque in gloria Regis Ægypti adscribitur, qui primus eam tinxit. diuiditur autem hæc in mares fœminasque.

37 Τὸ δὲ ὀνύχιον μικτὴ λευκῷ καὶ φαίῳ διάλληλα, ὁ δὲ ἀμέθυσον, οἰνωπὸν τῇ χρόᾳ.

Onyx verò mixta ex pullo, & albo colore alternis distinguitur, Amethystus verò vinaceo colore est.

Hoc genus Onychum Arabicos esse tradit Sotacus, vt Plinius Auctor est. nam illæ nigræ inueniuntur Zonis Candidis. Veram autem Onychem plurimas variasque tradit cum lacteis Zonis habere venas omnium in transitum colore inenarrabili, & in vnum redeunte concentum suauitate gratâ. τὸ δὲ ἀμέθυσον. huius causam nominis afferunt, quòd vsque ad vini colorem accedens, priusquàm eum degustet, in violam desinat, fulgorque quidam in illa purpuræ, non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens.

Καλὸς δὲ λίθος καὶ ὁ ἀχάτης ὁ ἀπὸ τοῦ ἀχάτου ποταμοῦ καὶ πωλούμενος τίμιος.

Pulchra precioſaque gemma Achates etiam est ex Achate Siciliæ fluuio.

Hic Plinii tempore, quemadmodum etiam nostro non magnâ fuit auctoritate. inuenitur plerumque variis notis depictus, vt quæ vix arte possunt fieri, natura discurrentibus maculis faciat. Vnde plures rerum imagines casu factæ. insignis olim fuit ille Pyrrhi Epirotarum Regis, in quo Musæ nouem, & Apollo spectabantur.

38 Ἐν λαμπάκῃ δὲ ποτ' ἐν Βοιοῖς χρυσοῖς Πύρρου θαυμαστὴ λίθος ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης εἰς

Digitized by Google

περὶ σφραγίδιον γλυφεῖν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ Δμφὶ ὃ πρεπτόν.

Ac Lampſaci in auri metallis inuenta eſt aliquando gemma mirabili pulchritudine, ex qua cum ad malleum relata eſſet, ſigillum ſculptile Regi miſſum eſt propter præſtantiam.

Turnebus ita legit hæc poſtrema verba: ἐξ ἧς αἰνιχθείσης πρὸς πῆραν σφραγίδιον ἀνεπέμφθη Ἀλεξάνδρῳ βασιλεῖ. neſcio an coniectura ductus ſic emendauerit, an alicuius ſcripti codicis auxilio. ego nihil muto præter πῆραν, lego verò σφῦραν, vt ſit ſenſus ex lapide illo ad malleum lato ac poſito à gemmariis ſigillum factum; quod Regi donatum ſit. notanda vox Δμφὶ τὸ πρεπτὸν frequenter vſitata & huic noſtro, & Ariſtoteli.

39 Αἱ δὲ τῆς Ἑλλάδος ὑπολέγεται εἶναι ὃ ἀνθρακίαι.

Quæ vero in Græcia oriuntur viliores ſunt.

Gemmarum quæ in Græcia oriuntur plurimæ viliores, quàm quæ in India, in Aphrica, in Æthiopia. tales Carbunculi, qui in Orchemeno Arcadię inueniũtur, Chii, Corinthii, Troœtenii. πρεπτοὶ verò atque omnium præſtantiſſimi Carbunculi Carchedonii, Maſſilienſes, Ægyptii & Æthiopici. καθὸ ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσι. Emendo ex Plinio καὶ κάπηλοι ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσι: ſunt eius verba. Theophraſtus Auctor eſt, & in Orchomeno Arcadiæ inueniri, & in Chio, illos nigriores, ex quibus & ſpecula fieri. eſſe & Troœtenios varios interuenientibus maculis albis, item Corinthios ex pallidiore. Ἐκ τοὺς καπάδου πόπις. Turnebus emendauit, Ἐκ τῆς Καππαδοκίας. optimè ſanè & ſummo iudicio. Catadupi autem, & populi & loca ſunt Æthiopiæ, quorum meminit Plinius libro quinto. cap. 9. & libro ſexto. cap. 29. ſunt autem non longè à Siene.

40 Καὶ σιήνης πρὸς ἐλεφαντίνῃ πόλει καὶ ἐκ τῆς ψηφὼ καλουμένης χώρας.

Sienem iuxta elephantinem & à Regione, quæ pſepho dicitur.

Sienem vrbem eſſe in finibus Æthiopiæ & Ægypti notiſſimum eſt. Elephantinam etiam Inſulam in Nilo ante Sienem, in qua & vrbs quæ Emphidis templum habet, & Nilometrium puteum, vt ait Strabo libro decimoquinto. ψιφὼ. Ariſtagoras in Ægyptiacarum rerum hiſtoria regionem eſſe tradit, quæ diſtat ab Æthiopia quinque dierum itinere. vocat autem non ψιφὼ ſed ψιβὼ. Artemidorus paludem eſſe tradit in octauo Geographiæ. Strabo libro decimo ſeptimo ὑπέρκειται δὲ τῆς μερόης ἡ τε ψιβὼα λίμνη μεγάλη τὸν ἔχουσαν οἰκουμένην ἱκανῶς, hoc eſt, ſupra Meroem poſitus eſt lacus pſeboa vocatus, qui & Inſulam habet ſatis habitatam. nihil tamen vetat & regionem totam à lacus nomine appellatam: in his Æthiopiæ locis Carbunculi inueniuntur, qui dicuntur Æthiopici.

41 Καὶ ἐν κύπρῳ ἥ τε σμάραγδος καὶ ἡ ἴασπις: οἷς δὲ εἰς τὰ λιθοκόλλητα χρῶνται ἐκ τῆς βακτριανῆς εἰσὶ πρὸς τῇ ἐρήμῳ.

Inuenitur in Cypro Smaragdus & Iaſpis, quibus vero vtuntur ad monilia è Bactrianæ deſertis feruntur.

Hæc verba videntur alieno loco poſita. ſententia autem eſt Smaragdum, & Iaſpidem præſtantiſſimos in Cypro naſci, eos autem, quibus ad monilia precioſiora vtuntur, Bactrianos eſſe, omnium ſmaragdorum ſiue dubio Scythicis exceptis nobiliſſimos. λιθοκόλλητα. ſic enim legendum & non λιθόκολα, monilia dicuntur gemmis contexta, quibus faciendis optimi Bactriani iucundiſſimo virore perſpicui, qui oculos alliciunt, & nunquam ſatiant. Iuuenalis ſatyra ſexta monilia hæc ex ſmaragdo ſignificauit.

Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

42 Συλλέγουσι δὲ αὐτοὺς κατὰ ἐτησίας ἱππεῖς ἐξιόντες.

Legunt hos Eteſiis flantibus profecti equites.

Plinius

Digitized by Google

Plinius. proximam laudem habent, sicut & sedem Bactriani, quos in commissuris Saxorum colligere dicuntur Etesiis flantibus. tunc enim tellure internitent, quia iis ventis maximè arenæ mouentur. sed hos minores multò Scythicis esse tradunt.

[43] Τῶν σπουδαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλούμενος· διαφανὴς δὲ τῇ φύσει.

Ex precioſis gemmis eſt & Margarita vocata, natura translucida.

olim in deliciis & Margaritæ habitæ sunt, quemadmodum etiam tempestate nostra. quorum dos ait Plinius lib. 9. cap. 35. in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere. haud promptis rebus in tantum, vt nulli duo reperiantur indiscreti, vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ. Nam id apud Græcos non est, ne apud Barbaros quidem, inuentores eius, aliud quàm margaritæ. γίνεται δὲ. de conchis margaritiferis consulendi, Plinius libr. 9. cap. 37. Ælianus libr. 15. Animalium, & Athenæus libro 3. cap. 8. Dipnosophistarum.

[44] Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τινὲς οἷον ὅτε ἔλεφας ὁ ὀρυκτὸς.

Quamquam sunt & aliæ quædam, vt ebur fossile.

inter lapillos, qui dotem habent præcipuam, quam appellat hic τὸ περιττὸν, potest etiam ebur fossile numerari. de quo Plinius libro trigesimo sexto. Theophrastus Auctor est, & ebur fossile candido, & nigro colore inueniri. mirum autem non est ebur fossile reperiri, quando & Ebenum reperitur fossile, & ossa ac dentes mirabili sanè naturæ ludo: quæ in animalibus vsus præcipui causâ condidit, illi etiam intra terram lapidosâ duritie, imò lapides, & tamen nulli non ossa iudicandos, gignere.

[45] καὶ ὃν καλοῦσι σάπφειρον. αὕτη γὰρ μέλαινα οὐκ ἄγαν πόρρω τοῦ κυανοῦ τοῦ ἀρρένος.

Et quæ Sapphirus dicitur, hæc enim nigra eſt, nec adeò multum diſtat à Cyano mare.

Sapphirus gemma est cærulea post Adamantem, & carbunculum, atque Indicum vnionem in summo precio habita tempestate nostra. illam μέλαιναν esse ait Theophrastus, quòd cum non pelluceat, sed crassiusculè niteat, cæruleus eius color subater est. Quæ marem Cyanum colore refert, & ex cæruleo penè nigricat, mas est. quæ verò ex purpura colore nitet, fæmina. eadem & aureis collucet punctis vt cælum stellis ornatum referat. quare Dionysius in libro de situ Orbis sic dixit: χρυσείης κυανῆς τε καχλὶς πλάκα σαπφείροιο: hoc est, Aureæ cæruleæque pulchram laminam Sapphiri. prasius verò à viridi colore dicta gemma. eius tria genera. primum viride, non tamen adeò iucundo perspicuoq; virore, qui solus in smaragdo commendatur. alterum sanguineis punctis obhorridum. tertium candidum virgulis tribus distinctum. primum genus nouit Theophrastus Ἰώδη; quæ à colore æruginis, quæ ἰὸς Græcè dicitur, appositè nuncupat.

[46] Πυκνὴ δὲ καὶ αἱματίτης. αὕτη δὲ αὐχμώδης καὶ κατ' ὄνομα ὡς αἵματος ξηροῦ πεπηγότος.

Frequens etiam Hæmatites eſt, ſqualliduſ ſecundum nomen tanquam è ſicco ſanguine concreto.

Hæmatitem gemmam hoc loco Theophrastus intelligit, cuius altera species vocatur xanthos, Plinius l. 37. cap. 10. Hæmatites in Æthiopia quidem principalis, sed & in Arabia, & Aphrica inuenitur sanguineo colore. deinde est & altera eiusdē generis, quæ vocatur Hemis ab Indis, xanthos appellata græcis è fuluo cādicans. de colore verò qui ξανθὸς dicitur, Plato in Timæo. λαμπρόν τε ἐρυθρῷ λευκῷ τε μιγνύμενον ξανθὸν χρῶμα· flauus hic color latinis dicitur, qui si remissior sit pallidus, græcè ὠχρὸς. illum ἐκλευκον vocat Theophr. Dorienses ξανθὸν. appositè Plinius, qui ex fuluo candicat.

[47] Τὸ γὰρ κοραλλιον, καὶ γὰρ τοῦτο ὥσπερ λίθος τῇ χρόᾳ μὲν ἐρυθρὸν φαίνεται δὲ ὡς αὐ ῥίζα.

Coralium enim (nam hoc veluti lapis eſt) colore quidem rubrum eſt, teres autem tanquam radix.

Digitized by Google

Coralium ſub aquis molle cum ſit in aerem extractum lapideſcit. quamobrem non omninò lapis. optimè græci veteres vocarunt λιθόδενδρον. quòd & ramuſculos habeat, & radices frutici ſimiles. quin & baccas ferat quæ ſub aqua molles exemptæ confeſtim durantur, & rubeſcunt, quaſi corna ſatiua ſpecie, ac magnitudine. Ouidius decimoquinto metamorphoſes.

Sic & Coralium, quòd primum contigit auras
Tempore, dureſcit; mollis fuit herba ſub vndis.

Oritur pluribus maris tractibus: ſed laudatiſſimum in gallico ſinu circa Stœchadas inſulas, & in Siculo circa Helium & Drepanum. probatiſſimum vt ait Dioſcorides rubrum colore Antherici, aut Sandicis ſaturatæ, nec ſecus terenti facilè cedens æquabili vſquequaque concremento, algæ aut phaci marinæ odore, quàm ramoſiſſimum, forma fruticis Cinnamomi æmulum, quę de baccis eius ex Plinio diximus refutat Andreas Mathæolus in commentariis in Dioſcoridem. qua de re nos aliàs copioſius.

48 τρόπον δέ τινα.

Qui nouit calamum Indicum, facilè credet, hunc ſi lapideſcat, Coralio non abſimilem eſſe. Sed de iis, quæ lapideſcunt, ſuperius dictum eſt, & eſſe alius contemplationis Theophr. ait non huius.

49 τῶν δὲ λίθων πολλαὶ τινὲς αἱ φύσεις καὶ τῶν μεταλλευομένων:

Lapidum porro multa alia genera ſunt, & eorum qui cum metallis eruuntur.

Ad eas lapidum differentias tranſit quæ in artificiis cernuntur. Sed primò nonnulla dicit de illo lapidũ genere, qui cum metallis effodiuntur. illos. n. multiplices eſſe & non vno genere comprehẽſos. aliquos habere argentum, & aurum, qui in metallis aurariis argentariisue inueniuntur, manifeſtò tamen argentum. hoc eſſe graues, & pondere, & odore ſanè lapides quos μεταλλευομένους appellat ſimplices non ſunt, ſed eo metallo cõmiſti, in cuius fodina reperiuntur; quare alii aurũ habent, alii argentum, alii æs. ferrũ nonnulli. quidã etiam plumbũ. tales ſunt pyrites plurium generũ. plũbago, quæ Plinio Galena dicitur, Stibium foſſile, Cadmia foſſilis. hi enim & grauitatem habent metalli, quod in ſe continent, & odorem etiam. odorem autem habent metalla ſibi peculiarem. quem Chymiſtæ ex eo quòd ſulphureum eſſe arbitrantur, metallorum materiam ſtatuunt Sulphur, & argentum viuum.

50 καὶ κυανὸς αὐτοφυὴς ἔχων ἐν ἑαυτῷ χρυσοκόλλαν.

Et Cœruleum natiuum quod in ſe Chryſocollam habet.

In ærariis metallis Cæruleum etiam inuenitur cum Chryſocolla commiſtum. alterum enim adeò gaudet altero, vt frequentiſſimè eidem metallicæ glebæ adhæreant, inuicemque ſe complectantur atque contineant. quare eadem gleba modo plus habet Cærulei minus Chryſocollæ, modo plus huius, illius minus continet,

51 ὧν τὰ μὲν εἰσι γῆς καθάπερ ὤχρα καὶ μίλτος, τὰ δὲ οἷον ἄμμου καθάπερ χρυσοκόλλα καὶ κυανὸς, τὰ δὲ κονίας οἷον σανδαράκη καὶ ἀρρενικὸν καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις:

Quorum aliqua terræ ſunt vt rubrica & Ochra, aliqua velut arena, qualis Chryſocolla, & Cæruleum, nonnulla cinis vt Arrenicum, & Sandaracha, & quæcunque his ſimilia ſunt.

Hæc omnia & per ſe inueniuntur in propriis venis, & frequenter etiam in metallorum fodinis, & præſertim in ærariis. Ochra, quæ & ſil dicitur Vitruuio, & Rubrica, terræ ſunt metallico quidem infectæ ſucco, de quibus loquemur ſuo loco, terræ tamen. Chryſocolla, atq; Cæruleũ foſſilia ſunt (vt ita dicam) arenacea. atq; de Cæruleo quidẽ dicemus ſuo loco. Chryſocolla autẽ duplex, Natiua atq; factitia. quæ natiua eſt aut per ſe oritur arenæ ſimilis, aut adhærẽt metallicæ materiæ. hæc aut abraditur, arenæ & ipſa ſimilis, aut immiſſis aquis, quæ lãbunt metalla, ſiccatiſq; vt ait Plinius ad Iunium menſem, tanquã arena ſubſidit. Hæc quòd arenacea, naturã ſua bibula eſt, ex qua fit factitia: tuſa enim in pila, ſecretaque cribro ſubindeque molita, atque in catinos digeſta, acetoque macerata ad exuendam omnem duritiem, rurſusque tuſa, lota, ſiccata, tandem tingitur alumine ſciſſili & herba lutea. ſeruatur autem aut lutea in lomentis, aut globulis ſudore reſolutis. vtraque pictoribus Orobitis dicitur, quòd orobi colore pene ſit. Nam Natiua viridis. eſt & altera factitiæ ſpecies, quam latini ſanternam nominant conſtatque ex ærugine Cypria, nitro, & impubis pueri vrina. quam tamen Dioſcorides Galenuſque, & in æruginum munero ponunt, & ex ærugine vrinaq; conſtare tantùm tradunt. hac vtuntur aurifices ad aurum ferruminandum. hæc cum ſit Chryſocollæ natura optimè Theophraſtus ait illam arenæ naturam referre. τὰ δὲ κονίας. vox hæc ambigua eſt, qua & calcem poſſumus intelligere, & puluerẽ, & cinerem. Agricola in 3. lib. foſſilium. puluerem accepit, quamobrem & tria facit auripigmenti genera. duo, quæ Dioſcorides memoriæ tradidit, & tertium qui puluis eſt. de quo hic loquitur Theophraſtus, equidem de generib. non diſputo. Nam vt Dioſcorides agnouit duo, ita Plinius tria, in extremo 34. libro. illud dico ex his Theophraſti verbis nullum poſſe argumentum ſumi,

quo

Digitized by Google

quo probetur esse genus auripigmenti, quod puluis est. in vniuersum enim de omni eius naturâ loquens Theophrastus ait illum κονιώδη esse, hoc autem communiter ad vtrunque genus, aut ad omnia refertur genera. melius igitur erit κονίαν interpretari cinerem. Nam sandaracha, & auripigmentum, cum cognatæ naturæ sint, in iisdemq; metallis reperiantur, videntur vim ignis passa & penè vsta esse. quocirca Theophrastus paulo post, καὶ ἔνιά γε δὴ φαίνεται πεπυρωμένα καὶ οἷον κατακεκαυμένον, οἷόν καὶ ἡ σανδαράκη καὶ τὸ ἀρρενικόν. Nã aliqua ex fossilibus ignẽ videntur passa, & veluti cõbusta, qualis sandaracha, & auripigmentũ. Nam etsi possint aliquo modo propter vstionẽ calci comparari, magis tamen placet si cineri cõparata esse ab auctore iudicentus. Non quòd cinis solutus sint, sed quòd licet concretæ glebæ, cineraceam tamen propter vstionem, quam passa sunt ab exhalatione fumida, naturam referant. porrò Auripigmenti Dioscorides duo facit genera, alterum quod crustis quibusdam sciſsile est, atque auri colorem habet, alterum gleboſum & sandarachæ colore simile, illudque quàm hoc esse laudatius. tertium ait Plinius ex vtroque genere mistum est, quo miscetur aureus sandarachæ color. omne autem auripigmentum, etsi pinguitudinem quandam habeat, teritur tamen facilè, vt possis haud dubiè agnoscere τὸ κονιώδες. sandaracha eiusdem penè naturæ est. hæc autem aut saturatè ruffa est, vt ad cinnabarim accedat, aut minus ruffa, & penè lutea. probatur verò quæ magis ruffa, vt ait Plinius, quæque virus redolet, puraque est, atq; friabilis. id quod & Dioscorides memoriæ tradit. de hac Vitruuius libr. 7. sandaracha item pluribus locis sed optima ponto proxime flumen Hypanim habet metallum, aliis locis, vt inter Magnesiæ, & Ephesi fines sunt loci vnde effoditur, parata, quam nec molere, nec cernere opus est, sed sic est subtilis, quemadmodum si qua est manu contusa, & subcreta, hæc ille. quo autem modo sandaracha etiam κονιώδης sit, ex superioribus facilè patet. Nunc pergamus ad reliqua.

52 Ενιαι δὲ λίθοι καὶ τας τοιαύτας ἔχουσι δυνάμεις εἰς τὸ μὴ πάσχειν ὡς προεἰπομεν, οἷον τὸ μὴ γλύφεσθαι, &c.

Nonnulli autem lapides vires habent eiusmodi vt non patiantur, vt antea dicebamus.

Cùm plures lapidum differentiæ sint, numeraritque cæteras Theophrastus, nunc ad vltimã explicandam aggreditur, quæ in opera atque opificio cernitur. εἰς τὸ μὴ πάσχειν. non quòd non omnino patiantur, quemadmodum illi, qui ab igne pati non possunt: quam differentiam superius declarauit: sed quòd non patiantur à ferro, à lapide tamen alio. quippe scalpuntur, cæduntur que. tales sunt gemmæ, quæ lapide, qui Smiris dicitur, scalpuntur, ferro minime. quin sunt lapides, qui cædi ferro tractariue nequeunt, sed partim dissiliunt, vt silices omnes, partim vix vulnerantur, vt schisti Nodus, & Basaltes. Nam Adamas omninò ferrum non patitur, neque alio lapide, sed se ipso scalpitur. καὶ τῶν μειζόνων λίθων. bene ait καὶ τῶν μειζόνων. Nam de quibus suprà loquebatur lapides parui sunt. Horum verò de quibus in præsentia sermo est, alii saxa potius quàm lapides, alii lapides, sed maiores.

53 Καθάπερ καὶ ἡ μαγνῆτης αὐτη λίθος, ἡ καὶ ὄψιν θαυμαστὴν ἔχουσα, καὶ ὥσγε δή τινες θαυμάζουσι, &c.

Quemadmodum & ipse magnetis est lapis, qui insigni specie est, & quod nonnulli mirantur, &c.

superius habita est Magnetis mentio (vt opinor) vbi de tractrice vi lapidum agebatur. Nunc de alio Magnete loquitur, qui non Magnes, sed Magnetis dicitur à nonnullis, quamquam idem apud græcos nomen est. illum tradit G. Agricola argenti similem esse, constareq; ex crustis lapidum specularium instar, iisq; tenuissimis, ignique non aliter, atque Amiantum repugnare. quocirca & ex eo Ellycnia fieri, crustis aliquot ferreo filo coniunctis. illum in multis Germaniæ Belgicique locis reperiri, coloris autem esse, aut aurei, qualis ad Nigrim fluuium effoditur, aut argentei, talemque frequentius inueniri. adeò verò argenti similem, vt illos qui diligenter non inspexerint facilè decipiat, vt argentum credant. nihil tamen inter illum, & argentum cognationis esse, vt ait Theophrastus (locum scilicet hunc significat) illoq; vti tum figulos, qui argenti colorem vasis dare studeant, tum etiam Chymistas, qui æs cum illo miscentes argentum simulant. Hesichius Magnetem lapidem non alium, quàm argenteum hunc agnoscit. nam Herculeum lapidem malè à nonnullis Magnetem appellari, nam qui ferrum trahit Herculeum esse non Magnetem. Diogenianus etiam lapidem ait esse Magnetem adeò argenti similem, vt facile decipiat imperitos, neque lapidem, qui ferrum ad se trahat vocandum esse Magnetem, sed Herculeum. falsi tamen Grammatici sunt, quòd nescierint tam argenteum, quàm Herculeum, eodem à scriptoribus vocari nomine. Eadem Homonymia in lapide Lydio. Nam & Magnes, qui & Herculeus dicitur, & σιδηρίτης. Lydius vocatur, & coticula quæ probat aurum, quam Indicem Latini, græci vocant βάσανον. quin & coticula hæc Magnes dicitur ab Euripide. Τὰς βροτῶν γνώμας σκοπῶν ὥστε μαγνῆτις λίθος.

Digitized by Google

Vt ex hoc constet, quanta sit in his lapidibus appellandis varietas, quę potest non animaduertentibus imponere: vt imposuit Matthæolo in Commentariis in Dioscoridem, qui non semel tradit Magnetē, si cum ære misceatur colorem argenti in ære facere, cum ignoraret Magnetem argenteum alium esse ab eo, qui ferrum trahit, constet verò id ex Magnete argenteo fieri, & à fabris, & à Chymistis impostoribus. scribit autem id in commentario de Magnete, hoc est, Herculeo lapide.

54 Επεὶ καὶ ὁ σύφιος τοιοῦτος λίθος ἐστὶν ὀρυκτὸς ὡς τρία στάδια ἀπὸ θαλάττης στρογγύλος καὶ βολώδης καὶ τορεύεται καὶ γλύφεται.

Siquidem in Syphno huiusmodi lapis est fossilis trium stadiorum à mari interuallo, rotundus, & gleboſus, qui & tornatur, & scalpitur.

emendauimus pro βόλιμος βολώδης. huius verò lapidis meminit Plinius, in Syphno lapis est, qui cauatur tornaturque in vasa coquendis cibis vtilia, vel ad esculentorum vsus. quod in Comensi Italiæ viridi accidere scimus. sed in Syphno singulare, quòd excalefactus oleo nigrescit, durescitq; naturâ mollissimus. sed de lapidibus, qui terra secantur tornanturq;, ac de iis, quibus ad plura sectis, fissis, tornatis vita vtitur, Plinius libro trigesimo septimo, & post illum diligentius G. Agricola 7. libro fossilium.

55 Ενιοι δὲ λίθοις ἄλλοις γλύφονται σιδήρεις δὲ οὐ δύναται καθάπερ εἰπομεν.

Nam aliqui lapidibus aliis scalpuntur, ferro autem scalpi nequeunt, vt antea dicebamus.

Gemmæ hæ sunt, & si qui gemmis similes lapides, qui aliis lapidibus scalpuntur, non ferro. lapis autem quo scalpuntur plurimum Smiris est, quamquam & aliud lapidis genus.

56 οἱ δὲ σιδήρεις.

locus hic penè deploratæ salutis est. totus enim mendosus, ac mutilus. si quæ tamen potest adhiberi medicina; sic legendus est, vt curauimus imprimendum. videtur verò id velle Theoph. aliquos lapides ferro non secari, aliquos secari quidem, sed ferro hebeti; perinde verò id esse atque si non secarentur ferro. ferrumq; non secare nonnullos lapides, etsi alios solidiores durioresque cædat. si cui Turnebi lectio magis arridet, per me, licet suo vtatur arbitratu.

57 ἄτοπον δὲ καὶ κἀκεῖνον φαίνεται λέγει ἡ μὲν ἀκόνη κατεσθίειν τὸν σίδηρον.

Illud porrò etiam absurdum videtur, quod Cos ferrum exedit.

Lapis quo scalpuntur gemmæ Cos est. Cos secatur à ferro, igitur & lapis quo scalpuntur gemmæ. hęc conclusio videtur necessaria. atqui cum contraria vera sit. hoc est lapidem, quo scalpuntur gemmæ ferro non cædi, videatur absurdum esse & admirabile, vt à veris principiis falsa ducatur conclusio. Respondendum ad Theophrastū, lapidem quo scalpuntur gemmæ, illam non esse cotem, quæ ferro cæditur, sed similem. atque quod est simile non est idem. vt vulgo dicitur. Turnebus non videtur assequi sententiam, quare sic conuertit. quin etiam illud absurdum est Cote ferrum exedi, illam ferro vicissim diuidi atque concinnari, tamen in gemmam poliri non posse. rursus lapis ille, quo gemmas scalpunt ex eo genere est, ex quo Cotes aut certe simili. quod ait cotem in gemmam poliri non posse, non dicit Auctor, & ego neutiquam intelligo. ἄγεται δὲ ἐξ ἀρμενίας. Stephanus Byzantius de Armeniis, παρέχονται δὲ λίθον τῶν γλύφουσαν τὰς σφραγίδας. Plinius ostraciam siue ostracitem lapidem alium tamen ab illo, cuius à medicinæ scriptoribus fit mentio, vim habere tradit, poliendi scalpendiq; gemmas.

58 Θαυμαστὴ δὲ φύσις καὶ τῆς βασανιζούσης τὸν χρυσὸν.

Mira etiam natura lapidis, qui probat aurum.

Hunc Pindarus, Sophocles, Antiphon, Theognis, βάσανον vocant, quòd aurum ipsi attritum probet. nonnulli χρυσίτιδα propter eandem causam, alii Lydium lapidem, & Herculeū, quod in Lydia, & in Heraclea Lydię vrbe inueniatur. δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτο ἔχειν τῷ πυρὶ δύναμιν, minus apta dubitatio. Sophismatis ratio. Aurum probat ignis. probat & Lydius lapis. igitur eadē atq; ignis est facultate. & tamē nihil concludit in secūda figura affirmatione. nō igitur eadē est vtriusq; facultas. Nam ignis afficit mutatione aurum, lapis autem mutatione afficitur exceptis coloris, nitorisque auri indiciis. ignis igitur probat actione, lapis Lydius perpessione. pulchra verò quæstio, quæ causa sit, quâ Lydius lapis excipit auri colorem, quam à nemine solutam hactenus animaduerti. Hieronymus Cardanus libr. 7. de subtilitate nigredini lapidis vim hanc tribuit, quòd enim niger est, idcircò colligere & nitorem, & colorem. verùm ridicula est ratio. sunt enim res aliæ nigræ, quæ id non faciunt. deindè facultas hæc lapidis est non coloris. iure igitur damnauit Cardanum Iulius Scaliger vir acutissimus libro exercitationum, capite 128. & tamen nihil affert, & ipse quod dubitationem diluat. meditemur igitur nos causam, principio lapis hic Lydius densissimâ est substantiâ, & tamen habet nescio quid madoris in superficie adeò exigui, vt sensum omnem prorsus lateat. idcirco propter densitatem, & leuorem valida fit affrictio. mador autem ille imbibit & excipit affricti metalli colorem. esse autem madorem hunc innatum Lydio lapidi vel ex hoc manifestum est, quod αἴτησαι πρὸ ποτοῦ ἐξ αὐτῆς, hoc est, madorem quendam

exse

Digitized by Google

ex se mittit. at hic quando sensus est, vt sensu deprehendatur, impedit auri probationem. nam labitur affrictus color, ne que persistit. vt igitur excipiatur tanto opus est, vt propter exiguitatem sensum lateat. esse tamen necesse est, quòd & nonnunquam copiosior est. at dicat aliquis alios etiam esse lapides, qui madescunt, tamen non id facere. Respondendum verò non tam exiguum in iis esse madorem, vt id faciat, præterea non illam densitatem, leuoremque. est enim in Lydio vnaquæq; harum qualitatum talis, tantaque vt illi soli fiat hæc probatio peculiaris ac propria. ἀλλὰ & τὸν χαλκὸν. Plinius his coticulis periti, cum è vena vt lima rapuerint experimentum protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia mirabili ratione non fallente.

ιθ Ἐλάχιστον δὲ κόκκος κριθῆς, εἶτα κύλλυβον εἶτα τεταρτημόριον, εἶτα ἡμιώβολος.

Minimum autem pondus hordei granum est, deinde Collybum, mox quarta oboli pars, deinde dimidia.

Sic legendum existimo. κριθὴ hordei granum est, prò quo posteriores & præsertim medici σιτάριον vsurparunt. hoc est granum tritici. siliquam quæ κεράτιον græcis medicinæ scriptoribus dicitur, grana quatuor pendere certum est. Semiobolum siliquam & semis, grana vero sex. obolum siliquas tres, grana vero XII, scrupulum vero quod γράμμα græce dicitur siliquas tres, grana verò XXIIII. εἶτα κόλλυβον. maius pondus, hoc est, quàm granũ hordei. Aristoph. εἰρήν. meminit τῦ κολλύβου.

Οὐδεὶς ἐπορίσατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου·
Νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ:

Interpres Collybum genus ait fuisse leuioris monetæ, & positum esse ἀντὶ τοῦ ὀβολοῦ. non quòd Collybus pendat obolum, sed quomodo solent in re vili significanda, obolum dicere, eo modo poetam dixisse Collybum: fuisse autem ex his Theophrasti verbis, colligitur longè minoris ponderis quàm obolus, non leuior fortè quàm πυρράσιον Nicolai Myrepsi, quod genus est ærei numismatii, etiam nunc in Creta sic appellati τεταρτημόριον. quadrantem oboli accipio. Siliquam scilicet ac semis. diuidebatur, aliter obolus in sex Chalcos siue æreola, hoc in septem λεπτὰ. iam de obolo loquimur, vt pondus est. Nam erat & nummus, & hic non vtiq; idem apud græcos. εὑρίσκονται δὲ πάσαι. Plinius. quondam non solitus inueniri nisi in flumine Tmolo, vt Auctor est Theophrastus. Nunc vero passim, quem alii Heracleum alii Lydium vocant. Sunt autem modici quaternas vncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. ὅπ ξηρότερα τὰ ὑγρά. hoc & superius dicebamus, inesse Coticulæ nescio quid insensibilis madoris, qui tamen si paulo intendatur impedit auri probationem. hæc causa propter quam superior lapidis pars melius excipit, quippè quæ sole siccatur.

κ Ἀνίησι γὰρ τινα νοτίδα ἐξ αὑτῆς δι' ἣν ἀπολιθαίνει. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἄλλοις τῶν λίθων καὶ ἐξ ὧν τὰ ἀγάλματα ποιοῦσιν.

Mittit enim ex se Coticula humorem aliquem quo humecta fit, id quod aliis etiam lapidibus accidit & iis, ex quibus simulachra fabricantur.

Reddit rationem, cur lapis Lydius, si humidior sit, non excipiat. Labitur enim, nec imprimitur affrictus color. quod verò de sudore scribit madoreue lapidum in 5. cap. 4. de plan[illegible]m causis ligneis etiam statuis scribit accidere. Causa vero quam ibi reddidit communis est, tàm lapidum, quàm etiam lignorum sudantium. est autem illa his verbis declarata: ὅταν ἡ ἐνυπάρχουσα ὑγρότης συρρυεῖσα, καὶ ἡ ἔξωθεν περιεστῶσα σωτικὴ & ἐποίησεν οἷον σφαιροειδῆ. hoc est, vbi intestinus humor confluens, & exterus quoque occurrens, concreuerunt, atque in rotundum conglobati sunt. Calor igitur ambientis aeris internum humorem extrahit, cui dum exhalat occurrens alius habitus externi aeris, ambo concrescunt in superficie, quo fit, vt lapis sudare videatur. hæc causa verior est illa, quam attulit Scaliger in exercitationib. de subtilitate c. 128. ait ille fluuiales lapides ortus sui appetentes esse, quemadmodum & reliqua omnia naturalia. quamobrem è fluuiis extractos, vbi humidiorem nanciscuntur aërem, haurire furtim quẽ humorẽ deprehensum æstus excoquit, bulliendoque euocari insensibilibus ampullis. verùm haustio hæc aeris vera non est. nec deest intima humiditas, quam euocat potius extima aeris calore coniuncta, quam vt ipsa ingrediatur. simul vero congressæ in superficiem sudorem globi instar faciunt.

κα Αἱ δὲ τῆς γῆς ἐλάττονες μὲν ἰδιώτεραι δὲ.

Terræ autem pauciores quidem, sed magis propriæ.

Transit ad terrarum differentias, explicatis iis, quæ lapidum erant propriæ. Cum terris autem numerat & fossilia nonnulla. quòd terræ potius quàm lapidum habent substantiam. Notandumque, licet tum de lapidibus, tum de terris fossilibusque agat, tamen de lapidibus inscripsisse librum, & quòd maior libelli pars in iis versatur, & quòd & reliqua fossilia aliquo modo possunt ad lapides referri. Ἐλάττονες μὲν. hoc & superius dictum est. pauciores esse terrarum differentias, easque præcipuè cerni, in colore, leuore, densitate, lentore. ἰδιώτερα verò vocat, quòd ita sunt terræ propriæ vt vix vllam reperias, quæ aliquo modo lapidi conueniat, lapidum differentiæ non

Digitized by Google

itidem. Nam ex his plures & terrarum sunt. [62] Τὸ μὲν γὰρ τήκεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ πάλιν ἀποσκληρύνεσθαι καὶ ταύτῃ συμβαίνει.

Nam & liquari, & alterari, & rursus durari, terræ quoque accidit.

Terræ, quæ cum metallo mista est, accidit, vt liquefiat ab igne, rursusque frigefacta concrescat. hæc differentia, & lapidum aliquorum est, non tamen omninò propria, quòd & terræ est, vnde probatur, differentias terrarum magis esse proprias.

μαλάττεται δὲ. πλίνθους γὰρ ποιοῦσιν, ὧν τάς τε ποικίλας καὶ τὰς ἄλλας τὰς συμπεπλυμένας.

Mollitur etiam & massas ex ea faciunt, quarum & quæ compositæ sunt, & variæ.

Vbi prius legebatur λίθους malui legere πλίνθους. sunt hæ terrarum, quæ metallicæ sunt affectiones. Cum enim illæ, aut auri, aut argenti, aut æris, aut aliorum metallorum mistionem habeant, coquunturque seligendi metalla causa, formandique lateres, ac massas, quæ aut fullonibus aut pictoribus, aut aliis artificibus vsui sint. ποικίλας καὶ συμπεπλεγμένας vocat, quæ propter metalli fossilisque alicuius, aut vnius, aut plurium mistionem varietatem habent, aut compositionem aliquam.

[63] Εἰ δὲ καὶ ὁ ὕελος ἐκ τῆς ὑελίδος καὶ αὐτῇ συκνώσει γίνεται.

Quod si & vitrum ex terra vitraria fit (vt multi dicunt) & ipsa densatione fit. ex arena vitraria quam ὑελίδα vocat vitrum fit. huius generis arenam intra montis Carmeli radices ortum habens Belus amnis defert iuxta Ptolæmaidem Coloniam. talem defert & in Campania Vulturnus, quæ inter Cumas ac Lucrinum reperitur. addebatur olim tribus huius partibus, quarta nitri, ex quibus simul liquefactis massa fiebat, quæ vocabatur ἀμμώνιτρον. tempestate nostra ars vitraria magis videtur excellere. fit enim vitrum ex arenis vitrariis & cinere vel sale, herbæ illius marinæ, quæ Nali Mauritanis dicitur, quam quidem putarunt secundam Dioscoridis Anthilida, vtcumque fiat satis est, & subactione, & liquatione opus esse vt massa fiat, ex qua iterum liquefacta fiunt vasa vitrea. subactionem illam vocat Theophrastus σύκνωσιν.

[64] Ἔστι δὲ κιλικίας ὅθι τῆς ἡ ἔψεται γῆ καὶ γίνεται γλιχρά· ταύτῃ δὲ ἀλείφουσι τὰς ἀμπέλους.

Porro in Cilicia terra quædam est, quæ coctione lentescit, qua vites loco viscum oblinunt.

Hæc terra Ampelitis est, quæ & Pharmacitis appellatur. illam in Seleucia Syriæ testatur gigni Dioscorides, Strabo libro septimo ex Posidonio, Theophrastus Ciliciæ tribuit, quòd Pieria vbi Seleucia est, fines attingit Ciliciæ. imo non desunt, qui Seleuciam in Cilicia esse dicant. Eadem igitur est, in iisdemque locis orta, quæ omnibus scriptoribus memoratur Ampelitis. quo magis miror Agricolam, virum alioquin diligentissimum negare huiusce terræ à Theophrasto mentionem habitam, putareque carbones terreos Ampelitim esse Theophrasti. qui vt non differant substantiâ ab iis, non tamen omninò sunt iidem. ἡ ἕψεται γῆ. oleo scilicet admixta. trita enim & iniecta oleo statim liquescit. quamuis autem neque Dioscorides, neque Galenus, aut Strabo scriptum reliquerint illam decoqui solitam, tamen hoc habemus à Theophrasto tanquam auctarium. dubiũ autem non est, quin decocta, & viscidior euadat, & cum oleo vndequaque commisceatur. ταύτῃ δ' ἀλείφουσι τὰς ἀμπέλους. ideo enim dicitur Ampelitis. non modo autem impedit, atque implicat vermiculos quòd viscida est, verùm etiam necat, quòd est φαρμακίτης. ἴτυας appellat vermiculos, qui vitium oculos erodunt. in tertio de causis plantarum. παραπλήσιον δὲ τὸ συμβαῖνον ὅθι καὶ τῇ ἀμπέλῳ. καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τοῖς νοτίοις οἱ ἴτυες γίνονται μᾶλλον ὅταν διαχεόμενος, ἐκ τοῦ αἴρος γενέσθαι εἰτ' εὐθὺς ἐξεσθίουσι τὸ ἔμφυτον. hoc est huic proximum quod etiam vitibus euenit. in his enim flante austro potissimum vermes ipsis vocitati gignuntur, vt pote cum istæ humescunt, atque aer fœtificet. Galenus libro nono simplicium medicamentorum vermiculos hos σκώληκας vocat. explicat autem & ortum illorum & tempus. mox addit διὸ καὶ τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν τούτων ἀναιρεῖσθαι οἱ σοφοὶ ταῦτα δρῶσι. καταξύσαι μὲν οὖν ἀμπελίτιδι ἢ φαρμακίτιδι προσχρῆσθαι. δηλοῦσα δ' ὅτι φθείρειν τοὺς σκώληκας ὅσον αὐτῇ μετεῖναι φαρμακώδους δυνάμεως: hoc est, quare & radices horum germinum oblinunt, qui harum rerum periti sunt. ideo enim Ampelitis, & Pharmacitis appellatur, quo ostenditur quantum medicamentosæ facultatis illi insit, cum & vermiculos necet.

[65] εἴη δ' ἂν λαμβάνειν καὶ ταύτας τὰς διαφορὰς ὅσαι πρὸς τὸ ἀπολίθωσιν εὐφυεῖς.

Liceat sane & has sumere differentias terrarum, quæ vt lapidescant aptæ natura sunt.

Talis est & puluis Puteolanus, cuius meminit Seneca lib. 3. c. 13. quæst. natural. & Vitruuius lib. 2. & Plin. l. 35. eadẽ est terrę natura & in Cyzicena regione. sed ibi nõ puluis, verũ ipsa terra qualibet magnitudine excisa & demersa in mare lapidea cõtrahitur. Hoc idẽ circa Cassandriã ꝓdũt fieri, & in fonte Cindio dulci intra octo mẽses terrã lapidescere. vnde autẽ hoc sit vt hoc genꝰ terrę lapidescat, nõ alia causa est, nisi illa quã Vitruuiꝰ attulit. est. n. genꝰ illud terrę nõ simplex verũ cõpositũ variis succis, vt sulphure, alumine, bitumine, quãobrẽ facilè ab aquæ frigore densata cõcrescit in lapidem.

amd

66 ἀλλὰ μᾶλλον ἀξίως τοῖς χρώμασι ἀριθμήσαι, οἷς καὶ οἱ γραφεῖς χρῶνται.

Verum magis commode numerabit aliquis eas, quæ colore præstant, quibus & pictores vtuntur.

Hæ sunt differentiæ ἰδιώτηται, vt vocauit, hoc est magis propriæ terrarum insigniorum, vtuntur autem ex terris pictores Ochrâ, quæ & sil dicitur, Rubrica Paretonio Theodosio, quæ & Creta viridis dicitur, Gypso, Melino, Erethria. ex iis vero quas cum terris numerat, terræ tamen non sunt, sed concreti succi siue fossilia, sandaracha, Auripigmento, Chrysocolla, Cæruleo.

67 Καὶ ἔνια γε δὴ φαίνεται πεπυρωμένα.

De his superius dictum est.

Γαίης δ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἀπὸ τῆς ἀναθυμιάσεως, ταῦτα τῆς ξηρᾶς καὶ καπνώδους. hinc vero constat Theophrasti sententia, qui non modo terram lapidum fossiliumque materiam agnoscit, verùm & exhalationem illam fumidam. eadem est & præceptoris sententia libro tertio & quarto Meteorologicorum, vt superius demonstrauimus.

68 τῶν δὲ ἄλλων τῶν μὲν εἰσὶν ῥάδδοι.

Ex aliis vero nonnullorum venæ sunt.

Hic etiam ῥάδδους vocat venas, in metallis. est hæc verborum sententia. Cum hæc omnia in metallis reperiantur, aliquorum esse venas, angustos scilicet longosque tractus. Ochram verò certis quibusdam locis congestam esse. rubricam verò omnifariam ac cuiusque modi reperiri. Sciendum verò non modo in metallis aurariis, argentariis, ærariisque, hæc fossilia terrasque reperiri, verum etiam in suis ipsorum venis atque fodinis. πλὴν δὲ ὤχρας ἀθρόαν πῶς φαντασίαν εἶναι. Hæc corrupta sunt. legenda autem vt Turnebus emendauit. φασὶν εἶναι. de Ochra Vitruuius lib. 7. cap. 7. Hæc vero multis locis, vt etiam in Italia inuenitur, sed quæ fuerat optima Attica, ideo nunc non habetur, quod Athenis argentifodinæ cum habuerunt familias, tunc specus sub terra fodiebantur ad argentum inueniẽdum, cum ibi vena forte inueniretur, nihilominus, vti argentum persequebantur. itaque antiqui egregia opera silis ad politionem operum sunt vsi. quod ait Theophrastus πλὴν μίλτου καὶ τοῦ καλουμένου oriri. Vitruuius. item Rubricę multis locis eximuntur.

69 ὥστε εἰς τὰ ἀνδρείκελα χρῆσθαι τοὺς γραφεῖς.

Vt illa ad misturam colorum pictores vtantur.

Ita legendum non βαφῆς: Ανδρείκελον ait Suidas σημαίνει τὸ μίγμα τῶν ζωγράφων ὁ καλεῖται χρωμάτων κεῖσις, Hermolaus Theodorum sequutus purpurissum latinorum putat græcorum esse ἀνδρείκελον. Michael Ephesius in primum Aristotelis de Generatione Animalium in iis verbis vbi τῷ ἀνδρεικέλου fit mentio, ait, illud esse imaginem, quæ ex colore facta sit. hoc autem imaginis significato, sed potiori, & nobiliori quodammodo sumpsit Plato in 6. de rep. vbi naturam hominis expressam morib. vero dignis homine vocauit ἀνδρείκελον. vt autem demus ex vocis etymo δηλοῦν τῷ ἀνδρεικέλου imaginem significari, quam etiam significationem Suidas agnouit, tamen hoc loco pro mistura colorum accipienda vox est. Nam vt purpurissum non intelligi sentiam, causa est, quòd neque Vitruuius neque Plinius quo loco purpurissi meminerunt, in eius mistionem adhiberi rubricam scriptum reliquerint. verum hæc in magno non pono discrimine, & suum lectori relinquo iudicium.

70 καὶ ὤχραν αὐτ' ἀρρενικοῦ ἀντὶ ὁμοίως τῇ χρόᾳ ἀναφέρειν, δοκεῖν δὲ.

Et Ochra Auripigmenti loco, & quòd nihil colore differant, quamquàm differre videantur.

Veteres pictores quatuor coloribus solis immortalia illa fecerunt opera, vt ait Plinius ex albis melino, ex silaceis attico, ex rubris sinopide pontica, ex nigris atramento. Silaceum colorem habet & Auripigmentum, vt penè à Sili non distet etsi distare videatur. vterque certe color pallidus est, nisi quòd auripigmentum flauescit, habetque plus luminis quàm sil.

71 καὶ ἡ λημνία λεία καλοῦσι σινωπικήν.

Lego καὶ ἣν καλοῦσι σινωπικήν. alia. n. est rubrica lemnia à sinopica. neq; vnq̃ lemnia eadem, & sinopica vocata est. vocari autẽ ideo ait sinopicam, quod licet in Cappadocia fodiatur, sinopẽ tamẽ defertur, vnde sinopica dicta est. idem memoriæ tradit Strabo libro 12. & Dioscorides, qui probari maximè ait grauem densam, quæ iocinoris colorem referat, calculorum expertem concolorem, quæque dum diluitur, facilè soluitur.

72 ὃ δὲ τῷ μικρῷ. μεταλλεύεται καθ' αὑτήν.

Torquet me locus hic mirum in modum. Nam vocem hanc ὃ τῷ μικρῷ quomodo interpreter vt mihi satisfactum existimẽ, non habeo. ὃ τῷ μικρῷ μεταλλῷ: at cur nõ expressit? Deinde cũ de regionib. vrbibusq; loquatur suprà, quomodo subdit ὃ δὲ τῷ μικρῷ. vt igitur ingenue dicã, quod sẽtio, vocẽ hanc corruptã existimo, atq; non ὃ δὲ τῷ μικρῷ. sed ὃ δὲ τῇ λήμνῳ legendum esse. vt cũ de sinopica siue Cappadocica rubrica loquut⁹ esset, quãdo & lẽniæ suprà meminit, addat ὃ δὲ τῇ λήμνῳ. adeò autẽ verũ est terrã lẽniã, quæ & rubrica dicitur, in proprio metallo effodi, vt ad id confirmandũ non opus sit accersere veterum auctoritatem. de illa Galenus libro nono simplicium medicamentorum adeò copiosè loquutus est, illumque sequuti posteriores medici, vt superuacaneum sit quidquam dicere.

Digitized by Google

73 ἔστι δὲ αὐτῆς γένη τρία.

Eius tria genera.

Dioscorides nihil dixit de his tribus rubricæ generibus. probatissimam omnium satis habuit declarasse. Plinius libro trigesimo quinto. species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. precium optimæ in libras XIII. Denarii. vsus, ad penicillum, aut si lignum colorare lubeat. eius quæ ex Aphrica venit octoni asses. Cicerculum appellant. quæ magis cæteris rubet vtilior abacis. idem precium eius, quæ pressior vocatur. & est maximè fusca. vsus eius ad bases abacorum. est autem res inquisitione digna an hoc loco Theophrastus sinopidis diuisionem afferat, an rubricæ in vniuersum, an lemniæ rubricæ. Plinius sinopidis partitionem hanc existimauit, & tamen si pro ὦ τῷ μικρῷ legamus, ὦ τῇ λήμνῳ, vt certè legendum opinor, videtur potius afferre tria lemniæ rubricæ genera. quæ memorauit & Galenus, sed diuersa ratione.

74 Γίνεται δὲ ἐκ τῆς ὤχρας κατακαομένης ἀλλὰ χείρων.

Fit & ex Ochra combusta, sed peior.

Hæc Rubrica factitia est, non tamen eiusdem bonitatis atque Natiua. Plinius non ex Ochra Rubricam, sed ex rubrica Ochram fieri tradit. ait enim libro 35. cap. 6. ex ea fit Ochra exusta rubrica ollis nouis luto circumlitis, quò magis arsit in caminis hoc melior. vbi duplex error Plinii. & quod ex rubrica dicit Ochram fieri, & quòd quo magis illa vritur, meliorem fieri. affirmat enim Theophrastus quò magis vritur Ochra, nigriorem rubricam & αἰθεσκωδεστέραν fieri.

75 μαρτυρεῖ δὲ αὐτὸ καὶ ἡ γένεσις αὐτῆς.

Porrò hoc ipsum attestatur generatio.

Artem esse naturæ æmulam non semel dictum est ab Aristotele. quod facit itaque calor fornacis, illud idem & subterraneus. terra enim metallico succo infecta calore vsta non tamen nimio Ochra fit, si tamen aduratur magis rubrica. est igitur in Ochra dimidiata naturæ opera, quæ nanciscitur in Rubrica profectionem. quare si Ochram torreas Rubricam habebis haud dubiè. hinc est, quòd in iisdem metallis pene semper reperiuntur. quod autem de his dictum est, de succis etiam concretis qui eodem sunt genere intelligendum, vt de sandaracha, & Auripigmento, de Cæruleo, & Chrysocolla. de Atramento sory, mysi, melanteria, ac de aliis eiusdem generis.

76 ἔστι δ' ὥσπερ καὶ μίλτος ἡ μὲν αὐτόματος ἡ δὲ τεχνική, καὶ κυανὸς ὁ μὲν αὐτοφυὴς ὁ δὲ σκυθικὸς ὥσπερ ἐν αἰγύπτῳ.

Quemadmodum autem est Rubrica Natiua & factitia, sic etiam Cæruleum, alterum natiuum, & alterum artificiosum.

Notanda varietas in verbis eleganter posita. αὐτόματος αὐτοφυὴς. τεχνικὴ σκευαστός. Cæruleum natiuum, vt superius dictum est, & in æraríis, & in aurariis metallis frequenter inuenitur cum Chrysocolla. nonnunquam, & per se in venis propriis. factitium arte fit, cuius conficiendi rationem afferemus paulò pòst. τῶν δὲ κυανοῦ τρία. tria Cærulei genera, duo natiui, tertium factitii. nam Ægyptium erat factitium. εἰς τὰ ἀχριβῆ λειώματα. λειώματα sunt, quæ latinis dicuntur lomenta. illa fiebant ex Cæruleo vel subalbida, vel syncera saturateque Cærulea. ad quæ optimum erat Ægyptium omnium laudatissimum. de lomentis Plinius libro trigesimo quarto ad extremum. ex Cæruleo fit, quod vocatur lomentum. perficitur id lauando, terendoue, & hoc est Cæruleo candidius. precia eius, XIII. in libras. Cærulei XVIII.

77 Σκυθικὸς δὲ ὁ αἰγύπτιος.

Vitruuius libro septimo cap. 11. Cærulei temperationes Alexandriæ primum sunt inuentæ. Postea item Vestorius puteolis instituit faciendum. Plinius. Cæruleum arena est. huius genera tria fuere antiquitus Ægyptium, quòd maximè probatur. Scythicum, hoc diluitur facilè cumque teritur in quatuor colores mutatur, candidiorem, nigrioremue, crassiorem, tenuioremue. præfertur huic etiamnum Cyprium. accessit his puteolanum, & Hispanienſe arenâ ibi confici cœpta. Agricola qui diligentissimè fossilium naturam explorauit aliis etiam locis oriri testatur, in metallis Germaniæ, Rhetiæ, Norici, Boëmiæ, in montibus fuditanis, & in Lyguriorum regione ad Godelburgum.

78 πῶς δεῖ τοὺς βασιλέας ἐποίησεν χυτὸν κυανόν.

Legendum πχνικὸν, vel πχνιτὸν. de modo autem conficiendi Vitruuius l libro septimo. cap. 11. Arena enim cum nitri flore conteritur adeò subtiliter, vt efficiatur quemadmodum farina, & æri Cyprio limis crassis (vt scobis) facto immixta conspergitur, vt conglomeretur. deinde pilæ manibus versando efficiuntur, & ita colligantur, vt inarescant. eæ aridæ componuntur in vrceo fictili, vrceus in fornace ponitur. ita æs & ea arena ab ignis vehementia conferuescendo cum coaruerint inter se dando, & accipiendo sudores à proprietatibus discedunt, suisque rebus per ignis vehemen-

Digitized by Google

hementiam confecta cæruleo rediguntur colore. eius fraus, vt ait Plinius violâ aridâ decoctâ in aqua, succoq; per linteum expresso in terram eretriam. Agricola libro 9. fossilium, alias, & ille docet conficiendi cærulei rationes, quas in præsentia non est referre. ὃ μὲν ἀπύρου τὸ δὲ πεπυρωμένου. ἄπυρον cæruleum vocari existimo, cuius rationem docuit Plinius his verbis. tingitur autem omne, & in sua coquitur herba bibitque succum. reliqua confectura eadem, quæ chrysocollæ. πεπυρωμένον verò, cuius in confectura maximâ ignis vehementiâ opus est. vt Vitruuius scriptum reliquit. non quòd omninò ἄπυρον ignis sit expers, sed quòd vehementem ignem passum non est, quemadmodum quod vocat πεπυρωμένον.

79 Φασὶ δ' οἱ τὰ φάρμακα τείβοντες ὅτι μὲν λευκὸν ἐξ ἑαυτοῦ ποιεῖ χρῶμα τέσσαρα, ὅ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν λεπτοτάτων λευκότατον, ὁ δὲ δεύτερον ἐκ τῶν παχυτάτων μελάνταton.

Aiunt porrò qui pigmenta terunt cæruleum quatuor ex se colores facere, primum ex tenuissimis partibus candidissimum. secundum è crassissimis nigerrimum.

Locum hunc exprimere voluit Plinius. quamq; quod de cæruleo dicit hic in vniuersũ, ille de Scythico tantùm. cũq; teritur in quatuor colores mutatur, candidiorẽ, nigriorẽue, crassiorẽ tenuiorẽue, sed equidẽ nescio qui sit crassior tenuiorque color, nam hæ qualitates sunt tactus, nõ aspectus. neque fidè refert quæ dicit Theophrastus, qui ex tenuissimo cæruleo album fieri docet, ex crassissimo nigrum. fuit is igitur in hoc loco conuertendo non adeò accuratus. sed cum hic quatuor colores dicat ex cæruleo fieri, cur duos tantùm numerat? an quòd cum ex tenuissimis partibus dilutissimisq; candidissimum fieri docuit, ex crassissimis nigerrimum, duos alios siluit, quòd illi medii sunt. alter è cæruleo candidus, alter verò ex nigro cæruleus. ille quidem ex tenui, dilutoque cæruleo factus, hic verò è crassiori, sed non omnino crasso.

80 Καὶ ἔτι ὁ ψιμύθιον.

Et etiam cerussa.

modos conficiendæ cerussæ docent Dioscorides, Plinius, Vitruuius, Agricola, qui omnes ab hoc parum differunt, ὡς φησὶ ῥύπῳ, lege ῥύπῃ. significatur hac voce situs, ac veluti sordes, quæ in plumbea lamina obducitur.

81 ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἰὸς γίνεται.

Simili ferè modo fit & ærugo.

ærugo confecturam docent iidem auctores, quos supra attuli, τὸ ὀπτυώμενον. quod supra laminam obducitur, sic appellat. hoc genus vocat Dioscorides ξυστὸν ἰόν. nam est & aliud genus ærugo, quæ σκώληξ dicitur, quæ duplex, natiua, & factitia.

82 Γίνεται δὲ καὶ κιννάβαρι, ὁ μὲν αὐτοφυὲς ὁ δὲ κατ' ἐργασίαν.

Fit & minium alterum natiuum alterum factitium.

Κιννάβαρι, de quo loquitur Theophrastus illud est fossilis genus, quod Dioscorides vocat ἄμμιον, quodque latini vocant minium. Nam Cinnabaris Dioscoridis longè alia est ab hoc fossilia. Plinius ac Solinus Draconum saniem esse tradunt: id quod cum fabulosum omnino sit, medicis potius credendum est, atque iis, qui nuperrimè hæc omnia sunt perscrutati, illam esse arboris, quæ in Lybia oritur gummi.

83 Αὐτοφυὲς μὲν ὁ τῇ Ἰβηρίᾳ σκληρὸν σφόδρα καὶ λιθῶδες.

Natiuum quod in Hispania oritur valdè durum, & lapidosum.

Hoc est, quod dicit Dioscorides τὸ μὲν γὰρ ἄμμιον σκευάζεται ἐν ἰατρείᾳ ἐκ λίθου τινὸς μεμιγμένης ἐν ἀργυρείῳ ψάμμῳ. Minium enim in Hispania paratur ex lapide quodam cum arena argentea permisto. Plinius libro 33. cap. 7. celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bœtica, miniario metallo vectigalibus populi Romani nullius rei diligentiore custodia. Glebam fossilem in qua minium est Anthracem vocari, Auctor est Vitruuius lib. 7. c. 9. Notandum autem in venis vbi minium est inueniri quidem natiuum minium. quod tamen opera, confecturaque opus habet, coctione scilicet ac lotura. reperiri & aliud, quod neque coctum neque lotum, pulchrum tamen est. vtrunque autem natiuum esse. idcirco ne quis Dioscoridem putet factitium significare, dum ait σκευάζεται. nam etsi natiuum est, opus tamen habet operâ perfectiori. quod ait Theophrastus σκληρὸν καὶ λιθῶδες esse, natiuum purum ac putum est, quod venam minii siue lapidem vocat Plinius.

84 Καὶ ὃ ἐν Κόλχοις, τοῦτο δέ φασιν εἶναι ἐν πρεμνῷ ὃ καταβάλλουσι τοξεύοντες.

Et quod inuenitur in Colchis hoc ferunt in rupe esse inaccessa, quod decutiunt iaculantes.

Digitized by Google

Lego lubentius ἐν κρημνῷ, quàm κρημνῶν, tum quòd commodior locutio hæc, & tum quòd & Plinius ita legit libro citato. reperiri autem iam tum & in Hiſpaniis, ſed durum & arenoſum, item apud Colchos in rupe quadam inacceſſa, ex qua iaculantes decuterent, id eſſe adulterum. poſterius id non legitur in Theophraſto & erat fortaſſe Plinii tempore.

[85] Τὸ δὲ κατ' ἐργασίαν ὑπὲρ Ἐφέσου μικρὸν ἐξ ἑνὸς τόπου. μόνον δ' ἐστὶν ἄμμος ᾗ συλλέγουσι λαμπυρίζουσα καθάπερ ὁ χόκκος. ταύτῃ δὲ τείφαντες ὅλως ἐν ἀγγείοις λιθίνοις λειοπάτῳ πλύνουσιν ἐν χαλκοῖς μικρόν.

Factitium verò paulo ſupra Epheſum ex quodam loco colligi. Arena illud tantùm eſt, quam ſplendentem Cocci colore colligunt, atque in lapideis vaſis leuiſſimè tritam lauant paulum in vaſis æneis.

Ita legenda ſunt hæc verba delendumque τὸ ἐν καλοῖς, quod irrepſit ſcriptoris incuriâ, qui bis ſcripſerat ἐν χαλκοῖς, quod ignari librarii mutarunt in ἐν καλοῖς. quòd verò attinet ad miniiEpheſii confectionem, eadem omnino ex Theophraſto retulit Plinius. Vitruuius autem docet venam illam foſſilem minii è fodinis erutam in fornacibus poni, hanc vndique argentum viuum exudare, propterea q; coqui, vt interareſcat; fumum autem, qui ab igne ſuſcitatur, cum reſedit in ſolum furni, argentum viuum inueniri. hoc autem à minio ſeparatum in vaſis poni, minium vero ita coctum in vſum pictorum accipi. verum ſiue tritum, ſecretum, molitum, ac lotum, vt Theophr. confici tradit, ſiue etiam excoctum, vt Vitruuius, ac Dioſcorides, vena primũ ſit oportet, quam terere, lauare, coquere neceſſe eſt. Tale aũt natiuum eſt. Nam neq; quod natiuũ vocat Theophr. omnino nullius opera indiget. quin & Hiſpanienſe illud non licuiſſe ibi perfici, excoquiq; Auctor eſt Plinius. Venam enim ſignatam Romam ferri ſolitam atque ibi lauari ac perfici. eſt igitur & natiuum aliquo modo factitium, ſi vlteriorem operam inſpicimus, & factitium natiuum, ſi vena eſt, quæ tunditur, molitur, lauatur, coquitur. quamobrem vtrumque natiuum eſt. illud factitium proprie, quod poſteriorum excogitauit ingenium. fit verò ex argento viuo, ac Sulphure, atque etiam ex argento viuo tantùm. eſt & miniũ ſecundarium vocatum, quod fit ex lapide, qui ex argentariis plumbariiſue metallis effoſſus parum aut nihil habet argenti. excoctus hic in fornacibus rubeſcit tandem. deinde teritur in farinam, tenuique cribro ſecernitur. & molitur. ſunt, & alii colores, qui minium imitantur, vt Scandix, ac Scyricum, de quibus Plinius, Dioſcorides, Agricola conſulendi.

[86] οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἴσου πολὺ ποιοῦσιν, οἱ δὲ ὀλίγον ἢ οὐδὲν ἀλλὰ πλύσμασι ἐπιπόλῳ χρῶνται ἐν τοῖς ἐν ἀλείφοντες.

Atque alii quidem ex pari materia multum conficiunt, alii minus, alii nihil, ſed lotura ſupra vtuntur ſingillatim linentes.

Plinius hunc locum adducit, libro citato. Differentiam artis eſſe, quòd alii minium faciunt primâ lotura, apud alios id eſſe dilutius. ſequentis autem loturæ optimum, verùm Auctoris ſententiam minimè videtur aſſequutus. quando hic manifeſtè dicit (niſi fallor) ex æquali arenâ venâ ue minii plures multum minii conficere, nonnullos verò parùm, imo etiam & nihil, ſed ſummâ lotura tantum vti ſingillatim linentes tabulas. Singillatim hoc accipio, tamquam ſi diceret repetitis ſingulis loturis, vti tanquam minio vt quod minium facit, ſuperinductę loturę ſi fieri poteſt aſſequantur. ἓν κατὰ ἕν. ἓν καθ' ἕν ſingula aut aduerbii modo ſingillatim ſignificat. quod iis notum eſt, qui græcos legunt Auctores. quæ verò ſit lotura, quodue minium, declarat ipſe Theophraſtus.

[87] Καταδεῖξαι δ' φασὶ καὶ εὑρεῖν τὴν ἐργασίαν Καλλίαν τινὰ Ἀθηναῖον.

Commonſtraſſe hoc aiunt, & inueniſſe conficiendi artificium Calliam quendam Athenienſem.

Plinius, Theophraſtus nonaginta annis antè Praxibulum Athenienſium magiſtratum, quod tempus exit in vrbis noſtræ CCXLIX. tradit inuentum minium à Callia Athenienſe initio ſperante aurum poſſe excoqui arenâ rubenti in metallis argenti. hanc fuiſſe originem eius. ὑπολαβὼν ἡ ἱστ. Theophraſtus floruit anno vrbis, vt notat Plinius lib. 15. cap. 1. circitèr quadringenteſimo quadrageſimo, à Calliæ igitur inuentoris tempore vſque ad Theophraſtum fuere anni CXCI. iure igitur ait rem non fuiſſe veterem ſuo tempore, cæterum Praxibulus magiſtratum geſſit anno vrbis CCCXXXXIX. interceduntque anni XC. à Calliæ temporibus ad magiſtratum hunc, à quo ad Theophraſti vſq; tempora anni ſunt C. Non deſunt qui hunc locum ita interpretantur. Nonaginta annis ante Theophraſti tempora, dum magiſtratum gereret Praxibulus, inuentum fuiſſe minium. Verùm Plinii interpretatio optima eſt, tùm quòd ex faſtis annalibuſque Athenienſium nouiſſe potuit, quo tempore magiſtratus fuit Praxibuli, tùm quòd ἀφ' οὗ ἐνενήκοντα ἔτη ἐς ἄρχοντα τοῦτον βουλόν, nihil aliud ſignificat niſi annos Nonaginta, qui lapſi ſunt à Calliæ inuento ad Praxibulum.

[88] φανε-

Digitized by Google

88 φανερὸν δὲ ἐκ τούτων ὅτι μιμεῖται τὴν φύσιν ἡ τέχνη, τὰ δὲ ἴδια ποιεῖ, καὶ τούτων τὰ μὲν χρήσεως χάριν τὰ δὲ μόνον φαντασίας ὥσπερ τὰς ἄλπεις.

Ex his igitur manifestum est, quod ars naturam imitatur, & aliqua peculiaria efficit, atque ex his aliqua vsus gratia, alia aspectus tantum, vt Alpeis.

Ex superioribus est inductũ corollarium. artem naturam imitari, aut aliqua priuata sibi peculiariaque facere. hęc verò aut speciei & pulchritudinis esse causa, aut vsus alicuius. Aristoteles secundo libro de rerum principiis. ὅλως δὲ ἡ τέχνη τὰ μὲν ὅλα τελεῖ ἃ ἡ φύσις ἀδυνατεῖ ἀπεργάζεσθαι, τὰ δὲ μιμεῖται: hoc est, in vniuersum ars alia quidam perficit, quæ natura non potest efficere, alia verò imitatur. quæ facit ars, quæ non possunt à natura perfici, ἴδια & peculiaria vocat. horum verò aliqua à Natura inchoata sunt, cuius est ars adiuuatrix & συνεργός, aliqua omnino ab arte fiunt. prioris exemplum ne à re nostra discedamus minium est. hoc enim seuit natura arenis, auxiliatur tamen ars vt secernatur. posterioris verò argentum viuum, quod è minio fit, in quo licet non desint argenti viui semina, mutuus est enim ex alterutro vtriusque ortus, tamen peculiarem ars videtur in eo conficiendo sibi operam arrogare.

89 τὰ μὲν χρήσεως χάριν τὰ δὲ μόνον φαντασίας ὥσπερ τὰς ἄλπεις.

Atque ex his aliqua vsus gratia, alia aspectus tantum, vt Alpeis:

Quæ priuatim facit ars, aut vsus alicuius gratiâ sunt, aut speciei, & vt ita dicam ostentandæ sui. in vsum cedit minium pictorum, & medicinæ. φαντασίας ἕνεκα. hoc est pulchritudinis aspectusque causâ, vt si ars Vitraria Vitra faciat viridia, cærulea, punicea, color enim aspectum oblectat nullo vsu. quod verò ait ὥσπερ τὰς ἄλπεις. aut corruptum omninò est, vt certè mihi persuadeo, aut si ita legendum est fortasse tabulam intelligit, in qua alpes depictæ sint, montes illi, qui Italiam à Germania, & Gallia separant. sed & hic ars nihil peculiare facit, & naturam imitatur. quid si legamus τὰς κάλπας? sunt autem equestria quædam certamina, vt habemus apud Pausaniam in prioribus Heliacis, & Pollucem libro 7. hæc autem quemadmodum & alii ludi φαντασίας ἕνεκα sunt, quippe propter delectationem. Hæc dixi ne nihil dixisse videar: mihi enim minimè omnium satisfit.

90 Ενια δὲ ἴσως ἀμφοῖν ὥσπερ χυτὸν ἄργυρον, ἔστι γὰρ χρεία καὶ τούτου.

Nonnulla fortasse vtriusque causa, vt argentum viuum. est enim & huius vsus aliquis.

Vbi prius legebatur χρόα. legendum χρεία, quod ex superioribus manifestum est. quod Turnebum effugisse miror. habet argentum viuum, & vsum aliquem. nam & artifices vtuntur & medici. habet & pulchram speciem, quæ delectat. & quòd argento similis, & quòd fusilis, & nullibi manens. ἄργυρος χυτὸς vocatur & ab Aristotele primo lib. de Anima, & quarto Meteorolog. qui tamen à græcis posterioribus ὑδράργυρος vocatus est. Nam & Io. Grammaticus in commentario in primum de Anima sic appellat, & Alexander Aphrodisiæus vbi χυτὸν ἄργυρον. Aristoteles memorat, λέγει δ' αὖ, inquit, τὸν ὑδράργυρον. hoc nomine vocauit, & Dioscorides, & Galenus, quamuis hic factitium tantùm videatur agnoscere. Plinius argentum viuum vocat natiuum. Hydrargyron verò factitium. nec tamen ideò reprehendendus, quòd in natiuo aliam appellationem & aliam voluerit in factitio. Nam & ita necesse erat vitandæ ambiguitatis causâ, & apud Romanos nondum argentum viuum dicebatur, quod arte parabatur, sed natiuum tantùm. Quamobrem præclarè Hieronymus Mercurialis Medicorum nostri temporis doctissimus, quo ego præceptore vsus maximam mihi felicitatem contigisse glorior, libro secundo variarum lectionum Plinium à calumniis tutatus est.

91 ποιεῖται δὲ ὅταν ὁ κινναβαρις τριφθῇ μετ' ὄξους ἐν ἀγγείῳ χαλκῷ καὶ δίδυκι χαλκῷ;

Fit autem quando minium ex aceto in æneo teratur vase, æreo etiam pistillo.

Sic legendum & restituendum locum opinamur, qui mutilus fuit vsque dum ratio conficiendi argenti viui ex minio inuenta, quæ duplex est. altera, quam ponit Auctor, altera, quam Dioscorides. vtramque Plinius complexus est libro 33. cap. 8. ex secundario inuenit vita, & Hydrargyrum in vicem argenti viui paulo ante dilatum. fit autem duobus modis æreis mortariis pistilliſque. trito minio ex aceto aut patinis fictilibus impositum ferrea concha calyce cohopertum, argillâ superillitâ. dein sub patinis accensum follibus continuo igni, atque ita calycis sudore detersо, qui fit argenti colore, & aquæ liquore.

Digitized by Google

90 τῶν δὲ μεταλλευτῶν τὰ ἐν τοῖς γεωφανέσιν ἔπι λοιπά, περὶ ὧν ἡ γένεσις, ὥσπερ ἐλέχθη, κατ' ἀρχὰς ἐκ συῤῥοῆς τινος καὶ ἐκκρίσεως γίνεται, καθαρωτέρας καὶ ὁμαλωτέρας τῶν ἄλλων.

Mox ex fossilibus restant adhuc insignes terræ, quarum generatio, vt initio diximus, ex affluxu aliquo, & percolatione fit puriori & æquabiliori quam alia.

Μεταλλευτὰ vocat in vniuersum quæcunque μεταλλεύεται, hoc est fodiuntur è terra, & eruuntur perscrutatione inquisita. μεταλλάω enim & μεταλλεύω significant quod latinè quæro, scrutor. Aristoteles tamen μεταλλευτὰ non nisi metalla vocauit. Cætera enim ὀρυκτὰ, communem appellationem sequutus, quamquam & μεταλλευτὰ ὀρυκτὰ sunt, & ὀρυκτὰ μεταλλευτά. γεωφανῆ vocat illa fossilia, quæ terræ speciem habent, imo quæ terræ sunt non tamen simplices, sed insigni aliquâ notâ præditæ, quam indeptæ sunt à mistione, aut metalli, aut succi. de quibus cum cœpisset paulò ante loqui, mox ad nonnulla fossilia transiit, quæ eadem & natiua sunt atque factitia, declarauitque aliqua, quæ arte fiunt. redit igitur ad easdem terras. verùm quod ad vocem hanc attinet Harpocration, & Suidas γεωφανιον interpretantur locum in quo metallum est. Phauorinus addit præterea. ἡ δὲ γῆ ἡ ξανθοτέρα πεποιημένη τοῖς ζωγράφοις εἰς τὰς γραφὰς, πάχα μὲν ἡ μιλτος ὄζι. hoc est terra flauior facta pictorib. ad picturam. fortè autem hæc rubrica est. περὶ ὧν ἡ γενεσις. sic legebatur in codice mendoso, legendum tamen ὧν ἡ γένεσις. quod autem hoc loco dicit de ortu terrarum insignium, dixit etiam initio huius libelli, & nos abundè declarauimus.

91 Χρώματα δὲ πολυτρόπως λαμβάνουσι καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ὑποκειμένων, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ποιούντων διαφορᾶς, ἐξ ὧν τὰς μὲν μαλάττοντες, τὰς δὲ τήκοντες, καὶ τρίβοντες, στυπτηριάσι τὰς λίθους τὰς ἐκ τῆς Ἀσίας ταύτας ἀπορμῶσι.

Accipiunt verò colores varios tùm propter efficientium, tùm etiam propter subiectorum differentiam. harum itaque alias molliunt, alias liquant, & terunt, & inde componunt massas, quas ad nos ex Asia deferunt.

Terræ, quemadmodum & reliquorum corporum simplicium, natiuus germanusque color albus est, ut ait Author libri de coloribus, quem Stratonem Lampsacenvm esse volunt. Cùm autem insignis terra confluxione percolationeque, aut aliqua excretione fiat, sciendum est non posse è proprio loco ad alium confluere aut percolari sine humore. Humore enim soluta ac diluta, siue ille à pluuiis colligatur, siue intra terram oriatur & confluat per cauernas, ac venas, aliaque loca caua, & confluit, & percolatur, quare & purior fit, & qualitates accipit, quas non habebat. ex his autem colores à causis, quæ efficiendi vim habent, & ab iis quæ materiales appellantur præcipuè fiunt. Causæ materiales sunt succi, quos imbibit terra, qui illam suis coloribus inficiunt, loca etiam, per quæ confluit, atque colatur materiæ loco possunt esse. Causa efficiens est calor subterraneus, qui omnis coloris potest esse causa. Verùm adnotandum illud est, causam materialem esse duplicem. hoc est humorem in quem agit calor subterraneus, facitque aliam terram aliter coloratam; & aliter aliam: & succum fossilis metallíue alicuius, quæ terram inficit. Strato tamen colorem terræ soli infectioni tribuit, ait enim: ἡ γῆ δὲ ἐστὶ φύσει λευκὴ παρὰ δὲ τὴν βαφὴν πολυχρὼς φαίνεται. Hoc est, terra autem naturâ quidem alba est, multos verò colores habet à tinctura. verùm quoniam manifestum est, & caloris vim plurimum posse in colorandis fossilibus ac insigni terra, idq; Theophrastus affirmat, ideo non ex tinctura sola, verùm etiam ex actione caloris subterranei, ignitæque ac fumidæ exhalationis terras colorari ratum esto. Porrò calor subterraneus agit in humidum, quo dilui terram dicebamus. Prout autem hoc absumit, aut hunc colorem efficit aut illum. Est verò multiplex. Nam aut pingue, aut macrum, aut crassum, aut tenue. Calor etiam in actione multiplex. Nam & vehemens, & leuis, & nimius, & moderatus. Ad hæc, non modò calor dum efficit in humorem simplicem, quo terra diluta est, coloris est auctor, sed etiam vt agit in succum, quo infecta est. Nihil enim vetat terram à succo colore quodam infici, quo excocto à calore, tingatur alio. His positis difficilis non est ortus colorum declaratio. Nam horum aliqui ad succorum infectionem, qui aut à metallis, aut à fossilibus sunt, referentur, alii ad caloris operam. quin & iidem colores non eadem tamen ratione possunt aut ab infectione profecti esse, aut à calore opifice. καὶ διὰ τὴν τῶν ὑποκειμένων καὶ διὰ τὴν τῶν ποιούντων διαφορὰν. Materialem causam & efficientem intelligit. Verùm cùm vnus sit calor auctor siue efficiens, cur multitudinis numero dixit ποιούντων? An licet calor vnus sit genere, specie tamen non vnus, sed plures? Sumit enim & subterraneus calor à fomite, in quo sunt plures differentiæ, cuius ideo & multiplex opera, quòd & ille multiplex est ac varius. Atque adeò non modò materiæ, sed & effectrici causæ attribuit τὴν διαφοράν. ἐξ ὧν τὰς μὲν μαλάττοντες, τὰς δὲ τήκοντες. Hæc & superius dicta sunt. τὰς λίθους. Superius pro λίθους legebam πλίνθους, quod hic etiam libenter lego, etsi pene nihil referat. ex Asia verò ferebantur in Græcia plures terræ insignes, quales

Digitized by Google

quales rubrica sinopica, Cæruleum, Minium Ephesium, Terra Ampelitis siue pharmacitis, Eretria, & aliæ, quæ in vsum pictorum, & medicorum præcipuè adhibentur.

94 αἱ δὲ ἀνθρυεῖς καὶ ἅμα τῷ σειττῷ ὃ χρήσιμον ἔχουσαι χεδὸν τρεῖς εἰσὶν, ἢ τέτταρες, ἥτε μηλία, καὶ ἡ κιμωλία, καὶ ἡ σαμία, καὶ ἡ τυμφαϊκὴ γε τετάρτη παρὰ ταύτας ἡ γύψος.

Ex natiuis verò & iis, quæ præter præstantiam vsui sunt, tres ferè aut quatuor numerantur, Melina scilicet, Cimolia, Samia, quarta verò Tymphaica siue gypsum.

Ita restituendus locus hîc est. Emendauit autèm ante nos Mercurialis doctissimus lib. 3. c. 21. variarum lectionum. Et tamen & ipse scribit, ut in vulgatis est codicibus, καὶ ἡ τυμφαϊκὴ καὶ τετάρτη παρὰ ταύτας ἡ γύψος. Verùm cùm quatuor esse dicat has terras, numeret verò quinque, & post quatuor addat gypsum, vt quartum, quod quintum esse deberet, vel ex hoc manifestum est locum mendosum esse. & tamen manifesta ratio, quòd Tymphaica terra eadem & gypsum dicebatur. optimè igitur illa vel Tymphaica terra, vel Tymphaicum gypsum, quemadmodum & infrà.

95 Χρῶνται δὲ οἱ γεαφεῖς τῇ μηλίᾳ δὴ μόνον. τῇ σαμίᾳ δὲ οὐ καίτοι ὕσῃ καλῇ, διὰ τὸ λίπος ἔχειν καὶ πυκνότητα καὶ λειότητα.

Vtuntur ex his pictores melina tantùm. samiam autem quamuis pulchram, quod pinguis sit, densa ac leuis, non vsurpant.

Melia terra quæ & melinum Vitruuio ac Plinio dicitur candida est. illâ tantùm ait pictores vti, & non samiâ. quòd esset samia pinguior ac densior quàm vt posset picturis accommodari. Plinius libr. 35. cap. 6. melinum candidum & ipsum est. nascitur in Melo insula. in Samo quoque nascitur, sed eo non vtuntur pictores propter nimiam pinguedinem. Melinum autem appellatur terra samia à Plinio, quod similis colore melino sit, quomodo & Cimolia dicitur non modo quæ in Cimolo est, verùm quæ illi similis & colore & facultatibus. Dioscorides duo samiæ facit genera: alterum, quod vocatur Collyrium, alterum, quod aster siue stella. illam esse leuem, mollem, friabilem, glutinosam tamen ac viscidam. hanc densam crustacemque. Galenus lib. 9. pharmac. simpl. astera viscidiorem glutinosioremque tradit, quàm terram samiam. & fortasse non eandem terram samiam ille, atque Dioscorides agnouerat. quod vt rectè animaduertit Agricola, ita in Galeni verbis adducendis memoriâ videtur lapsus.

96 Τὸ γὰρ τραχὺ καὶ βαχώδες καὶ ἀλιπὲς ὅτι τῆς γεαφῆς ἁρμόττει μᾶλλον.

Nam rarum, asperum, & macrum, conuenientius picturæ est.

In pictura opus est coloribus, qui fundantur, facilè adhæreant, & benè tabulam oblinant. vt fundantur facilè macros esse illos oportet, & pinguedinis expertes. vt adhæreant, & oblinant raros & subasperos. raritas macredinis causa est. illa verò à siccitate prouenit, quæ eadem, & asperitatem facit. Hæc cum ita sint merito damnatur samia terra, quod contrarias qualitates habeat. neque tamen credendum est nullam pinguem terram à pictoribus vsurpari. Verùm quando vtraque, & Melia, & Samia candidæ sunt, commodior autem picturæ Melia, meritò hæc in vsu est, illa reiecta. sed parætonium cùm candidum sit, idemque pinguissimum, ac tenacissimum, cur inter colores candidos erat præcipuum? an quòd illo in tectoriis vtebantur. in iis autem oblinendis tenacitate maxima opus est, quod Plinius testatur. parætonium è candidis coloribus pinguissimum, & tectoriis tenacissimum propter leuorem.

97 Ὅταν ἡ μηλίας ἔχῃ τὸ φαείδι.

si corruptum non est τῷ φαείδι locum in Melo insula significat scribendumque ἐν τῷ φαείδι, nisi me fallit coniectura.

98 Ὀρύττονται μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὀρθὸν ἕπεσθαι ἐν τοῖς ἐν σάμῳ, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ ὕπτιον ἢ πλάγιον· ἡ δὲ φλὲψ ὅτι πολὺ διατείνει, ὃ μὲν ὕψος ἡλίκην δίπους, ὃ δὲ βάθος πολλῷ μείζων. ἐφ' ἑκάτερα δὲ αὐτῆς λίθοι παρέχονται, ἐξ ὧν ἐξαιρεῖται. διαφυὴ δὲ ἔχει διὰ μέσου καὶ ἡ διαφυὴ, βελτίων ὅστις πρὸς ἕω, καὶ πάλιν ἑτέραν αὐτῆς καὶ ἑτέραν ἄχει τεττάρων.

Sanè fossor in metallis samiis non potest rectus stare, sed aut supinus, aut ad latus, vena quippè ad longum extenditur altitudine bipedali, profunditate multo maiori. vtrinque verò lapidibus obsepitur, ex quibus secernitur. est in media par-

Digitized by Google

te venula meliot ea, quæ extra est. rursus altera atque altera, deinde quarta sibi inuicem oppositæ.

Ita locus hic restituendus est adeò fœdè à librariis tractatus, vt omninò lacer esset ac mutilus. quod ad fodinam samiam pertinet, Plinius. accubantes effodiunt ibi inter saxa venas scrutantes. διαφυλὴ vocat venæ discrimen, siue venulam in medio venæ maioris. ἡ ἐχάτη, ἡ καλεῖται ἀστὴρ. sic scribendum. Cur vocatus sit Aster dubium adhuc an quòd stellâ signaretur, vt lemnia sphragis caprâ, an quòd crustas haberet stellis similes. Crustaceum enim esse diximus astera ex Dioscoride.

" Χρῶνται δὲ τῇ τυμφαϊκῇ πρὸς τὰ ἱμάτια καὶ καλοῦσι γύψον οἱ περί τε ἄθων καὶ τοὺς τόπους ἐκείνους.

Vtuntur & in vestibus tymphaica. vocant hanc gypsum, qui Athon, & ea loca habitant.

Typhaico gypso vtebantur fullones in aspergendis vestibus albis, vt fierent candidiores, quemadmodum & Cymoliâ. Nam apud veteres tàm græcos quàm Romanos maximus albarum vestium vsus. Quamobrem & fullonum quàm tinctorum maior numerus. ἡ δὲ γύψος γίνεται πολλὴ μὲν ἐν κύπρῳ. in Cypro vt olim, ita etiamnum tempestate nostra optimum effoditur. in Creta etiam pluribus locis. eius natura licet terrena sit, tamen magis ad lapidem videtur accedere. plures eius differentiæ. Nam aliud candidissimum est, aliud è candido cinereum. aliud cinereum simpliciter. est & subruffum, ac viride. præterea quod stellarum instar micat, aliud nitidum, aliud translucet. postremo varia eius figura. nam aliud gleboſum, aliud crustaceum, aliud fossile, qualis est sal ammoniacus. omne autem gypsum vstum candidum efficitur, illoque plures vtuntur artifices.

100 Μικτὴν γὰρ ἀφαιρεῖσι τῆς γῆς.

Plinius de tymphaico hoc dictum accepit, cùm tamen de Cyprio proximè sermo sit. sunt eius verba. cognata calcibus gypsum est. plura eius genera. nam & à lapide coquitur, vt in Syria, ac Thuriis, & è terra foditur vt in Cypro, ac Perrhæbis. è summa tellure & Tymphaicum est. potuit tamen non expressisse Plinius verba hæc, sed ille per se id dicere voluisse, quod & magis consentaneum est. ὡς φοινίκῃ δὲ. in Syria, ac Phœnice, & in Thuriis Italiæ populis gypsum lapidosum est. quamobrem illo non nisi cocto vtuntur, quemadmodum & calce. Cyprium autem vt & alia quæ pluribus locis fodiuntur, potest & non coctum in vsum vitæ adhiberi, non tamen adeò commodè. Nam plures artes nullo possunt vti, nisi cocto. vt pictura, & Architectura in albariis & coronis. nam in pariete constituendo non nisi crudo vtuntur lapidis loco. medicina, & crudo & cocto vti potest, quemadmodum & aliis fossilibus.

101 Τρίτη δὲ ἡ περὶ τύμφας τε, καὶ περραιβίαν.

Tertium est Tymphiæ, & in Perrhæbis.

Tymphiæi & Perrhæbi populi sunt Ætoliæ. quorum perrhæbos inquilinos, & peregrinos fuisse Auctor est Strabo libro primo ac septimo. Ἶδιον autem tymphaici gypsi naturam vocat, quòd peculiaris penè sit ac propria & lapis potius quàm terra. talis etiam hodiè in Creta foditur in agro Rhythymnio. talem & Herciniæ syluæ incolas fodere testatur Agricola, quo vsto ac molito pro calce vti in ædificiis.

102 Ἡ δὲ γλισχρότης καὶ θερμότης ὅταν μὲν βρεχθῇ θαυμαστὴ, χρῶνται γὰρ πρὸς τὰ οἰκοδομήματα τῷ ὕδατι τὸν λίθον περιβρέχοντες.

Mira eius visciditas & calor quando iam madefactus sit, vtuntur enim in ædificiis hoc lapide aqua conspersa.

Gypsum coctum si aqua madefiat valdè glutinosum est, quod in ædificiis experimur. in medicina sistit fluentem sanguinem, & mirè glutinat vasorum ἀνασυρίσεις, tùm quòd valenter exsiccat, tum quòd emplasticum est, atque hac facultate conglutinat. idem verò adeò continet seruatque colorem, vt si quando aquâ madefiat valde caleat, non alia ratione atque calx, quæ frigida tactu cum videatur, si tamen aquâ inspergas adeò incalescit, vt vrat. videtur enim in calce lapis vstus omne penè humidum amisisse. est enim calx cinis vt ita dicam lapidum, quòd & Galenus alicubi dicit. ignis autem ita in illo latitat, vt tamen aut parùm aut minimum sentiatur, nisi aquam infundas à qua vapor & humor tanquam materia igni suggeritur, vt hac ratione in actum exeat, sensumque longè magis quàm prius afficiat. sed de calcis calore plura notabimus in libro de Igne. non alia & in gypso ratio, nam & ipsum penè calx est. differunt verò,

quòd

Digitized by Google

quòd gypſum tenacius, quodque non è lapide fit, quemadmodũ calx, ſed ex alio eiuſdem naturæ. neque enim differt gypſum crudum à ſe ipſo vſto, quemadmodum lapis ex quo fit calx à calce ipſa. adde tenacitatem, quæ eſt in Gypſo etiam crudo ac lapidoſo, quæ non eſt in calcis lapide. ἀπειρέχοντος, ita reſtitui, quòd ita poſtulare ſententia videatur. confirmat autem id & ſententia, quę ſtatim ſequitur.

103 Βρέχουσι δὲ τὸ δαχρῆμα τοὺς τὴν χρείαν. ἐὰν μικρὸν τοῦτο παχὺ πήγνυται καὶ οὐκ ἔστι διελθεῖν θαῦμα.

Madefaciunt porro ſtatim ad vſum. ſi paulo ante cereliter coit, neque licet ſtatim diſpeſcere.

Turnebus an lectionem vulgatam probet neſcio. vertit autem ita poſteriorem particulam. ſi paulò ante mirum dictu eſt quàm celeriter coeat, ego lego, καὶ οὐκ ἔστι διελεῖν ἅμα. ſtatim enim atque concretum gypſum eſt adeò tenaciter congelatur, vt nequeat diſpeſci atque commiſtione agitari. Plinius libro 36. cap. 28. Gypſo madido ſtatim vtendum eſt, quoniam celerrimè coit, ac ſiccatur. tamen rurſus tundi, & in farinam redigi patitur.

104 ἔστι δὲ καὶ ἰσχὺς ὅτε οἱ λίθοι ῥήγνυνται καὶ διαφέρονται ἢ δεσμὸς ἀνίησι.

Commendatur & eius vis quando Parietes vitiantur & rimas faciunt, & arena remittit.

Ita legit Turnebus. Sed mihi ab Auctoris ſententia videtur alienus. principio in ædificiis quomodo franguntur lapides: deinde quomodo rimas agunt? poſtremo quinam eſt δεσμὸς ille? equidem iurauerim legendum eſſe ὅτε οἱ τοῖχοι ῥήγνυνται & διαφθείρονται ἢ δὲ ἄμμος ἀνίησι. Cuius poſtremæ vocis in mutila ſcriptura extat veſtigium. intelligit verò parietum tectoria, quæ cum non fuerint diligenrer inducta, trulliſſata, ac ſolidata rimas agunt, & vitium in ſe recipiunt, quibus tamen rimis emendandis gypſum miro vſui eſt. pro arena autem, tectorium arenatum licet intelligere. hoc enim non minus tribus coriis vt loquitur Vitruuius deformatur. nam ſi minus quam tribus coriis arenatum fuerit inductum quidem, non tamen benè ſubactum, aut non optimè trulliſſatum, directum, ac ſolidatum remittit, & rimis vitiatur paries. & quoniam ad hunc locum intelligendum Vitruuii verba ex libro ſeptimo capite 3. maximè faciunt, illa libitum eſt apponere. Coronis explicatis parietes quam aſperrimè trulliſſentur. poſteà autem ſupra trul- «
liſſatione ſubareſcente deformentur directiones arenati, vti longitudines ad regulam & lineam, «
altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. namque ſic e- «
mendata tectoriorum in picturis erit ſpecies. ſubareſcente iterum ac tertio inducatur. ita «
quò fundatior erit ex arenato directura, conformior erit ad vetuſtatem ſoliditas tectorii. Cum «
ab arena præter trulliſſationem non minus tribus coriis fuerit deformatum, tunc è marmoreo «
grano directiones ſunt ſubigendæ, dum ita materies temperetur, vti cum ſubigitur non hæreat «
ad nitrum, ſed purum ferrum è mortario liberetur. Grano inducto & inareſcente alterum «
corium mediocrius dirigatur: id cum ſubactum fuerit, & bene fricatum ſubtilius inducatur. ita «
cum tribus coriis arenæ, & item marmoris ſolidati parietes fuerint, neque rimas, neque aliud vi- «
tium in ſe recipere poterunt. «

Hæc Vitruuius. Quæ idcirco voluimns omnia licet breues eſſe ſtudeamus, apponere, vt omnis tectoriorum ratio intelligatur. eadem penè, atque Vitruuius Plinius docet libro trigeſimoſexto, & Palladius libro primo. Notandum autem quatuor eſſe tectoriorum genera. Nam aut calce pura fiunt, & dicuntur albaria, aut Gypſo, & fortè gypſata poſſunt dici, aut calce & arena, & vocantur arenata. aut marmore & calce, quæ marmorata appellantur.

105 Πολλάκις δὲ τὰ μὲν πέπτωκε καὶ ὑφήρπται τὰ δὲ μένω κρεμάμενα, καὶ συνεχόμενα τῇ κολλήσει· δύναται δὲ καὶ ὑφαιρεμένη πάλιν καὶ πάλιν ὀπτᾶσθαι καὶ γίνεσθαι χρήσιμη.

Sæpe autem aliæ partes ceciderunt, aliæ ſuſpenſæ ſunt, nec tenentes inuicem, poteſt autem exceptum iterum atque iterum decoqui, & vtile reddi.

De tectoriis loquitur, quæ rimis ac vitio ſedata ſint, quibus emendandis gypſum commendat. κόλλησιν autem vocat inductionem tectorii, quæ adhæreat, & hinc glutinata ſit. in rimis enim parietis alia pars cadit, alia manet & hæret ſolidior. πάλιν καὶ πάλιν ὀπτᾶσθαι. ſuſpecta mihi vox eſt ἢ ὀπτᾶσθαι, ſatis enim mihi videtur vna gypſi coctio. itaque lego κόπτεσθαι, vt ſit quod Plinius ait, qui ex hoc loco fortaſſe tranſtulit. tamen rurſus tundi

Digitized by Google

& in farinam resolui patitur. si cui placet vulgata lectio sententia erit, detractum gypsum è tectorio rursum posse decoqui, & in vsum adhiberi.

106 περὶ δὲ ἰταλίαν καὶ εἰς ὂν οἶνον.

In Italia verò vtuntur, & in condiendo vino.

Plinii tempore in Italia vinum non condiebatur gypso, sed in Aphrica. eius verba sunt libro 14 Aphrica gypso mitigat asperitatem vini, necnon aliquibus sui partibus calce. Græcia Argillâ, aut marmore, aut sale, aut mari lenitatem excitat. Italiæ pars rabulanâ pice, ac resinâ. condire musta vulgare est ei, prouinciisque finitimis. tempestate nostra in Creta & Peloponeso gypso musta cõdiunt. cum autem dicat Plinius illo vini asperitatem mitigari. experimento verò constet asperiora esse vina gypso condita: dicendum potius gypso calorem excitari vini, ac feruorem, vt quàm primũ defecatum subsidat purius, & odoratius. Plutarch. in libro quæstionum naturalium à gypsi calore vinum ex accidenti refrigerari tradidit, aut aqueam eius partem condensari ne possit vinũ corrumpere. priori sententiæ refragatur experimentum, quod comprobat vina ἄγυψα mitiora esse ac minus calida gypsatis. item Alexander Trallianus libro primo, qui in Phrenetidis curatione vinum concedit Phreneticis, sed ἄγυψον, hoc est non conditum gypso, quòd minus calidum sit & acre. altera responsio Plutarchi probabilior est, si dicamus non modò aqueam partem vini à gypso condensari, verum exsiccari & exhalare. ita verò quis neget calidiora siccioraque vina fieri.

107 διαφέρει δὲ δοκεῖ καὶ εἰς τὰ ἀποµάγµατα.

Ἀποµάγµατα hoc loco dicuntur impressa simulachra ἀπὸ τῦ ἀποµάττεσθαι, quod proprie extergere significat, metaphorice alienam figuram recipere. quòd hæc archetypi veluti extersione excipiatur. tales sunt figuræ omnes ectypæ vocatæ, quæque dicuntur à græcis ὁκµάγµατα, τύποι, µιµήµατα, ὁκτυπώµατα. τυπώµατα καὶ ὁκµαχεῖα. dicuntur & ἀποµάγµατα strigmenta, & ἀπόµακτρα apud Hesychium. quo sensu Theophrastus extremo sexto de Plantarum causis vocauit δακτυλίων ἀποµάγµατα hoc est digitorum strigmenta, vt putarunt Gaza, & Iulius Scaliger. non desunt autem qui πρὸς δακτυλίους pro pastillis accipiunt vnguentariis ex Hippocrate in libro περὶ ἀφόρων, & Galeno in linguarum declaratione, Theodorumque errasse contendunt in eo loco conuertendo. mihi autem videtur eos, qui Theodorum reprehendunt, melius fuisse facturos, si ἀποµάγµατα non pastillos sed sigilla fuissent interpretati. sigilla voco τὰ ὁκτυπώµατα annulorum. est enim eo in loco simile: mediam esse debere materiam, quæ odores susceptura est inter duram ac mollem, qualis illa, quæ sigillorum figuram suscipit. Nam in molli non manet, in dura non imprimitur sigilli forma. ad huius igitur modi figuras ectypas vel simulachra gypsum aptissimum esse, atq; multis aliis præstare materiis ait Theophrastus, id quod nemo hodie non nouit, qui Diuorum & hominum simulachra eleganter facta viderit, in gypso madido ac tuso. Plinius ad ædificiorum sigilla commendari ait, traditque Lysistratum Sicyonium Lysippi fratrem hominis imaginem gypso expressisse ceraque infusa emendare instituisse.

108 ἡ δὲ φύσις ἔοικε.

Gypsum quòd lentum est à sua ipsius habet natura, quæ vt vt sit, si non omnino terra est, non tamen à terræ natura aliena. quod calidum est, ab ignis habet incendio, quemadmodum & calx, vt superius dictum est.

109 βρεχθέντων ἱµατίων.

Alba erant vestimenta ad quæ candefacienda, vt ita dicam, vtebantur gypso, quemadmodum & creta, vnde & cretata dicebantur. Cymoliâ enim (vt ait Plinius) quæ Sarda dicebatur, primùm abluebantur vestes, dein Sulphure suffitæ, Cymoliâ desquamabantur, quæ est coloris veri. Græcia vero pro Cymolia Tymphaico gypso vtebatur.

110 καίουσι δὲ µάλιστα τὺς µαρµάρους.

Marmoroſos lapides intelligit, quales illi, qui Alabastritæ similes paulò ante. Plinius. qui coquitur lapis non dissimilis Alabastritæ esse debet, aut Marmoroso. notandum autem non ideo non coqui & gypsum, quòd marmoroſum non est, aut Alabastritæ simile, vt Plinius videtur innuere: coquitur enim & mollius gypsum, & friabilius, & quod terra potiùs quam lapis est. sed quod Theophrastus de Cyprio ac Phœnicio tradit, ille in vniuersum, de omni gypso præceptum voluit.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΕΜΩΝ.

THEOPHRASTI LIBER DE VENTIS.

DANIELE FVRLANO interprete.

[1] Τῶν ἀνέμων φύσις, ἐκ τίνων μὲν καὶ πῶς καὶ ἀφ' τίνας αἰτίας γίνεται, τεθεώρηται πρότερον. ὅτι δὲ ἑκάστοις αἱ δυνάμεις, καὶ ὅλως [2] τὰ παρακολουθοῦντα τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖν, πειρατέον λέγειν οἷς διαφέρουσιν ἀλλήλων. αἱ γὰρ διαφοραὶ, περὶ ταῦτα καὶ ἐν τούτοις. [3] οἷον μέγεθος, καὶ μικρότης, ψυχρότης, θερμότης, ἁπλῶς τὸ χειμερινὸν καὶ θερινόν, καὶ ὑέτιον καὶ αἴθριον. ἔτι δὲ πολλάκις καὶ ὀλιγάκις καθ' ὥραν, καὶ τὸ μὴ ἀεὶ πνεῖν, καὶ συνεχῆς καὶ ὁμαλῆς, καὶ διαλείποντας καὶ ἀνωμαλῆς. [4] Καὶ ὅλως ἀ συμβαίνει περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ περὶ τὸν ἀέρα καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν διὰ τὰς πνοάς· [5] ὡς γὰρ ἂν ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα τυγχάνουσιν αἱ ζητήσεις. ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τῶν ζώων καὶ φυτῶν ἐμπεπλεγμένα ἐστί. [6] ἐπεὶ δὲ ἑκάστου τόπος ἴδιος ὑπόκειται, καὶ τοῦτ' ὥσπερ τῆς οὐσίας ἀπὸ τούτων ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ αἱ διαφοραὶ καὶ αἱ δυνάμεις καὶ ἕκαστον εἰπεῖν· [7] οἷον πρῶτον μὲν τὸ μεγέθους καὶ σμικρότητος, καὶ ψυχρότητος καὶ θερμότητος, καὶ πλήθους καὶ ὀλιγότητος, καὶ τἆλλα τῶν πλείστων ὑπάρχειν ταῦτα. τὰ δὲ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις· ἀμφότερα δὲ λόγῳ· [8] οἷον τῷ βορέᾳ καὶ τῷ νότῳ. μεγάλοι μὲν γὰρ ἄμφω, καὶ πλεῖστον χρόνον πνέουσι, διὰ τὸ στρωφᾶσθαι πλεῖστον ἀέρα πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν, πλαγίων ὄντων πρὸς τὸ τῆς ἡλίου φορᾶς τὸ ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς· ἐξωθεῖσθαι γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ τοῦ ἡλίου δυνάμει. διὸ καὶ πυκνότατος καὶ στρωφέσατος ὁ

[1] ENTORVM naturæ quæ sit materies, quæ ortus ratio, quę causæ, prius nobis traditū est. Nunc autem conandum est singulorum facultates dicere, & omninò [2] quæcunq; eorum naturæ consequūtur, secundum rationē consequi: his enim ferè inter se differunt. nam in his & circa hæc eorum differētiæ positæ sunt, [3] vt magnitudo, paruitas, frigus, caliditas, in vniuersum hyemalis status, tranquillus, serenus, pluuius, simul etiam flatus frequens, rarusue, in Anni tēpestatibus, aut non sempiternus, cōtinuus, inæquabilis. [4] omninò verò quę in cęlo, ꝑpter flatus accidunt, aut in aere, terra, ac mari. [5] Nam (vt simpliciter dicam) in his & ventorū positæ sunt quæstiones, inquib. & Animaliū, plantarūq; versatur disputatio. [6] ac quoniā singulorū ventorū locus proprius positus est, atque hic penè ad essentiā pertinet, idcirco ab hoc, & differentiæ, & facultates, & quilibet alii affectus sumēdi sunt, [7] vt differentiæ magnitudinis, ac paruitatis, caliditatis, ac frigoris, multitudinis ac paucitatis, & plurimorū huiusce modi. Hæc enim ventis inesse constat, & contraria contrariis. vtraque autem optima ratione, [8] vt Austro, & Aquiloni. magni enim hi sunt, & plurimum temporis spirant, quod plurimus compellatur aer ad meridiē, & septētrionem, quę loca à latere sunt

Digitized by Google

orientis,& occidentis,qua ſol permeat. ſolis .n. vis eò compellit; quo etiam fit, vt denſiſſimus craſsiſſimusq; aer ibi ſit. cùm itaq; multus vtrobiq; cogatur aer, multa etiã fiat effluxio, atq; aſſidua neceſſe eſt. vnde magnitudo,cõtinuitas & copia, & alia huiuſcemodi ꝓficiſcũtur. porrò frigiditas caliditasq; manifeſtiſſimè videtur à locis fieri. Nã loca,q̃ ad ſeptẽtriones ſunt,frigida;quę verò ad meridiẽ,calida ſũt. quę vero aut huc aut illuc vergũt,eadẽ ratione affecta ſunt. [9] ſimul .n. & extenditur minus quod vicinũ eſt,& nõ eſt expãſa eius motio. flatus vero, q̃ per anguſtũ locũ validusq; fertur frigidior eſt quo aũt procedit vlterius eo remittitur magis,& incaleſcit. [10]quocirca& Auſter frigidior eſt,vbi primũ ſpirat. quã apud nos. q̃n & frigidiorẽ Aquilone nõnulli ferũt. [11] & mutatio in cauſa eſt, vt ſic videãtur,cũ locus calid[9] primũ fuerit. atq; id ferè cõmune vẽtorũ omniũ. [12]quod aũt pluuiã inferãt, aut ſerenitatẽ,quodq; mare agitent,aũt pacatũ reddãt, q̃ frequẽtes ſint, cõtinui, æquabiles,inæquabiles,ꝑterea q̃ alii dũ ſpirare cœpint,alii,quãdo iã deſinãt,maiores ſint,totũ hoc locorũ interuallo tribuẽdum eſt. ibi .n. ſeren[9] vẽtus, vbi primũ oritur,cõtrà pluuius ac nubilus quo pellit aerẽ. quãobrẽ Aquilo, & præſertim Eteſiæ iis,qui ad meridiẽ,& orientẽ habitãt,pluuii ſunt, Auſter vero,& quicũq; alii meridionales vẽti ſunt, iis, qui ad ſeptẽtriones.& Regiones etiã vbi cogãtur nubes,& conſiſtãt, altas eſſe, [13]id ſanè maximũ momentũ eſt. in his enim aquarũ ortus eſt. Quocirca &in locis, q̃ inter ſe vicini ſint, alii venti apud alios pluuii ſunt. quamq̃ de pluuiis alio nobis loco plurib. diſputatũ eſt. [14] Eadẽ vero cauſa, q̃ Aquilo ſtatim ac flare cœpit, vehemẽs eſt. Auſter quãdo deſinit. vnde eſt &in ꝓuerbio nauigãtib. cõſiliũ. alter .n. ſtatim velut incũbit iis, qui in ſeptẽtrione ſunt, alter vero longè admodum ab iis diſtat: quæ vero à lõge ſit flatuum fluxio, diuturnior eſt, quãdo cõgeſta fit materiæ copia. Nã iis, q̃ Ægyptũ,& loca ea incolũt, auſter cõtrà dũ incipit vehemẽtior eſt: quocirca & ꝓuerbiũ cõtraria ſententia dici ſolet. [15] ſimiliter aũt apud illos ſolet Auſter flare frequẽs, inturbatus,continuus,æquabilis: quãdoquidẽ tales ſpirant venti ad eos,quibus ꝓximi ſunt,iis vero,qui ꝓcul habitãt inæquabiles,& diuulſi. Hæc igitur euẽta referẽda

ἀὴρ· ἀθροιζομένου δὲ ἐφ' ἑκάτερα πολλοῦ, καὶ πλείων ἡ ῥύσις καὶ συνεχεστέρα γίνεται πλειονάκις. ἐφ' ὧν τά τε μεγέθη καὶ ἡ συνέχεια καὶ ὁ πλῆθος αὐτῶν καὶ ἀπὸ τούτων ἐστίν. ἡ δὲ ψυχρότης καὶ θερμότης, ἐμφανέσταται δόξαιεν ἂν εἶναι, ἀπὸ τῶν τόπων γινόμεναι. ψυχρὰ γὰρ τὰ πρὸς ἄρκτον· τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, ἀλεξινά. ὅτε δὲ ἑκάτερον ῥέον, ὅμοιον· [9] ἅμα γὰρ καὶ ἧττον διαπεπαλαμένον ὅ συνέχεται, καὶ μὴ διαπεπαλαμένη φορᾷ. ὅτε δὲ μᾶλλον καὶ σφοδρότερος φερόμενον, ψυχρότερον. εἴς τε τὸ πρόσω μᾶλλον καὶ διακεκαυμένον μᾶλλον καὶ ἀφιλμένον. [10] διὸ καὶ ὁ νότος σκιερὸς ψυχρότερος ἢ παρ' ἡμῖν. ὡς δέ τινες φασι, καὶ μᾶλλον ἢ βορέας. [11] ποιεῖ δέ τι καὶ ἡ μεταβολὴ πρὸς φαντασίαν, ἀλεξινὸν πρὸς παρὸν τοῦ τόπου· καὶ τὸ μὲν καινόν, ὡς εἰπεῖν, πᾶσι. [12] ὅτε δὲ ὑετῶδες καὶ αἴθριον, ἑκάτερον, καὶ ὅτε κυματῶδες καὶ ἄκυμον, καὶ πυκνὸν καὶ συνεχές, καὶ αὐομαλὲς καὶ ἀνώμαλον. ἔτι δὲ μέγεθος ὅτε μὲν ἀρχομένου, τὸ δὲ λήγοντος πρὸς τὴν ἀπόστασιν τῶν τόπων ἀποδιδοῦσιν ἢ ἀποδιδοῦ μᾶλλον. ὅταν μὲν γὰρ ἔκαστος πνεῖ, παρ' ἐκείνοις αἴθριος. ὅπου δὲ ἀπωθεῖ ὁ ἀέρα, παρ' ἐκείνοις [δὲ] ὀμιχλώδης καὶ ὑέτιος. διὸ ὁ μὲν βορέας, καὶ μᾶλλον οἱ ἐτησίαι, τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ αἰθαλίαν οἰκοῦσιν, ὑέτιοι. ὁ δὲ νότος, ὡς εἰπεῖν, ἢ οἱ ἐξ ἐκείνου τοῦ τόπου † πνέοντες τοῖς πρὸς ἄρκτον. [13] ὑ μικρὰ δὲ ἐνταῦθα, ἀλλὰ μεγίστη ῥοπή, ὅ τὰς χώρας ὕλος ἔχει. ὅπως [γὰρ] ἂν πυκνωθῇ τὰ νέφη καὶ λάβῃ χάσιν, ἐνταῦθα καὶ ὕδατος ἧψεσις. διὸ καὶ τῶν συνεχῶς τόπων, ἄλλοι παρ' ἄλλοις ὑέτιοι τῶν αὐτῶν. ἀπὸ πρὸς μὲν ὑδάτων ἐν ἑτέροις εἴρηται πρὸς πλόους. [14] ἐκ τῆς αὐτῆς δὲ αἰτίας· καὶ ὁ μὲν βορέας, αὐθὺς ἀρχόμενος, μέγας. ὁ δὲ νότος, λήγων. ὅταν καὶ ἡ παρεμπία συμβάλλῃ τὰ πρὸς τὰς πλῶσις. ὁ μὲν γὰρ, αὐθὺς οἷ ἐπέσκηπται τοῖς πρὸς ἄρκτον οἰκοῦσιν. ὁ δὲ, μακρὰν ἀφέστηκε. χρονιωτέρα δὲ ἡ τῶν ἀπωθεῖν ἐπορρόη. καὶ ὅταν ἀθροισθῇ πλῆθος· τοῖς γὰρ πρὸς αἰγυπτον καὶ τὰς τόπους ἐκείνους, αὖ πάλιν ὁ νότος ἀρχόμενος μέγας. ὅταν καὶ τὴν παρεμπίαν ἀναιτίως λέγουσιν. [15] ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πυκνὸν καὶ ἄκυμον καὶ συνεχὲς καὶ ὁμαλὲς, ἐκείνοις ὁ νότος πνεῖ μᾶλλον· ἀεὶ γὰρ τοῖς ἐγγὺς ἕκαστος τοιοῦτος † ὢν τὰ πόρρω, καὶ ἀνώμαλος καὶ διεσπασμένος [μᾶλλον] τούτων

μὴν ἂν τὰς εἰρημένας αἰτίας ὑπολαμβάνειν. αὗται γὰρ ἐκφανεῖς καὶ κατ' ἄλλους τόπους εἰσὶν, ἐλάττους καὶ ἔλαττον ἀπέχοντας ἀλλήλων. τοῦτο δὲ οὕτω καὶ δόξειεν ἂν εἶναι. [16] ὁ μὲν γὰρ νότος, ἀεὶ τοῖς ἑαυτοῦ τόποις αἴθριος. ὁ δὲ βορέας, ὅταν μὴ πολλὴν μέλας, τοῖς μὲν τοῖς πλησίον συννεφὴς ἔξω, δ' αἴθριος. αἴτιον δ', ὅτι διὰ μὲν τὸ μέγεθος πολλὴν ἀέρα κινεῖ. ὅταν δὲ φθάνῃ καὶ πάγωσι πρὶν ἀπεπάσαι· παγέντα δὲ μένει τὰ νέφη διὰ βάρος, εἰς τὰ ἔξω [δὲ] καὶ πορρωτέρω τῆς μετεώρου μᾶλλον ἢ ψυχρότητος διαδίδοται. καὶ τοῦτο ἐργαζόμενον. ὁ δὲ νότος, ἅτε ἔχων ὕλην καὶ τοιαύτην οὐ πήγνυσι ἀλλ' ἀπωθῶν, αἰθρίαν ἄγει τοῖς πλησίον· ὑποπίπτει δ' ἀεὶ τοῖς πορρωτέρω, μέλας πνέων. [17] καὶ λήγων μᾶλλον ἢ ἀρχόμενος. ὅτι ἀρχόμενος μὲν ὀλίγον ἀέρα ἀπωθεῖται. προϊὼν δὲ, πλείω. καὶ ὅταν ἀθροιζόμενος ἐκνεφωθῇ τε, καὶ πυκνωθείς, ὑδατώδης γένηται, ὃ δὲ καὶ ὃ ἀπ' ἐλάττονος ἢ μείζονος ἀρχῆς ἄρξεται, διαφέρει. μικρᾶς μὲν γὰρ οὔσης, αἴθριος· μεγάλης δὲ, ὀμβρώδης καὶ ὑετώδης, διὸ καὶ πλείω σωφρονεῖν ἀέρα. [18] ὃ δὲ μὴ πνεῖ κατ' αὐτὸν τὸν αἰγύπτιον, [τὸ] εἰς θάλατταν ὂν νόσιον, ὡς τινές φασι, μηδ' ὅσον ἡμέρας ἀπέχειν καὶ νυκτὸς δρόμον, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ μέμφιδος λαμπρόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἃ ἔαρι ἀπέχει τοσοῦτον, οὐκ ἀληθὲς μὲν εἶναι φασιν, ἀλλὰ ψεῦδος. εἶναι μὲν ἴσως γε, ἀλλ' ἔλαττον πνεῖ· ὃ δὲ αἴτιον, ὅτι κοίλη τὰ κάτω ἡ αἰγυπτος. ὥσθ' ὑπερπίπτειν αὐτῆς. τὰ δ' ἄνω, ὑψηλότερα. ἐπεὶ τό γε σωτικὸν ἀπαιτεῖ τὸ μέγεθος. τὰ γὰρ διαπτα, μᾶλλον ἐκ τῶν τόπων ἀποδοτέον, ἅπερ καὶ φύσιν ἔχει. διὸ μὲν δ' ὀμβρώδη καὶ αἴθρια τὰ πνεύματα τοῦτ' ὁμοίως ὥσπερ ἀρτίως ἐλέχθη. [19] ὃ δὲ τὸν βορέαν ὑπαντᾷ τῷ νότῳ, ὃν δὲ νότον μὴ τῷ βορέᾳ, πρὸς ἐκείνην τὴν αἰτίαν ἀναπτέον, τὴν μείζους ἑκατέρας καὶ τὰς τοσαύτας. παρ' ἡμῖν γὰρ τοῦτο συμβαίνει. καὶ ὅλος τοῖς ὑπὸ τὴν ἄρκτον οἰκοῦσιν. τοῖς δὲ ἧρος πρὸς μεσημβρίαν ἀνάπαλιν. αἴτιον δ' ἀμφοῖν τὸ αὐτό. τοῖς μὲν γὰρ ὁ βορέας. τοῖς δὲ ὁ νότος πλησίον. ὥστ' ἐκθὺς ἀρχόμενοι ποιοῦσιν αἰσθησιν εἰς δὲ τὰ πορρωτέρω διὶκνεῖται. πλείους δὲ ὄντων, ὥσπερ εἴρηται, βορείων καὶ νοτίων, ἑκατέρων οἷον τάξις ἐν οἷς χρόνοις μάλιστα πνέουσι καὶ λόγον, [ἔστι τοῖς μὲν βορείοις, χειμῶνός τε καὶ θέρους καὶ μεταπώρου] μέχρι τοῦ λήγειν. τοῖς δὲ νοτίοις, καὶ χειμῶνά τε καὶ ἀρχομένου [ἔαρος] καὶ μέχρι μεσοπώρου λήγοντος. καὶ γὰρ αὖ τε ἥλιός φορᾷ συνεπισπῶνται ἀμφοτέρους

sunt ad causas, quas docuimus, quæ etiã manifestæ sunt in aliis locis, & minoribus, & nõ longè inter se distantibus. atq; hæc videtur esse proportio. [16] Nã Auster suis solet esse serenus locis. Aquilo verò quando hyems magna sit, proximis locis nubilus, vlterioribus serenus est; quod cum vehemens sit multum aeris commouet, hic autem antequam vlterius compellatur concrescit, contretæ verò nubes propter grauitatem permanent, frigusq; vlterius, quã procedat vẽti magnitudo dispergitur, sudumq; facit aerẽ. contrà Auster, cui minor est materiæ copia, cùm illam nõ cõgelet, sed cõpellat, iis qui propè sunt, serenus est, iis, qui procul habitãt dum flat vehemẽs, pluuius: [17] & magis sanè dũ desinit, atq; dum oritur, quòd oriens paruam aeris copiã procedens vlterius magnã propellat. Sic aũt dũ sese colligit nubilus fit, mox cõcretus pluuiã infert. Quãquam etiã plurimũ refert à paruo ne an à magno oriatur principio. Nã si paruũ habeat principiũ, serenus est, si magnũ, nubilus, & pluuius, propter multam aeris cõpulsionẽ. [18] Cæterũ falsum esse dicũt in Ægypto, q̃ ad mare vergit, non spirare Austros intra diei ac noctis itineris spaciũ, sed supra Memphim, & loca, quę tantundem à mari distant. & profectò nõ æquè spirat, sed minꝰ infrà Mẽphim Auster q̃ caua sit infera Ægypti regio, vt illã facilè transcẽdere videatur. supera verò regio altior est, præter quã q̃ vicinia vẽti magnitudinis causa est. atq; hæc à locis sic declaranda sunt, quę & naturæ locũ obtinẽt. permanent venti hi & sereni, & nubili eodẽ modo, quo abũdè dictũ est. [19] Verũ cũ Aquilo post Austrũ spiret, nec cõtrà post Aquilonẽ Auster, illã esse causã putandũ est, quæ vtrũq; per locos partitur. Hoc. n. nobis accidit, & omninò iis, qui ad septentrionẽ habitant. Nam qui ad meridiem vergũt, iis cõtrariũ euenire certũ est. Eadẽ verò vtrobiq; causa: illis enim Aquilo, his verò Auster vicinus est, vt statim exoriẽtes persentiãtur. ad lõginqua verò serius penetrẽt. atq; cũ frequẽtissimi spirẽt Aquilones, & Austri, vtrorũq; velut ordo quidã est iis temporib., quib. perflant, certâ ratione donec desinant. tempus autem, quo flat Auster hyems est, veris initium, & Autumni finis. Nam solis motus vtroq; adiuuat,

Digitized by Google

& quasi vltro citroque commeante aere fit flatuum vicissitudo. [20] aer enim, qui hyeme depulsus sit, quo tempore Aquilones præsertim, spirant, nec nō ęstate ab Etesiis, & reliquis flatibus illius tractus, vere rursus eo redditur, vnde compulsus est, eadēq; ratione circa finem Autumni, & Virgiliarum occasū. [21] ex hoc & illud est, quod admirantur, quod ita non sit. Cur Aquilones Etesiæ fiant, Austri minimè, quamquàm verni Austri tāquàm Etesiæ quidā sunt, quos vocant λευκονότους. Sereni enim pene sunt, & sine nubibus, simul autem & in longum expatiantur. Nam Aquilo statim prope nos est, vnde ortus Etesiarum. [22] verum cur eo tempore, atque eo modo flatus Etesiarū sint, curq; desinant occidente sole, noctu rursus non excitētur, exdē ferè causæ sunt. fit enim flatus, cū liquatur glacies, quare quādo sol liquefacere cœperit, & superare, flatus oriūtur, quos vocant περιδρόμους, quos sequūtur Etesię. q; verò vnà cū sole occidente desinant, & noctu nō spirent, causa est, quòd occidēte sole desinat liquescere glacies, iā vero noctu cū occiderit non liquescat; quāquàm etiā noctu aliquādo spirēt, cū plurima glacies liquefacta sit. [23] hęc. n. inęqualitatis Etesiarū causa est. aliquādo. n. magni & continui, aliquādo parui, & intermittentes spirant, eo quod inęquabilis fiat liquatio. est au tē pro liquefactæ materiæ quātitate, & flatuū motus. atq; hāc inæqualitatē cōtingere accidit, tū locis, tū viciniæ, aut distātię, tū aliis huiusce generis differētiis. [24] quod si vera sunt, quæ & alii, & ipsi Cretenses ferunt, māiores nūc apud eos, niuosioresq;, quā olim fuerint, esse hyemes, eo argumento quod olim mōtes colebātur, ferebātq; fructū, tū sata, tū arbores, fuisse. n. mōtana illa loca, & culta, & arborib. consita (sunt. n. & in Idæis montib. & in aliis magnæ planicies, quæ incultæ sunt in præsentia, quod nō ferant, olim vero etiam habitabantur, fuitq; ideo populosior Insula) atq; eo quidē tēpore magnā imbrium fuisse copiā, niuis vero, ac tēpestatum pene nullā. [25] si inquā hæc vera sunt, & Etesias plures esse necesse est. [26] quod si tēpus etiam fuisse credendū est, quo defecerint omnino flare, eosq; reuocauit Aristę peractis in Cęa Ioui sacrificiis (sic. n. fabulātur) Hyberna loca nō eodē modo humida, ni-

ρεῖς, καὶ ἡ αὐτὰ πόδοσις γίνεται, καθάπερ παλιρροῦσίς τις τοῦ ἀέρος. [20] ὁ γὰρ ἀποπεσὼν χειμῶνα πλείους γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, βορέαι πνέουσι· καὶ ἔτι πρότερον τοῦ θέρους, ὑπὸ τῶν ἐτησίων καὶ τῶν ἄλλων τοῖς αὐτὰ ἀποδιδόασιν πάλιν τοῦ ἦρος εἰς τοὺς τοὺς τόπους, καὶ λήγοντος μετοπώρου, καὶ ὡσεὶ πλειάδος δύσιν αἰάλογον. [21] ὅθεν καὶ τὸ θαυμαζόμενον ὡς οὐκ ὄν. ἆρα τί βορέαι μὲν ἐτησίαι γίνονται, νότοι δὲ οὐ γίνονται, φαίνεταί πως συμβαίνειν. οἱ γὰρ ἠρινοὶ νότοι, καθάπερ ἐτησιοί τινες εἰσὶν ὃς καλοῦσι λιβυκονότους. αἴθριοι γὰρ καὶ ἀστιβεῖς ὡς ἔπος εἰπεῖν. ἅμα δὲ καὶ μακραὶ ἡμῶν ἀπορτιάζουσι λαμβάνουσιν. ὁ δὲ βορέας, ἀθὺς ἐν ἡμῖν. ἔνδεν τῶν ἐτησίων φύσις. [22] ἆρα τί δὲ τούτου τὸ ὤφελον, καὶ πῶς ἔστιν πνέουσι, καὶ ἆρα τί λήγουσι τὰς ἡμέρας λήγουσιν, καὶ, νύκτωρ πνέουσι, οὐδὲν ἐν τούτοις λέγεται τὴν αἰτίαν. ὡς ἄρα ἡ μὲν πνοὴ γίνεται διὰ τὸ τὸν χιόνος τῆξιν· ὅταν μὲν οὖν ὁ ἥλιος ἄρξηται λύειν ὃν πάγον καὶ κρατῇ, οἱ περίδρομοι. μὴ ὄντος τούτου, οἱ ἐτησίαι. ἅμα δὲ τῇ καταφορᾷ τοῦ ἡλίου λήγειν καὶ νύκτωρ μὴ πνεῖν, αἴτιον δὲ τὸ χιόνα τηκομένου παύεσθαι δυομένου, καὶ νύκτωρ μὴ τήκεσθαι δεδυκότος. ὑμῖν δὲ οὐδὲ ποτὲ πνέουσιν, ὅταν πλείων, ἡ τῆξις γίνεται. [23] καὶ γὰρ τὸ ἀνωμαλίας αἴτιον τοῦ † λεπτέον. ὁτὲ μὲν γὰρ μεγάλοι καὶ συνεχεῖς· ὁτὲ δὲ ἐλάττους καὶ ἄρα λείπουσι πνέουσι, διὰ δὲ τὰς τήξεις ἀνωμαλεῖς γίνεσθαι, καὶ οὐ τοῦ ὕλλου ἡ φορά. ταύτου οὖν τοῦ ἀνωμαλίαν ἐνδέχεται καὶ τοῖς τόποις, καὶ τῶν συμβεβηκότων ἢ πόρρω, καὶ ἄλλαις τοιαύταις διαφοραῖς συμβαίνειν. [24] εἰ δ' οὖν ἀληθὲς ὃ λέγουσιν οἱ τε καὶ οἱ νεωστὶ κρήτην, ὡς ἄρα νῦν μείζονες οἱ χειμῶνες, καὶ χιὼν πλείων πίπτει. τεκμήρια φέρουσιν, ὡς ὁτὲ μὲν ὤκουν τὰ ὄρη, ἔφερε καρπὸν καὶ ὂν σῖτηρὸν. καὶ τὰ δένδρα τοῦ πεφυτευμένα καὶ διῳκισμένης τῆς χώρας. ἔστι γὰρ πεδία ἐν τοῖς ἴδης ὄρεσιν ὑμεγέθη, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὧν νῦν οὐδὲν ὅπλον γεωργοῦσι, διὰ δὲ μὴ φέρειν. τότε δὲ ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐπῴκουν, ὅθεν καὶ νῆσος πλήρης ἦν ἀνθρώπων. ὄμβρων μὲν γιγνομένων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. πολλῶν χιόνων δὲ, καὶ χειμώνων μὴ γινομένων. [25] εἰ δ' ἔστιν ἀληθῆ ταῦτα καθάπερ λέγομεν, αἰτιατέον καὶ τοὺς ἐτησίας εἶναι πλείους. [26] εἰ δέ ποτ' ἐξέλιπον καὶ Δίας αὐτοὺς ἀνακαλέσασθαι θύσας τὰς ἐν Κέῳ θυσίας τῷ Διΐ, καθάπερ μυθολογοῦσι, κἀπομβρεῖν [μὴ] αὖ

da, ni-

Digitized by Google

εἴη τὰ ὀπτὶ χ ἡμέρια, ὑχ ὁμοίως, ὑ ὃ χιονώδη ἰαῦτα δ' εἴ τινα ἔχῃ διάγνην, εἴτε τελαμώνην, εἴτ' ἄπαχλον, εἰ ἡ αὖ ὑ τ πνευμ ̄ᾳ παῦλα ὑ μεῖδιαγήκ ̄τ τὰς αὖξας χρόνους. ἀ τοῦτον δ' [ὑκ] αὖ δόξειεν εἰ μὴ ὑ ζῶις ὡρὸς μεσημβρίαν ὀξὶ ἰσαύτη τῆς ὀπτικυρία κ ̄τ ὃ ἔτος. πολλῷ γὰ ἐκπυρώτερος ὁ τόπος ἐκῆνος. [27] δῆλον ὅ, ὅ ἰο πλὴν εἰς πέψιν τ ̄ καρπῶν. οἱ μὲν γὰ προϊερᾶσιν, οἱ δ' ἀπαθῆς εἰσὶ· ὥστε μὲν τούτων σκεπτέον. [28] εἰ ὃ πρώτων τ πνεύμ ̄ᾳ ἡ αὐτὴ ὑ ὑπὸ τ αὐτ ̄ ἡλίους. ὥ τι παρδιαβεῖν, ἥλιος αἴω ποιῶν εἴη. τάχα δ' ὑκ ἀληθὲς καθόλου εἰπεῖν· δι' ὡς ἡ αἰαθυμίασις· ὕτως δ', ὡς συνεργῶν. [29] ἀλλ' ὁ ἥλιος δοκῇ, ὃ κινῆν δύναται ἐλλων, ὑ καταπαύειν τὰ πνεύματα. δὲ ὑ ἐπαυξάνει ὑ ἐμπίπτῃ πολλάκις. ὑ καθόλου ὃ τοῦτ' διὰ τῆς· δι' ἐφ' ὧν τε συμβαίνῃ ἑαύτην ὑπολαμβάνειν τ αἰτίαν· ὅταν μὲν γὰ ἔλαττον ἢ ὃ αὐ ημένον ὑγρὸν, τοῦτο καταπρατῶν, ἐξαναλώκει ὑ καταπαύει ὁ ἥλιος. ὅταν ὃ πλέον συμπαρόρμησε, ὑ σφοδροτέραν ἐποίησε τ ̄ κίνησιν. ἐνίοτε ὃ ὑ ἅμα τῇ δύσει καθέπαυσεν, [ὥσπερ] ἀφιέμενος τ ̄ ἀπ' αὐτοῦ κίνησιν ἣν ἔδωκεν ἑαύτην· ὃ δῆλον ὡς ἔχῃ τινὰ δὴ συμμετρίαν ὥστε μὴ ἐξαναλίσκεσθαι, μηδ' ἐξ αὐτ ̄ διαφθαρῆναι κινεῖσθαι πλείω χρόνον. [30] ἔνια ὃ καὶ δύνοντος τοῦ ἡλίου πνεῖ, ὑδὲν κωλύει μᾶλλον, οἷον ὅσα καταλήγει τῇ θερμοτητι, ὑ ὥσπερ ἐξαναξηραίνει ὑ ἐντήκει. [31] διὰ τοῦτο γὰ ὑ ὀ μεσημβρία μᾶλλον ἀπνευμαῖοι· παρεγκλίναντος ὃ τοῦ ἡλίου, πνευματοῦται δέ πως· [32] ποιεῖ ὃ καὶ ἡ σελήνη ταῦτα πλὴν ὑχ ὁμοίως· οἷον γὰ ἀσθενὴς ἥλιός ἐστιν. δὲ καὶ νύκτωρ δὲ νότου † καὶ αἱ σύνοδοι τ ̄ μηνῶν χειμερινώτεραι. συμβαίνει δ' ἔν ὁτὲ μὲν, ἀναλέλυται τοῦ ἡλίου τὰ πνεύματα ἐπαίρεται, ὁτὲ ὃ, λήγῃ καὶ ὀπὶ τ ̄ δύσεως ὁμοίως. ὁτὲ μὲν γὰ κατέπαυσεν· ὁτὲ δ', ὥσπερ ἀφῆκεν. [33] εἰ δὲ πόθεν καὶ κ ̄τ σύμπτωμα γίνοιτο ταῦτα, καθάπερ καὶ τὰ ὀπὶ τ ̄ ἄστρων ἀναλολαγῆς καὶ δύσεις, ὀπισκεπτέον. [34] ταῦτα ὃ καὶ ὀπὶ τ [αὐτ ̄] πῶς αἰτίας. καὶ διὰ μέσων νυκτῶν καὶ μεσημβρίας ἄπνοιαι γίνονται καὶ μάλιστα· συμβαίνει γὰ, ποτὲ μὲν κρατῆσαι, πολὺ ὃ κρατῆσαι τ ̄ ἀέρος τ ̄ ποιοῦντον, ὑπὸ τ † μέσων μὲν νυκτ ̄ κρατῆσαι· ὑπερβάλλει γὰ ὁ ἥλιος τότε μεσημβρίας κρατῶν ὃ καὶ κρατούμενος ἔσχηκεν. ἡ ὃ στάσις, νηνεμία. [35] συμβαίνει ὃ καὶ τὰς καταπαύσεις γίνεσθαι τ ̄ πνεύματος κ ̄τ λόγον. ἄρχεται [μὲν] γὰ ἡ θέρμη ὥσπερ δυσμάς. λήγει ὃ τὰ μὲν ἔωθεν, ὅταν κρατηθῇ· κρατῆται ὃ κ ̄τ μεσημβρίαν. καὶ ἀπὸ δυσμῶν, ὅταν

da, niuosaq; fuisse perspicuũ est. hæc igitur si mutationem subeũt, aut ordine quodã, aut temerè sequatur etiã op⁹ est iisdẽ tẽporib. flatuũ mutatio, aut cessatio. absurdũ itaq; ne fuerit, si iis, qui meridiẽ habitãt, nõ sit huiusmodi anniuersaria refectio, cũ loca illa lõgè calidiora sint. [27] q alioquin planũ est, p̃terquã in fructib. maturãdis. sunt. n. præcoces alii, alii verò difficilè matureſcũt. ac de hac quidẽ re aliàs cõtẽplãdũ est. [28] verũ si vẽtorũ omniũ eadẽ ab iisdẽq; causis generatio est, auctor erit sol, q sursũ assumat: quãquàm non & id fortasse verũ in vniuersum, sed exhalatio adiuuãte sole. [29] Cæterũ & mouere videt̃ sol exoriẽs, & sedare flamina. quamobrem & insurgunt, & desinũt sæpenumero. id quod in vniuersum verũ non est, sed in quibus id accidit, hanc esse causam putandum est. quando enim parum fuerit halitus, dissipat sol, & sedat. quando verò plus fuerit, commouet & vehementiorem motum excitat. Nonnunquam occidẽte sole flatus desinunt, eo scilicet auferente motum, quem dederat. Hunc autem ita commoderatum esse oportet, vt neque absumatur, neque possit per sese agitari diutius. [30] neque sanè fieri non potest, quin occasu solis flatus nonnulli magis oriantur, vt ii, qui calore tabescũt, & veluti exsiccãtur. [31] vnde accidit, vt meridie quiescãt venti, cieantur autem declinante sole. [32] facit hęc eadem & luna. nõ eodem tamẽ modo: est. n. velut imbecill⁹ sol. quo circa noctu validiores aliquãdo flat⁹, & solis cũ luna coit⁹ hyberniores. accidit itaq; oriẽte sole, & cieri vẽtos, & cadere. itidẽ occidẽs modo suscitat, modo vt desinat auctor est. [33] videndum autem an ex euentu hæc ita fiãt, vt ea quæ fiũt in ortu, & occasu syderum. [34] Hæc eadem & de ventorum trãquillitate dicenda sunt. Nam meridie ac media nocte aeris trãquillitas maxime fit. accidit enim, v tmodò vincat, modo vincatur aer; media quidem nocte vincat, vincatur autem meridie: victus autem, & vincens manet immotus, sic autem tranquillitas est. [35] Nam & vẽtos optima ratione cessare contingit. Nam sole occidente flare incipiunt: cessant aũt alii manè, cũ deuicti sint, alii circa meridiẽ, & post occasũ solis, cũ vincẽtes

& ipſi deſierint, id q͡d media nocte fit. [36]verũ quod nonnullis admirationi eſt, tanquam à ratione alienum, quòd venti cum à ſolis motu, & omnino à calore fiant, frigidi tamẽ ſint, falſum eſt id rationi aduerſari. neq; .n. ſimpliciter à calido vt à principali cauſa flatus oritur, ſed vt ab adiuuãte, & cõiuncta. [37]Nec omnino q̃ à colore cietur, motio, calida & illa & ignea eſt, ſed ſi certo modo fiat. confertim enim ſi irruat, & loco, vnde prodit, continua, calida eſt. ſin paulatim & per anguſtum aliquod ſpacium, illa quidem calida eſt, ſed aer, qui ab illa mouetur, ita eam ſolet afficere, vt ille prorſum fuerit affectus. Huius rei exemplum accommodatum eſt ſpiritus, qui ex ore editur, quem & frigidum dicunt, & calidum, falsò tamen. calidus enim ſemper eſt, intereſt tamen, quo modo prodeat. Hi antibus enim, & confertim halitum edentibus, calidus eſt, ſi verò anguſto ore feratur, vehementior eſt, vicinumque propellit aerem, ille proximum, qui cum frigidus ſit, halitum etiam, ac motum frigidum reddit. idem & ventis euenit. Nam ſi prima motio ab anguſto loco orta ſit, primus quidem ille flatus frigidus non eſt, qui autem ab eo cietur aer, pro vt fuerit affectus, ita etiam ſpiritum mutat. Nam ſi ille aut calidus, aut frigidus fuerit, hunc vel calidum, vel frigidum omninò faciet. Nam & ideo hyberni flatus frigidi, æſtiui verò calidi ſunt. eſt enim talis in vtraque tempeſtate aer. manifeſtum hoc ſi veluti excalfact⁹ aer ſit. Nam vbi locus calidus, frigidusue ſit, & flatus talis ſit oportet. [38]atque in ipſis etiam locis continuis feruidus flatus eſt, quò vero procedit vlterius, non item. [39]Nonnunquam & flatus, qui aliunde oritur, ſi per feruida loca ſpiret, vbi craſſus aer extiterit, afficitur & ille, & caloris ſumit exceſſum. quò fit, vt & meſſores, & viatores ab his flatibus frequenter in planis, & æſtuoſis conuallibus moriantur, tùm propter aerem, qui ibi ſit, tùm propter eius, qui aliunde defertur, appulſum. [40]quod enim neque per ſe motus aer, neque à calore detenſus hoc motu cieatur, vel inde manifeſtum eſt. quòd ſi propter frigus, vaporeſque deorſum ferretur, ſurſum autem propter calorem

παύσῃ) κρατῆνται. τοῦτο δ' γίνε) μέσων νυκτῶν. [36] εἰ δέ τινες θαυμάζουσιν ὡς ἄλογον, ὅτι τὰ πνεύματα ψυχρά ἐστιν ἀπὸ τῆς τοῦ ἡλίου κινήσεως, καὶ ἁπλῶς τοῦ θερμοῦ γινόμενα, ψυχρὸς ὁ φαινόμενον αὐτοῖς ἄλογον. οὔτε γὰρ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς συναιτίῳ χρηστέον. [37] οὔτε πάντως ἡ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ κίνησις θερμὴ καὶ πυρώδης. ἀλλ' ἐὰν δι' ὅπου τινὰ γίνεται. ἀθρόως μὲν ἐκπίπτουσα, καὶ συνεχὴς αὐτῷ τῷ ἀφιέντι, θερμή. κατὰ μικρὸν δὲ καὶ διὰ στενοῦ τινός, αὖτη μὲν θερμή, ὁ δὲ ὑπὸ ταύτης κινούμενος ἀὴρ, οἱοῖος ἂν ποτε τυγχάνῃ πρὸς αὐτὸ ὑπάρχων, τοιοῦτον καὶ τὴν κίνησιν ἀποδίδωσιν. τὰ δὲ σημεῖα δ' ἱκανὸν ὅτι ἐκ τῶν σωμάτων ἀφιέμενον. ὃ φασιν εἶ) θερμὸν καὶ ψυχρόν· οὐκ ἀληθῆ λέγοντες. ἀλλ' ἀεὶ μὲν θερμόν ἐστι. διαφέρει δὲ τῇ πρὸς πρὸς καὶ σκληρώσει. χαλώντων μὲν γὰρ καὶ ἀθρόον ἀφιέντων, θερμόν. ἐὰν δὲ διὰ στενοῦ σφοδρότερον φερόμενον ὠθῇ τὸν πλησίον ἀέρα, κἀκεῖνος τὸν ἐχόμενον ψυχρὸν ὄντα, καὶ ἡ πνοὴ καὶ ἡ κίνησις γίνεται ψυχρά· ὃ αὖθ' ὑπάρχει τοῖς πνεύμασιν συμβαίνει· διὰ στενοῦ γὰρ ὅσης τὴν πρόσπτης κινήσεως, αὐτὸ μὲν θερμὸν ἐστὶν ψυχρόν. ὃ δ' ὑπὸ τούτου κινούμενον, ὡς ἂν ἔχον τυγχάνῃ πρὸς θερμότητα, καὶ ψυχρότητα· ψυχρὸν μὲν γὰρ ὄντος, ψυχρόν. θερμοῦ δὲ θερμόν. καὶ διὰ τοῦτο, θέρους μὲν, θερμά. χειμῶνος δ', ψυχρὰ πνεύματα. καθ' ἑκατέραν γὰρ τὴν ὥραν τοιοῦτος ὁ ἀὴρ. φανερὸν δ' ὅπου διὰ τοῦ † ἐκπεπυρωμένου οἷον τετύχηκεν. ἐὰν γὰρ ὅπου † πνεῦμα καὶ ὁ πόθος † θερμὸν εἴτε ψυχρὸν, ὁμοίως † διαφορεῖ τὸν ἀέρα. † αὐτὴ δ' οὕτως φαίνεται. [38] καὶ ἐν αὐτοῖς μὲν τοῖς τόποις † τοῖς συνεχέσιν, ἔμπυρος ἡ πνοὴ γίνεται. πορρωτέρω δὲ προϊοῦσιν οὐχ ὁμοίως. [39] ἐνίοτε δὲ καὶ ὃ ἄλλοθεν ὄντον, ἐὰν δι' ἔμπυρων ἢ τόπων καὶ ἐχόντων ἀέρα παχὺ, καὶ διαπαθὲν καὶ αὐτὸ φαίνεται τῇ θερμότητι. διὸ καὶ οἱ ὁδοιπόροι μὲν καὶ θερισταὶ πολλάκις ἀποθνήσκουσιν ὑπὸ τῶν πνευμάτων, ἐν τοῖς πεδίοις καὶ ἐν τοῖς πυκνοῖς τόποις. ὃ μὲν αὐτὸ συνεργαζομένου τοῦ συνυπάρχοντος ἀέρος· ὃ δ', ἐξ ἀλλοφόρου, διὰ τὴν πνοὴν καὶ τὴν πρόσπτωσιν. [40] ὅτι δ' οὐκ αὐτὸ μόνος κινούμενος. ὁ ἀὴρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ κατιόμενος, ταύτῃ φέρει τὴν φορὰν κἀκεῖθεν δῆλον. εἰ μὲν γὰρ, διὰ τὸ ψυχρὸς εἶ) φύσ[ει]

Digitized by Google

φύσει καὶ ἀτμιδώδης, κάτω ἀνεφέρεσθαι, εἰθ' ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἄνω. ὅταν δὲ πνεῖς, ὡς ἐπὶ φύσιν, αὕτη ἡ φορά. νῦν δὲ ὥσπερ ἐξ ἀμφοῖν μικτή, διὰ τὸ μὴ δὲ ἕτερον κρατεῖν. [41] Τοῦτο μὲν οὖν καθόλου τὸ σημεῖον, ὅτι οἱοῦτος ἂν εἴη ὁ ἀὴρ ἢ ἀναθυμίασις καθ' ἑκάστους ἢ τόπους, οἷόν τινα ἔχει καὶ τὰ πνεύματα τὴν ψυχρότητα· καὶ τὰ δὲ συμμαρτυρεῖ. [42] ὅσα γὰρ ἀπὸ ποταμῶν ἢ λιμνῶν, πνέουσι ψυχρά, διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος· ἀποψύχεται μὲν γὰρ ἀπολειπόντος τοῦ ἡλίου. καὶ ἅμα παχύτερος ὁ ἀτμός. καὶ ἔτι δὲ ἡ στάσις· ὥστ', ὅταν πιεσθῇ, συμβαίνει καθάπερ ῥώσιν τινὰ γίνεσθαι τοῖς σώμασι. [43] καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ἔσχιλοι καὶ δυσκέφαλοι τινες ὄντες τόποι τῶν ἔξω πνευμάτων, ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων εἰσὶ ψυχροί. ὁ γὰρ ἀναθεὶς ὑπὸ τοῦ ἡλίου, μήθ' οὕτε πεφυκὼς οὔτε δυνάμενον, φέρεται καὶ ποὶς πνοιὰς ὅθ' αὕτε ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ λιμνῶν αὖραι, καὶ ὅλως αἱ ἀπόψυξαι πνέουσιν ἑῴθεν, ἀποψυχομένης τῆς ἀτμίδος διὰ τὴν ἀπόλειψιν τοῦ θερμοῦ. [44] τὸ γὰρ φορὰν τοιαύτην αὐτοῖς γίνεσθαι καὶ ὀλίγον ἐστί, διά τε τἄλλα, καὶ διὰ τὸ δύσιαν· καὶ ὅταν ψεκάδια καὶ ὑετοὶ μέτεωροι γίνωνται, μᾶλλον πνεύσειν· πιεσθήσεται γὰρ ὅλως τότε πολὺ μᾶλλον καὶ αἱ ἀπόψυξαι γίνονται μετὰ τοῦτο. [45] ἀπὸ μόνων δὲ τῶν νείλων δοκούσιν οὐκ ἀποπνεῖν αὖραι, ἢ ἐλαχίσταις. διότι θερμὸς ὁ τόπος καὶ ἔξω καὶ εἰς ὃν ῥεῖ. [46] αἱ δὲ αὖραι, πυκνούμεναι τοῦ ὑγροῦ εἰσί· διὸ καὶ ὑδατώδεις ἀπὸ τῆς Λιβύης πολὺ μᾶλλον, ὑδατώδεις δὲ καὶ ἀπὸ τῶν λιβυκῶν πολὺ μᾶλλον· ἄπνοιαι γὰρ θερμαί· τοῦτο δὲ δῆλον, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς περὶ Βαβυλῶνα, καὶ Σοῦσα, καὶ ὅλως περὶ τὰς ἐμπύρους τόπους. καίτοι φασί γε θαυμαστῶς καταψύχεσθαι ὃν ἀέρα περὶ τὰ ἔω· τοῦτο μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. [47] τάχα γὰρ ἀποψυχθὲν μέν, οὐ δύναται δὲ πορρωτέρω προϊέναι καὶ ποιεῖν αὔρας διὰ πύρων διὰ τὴν ὑποδεχομένων ὄντων τόπων. [48] ἀπὸ γοῦν τῆς ἀπογαίας καὶ τῆς τοιαύτης αὔρας καὶ αἱ ἕλκαι γίνονται, συναθροιζομένου τοῦ ὑγροῦ ἀέρος. ἡ γὰρ ἕλκη, καθάπερ πάλιν πνοή τίς ἐστι πνεύματος· ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ἀείποις, τῶν ὑγρῶν. ὅταν γὰρ ἀθροισθῇ καὶ πλῆθος λάβῃ, μεταβάλλει πάλιν, εἰς τὸ ἐναντίον. [49] μάλιστα δὲ ἐν τοῖς χεί-

calorem. hæc enim ignis naturalis est motio. Nunc autem tanquàm ex vtroque mistus eius est motus, quod neutrum dominetur alteri. [41] Hoc igitur in vniuersum positum sit, tales esse ventos qualis aer, aut exhalatio in singulis locis. Cuius rei illud etiam argumentum sit. [42] Nam flatus, qui à stagnis, & fluminibus veniunt, frigidi sunt omnes propter aeris humiditatem. Frigescit enim occidente sole, & crassior subinde vapor oritur, vt dum feratur, veluti robur quoddam corporibus acquiri soleat. [43] quo fit, vt cùm plura loca caua obtectaq; sint ab externis flatibus, à propriis tamen & indigenis frigida sint. vapor enim, qui à sole educitur, cum natura sua nequeat persistere, motu cietur, & flatum efficit. Hinc auræ, quæ à fluuiis, & paludibus prodeunt, & omnino quę dicuntur ἔπνοιαι manè spirant. frigescente halitu propter caloris defectum. [44] fit enim sensim tùm propter alia tùm propter tranquillitatẽ motus, magis autem spirant in pluuiis paruis, & guttatim cadentibus. tunc n. suggeritur materies vndique vndæ abterrenæ auræ posteà magis prodeunt. [45] Verum ab vno fluuiorum Nilo, aut nullæ videntur spirare aurę, aut quàm minimæ. quòd locus, à quo, & in quem fluit spiritus, calidus est. [46] Auræ verò humidi densatione oriuntur. quamobrem ne ab vllo quidem Aphricæ flumine propter locorum caliditatem cientur auræ, id quod perspicuum est, q nec Babylone, nec Susis, nec cęteris feruidæ caliditatis regionib. quãquam ad orientem mirum in modum feruntaera refrigescere. quodquidem aliàs inspiciendum est. [47] quãquam id fortasse afferri possit, frigescere quidem aerem, non posse tamen vlterius promoueri, & auram facere, locis statim excipientib. valde feruidis. Atq; ab his auris, [48] & ab iis, quæ à terra prodeunt, fiunt & flatuum conuersiones, quæ τροπαὶ dicuntur, collecto scilicet coaceruatoque aere, est enim conuersio velut iterata spiratio, eo modo facta, quo fit in Euripis aquarum versio. Cum enim coaceruatus multus spiritus fuerit, mutatur rursus in contrarium. [49] maxime autem hæc fiunt in cauis locis, & vbi spirent abterrenæ auræ. vtrumque au-

Digitized by Google

tem optima ratione. in cauis enim locis ſtatim, atque colligitur, ſpiritus retro irruit, in apertis vero diſpergitur: mox flatuum terrenorum materia infirmior eſt, quàm vt poſſint in longum prorumpere. contingit hic flatuum recurſus pro ratione copiæ ac magnitudinis, qua terrenæ auræ ſpirauerint, ſimiliter & prout aut anticipando, aut ſerius ſpirando prodeant. 50 fit & ventorum quædam refractio, vt in ſe ipſos flare videantur, quando in editiores locos ſpirant, neque illos poſſunt ſuperare. Quamobrem & nubes alicubi contrariæ feruntur ventis, vt in Lingiis Macedoniæ Aquilo fertur Aquiloni contrarius. cauſa autem eſt, quod cum Olympus & Oſſa montes alti ſint, in illos offendunt venti, cumque nequeant ſuperare, feruntur in contrarium, vt & nubes, quæ infra ſunt, contrario ferantur motu. hoc idem, & aliis locis accidit. 51 Nam aliquot locis ſub ipſo rũ Eteſiarũ flatib. contrarii fiunt Aquiloni flatus propter refractionem, vt & ipſa Nauigia retro cedere videantur. 52 quemadmodum in freto inter Chalcidem & Oropum; ſpirant enim, quos appellant παλινβορέας hoc eſt recurrentes aquilones. hoc accidit, quando vehementer ſpirant. tunc enim maxime poteſt in longum protendi repulſus flatus propter copiam. Nonnunquam & offendit ventus ita, vt diuelli videatur, & tum huc tum illuc feratur, quemadmodum & aqua ex vno eodemque fonte in multos riuos diuiditur. 53 porro ſimpliciter illud dicendum eſt, multas ventorum mutationes à locis fieri, & in aliis eorum differentiis, & in vehementia, ac lenitate, vt ſi aut per anguſtum locum, aut per latum, & apertum ſpirent. vehementior enim & plenior eſt ventus, qui per anguſtias flat, quemadmodum & aquarum profluentium alueus. cogitur enim & violentior fit, & impetu irruit; quamobrem cum in aliis locis tranquillitas ſit, in anguſtis ſemper eſt flatus. nequit enim aer propter copiam perſiſtere, huius autem motus vĕtus eſt. vnde cum in anguſtiis includantur venti, eoque corruant, affatim ſpirant, id quod & in portis accidit. Nam & fe-

λοις ζωῦτα γίνεται ἢ ὅπου πνέουσιν αἱ ἀπόγαιαι τότων δ' ἑκάτερον διὰ λόγως· ὅταν μὲν γὰρ τοῖς χείλεσι, ὡς σφοδρότερον ἐμπίπτωσιν· ὅταν δὲ τοῖς ἀναπεπταμένοις, ἀφανίζεται. τῶν δ' ἀπογείων πνευμάτων ἀσθενὴς ἡ φύσις. ὥστ' οὐ δύναται βιάζεσθαι πόρρω. συμβαίνει δὲ καὶ ἡ ἀντιπόδοσις διὰ λόγου τὸ τε πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος, ὡς αἱ αἰ ἀπόγειαι πνεύσωσι. ὁμοίως δ' ἢ καὶ τὰς ὥρας, οἷον ὁ ὀψιαίτερον ἢ ὁ πρωϊαίτερον ἐμβαλὼν αὐτὰς· 54 γίνεται δὲ καὶ διάκλασίς τις τῶν αἰθέμβων, ὥστ' ἀντιπνεῖν αὐτοῖς, ὅταν ὑψηλοτέροις τόποις πρόσπνεύσαντες ἀσθενῶσι μὴ δύνασθαι. διὸ ἐναχοῦ τὰ νέφη τοῖς πνεύμασιν ἀντιαίρεται φέρεται. παθάπερ καὶ πρὸς λιτίας τῆς Μακεδονίας βορέᾳ πνέοντος πρὸς ὃν βορέαν. ἄτοπον δέ, ὅτι τῶν ὀρῶν ὄντων ὑψηλῶν τῶν τε πρὸς ὃ ὄλυμπον καὶ τὸν ὄσσαν, τὰ πνεύματα πρόσπίπτοντα, καὶ οὐκ ἀνέφερεται τοῦτον, ἀλλὰ τὰναντίον. ὥστε καὶ τὰ νέφη, κατώτερα ὄντα, φέρονται ἀναντίως. συμβαίνει δ' ἢ καὶ αὖθις τὰς ἐτησίας ἀντίπνοιαι γίνονται τῷ βορέᾳ, διὰ τὰ πρόκλασιν· ὥστε καὶ ἀντιδρομεῖν τὰ πλοῖα. 55 καθάπερ καὶ πρὸς τὸν πόρθμον τὸν ἐκ χαλκίδος εἰς ὠρωπόν· οὓς δὴ καλοῦσιν πάλιν βορέας. γίνεται δ' τοῦτο ἀφ' ὅταν ὦσι λαμπρότατοι· τότε γὰρ μάλιστα δύναται ὡς πορρωτάτω διατείνειν, ὅταν πλῆθος ἢ ὁ ἀντικόπτον. ἐναχοῦ δ' ἀφ' ὃ προσκόπτων, ἄλλον συμβαίνει ὃν αἴθεμον· ὥστε ὁ μὲν, σκῶπτ. ὁ δ', δύσεσθ ῥᾴδιον καθάπερ καὶ ὕδωρ ὑπὸ μιᾶς πηγῆς καὶ τῆς αὐτῆς ῥέον. 56 ἁπλῶς δ' οἱ τόποι πολλὰς ποιοῦσι τῶν πνευμάτων μεταβολάς. ἄλλως τε καὶ ὁ σφοδρότερος καὶ ἠρεμέστερος γίνεται, καθάπερ ἐπὶ ποταμῶν καὶ ἀχαινῶν πλείω· σφοδρότερον γὰρ ἀεὶ καὶ λαμπρότερον ὁ διὰ τῶν στενῶν, καθάπερ ὕδατος ῥεῖθρον. συνιάζει γὰρ καὶ διωθεῖ μᾶλλον ἀθρόον. διὸ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀπνοίας οὔσης, ἐν τοῖς στενοῖς ἀεὶ πνεῦμα. μένειν γὰρ ὁ ἀὴρ οὐ δύναται, διὰ τὸ πλῆθος. ἡ δὲ τούτου κίνησις, ἄνεμος. ὅθεν καὶ ἐν τοῖς στενωποῖς, ὅταν καταχλιδῶσι καὶ συμπέσωσι, λαμπροὶ πνέουσι, καὶ ἐν ταῖς πύλαις·

καὶ

καὶ αἱ θυρίδες ἕλκουσιν ἀεί, καὶ πολὺ παρέχουσιν· πολὺ γὰρ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἡ αὐτὴ καὶ μία τις, ἡ εἰρημένη αἰτία. [54] πάλιν δ' ἔνιοι τόποι, διὰ τὴν χαλότητα, καὶ διὰ τὸ περιέχεσθαι μείζοσιν, ἐφ' οἷς οὔτε γε ἡ ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς, ὅλως ἀπόπνοως τυγχάνουσιν· οἱ δὲ πορρωτέρω, πνεύματώδεις. [55] ὥσπερ καὶ περὶ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν συμβαίνει τὰς ἐτησίας· οὐ γὰρ πνέουσι παρ' αὐτοῖς, ὡς εἰπεῖν· ἐν δὲ τοῖς νήσοις λαμπροὶ τε μακρὰν ἀπηρτημένοις· αἴτιον δὲ, τὸ τὰς χώρας καὶ λόφους καὶ ὑπερκειμένους εἶναι. τοῖς δὲ νήσοις οὐδὲν ὑπέρκειται. † ἡ φορά. [56] κωλύονται δὲ καὶ οὗτοι καὶ ὅλως πᾶς ἄνεμος πνεῖ, ἢ διὰ τὸν ἀπόστασιν· οὐ γὰρ δύνανται διατείνειν εἰς τὸ πορρωτέρω, διὰ τὸ μῆκος, ἢ διὰ τὸ ὑπεκκεῖσθαί τινων, ἢ τεῖχον εἰ τὸ πνεῦμα ἐγχώριον αὐτοῖς καὶ κρατεῖ. [57] ὅτε δ' συμβαίνει τοὺς ἐτησίας ἐπαίρεσθαι καὶ ὃν ὑπάγει τρόπον περὶ Μακεδονίαν, ὥσπερ σύμπτωμα θετέον. πέμπει γὰρ τῆς μεσημβρίας ἀπολήγει τὰ πνεύματα διὰ τὸν ἥλιον. ἅμα δὲ τῇ δείλῃ πάλιν αἴρεται. συμβαίνει δ' ἐν αὐτὸν καιρὸν τοῦ τε ἐπιπνεῖν πρὸς τὰς ἀπογαίους αὔρας καὶ τοὺς ἐτησίας ἐπαίρεσθαι πάλιν. [58] ἡ δὲ γὰρ τῶν αἰθυκλασιν τῶν ἀπὸ τοῦ ὀλύμπου καὶ τῆς ὄσσης τῶν ἐτησίων αἰτιατέον, ἐὰν μὴ ἐπίνεμοι εἰσὶν οἱ μέτριοι πνεῦλεως. τὰ μὲν οὖν συμπτώματα πειρατέον ἅπασι διαιρεῖν. [59] ἄτοπον δ' ἂν δόξειεν ἄτοπον καὶ παράλογον εἶναι, διὰ τί τῶν ὑψηλῶν τόπων τὰ μὲν πρόσω πνεύματα πνεῖ ἀπνεύματα τυγχάνει. τὰ δ' ὑπέκκειται, πνεύματώδη, καὶ ὑμετέρα, ἀλλὰ σφοδρῶς. οἷον, ἐν πλαταιαῖς τῆς Βοιωτίας, κεῖται μὲν πρὸς ὄρος Βορέαν, ὁ μὲν Βορέας, λιβόνοτος· ὁ δὲ νότος, μέγας καὶ χειμερινός, καὶ ὑπερκείμενος τὸ κιθαιρῶνος. [60] καὶ πάλιν περὶ μὲν τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας ὑπὸ τῶν ἐτησίας ἐπαίρεται περιθέουσιν· ἐν δὲ κειμένῳ δὲ τηλικοῦτοι πνέουσιν, ὥστε ἐξαίσιον εἶναι μέγεθος. [61] ἐπὶ δὲ τῆς κυριάδος ἐν τῷ καλουμένῳ Φαι † κείμενῳ πρὸς νότον, ὑψηλῷ καὶ ἀποτόμῳ, θαυμασίου τι κῦμα μὲν εἰσπίπτει. πνεῦμα δ' οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ καὶ τὰ πλοῖα προσορμίζονται τοῖς λιμέσι

& feneſtræ trahunt ſemper, & ſpiritū exhibent, horum verò atque aliorū huiuſcemodi vna eademque eſt, quam explicauimus, cauſa. [54] contrà autem aliqua ſunt loca quæ propterea quòd à maioribus locis obteguntur, ipſis alioquin vicina principiis omninò flatibus non ſunt obnoxia, quæ verò inde remotiora ſunt, vētis infeſtantur. [55] quemadmodum in Theſſalia, & Macedonia accidit in flatibus Eteſiarum. vix enim videntur ibi ſpirare. Contrà verò in Inſulis remotioribus magni ac vehementes ſunt. cauſa eſt, quòd loca illa caua, & obtecta ſunt, Inſulis nihil eſt oppoſitum quod ventorum appulſum impediat. [56] porrò tùm hi tùm omnes alii venti impediuntur, ne ſpirent, aut propter loci diſtantiam: neque enim poſſunt protēdi longius; aut propter alicuius obicis interiectum, aut etiam quòd peculiaris regionis flatus oppoſitus ſpirat, ac vincit. [57] Verùm ſi quando accidit, Eteſias in Macedonia excitari, & flare verſorios, euentus loco habendum eſt. vbique enim circa meridiem flatus deſinunt propter ſolem, ſuſcitantur autem ad veſperam, quo tempore & verſoriū contra terrenas auras, rurſumque Eteſias ſuſcitari accidit. [58] neque tamen tribuendum hoc eſt Eteſiarum refractioni, quæ ab Olympo, & Oſſa fit, cùm ea non niſi validis ventis fiat. huiuſmodi igitur euenta diſtinguere omnibus ſtudendum eſt. [59] illud verò & abſurdum, & minimè conſentaneum videri poſſit, cur locis editioribus, & alioquin vētis expoſitis tranquillitas ſit, in cauis vero & contectis non ii quidem moderati, ſed vehementes flare ſoleāt, id quod in Platæis Bœotiæ accidit. eſt autem regio Aquiloni expoſita, vbi ſerenus, & tranquillus eſt Aquilo, Auſter vero & magnus, & hyemalis, quamuis ante oppoſito Cytherone. [60] rurſumque in cauis Eubœæ locis conuerſiones ab Eteſiis recurrunt. Cariſti vero adeò vehementes ſunt, vt admirandæ ſint magnitudinis. [61] & Curiade in Fello vocato ad Auſtrum poſito, alto, & præruпto promontorio fluctus miræ magnitudinis irruit, neque tamen ventus vllus eſt. quin & naues vt ad portum appellunt, quaſi in portu non ſint, agitari videas, atque alia huius generis e-

Digitized by Google

uenta. [61] quod autem ad terram non extendatur ventus causa est, quòd non transmittatur aer, neque sursum tollatur. fit enim propter altitudinem, vt ne tollatur. quòd enim transigi aera necesse sit, nec immobilem esse manifestum est. non in ædibus vbi ianuæ clausæ sint, flatus per fenestras minus intrat. locus enim plenus non transmittit aera. quamobrem neque alium admittit extrinsecus. fit enim aeris motus ad vacuum. Nam tractionem fieri malè à quibusdam dictum est. [63] Quæ verò loca Aquilonem spectant, sed ab eo cõ-tecta sunt, ventis ideò solent infestari, quòd congestus flatus in altioribus locis affatim irruit, & velut effunditur. quà enim procumbit, eà ingruit. [64] in his locis & procellæ fiunt, quòd aeris aceruatio, & conglobatio fit, vt quando dissipari accidat, veluti plagam incutere videatur. validũ enim est, quod affatim & continuè irruit, vt videre licet in turbine. [65] atque ea, quæ à locis eueniunt, hæc & huiusmodi sunt multa alia multisque locis, quorum historiam afferre nõ opus est. [66] nam sunt nõnulla ventorum omnium communia, vt signa, quæ futuros flatus prænunciãt. aer enim densatus, aut rarefactus, calidus, aut frigidus, aut nihilo secius affectus futuri flatus aggressum præmõstrat: similis enim aeris affectio ad sensus nostros ventos præuenit. [67] In mari etiam eodem modo, & in aliis aquis eadẽ licet nonnullis signa colligere, quãdo quidem & fluctus dum attolluntur, & concidunt, ventos prænunciãt. propelluntur enim cõtinuè, sed paulatim. & spiritus quidem propellit, & qui propulit rursum desinit, & alio spiritu agitantur subinde primo consumpto. atq; ita semper propulsæ feruntur vndæ, vt manifestũ fit, quãdo est quod mouetur propè esse, & illud, quod agitat. [68] Nonnunquã tamẽ accidit contrariũ, vt vẽtos subsequãtur fluctus. [69] verum posterius dissoluãtur, & desinãt, quod vt difficilè agitantur, ita etiam sedantur ægrius. atque huiuscemodi signa plurium ventorũ cõmunia sunt, [70] vt etiam quæ sumuntur à stellis, luna & aliis. Nam & à sole sumuntur, vt radiorum expansio, dissipatio, fractio, & aliud quid simile. aer. n. supernus quod pri⁹ afficitur, ostendit ventorum naturam.

[71] est

νων πλήσια καὶ ἄλλα τὰ συμβαίνοντα θεωρῆν ἔστιν. [62] αἴτιον δὲ τοῦ μὴ διϊκνεῖσθαι τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν γῆν, τὸ μὴ ἐκπίπτειν τὸν ἀέρα, μηδ' αἴρειν. ὅταν συμβαίνῃ διὰ τὸ ὕψος πρὸς τὸ † οὐκ ὑπεραίρων. ὅτι δὲ ὑπέξαγόν ἀεί δῆλον, καὶ μὴ ἵστασθαι τὸν ἀέρα, φανερόν. ἐν γὰρ τοῖς οἰκήμασιν, ὅταν αὐλὴ κατακλείσῃ τὰς θύρας, ἧττον διὰ θυρίδων ἢ πυκὶ φέρεται. πλήρες γὰρ ὂν καὶ μὴ ὑπεξάγον, οὐκ εἰσδέχεται τὸν ἔξωθεν ἀέρα. πρὸς γὰρ τὸ κενοῦν ἡ φορά· διὸ καὶ τὸ ἔλαφρὸν καλῶς λέγεται. [63] τὰ δὲ πρὸς βορέαν καὶ ὅλως κατάπτωσιν, ὑπέσκεπται. διὰ τοῦτο πνεύματα δέχεται· διὰ συμβαίνει συναθροιζόμενον ὑπὸ τοῦ ὕψους, οἷον ἐπὶ χάλαζα τὸ πνεῦμα, καὶ ἐμπίπτειν αὖθις. [64] ἡ γὰρ αὖ ὑπτιεύσῃ, ταύτῃ κατέαξεν ἀληθῶς αὖθις. γίνονται δὲ καὶ αἱ καταιγίδες ἐν τοῖς τοιούτοις. συγκροφὴ γὰρ οὖσα καὶ ἀθροισμὸς πνεύματος. ὥσθ' ὅταν ἐκθραυσθῇ, καθάπερ πληγὴν ἐποίησεν. ἰσχυρὸν γὰρ τὸ ἀθρόον καὶ συνεχές ὥσπερ ἐν ὑπὸ τῶν τυφώνων. [65] ἃ μὲν οὖν διὰ τοὺς τόπους συμβαίνει, ταῦτα καὶ τοιαῦτα τυγχάνει. πολλὰ δ' ἔστι καὶ πολλαχοῦ, ἃ δὲ ὧν ἑκάστου, τῆς ἱστορίας λέγειν. [66] τὰ γὰρ τοιάδε, κοινὰ πάντων τῶν αἰέμων. οἷον ὅσα σημαίνει καθ' ἕκαστον ὧν τὰ μέλλοντα. ὁ γὰρ ἀὴρ, ἀχλυούμενον ἢ πυκνότητα καὶ μανότητα, ἢ ἢ θερμότητα καὶ ψύξιν, ἢ καὶ ἄλλως πως τοιαύτως διάθεσιν, ἐξεδήλωσεν ἀεὶ τὴν ὑπάρχουσαν τοιοῦτον. ὁμοιοπαθῆ γὰρ τὰ πρὸς ἂν ἀέρα καὶ προτερεῖ τὸν ἄεμον εἰς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν. [67] ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν θαλάττης καὶ τῶν ὑδάτων, ἔστι ποιεῖ τὰ αὐτὰ σημεῖα λαβεῖν. ἐπεὶ καὶ τὰ κύματα προαισθάνεται καὶ προεκπίπτοντα σημαίνει τοὺς ἀνέμους. προωθεῖται † δὲ [ὑ]συνεχῶς, ἀλλὰ καὶ μικρόν. τοῦτο δὲ προωθεῖ ἄλλο ὑπὸ προσῶσι. καὶ πάλιν ὑπὸ προσῶσι, δι' ἄλλης τινὸς ὠκυπόδης, μαραινθείσης δὲ πρώτης. εἶθ' ὕστως ἀεὶ προσωθούμενα προσέρχεται. παρόντος δὲ τοῦ κινοῦντος, φανερὸν ὅτι καὶ τὸ κινοῦν ἔχει. [68] συμβαίνει δὲ καὶ ὑστερεῖν τὰ κύματα τῶν πνευμάτων. [69] ὕστερον δὲ θαλύουσι καὶ παύονται διὰ τὸ δυσκινητότερα καὶ δυσκαταπαυστότερα. κοινὰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πλείονων. [70] οἷον ἀστέρων τε καὶ σελήνης καὶ ἄλλων, καὶ παρ' ἡλίῳ φάσις καὶ ἀπορρύσεις, ἢ ῥῆξις, καὶ ἔτι τοιοῦτον ἕτερον. τὸ γὰρ ἀὴρ ἄνω ὂν πάσχει, ἀποδηλοῖ τὴν τῶν πνευμάτων φύσιν.

[71] ἔστι

71 ἔτι δὲ καὶ ὅτι τελεώτατός ἐστι· καὶ γὰρ τοῦτο τὸ κοινὸν πλείοσιν. 72 ὅταν γὰρ ἀθρόον ἐμπνεύσωσιν, μικρὸν λίπεται τὸ λοιπόν. 73 Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, καθάπερ εἴρηται, κοινά πως τῆς οὐσίας ἐστὶ τῶν πνευμάτων· ἔστι δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἴδια, καὶ τὰ ἑκάστου φύσιν καὶ θέσιν. ὧν τὰ μὲν τοῖς τόποις μερίζεται, καθ' οὓς καὶ πρὸς οὓς αἱ πνοαί· τὰ δὲ, ταῖς ἀρχαῖς ὑφ' ὧν. τὰ δή, ἄλλοις τοιούτοις. 74 ἰδιώτατα δὴ οὖν, ὡς εἰπεῖν, τὰ περὶ Καικίαν καὶ τὰ περὶ Φαῦνον ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ Καικίας, μόνος ἐφ' αὑτὸν ἄγει τὰ νέφη, καθάπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει· ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὥστε Καικίας νέφη· ὁ δὲ Ζέφυρος, λειότατος τῶν αὐτόθεν, καὶ πνεῖ δηλονότι καὶ ὅτι τοῦ ἔαρος, καὶ ψυχρὸς, τῶν ἐναυσίων ἐν δυοῖν μόνον ὥραις, ἐαρινῇ καὶ μετοπώρου· πνεῖ δὲ ἐναλλὰξ μὲν ἡμέρας· ὅθεν καὶ ὁ ποιητὴς δυσαὴς προσηγόρευσεν· ἐναλλὰξ δὲ μετρίως καὶ μαλακῶς. διὸ καὶ Φιλόξενος ἰδίαν αὐτῷ πεποίηκε τὴν πνοήν. καὶ τῶν καρπῶν, τοὺς μὲν ἐκφέρει, τοὺς δὲ ἀπόλλυσι καὶ διαφθείρει τελείους. 75 αἴτιον δὲ τοῦ μὲν Καικίαν, διότι πέφυκε κυκλοτερῆ φέρεσθαι γραμμήν. ἧς τὸ κοῖλον πρὸς τὸ εὐθινόν, καὶ οὐ πρὸς τὴν γῆν ἐστίν, ὥσπερ τῶν ἄλλων, διὰ τὸ κάτωθεν πνεῖν· πνέων δὲ ὅτι τὴν ἀρχὴν † οὗτος δὲ ἐφ' αὑτὸν ἄγει τὰ νέφη· πρὸς ὃ γὰρ ἡ πνοὴ, καὶ τῶν νεφῶν ἐντεῦθεν φορά. 76 ὁ δὲ Ζέφυρος, ψυχρὸς μὲν, διὰ τὸ πνεῖν ἀφ' ἑσπερας ἀπὸ θαλάττης καὶ πεδίων ἀναπεπταμένων. καὶ ἔτι μετ' [ὀλίγον] χειμῶνα, τοῦ ἦρος, ἄρτι τοῦ ἡλίου κρατοῦντος. καὶ μετοπώρᾳ πάλιν, ὅτ' οὐκ ἔτι κρατεῖ [ὁ ἥλιος.] τοῦ βορέου [δὲ] ἧττον ψυχρὸς, διὰ τὸ ἀφ' ὕδατος πνεῖν μᾶλλον καὶ μὴ χιόνος πνεῖν· ἀσυνεχὴς ὤν, διὰ τὸ μὴ κρατεῖσθαι τὸ γινόμενον πνεῦμα. ὑγρὸς γὰρ ὥσπερ ἐν γῇ ἐκχεομένῳ τῷ ὕδατι. ἀλλὰ πλανᾶται, διὰ τὸ ἐφ' ὑγροῦ βεβηκέναι καὶ ὁμαλοῦς διὰ τοῦτό ἐστιν. † οὐ γὰρ δι' ὀρέων πνεῖ, οὐδὲ βιαζόμενος, ἀλλὰ ῥᾳδίως, ὥσπερ δι' αὐλῶνος ῥέων. τὰ μὲν γὰρ πρὸς βορέαν καὶ νότον, ὀρεινά· τὰ πρὸς ἑσπεραν δὲ, οὔτε ὄρος ὕψος ἐστὶν οὔτε γῆ· ἀλλὰ τὸ ἀτλαντικὸν πέλαγος, ὥστε διὰ τοῦτο φέρεται. 77 τῆς δὲ εἰλῆς [ὑπὸ] πνεῖ, διὰ τὸν τόπον. πάντα γὰρ μετὰ τοῦ ἡλίου διαχέοντος τὸ

71 est autem, vt & maximi in fine sint. hoc enim pluribus commune est. 72 Nam quando confertim efflant, quod ex iis reliquum est, minus desinit. 73 Hæc igitur (vt superius dictũ est,) ventorum substantiæ aliquo modo sunt communia. sunt & propria, quæ singulorum naturam sequuntur, & sitũ, quorum alia tribuuntur locis, in quibus, & ad quæ flatus fiunt, alia principiis, à quibus oriũtur, nonnulla huiusmodi aliis. 74 maximè autem propria videntur esse, quæ in Cæcia, & fauonio conspicimus. Cæcias enim solus ad se nubes agit, quod & in prouerbio est. Sic ad se trahens velut Cæcias nubes. fauonius autem ventorum leuissimus est, & spirat vespere, & terram attingens, & frigidus, duobus tantùm anni temporib. vere, & autumno. alicubi verò & hyemalis est, quare & Poeta δυσαὴς, hoc est, grauiter spirantem appellauit. alicubi verò & moderatè flat & molliter, & ideò Philoxenus proprium ei spiritum ac flatum tribuit. fructus verò alios auget, alios omninò corrumpit. 75 atq; causa cæciæ est, quòd feratur naturâ circulari linea, cuius cauum in cælo est, nõ circa terram, quemadmodum aliorũ ventorum, propterea quod ex proximo loco spirat. trahit igitur ad sese nubes, qd flat ad suum principium, eò enim ferũtur illæ, quo flatus protenditur. 76 fauonius verò frigidus est, quod ab occasu spirat, à mari, & æquorum planicie, nec non verè, post hyemem, iam sole reuigente, rursusque autumno, quando nondum sol vigescit, ac pollet. Aquilone autem minus frigidus, quòd flat ab aqua, quæ in spiritum abit, non autem à niuibus. non enim quemadmodum in terra fit, materiam tenet, & cohibet, sed vagus est, quod in aquis expatiatur, quocirca & æquabilis. non enim spirat à montibus aut à niuibus tùm liquescentibus, sed facilè ac leniter, veluti per canalẽ effluit. loca enim, vnde Auster & Aquilo flant, montosa sunt, ad occasum verò nullus mõs, nulla terra est, sed Atlanticum pelagus, vt ab eo hac ratione in terram ferantur æquabiles. 77 spirat verò vespere propter locum. omnia enim flamina oriuntur cum sole, qui aut liquat humida, aut in vapores resoluit,

Digitized by Google

aut ortus principia cõministrat. Quando igitur sol eo accesserit, flatus oritur, qui noctu cessat, solis motu deficiente. [78] pellit etiam nubes maximas, quod à mari spirat, vt paulatim, & multo ante tempore congerere videatur. Hyemalis autem, & grauis est, & propter ea, quæ superius dicta sunt, & quoniam spirat post hyemem frigido adhuc aeris effluxu. deinde autumnalis talis non est, nisi hyemalem propter magnitudinem intelligimus. Nam continuis locis, vt & alii, magnus spirat. fortè etiam statuendum est, nõ eodem modo hybernum omnibus existere: nisi fortè nomen etiam variantes aliqui, appellationem indant, Thrasciamque vocent fauonium; & hic sane hyemalis est. verùm hæc accurata distinctione intuẽda sunt. cæterùm cum æquabilis spirat ac lenis, gratissimus mouetur, & agitur, vt ibi talis sit, iucundus etiam suauisq; sit. [79] verùm quòd fructus corrumpit, alios verò fouet, & auget, ea causa afferenda est, quæ afferri potest in vniuersum, communis omnium. auget enim, & nutrit, vbi æstiuo tempore spirat frigidus. perdit autem vbi calidus. & rursus hyeme, ac vere eadem ratio. Nam vbi frigidus, vastat, ac perimit, vbi calidus seruat, & auget, contrario temporibus anni spiritu. id quod accidit, quando à mari ortum habet. est enim illu i hyeme calidum æstate frigidum. [80] quocirca, & Auster aliquot locis talis est, vt Argis, & Aquilo alibi. quod igitur simpliciter & in commune afferri potest, illud in hunc modum attulimus. [81] quæ vero in singulis locis accidunt, ea, ab eorum situ, atque aliis accidentibus inspicere, & contemplari oportet. pene enim in his causis differentiam deprehendes. Nam in Italia Croton, & quæ huic vicina est, propter fauonium optimè agit, quod ad illas à mari spirat. alia verò quædam non item. Nam multæ etiam læduntur. Rursum in Creta Gortynæ salutaris est. posita enim est in planitie, & ad illam à mari flat. alteri verò vrbi noxius, ad quam è terra ac montibus irruit. [82] vastat etiam in maliaco sinu, & fruges annuas, & fructus arborum, & in Thessalia circa Pierum. [83] & vtriusque sanè loci & natura eadẽ, & i-

ὑγρὸν ἢ ἀτμίζοντος, γίνεται, ἢ συνεργῶντος εἰς τὴν ἀρχήν. ὅταν οὖν εἰς ὃν τόπον ἀφίκηται, καὶ ἡ πνοὴ καὶ τῆς νυκτὸς παύεται, ἅμα δὲ ἐλλείπειν τὴν τοῦ ἡλίου κίνησιν. [78] ἄγει δὲ καὶ νεφέλας μεγίστας, ὅτε ἂν πελάσῃ ὡς ἐγγύτατα καὶ ἔλαττον, ὥστε ἂν πολὺν συναγάγειν. χειμέριος δ' ἐστὶ καὶ δυσαής. ἅμα τε τὰ ὀψέτερα εἰρηκόσι, μετά τε ὃν χειμῶνα πνεῦσαι, ψυχροῦ ἐπὶ τοῦ ἀέρος ῥέοντος. ἔπειθ' ὁ μετοπωρινὸς οὐ τοιοῦτος, εἰ μὴ τῷ μεγέθει λαμβάνοντες. ὃ χειμέριον. καὶ γὰρ τοῖς συνεχέσι τόποις μέγας πνεῖ, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ λαπτέον ἴσως, ὅτι ὡς ὃ χειμέριον, τὸ πᾶσιν ὁμοίως. ἡ δὲ ὁμαλότης καὶ λειότης, ὅταν ᾖ, ποιεῖ τινα χαίρειν τὴν κίνησιν καὶ φορᾶν. ὥστε ὅπου τοιοῦτος, εὐπαθῆ καὶ ἡδύς, εἰ μὴ ἄρα καὶ [ἢ] τὸ μαλακώτερον ἐστιν, ἐμποιοῦντα τὴν τροφοσπορείαν, ὃν θερμοκήπιον ζέφυρον καλοῦντες. χειμέριος γὰρ ἐστί. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀπισκεπτέον. [79] ὅτι δ' τοὺς καρποὺς, τοὺς μὲν φθείρει, τοὺς δὲ θάλπει, καθόλου μὲν ἐκεῖνο ἀληθὲς εἰπεῖν· ὃ καὶ τὸν ἀνῶνα κοινὸν ὅτι θάλπει μὲν, ὅπου ψυχρὸς πνεῖ τὸ θέρος· ἀπόλλυσι δὲ, ὅπου θερμός. καὶ πάλιν τὸ χειμῶνος καὶ τὸ ἦρος ὁμοίως· ὅπου μὲν ψυχρὸς, ἀπόλλυσι· ὅπου δὲ θερμὸς, τρέφει καὶ σώζει, σταιτίαν τὴν ὥραν τὴν τοιαύτην ἔχων. τοῦτο δ' ἔστιν, ὅταν μὴ θαλάττης ᾖ. θερμὴ γὰρ αὕτη χειμῶνος καὶ τοῦ ἦρος ὁμοίως. [80] ὅπου μὲν ψυχρὸς, ἀπόλλυσι· ὅπου δὲ θερμὸς, τρέφει καὶ σώζει, σταιτίαν τὴν ὥραν τὴν τοιαύτην ἔχων. τοῦτο δ' ἔστιν, ὅταν μὴ θαλάττης ᾖ. θερμὴ γὰρ αὕτη χειμῶνος· θέρους δὲ, ψυχρά. [80] ἅμα τοῦτο ὃ καὶ ὁ νότος σταιτίαν τοιοῦτος, ὥσπερ καὶ ἐν Ἄργει. καὶ ὁ βορέας δὲ παρ' ἄλλοις. ὃ μὲν οὖν ἁπλῶς καὶ χειμὼν, ὥσπερ ἐλέχθη, τοῦτο. [81] τὰ δὲ καθ' ἕκαστους τόπους ἐκ τῆς θέσεως δεῖ καὶ τῶν ἄλλων τῶν συμβαινόντων διακόπτειν καὶ θεωρεῖν. μάλιστα γὰρ ἐνδέχεται ἐν ταύταις ταῖς αἰτίαις τὴν διαφορὰν. οἷον τὴν Ἰταλίαν, ἡ μὲν κρότωνα, καὶ ἡ ταύτῃ συνεχὴς, εὐθέως τῷ ζεφύρῳ, διὰ τὸ ἐκ θαλάττης προσπίπτειν. ἄλλη δέ τις, οὐκ ὁμοίως· ἔνιαι δὲ καὶ βλάπτονται. καὶ πάλιν τὴν κρήτης, ἡ μὲν γορτύνα τρέφει· κεῖται γὰρ εἰς ἀπεπλανημένη, καὶ προσβάλλει τὸ ἐκ τοῦ πελάγους. ἑτέρα δέ τις, ἀπόλλυται, προσιὼν ἐκ τῆς γῆς καὶ ὀρῶν τινῶν προσπίπτει. [82] φθείρει δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ μαλιακῷ κόλπῳ πόαν, καὶ τὰ ἐφέρπια, καὶ τὰ τῶν δένδρων, [καὶ] τὰ τῆς θετταλίας περὶ Πιερίαν. [83] ἀμφοτέρων δὲ τῶν τόπων ἡ αὐτὴ φύσις, καὶ τὰ περὶ-

Digitized by Google

περιέχονται ὅμοια. κεῖνται μὲν γὰρ ἄμφω πρὸς ἀνατολάς, περιέχονται δ' ὄρεσιν ὑψηλοῖς. ὁ μὲν, τῇ οἴτῃ καὶ τοῖς σωρεχέσι. ὁ δὲ νέων ζέφυρος ἀπὸ δυσμῶν ἰσημερινῶν, τῷ ἐπὶ τὸ ἥλιον θερμότητα πρὸς τοῖς ὄρεσιν. ἀνακλωμένην δ' ἀποπέμπει βύθις εἰς τὸ πεδίον καὶ ἀπέκαυσεν. ὁμοίως δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις εἴ τι ἐνδέχοιτο ἢ προσπλήσιον, τοῦτο συμβαίνειν δεῖ καὶ τοῖς ἐναντίοις ἀνάπαλιν. [84] ὅλως γὰρ ὃ πολλάκις λέγεται, τοῦτ' ἀληθές, ὅτι μέγα συμβάλλεται, δι' ὧν πνεῖ καὶ ὅθεν εἰς τε τἆλλα, καὶ εἰς θερμότητα καὶ εἰς ψυχρότητα. [85] Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ νότος ψυχρός, οὐχ ἧττον τοῦ βορέου κατὰ τὴν παροιμίαν, ὅτι [διὰ] ἀέρα κατεψυγμένον, ἐπὶ χειμῶνι ἀνάγκη τὴν ἀναπνοὴν τοιαύτην πίπτειν, οἷος δὴ ὁ ἀὴρ οὗτος καὶ βορέας. ὁ δὲ βορέας ὅτι ὄμβρον, οὐ φησι πάλιν ἡ παροιμία χειμῶνα ποιεῖν, διὰ τοῦτο αἰτίαν ποιεῖν. βρεχθεὶς γὰρ ὁ ἀὴρ, ψυχρός. ὡσαύτως δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ποταμῶν αὖραι, ὡς καὶ ἐλέχθη πρότερον. ἡ μὲν τούτων ἰδιότης ἔχει τι ἴδιον. [86] ὅτι δὲ τὰ πνεύματα τοῦ μὲν χειμῶνος, καὶ τοῦ ἑωθινοῦ ἀπὸ τῆς ἕω πνεῖ. τοῦ δὲ θέρους, καὶ τῆς δείλης, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, ἐκείνην τοῦ αἰτίαν ὑπολητέον. ὅταν ὁ ἥλιος ἕλκων, μηκέτι κρατεῖ [δυόμενος,] τότε ἀφίεται ὁ ἀὴρ [καὶ] εἰσδυόμενος, συνεκλύπτει νέφη, ἀφ' ὧν αἱ ζέφυροι. καὶ ὅσον ἂν ἐπαλάγῃ τοῖς ἐν τῷ [κάτω] ἡμισφαιρίῳ καθεστῶσιν, [ἑωθινὸν] πνεῦμα γίνεται. τοιαῦτα δ', ὅταν δύῃ ἐν τῷ κάτω μέρει, ζέφυροι μὲν ἐκείνοις ποιοῦσι· τοῖς δ' ἐνταῦθα, ἑωθινὸν πνεῦμα, ἀπὸ τοῦ συνεπομένου ἀέρος αὐτῷ. διὰ τοῦτο καὶ ἐαν λάβῃ πνέουσα ἄλλον ἄνεμον, μείζων γίνεται. δῆλον δὲ ποιεῖ ἐκ τοῦδε. ὡς γὰρ ὁ ζέφυρος ἀεὶ καὶ πόρρω πνεῖ τοῖς ἑσπερίοις, ὅταν τοῖς κάτω, ἐγγὺς τὸν ἡμέτερον ἕω· ἐκείνων δ' ἑσπέραν δηλαδὴ πνεύματα. ταῦτα μὲν οὖν τοῦδε τοῦ ὁμοιότητα παρ' ἑκατέροις, ἥτε τοῖς ἄκροις ἑκάστων πνοὴ, γίνεται μὲν ὡς ἐπὶ τὰ ὕδατα, καὶ τὰ δηλαδὴ συμβεβηκός. οὐ μὴν δι' ἀκρίβειαν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἕωθεν δ' ὥσπερ δηλονότι τοῦ ἁλαμυρῶν, καὶ ἐπὶ χειμῶνος πνεῖν. αἴτιον, ὅτι θερμὰ τὰ κάτω τοῦ ἡλίου παρόντος. ὥστε γίνεται πολλὴ ἀτμὶς

& idē situs; ambo enim ad orientē sunt positi, & alteri montibus circumdantur. alter enim monte Oeta, contrariisque aliis montibus, alter verò Piero; vt fauonius ab æquinoctiali occasu spirans, solis calorem reflexum à montibus deferat ad plana, & ita comburere videatur. Similiter, & in aliis locis, quibus aut idem, aut simile aliquid euenit. Contrà verò in iis, qui contrà se habent. [84] in vniuersum quod sæpe diximus verum est, maximum habere momentum loca, per quæ flatus fiunt, tùm ad alia, tùm ad frigus, atq; calorem. [85] Nam propterea & Auster non minus Aquilone gelidus (vt in prouerbio est) quod per aera frigefactum & humidum ab hyeme talem fieri flatum necesse est, qualis, & ipse aer est. & Aquilo qui post lutum spirat, quem dicit prouerbium hyemem facere, hac de causa videtur facere. aer enim post pluuiam frigidus est, quemadmodum & fluuiorum auræ, quod initio dicebamus. horum igitur flatuum proprietas rationes aliquas habet consentaneas. [86] Verùm cur venti hyeme matutino, & ab ortu spirent, æstate vespere, & ab occasu, illa ratio censenda est, quod cùm sol aerem attractum non superet, effluit. relictus ille. sol autem occidēs nubes relinquit, vnde fauonii oriuntur ab aere vero, quem secum sol traxerit, iis, qui inferius Hemisphæriam habitant matutinus flatus fit. è contrario sol ad eos accedens fauonios excitat, apud nos, matutinos ventos, ab aere scilicet, quem secum trahit. vt etiam hac de causa si flantem alium ventum offenderit, maiorem efficiat, quòd scilicet illius materiam augeat. & quemadmodum fauonius flat semper, & à longe occidentalibus, ita inferiora habitantibus ad ortum nostrum, illorum autem occasum alii venti. Hæc igitur vtrobique locorum similitudine fiunt. atque flatus in extrema Hemisphærii parte fit ex euentu ille quidem, vt & pluuiæ, & alia huiusce generis, quæ vt plurimum accidunt, non exquisitiori necessitate, quod vero mane communiter, & ordinate flatus accidant, ea causa est, quod inferiora loca ob solis præsentiam calida sunt, & multum exhalant vaporis,

Digitized by Google

flarentque vtique multi, si non impedirent Eteſiæ. Nunc autem ii videntur impedire. [87] Aquilones nocturni triduo deſinunt, vnde & prouerbium eſt: tertia lux nunquam nocturno Aquilone laborat. quod imbecilli ſunt flatus, qui noctu à ſeptentrione ſpirent. parum enim aeris eſſe aquilone ibi ſpirante vel inde manifeſtum eſt, quod exiguus etiam ſit calor, exiguus autem hic parùm excitat. & ſanè exigui flatus omnes tribus diebus terminantur, minimi autem intra triduum. [88] ſed quod non idem, & in Auſtro nocturno contingat cauſa eſt, quod Auſtrali parti propinquus ſol eſt, & tepidiores ibi noctes, quam dies in ſeptentrionalibus regionibus. nec minor eſt noctu moti aeris copia, quàm & interdiu. ſed quo calidiores ſunt dies, flatus impediunt, quod humor à calore abſumatur. [89] fortè & illud in cauſa eſt, quod Aquilo confertim irruit procellarum inſtar, eorum autem, quæ confertim irruunt, celer eſt exitus. contrà quæ debiliori principio oriuntur, continuè etiam augeſcunt. plurimum poſt pruinã, & niuem Auſter vehemens, vnde & prouerbium, ſpirat Auſter poſt pruinam, quod dum coctio quædam, atq; ſecretio fiat, alteruter ſpiritus concidit, coctionem autem & ſecretionem ſequitur contrarii flatus mutatio. eſt autem Aquiloni contrarius Auſter. hinc accidit, vt poſt imbres, & grandines, & huiuſmodi tẽpeſtates venti concidant, hæc enim omnia huiuſce generis ſecretiones quædã, atq; concretiones ſunt. atq; cum prolocorũ, & regionũ ſitu fiat, vt alii venti nubila, alii ſerenitatẽ inuehant, docẽt prouerbia, quæ dicũtur de locis quibuſdã certis accipere. tale eſt, q̃ de Argeſte, & Aphrico dicitur. vehemens .n. maximè Aphricus in Cnido, ac Rhodo, celerq; ſerenitatẽ, celerq; importat & nubila. Argeſtem vero omnis ferè conſequitur nebula. iis enim locis perquàm celeriter auctor eſt Aphricus, à tali quidem ortus principio. Argeſtes vero cælum obtegit nubibus. [90] eſt & quibuſdã locis ordo quidam, ac viciſſitudo ventorũ, vt alteri ſequãtur alteros, ſi aliquãdiu permãſerint. [91] id quod abſurdum fortè nõ fuerit, quãdo ventorũ circumſtantia aut in contrarios, aut in illos, qui maxi-

ἔστιεον δ' αὖ πολλοὶ μὴ κωλυόμενοι τοῖς ἐτησίαις· νῦν δ' οὗτοι διακωλύουσιν. [87] οἱ δὲ νηλεεῖνοι βορέαι, τελευταῖοι πίπτουσιν. ὅθεν ἡ παροιμία λέγεται, ὡς οὐ ποτε νυκτερινὸς βορέας, τρίτον ἴκετο φέγγος: διότι ἀσθενῆ τὰ πνεύματα γίνεται τὰ ἀπὸ τῆς ἄρκτου νύκτωρ ἀρξάμενα. φανερὸν γὰρ ὡς [οὐ] πολὺς ὁ κινηθεὶς ἀὴρ, ὅταν τοιαύτη πνέῃ, τῆς θερμότητος ὀλίγης οὔσης. ὀλίγον γὰρ ὀλίγη κινεῖ. τελευτᾷ δὲ πάντα ἐν τρισὶ· καὶ τὰ ἐλάχιστα δ' ἐν τῇ τρίτῃ τελεῖ. [88] ὅτι δ' οὐκ αὐτὸ τοῦτο συμβαίνει ἐν τῷ νότῳ νυκτερινῷ πνεύσαντος, αἴτιον ὅτι ἐγγὺς ὁ ἥλιος ἐστὶ τῆς πρὸς νότον χώρας, καὶ ἀλεεινότεραι αἱ νύκτες ἐκεῖ [ἢ] πρὸς ἄρκτον αἱ ἡμέραι· καὶ ὁ κινούμενος ἀὴρ, ὀλίγον ἐλάττων ἢ ὥστε ἡμέραν. ἀλλ' ὅσῳ θερμότεραι αἱ ἡμέραι, κωλύουσι μᾶλλον [αἱ] ξηραίνουσαι τὰς ὑγρότητας. [89] τάχα δ' ἴσως καὶ τοῦτο βορέᾳ [αἴτιον·] ὅτι ἀθρόως ἡ ἔγχυσις ὥσπερ τῶν σκιεφίων † ταχεῖα δ' ἡ παῦλα τῶν ἀθρόων· ἀσθενὴς [δ'] ἀρχῆς ὁ μεγεθος. ἀεὶ δ' ὡς ἐπίπαν λάβρος [ὁ νότος,] μετὰ δὲ χιόνα καὶ πάχνην. ὅταν καὶ ἡ παροιμία, φιλεῖ νότος μετὰ πάχνην οὐκ πέψεως πιὸς γλυκείας καὶ ἀποκαθάρσεως, ἑκάτερόν τι πίπτει. μετὰ δὲ τὴν πέψιν καὶ τὴν ἀποκάθαρσιν εἰς τἀναντίον ἡ μεταβολή. βορέᾳ γὰρ ἐναντίος ὁ νότος, διὰ ταῦτα καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὴν χάλαζαν καὶ τὰς τοιαύτας πνοὰς [χειμῶνας] ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πίπτει τὰ πνεύματα. πολλαὶ δὲ ταῦται καὶ τοιαῦται, πέψεις καὶ ἀποκαθάρσεις εἰσὶν· ἐπεὶ δὲ τοῖς τοιαῖς χώραις ἑκάστοις καὶ τοῖς τόποις ὑπάρχει καὶ αὐθεία, διὰ τοῦτο καὶ [τὰ] τῶν παροιμίᾳ λεγομένων τοῖς πνοὰς τόποις εἰσὶν, ὥσπερ τοῦ ἀργέστου καὶ λιβός· ἰσχυρὸς γὰρ μάλιστα περὶ κνίδον καὶ ῥόδον λιψ αὔρεμος. ταχὺ δὲ νεφέλας, ταχὺ δὲ αὐθείαν ποιεῖ. ἀργέστης δὲ ἀνέμων πᾶσα ἔπεται νεφέλη. περὶ γὰρ τοὺς τόπους τούτους, ὅ τε λιψ ἀμφότερα ταχέως ποιεῖ, πρώτων ἀπὸ τοιαύτης ἀρχῆς. ὁ δ' ἀργέστης ταχὺ δασύνει τὸ πέλαγος. [90] ἐστι δὲ καθάπερ τάξις τις ὅτι τὰ πνεύματα, ὥστε θατέρου μὴ θατέρου πνεύσαντος, ἐὰν μὴ πνεύσῃ χρόνον. [91] τάχα δ' ἴσως ὅλον ἄλογον τὸ γελοιῶδες, εἰ ὥσπερ ἡ πειθὼ ἀεὶ τὰ ἀνέμφορα τοὺς ἐφεξῆς, πάν-

Digitized by Google

ξῆς, πάλιν μεταβάλλειν εἰς τὰς ἐναντίας. δύο γὰρ οὖσι τρόποι μεταλλαγῆς, εἴωθε ἴσα ἢ ὑφ' ὧν ἐκπνεῖ παυομένων τελέως· ὧν ὁ μὲν κατὰ περίστασιν, ὅταν ῥέῃ τις εἰς τὰς ἐφεξῆς (ἐγγυτάτω γὰρ αὕτη μεταβασις, ἐὰν ᾖ καὶ ἀεὶ πολλαχοῦ ὅτι τοῦ αὐτοῦ, ὅταν ὑπὸ χειμῶνος ὁ Δεκελιάτης ᾖ) [91] ὁ δὲ κατὰ τὸν μεταβολὴν, εἰς τὰς ἐναντίας· καὶ ὅλως οὕτω πέφυκεν ὅτι πνεύντων καὶ ὅτι τούτων ἡ ἀναπόδοσις, καὶ οἷον ἡ ἀντίῤῥοια, κατὰ λόγον. ὥσπερ καὶ [ὠθεῖ] τὰς ἀπαγαίας ὑπαρχὴ πρὸς τὰς ἐσπαίας. αὕτη δὲ πολλαχοῦ καθάπερ ἐφήμερος ὅτι τάξις τοῦ μεταβολῆς." [93] ἐναχοῦ δ' ὑποστατὸν οὐκ ἀντιπνέον, ἀλλ' ἕτερόν τι πνεῦμα πελάγιον, ὥσπερ καὶ ὠθεῖ ὃν παμφυλικὸν καλοῦσιν. ἔωθεν μὲν γὰρ δύεις καταγόμενος ἀπὸ τοῦ Ποντομοῦ τοῦ Ἰδήρου πνεῖ μέγας καὶ πολύς. ἐπιπνεῖ δ' αὐτῷ νότος καὶ εὖρος· ὅταν δὲ αἰτιῶνται ἀλλήλοις, κύματος τε μέγεθος αἴρεται, συνεχὴς μὲν ὁ θαλάττης, καὶ ὀρυκτῆρες πολλοὶ πίπτουσιν, ὑφ' ὧν καὶ τὰ πλοῖα ἀπόλλυνται. [94] ὅταν γὰρ ὅλον ὅπως τοιαύτη σύγχυσις γένηται τῶν αἰέρων, καὶ κυμάτων μέγεθος αἴρηται, καὶ χειμὼν γίνηται πολύς. ὥσπερ ὅταν ἀντιπνεόντων ἀλλήλοις, μάχεσθαι φῶσι τοὺς ἀέρας." [95] ἐπεὶ καὶκεῖνο κατὰ λόγον ἐστὶν, ὅταν ὑπεναντίωσιν ἀλλήλοις, μήπω τελέως ἐκπεπνευκόσι ὃν χειμῶνα ποιοῦν. οὐ γὰρ ὕλῃ παρέθηκε θάτερος θατέρῳ, μᾶλλον δὲ τοῦτο ἐμφανὲς ὅτι τοῦ βορέου. χειμερώτερος γὰρ οὗτος, καὶ λίθου τρόπου προσενεχθεὶς ἔπηξεν ὕλην. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ νότος ἐξύγρανε καὶ ὑδατώδη ἐποίησεν. [96] ἐναχοῦ δὲ καὶ λίθους νιφετοὺς δοκοῦσι ποιοῦν. ὥσπερ καὶ ὠθεῖ ὃν πόντον καὶ ὃν ἑλλήσποντον ὅταν ὁ βορέας οὕτω γένηται ψυχρὸς, ὥστε πῆξαι κατέχειν. ὑμῖν, ἀλλά γε καὶ πλοῦν διέπηξεν εἰς ὕδωρ διέλυσεν. καὶ αὖται μὲν αἱ χειμεριναί τινες ἀντιπνοιαι καὶ αἰτιῶνται. [97] αἱ δὲ ἐπ' Ὠρίωνος ἀναπολῇ καὶ δύσει τῶν πνευμάτων ἀκρασίαι συμβαίνουσιν, ὅτι μεταβολαῖς ἀεὶ πολὺ μάλιστα πέφυκεν ἀοριστοῦν. [98] ὁ δὲ Ὠρίων ἀνατέλλει μὲν ἐν ἀρχῇ ὀπώρας, δύει δὲ ἐν ἀρχῇ χειμῶνος." [99] ὥστε λογὸν τὸ μήπω καθεστάναι μηδεμίαν ὥραν τῆς μὲν χειμερίας, τῆς δὲ θερινῆς,

proximi sint, mutari soleat. Duo enim hi sunt mutationes modi, aut iam vigentibus, aut à flatu desinentibus ventis, quorum alter circumactione quadam ad proximos transitus est (viciniſſimusque est hic transitus, in quo sæpe ad eadem loca fit conuersio, cùm hyeme interminatus status sit) alter autem ad contrarios mutatio est. [92] Nam in vniuersum ita naturâ datum est, vt ratione quadam reciprocatio, & veluti refluxio in his omnibus fieri videatur, quod & terrenæ patiuntur auræ ad conuersiuos illos, quos τροπὰς græcè dicunt, est enim hæc veluti quotidiana mutationis viciſſitudo. [93] quamquam nonnunquam conuersiuus flatus non est, qui contrà spirat, sed ventus alius è pelago veniens, vt & in Pamphilico sinu accidit. Nam manè ab Idero fluuio spirat Dyris ita vocatus multus, & vehemens, incidit verò in hunc Auster & Eurus, qui cùm inter se obluctentur, fluctuum magna vis attollitur agitato mari, & præsteres multi iaciuntur, à quibus nauigia pereunt. [94] nam in vniuersum vbi talis euenit ventorum concursantium pugna, & maris tempestas oboritur, & aspera consequitur hyems, nihilo sanè secius, quàm cum ventos pugnare ferunt aduersis inter sese flatibus. [95] quandoquidem & illud consentaneum est, vt quando viciſſim alii in alios incidant, qui nondum spirare destiterint, tempestas accidat: alter enim alteri veluti materiam præstat, id quod magis est in Aquilone conspicuum, quippe qui & hybernior est, & confestim cogit materiam. nam & Auster simili ratione humectat, & pluuias infert. [96] alicubi etiam niues, vt in Ponto, & in Hellesponto, cùm adeò frigidus sit Aquilo, vt & concreto persistat aere. Auster autem plus congelet, quàm dissoluat. atque hi sunt hyemales ex aduerso spirantes flatus, retortiq; atq; repulsi. [97] ventorum autem inconstantiæ sub ortum, & occasum Orionis propterea contingunt, quòd in mutationibus incõstãtiæ fieri soleãt; Nã in mutationib. sẽper omnia maximè varia & incerta sũt. [98] Oritur Oriõ initio eĩ⁹ æstatis partis, quę ὀπώρα dicitur, occidit autẽ sub principiũ hyemis. [99] vt ideo, & vẽtii incerti, & incõstãtes sint, quod nondũ certũ, cõstitutũq; sit anni tempus

altero ſcilicet deſinente, & ineunte altero, quod anceps, & non vnius naturę vtrunque ſit. & quidem difficilem eſſe Orionem, & dum oritur, & dum occidit, rectè affirmant, quod anni tempus terminatum, ac certum non eſt. turbulentũ.n. & inæquabile ſit oportet.[100] atque hæc quidẽ, & quæcunq; alia huius generis in aere ac cœlo eueniunt, ita explicata ſint.[101] Deinceps ſunt, quæ ad noſtrũm corporum pertinent affectiones. Nã grauius ac difficilius ſpirãte Auſtro ſe habent homines. Verùm illa cauſa eſt, quod liquatus humor multus fit à tepore Auſtri, qui prius erat perexiguus, & ex leui ſpiritu grauis humiditas. ad hæc vis, & facultas noſtra in articulis poſita eſt, hi autem ſoluuntur ab Auſtro. Viſcidum enim illud, quod in articulis eſt, ſi congeletur, motum impedit: ſi nimium humeſcat, tenſionem membri.[102] Rurſus Auſtri ſine pluuia ſi ſicci ſpirẽt, febres faciunt, quod humorẽ extraneũ calidũ inducunt in corpora. calidi enim & humidi naturâ ſunt, hæc vero affectio febriculoſa. quippe febris ex ambarũ harum qualitatũ fit exceſſu. & tamẽ ſi cũ pluuia ſpirẽt, habitum refrigerant, & attemperant.[103] eodẽ modo ſe habẽt & alia corpora, quæ talia ſunt, vt in iis alterutrũ contingat fieri. plura.n. hęc ſunt, & in pluribus, quorum omnium hæ aut ſimiles afferendæ ſunt cauſæ. Similis & in fructib. atq; aliis huiuſmodi ratio. omnia.n. ad humorẽ, & diſſolutionẽ, & ad ſiccitatem, & conſtitutionem, & quæcunque alia ab vtraque harum qualitatum ſerie perueniunt, referentur.[104] Eadẽ ratio in iis, quæ anima & vitâ carent, vt chordæ ſi rumpantur arefactæ, & illa, quæ glutino ferruminata ſunt ſi crepẽt, & diſſiliãt. & alia, quę humectata, & diſſoluta ſoluũtur, q̃ euenit & in ipſo ferro elaborãdo: pl⁹.n. aiunt auſtrali tẽpore duci, quàm Aquilonari, q̃ arefacit Aquilo, & indurat, Auſter humectat, & ſoluit. quidquid autẽ reſolutum eſt, facilius tractatur quàm durũ. & ſanè dũ ſpirat Aquilo homines & melius, & validius habent. ſimpliciter autem talia manifeſtas habent cauſas, tanquam ab vno principio proportione ducta ad reliqua. illud vero non ſine dubitatione eſt, quod vtrinque communiter euenit, vt ſi Aquilo non affe-

ἀνάγκη καὶ τὰ σπλάγχνα ἀκαλάτακτα καὶ ἀκίνητα εἶναι. Ἀλλὰ δὴ ἐπαμφοτερίζειν τὰ ἐξ ἑκατέρας· καὶ χαλεπὸς δὲ λέγεται, καὶ δυσὶν καὶ ἀπὸ τελλόντοιν εἶναι. Ἀλλὰ τὴν ἀοριστίαν τῆς ὥρας. ἀνάγκη γὰρ ταραχώδη καὶ δυσμαλῆ εἶναι. [100] καὶ ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα περὶ ὃν ἀέρα καὶ ὃν ὅλον οὐρανόν, συμβαίνει. [101] πάθη † εἰς τὰς ἡμετέρας διαθέσεις, οἷον βαρύτερον τοῖς νοτίοις· ἔχουσιν αἴθρωποι καὶ ἀδυνατώτερον. αἴτιον δ' ὅτι ἐξ [ὀλίγου] πολὺ ὑγρὸν γίνεται, καὶ αὐτὴ κάτω σπλάγχνα βαρέα ὑγρότης. ἔτι δὲ ἡ μὲν ἰσχὺς καὶ δύναμις σὺν τοῖς ἄνθεσιν ἐστί. ταῦτα δὲ λύεται ὑπὸ τοῦ νοτίου. ὃ γὰρ γλίσχρον, σὺν τοῖς ἄρθροις πεπηγὸς, χαλᾷ καὶ διαχεῖ ἡμᾶς. ὑγρὸν γὰρ λίαν ὂν, συμπλέκεται. τὰ δὲ μόρια θᾶττον πρὸς συμμετρίαν, ὥστε καὶ ἰσχύειν καὶ σωτηρίαν. [102] καὶ πάλιν ξηροὶ καὶ μὴ ὑδατώδεις ὄντες, πυρετώδεις· ὑγρότητα γὰρ σύμφυτον τοῖς σώμασι θερμὴν ἀλλοτρίαν ἐμποιοῦσι, θερμοὶ φύσει καὶ ὑγροὶ ὄντες. ἡ δὲ τοιαύτη διάθεσις, πυρετώδης. ὁ γὰρ πυρετὸς ἐξ ἀμφοῖν τούτοιν ὑπερβολῆς ἐστίν. ὅταν [ὑ]δατά τινα πέσωσι, τὸ ὕδωρ καταψύχει τὴν ἕξιν. [103] ὃν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὅσα ἄλλα τοῦ σώματος ἐστὶ τοιαῦτα ἕξης ὥστε καὶ ἑκάτερον συμβαίνει γίνεσθαι. πλείω γάρ ἐστι τοιαῦτα, καὶ οὐ πλείοσιν. ὧν ἀπόντων αἱ αὐταὶ καὶ τούτων πλησιαίτιαι· καὶ τῶν καρπῶν δὴ καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὁμοίως. ἄπαντα γὰρ εἰς τὴν ὑγρότητα καὶ διάλυσιν καὶ τὴν πυκνότητα καὶ σύστασιν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς συστοιχίας ἑκατέρας, ἀναφέρεται. [104] καὶ ὅτι τὰ ἄψυχα δὴ ὡσαύτως. οἷ αἵτε ῥηγνύμεναι χορδαί, καὶ οἱ φόφοι τῶν κεκολλημένων, καὶ ὅσα ἄλλα συμβαίνει διϊσταμένων καὶ λυομένων, πρὸς τὸ ῥᾴδιον κατεργασίας. πλείω γάρ φασιν ἐλαύνειν τοῖς νοτείοις ἢ βορείοις. αἴτιον δή, ὅτι τὰ μὲν βόρεα ξηραίνει καὶ πληροῖ. τὰ δὲ νότεα αὐγραίνει καὶ διαχεῖ. πᾶν δὲ ἀργότερον, ἂν μὴ κεχυμένον ἢ ὑποπλήρωμον. ἅμα δὲ καὶ μᾶλλον ἰσχύουσι καὶ σωματωτέρως τοῖς βορείοις. ἁπλῶς δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα μέθοδον ἐμφαίνει ἔχειν τὰς αἰτίας. οἷον ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἀπάντων ἔχοντα τὸ ἑφεξῆς. ἐκεῖνο δὲ τὸ ἀπορεῖν καὶ ζητεῖσθαι μᾶλλον γίνεται, καθ' ἑκάτερον ὅτι, οἷον, εἰ μὴ σκλη-

μὴ σκληρότης, μὴ ξηρότης, μὴ δὲ πυκνότης τοῖς βορείοις, ἀλλὰ τἀναντία. καὶ τῶν νότου δ' ὡσαύτως. τὸ μὲν γὰρ ἄλογον αἰτίαν ζητεῖ. τὸ δ' ὕλογον, καὶ αὐτὸ αἰτίας. [105] συλλαμβάνουσι γὰρ αὐτοῖς. δύνασθαι γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλιπές. [106] ὅτι δὲ ψυχροί ὄντες οἱ ἄνεμοι, ξηραίνουσι, καὶ θᾶττον [ἢ] ὁ ἥλιος θερμὸς ὤν, καὶ μάλιστα οἱ ψυχρότατοι, τοῦτο ὑπολειπτέον τῷ αἰτίαν. ὅτι ἀτμίδα ποιοῦσι, καὶ τοῦτο ἀπάγουσι, καὶ οἱ ψυχρότεροι μᾶλλον. ὁ δ' ἥλιος καταλείπει. † [107] Διὰ τί ποτε λέγεται, μή [ποτ'] ἀπ' ἠπείρου δεῖσης νέφος, ὡς ἀπὸ πόντου χειμῶνος· ἥρεος δὲ αὖ ἠπείροιο μελαίνης. ἢ διότι τοῦ μὲν χειμῶνος ἡ θάλαττα θερμοτέρα. ὥστε εἴ τις σηψείη, δῆλον ὅτι ἀπ' ἀρχῆς σηψείησεν ἰσχυρᾶς. ἐλύθη γὰρ ἂν τῷ ἀεί, διὰ δὲ ἀλεεινὸν εἶ) ὂν τόπον· τοῦ τε ἦρος ἡ μὲν θάλαττα ψυχρά, καὶ τὰ πόντια πνεύματα. ἡ δὲ γῆ, θερμή· ὥστε δῆλον ἀπὸ τῆς γῆς σηψείη. διελύθη γὰρ ἂν εἰ ἀσθενὴς ἦν. [108] Τὸ δὲ μὴ πνεῖν νότον λαμπρὸν ἐν αἰγύπτῳ, μὴ δ' ἡμέρας δρόμον ἀπέχοντι καὶ νυκτὸς, ψεῦδος. δασείαν γὰρ ὂν οὐρανὸν μάλιστα βορέαν καὶ ἀργέστην. ὂν δὲ νέφη μὴ φέρειν. τὸν δὲ ἕωθεν, ὑπανέφη καὶ δασείαν, ἄχρις ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχει. οὐχ ὕψη δὲ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὅπου προσκαθίσωσι τὰ νέφη. νότον δὲ καὶ εὖρον, καὶ ὅσα ἀπὸ μεσημβρείας, ἄρχεσθαι μὲν ἀπ' ἀνατολῶν, συμπροσαγαγεῖν δὲ τὸν ἥλιον. βορέαν δὲ καὶ ἀργέστην ἀνάπαλιν, ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολάς. ἐν σικελίᾳ καικίαν δ' οὐ καλοῦσιν, ἀλλ' ἀπηλιώτην. δοκεῖ δ' οὐχ ὁ αὐτὸς εἶναι τισιν, ἀλλὰ διαφέρειν. ὅτι ὁ μὲν, δασείᾳ τὸν ὑγρὸν, ὁ δ' οὐ † παρρησίας δὲ † οἱ μὲν οὖν ὀλυμπίαν, οἱ δὲ σκίρωνα καλοῦσιν· οἱ περὶ σικελίαν, δερκίαν· τὸν ἀπηλιώτην δὲ ἑλλησποντίαν, καρβᾶν δὲ φοίνικες, βερεκυνθίαν † δὲ ἐν τῷ πόντῳ.

afferat ſiccitatem, duritiem, denſitatem, ſed contraria, quæ Auſtri propria ſint, quod enim ſine ratione videtur fieri, cauſæ explicationem poſtulat, qua non eget illud, quod ratione fit. [105] venti verò ipſi ſeſe ſimul adiuuant, poſſunt enim addere, quod deficit. [106] quod autem venti licet frigidi ſint, exſiccant tamen, & citius, quam ſol natura feruidus, maximè autem, qui frigidiſſimi ſunt, eam eſſe cauſam putandum eſt, quòd vaporem faciunt, & eleuant, & eo magis quò frigidiores. Sol autem reſoluit ac diſſipat. [107] cur autem dici ſolet.

Neue hyeme ex terra nubem, ſed ab æquore vaſto
Hanc timeas, æſtate atrâ tellure timeto.

An quòd hyeme calidius eſt mare, vt ſiquid in eo conſtiterit, à forti cauſa conſtitiſſe oporteat, quod tamen ob loci calorem, ſi validum alioquin non eſſet, diſſolueretur. æſtate verò mare frigidũ eſt, & venti, qui à mari ſpirant; terra vero calida, vt ſi quid ab ea feratur, à forti cauſa proficiſci neceſſe ſit, quippe ſolueretur, ſi fuiſſet debile. [108] Sanè falſum eſt non flare in Ægypto vehementem Auſtrum citra diei ac noctis itineris ſpacium, Aquilonemque, & Argeſtem cœlum maximè denſare nubibus, Auſtrum vero ſerenum eſſe; at illos, manè nubes inducere donec ſol oriatur, non cadere vero imbrem quod non habeant nubes, vbi conſiſtant. præterea Auſtrum, & Eurum, & alios meridionales ventos ab ortu quidem exoriri, & ſolem ipſum comitari. contrà vero Argeſtem, & Aquilonem ad ortum ab occidente ſpirare. porro in Sicilia Cæciam Apeliotem nominant, quamquàm non idem aliquibus videatur, quod ille cœlum tegat nubibus, hic non item. Argeſtem autem alii Olympium, alii Scironem nominant, Derciam Siculi, Apeliotem Helleſpontium, Phœnices Carban; in ponto Berecynthium.

Digitized by Google

FEDERICO PENDASIO
BONONIÆ PRIMO PHILOSOPHIÆ
PROFESSORI VIRO DOCTISS.

IN omni philosophandi genere, illud vnum FEDERICE Pendasi maxime desiderare soleo, atque etiam admirari, quod vt agendis rebus prudentiæ videtur proprium, ita intelligendis, & explanandis iudicium appellatur. Nam multa veterum philosophorum scripta legere, quæ hinc inde disceptationibus obscura sunt, multorum opiniones in perplexissimis locis agnoscere, tum demum videtur expedire, cum iudicio adhibito potest quis, & vera à falsis, & probabilibus internoscere, & rectas opiniones amplexari. non enim ignoras esse præsertim in Aristotelis philosophia viros illos quidem non ineruditos, qui cum locos omnes illius scriptionum penè excusserint, infeliciter tamen luserint operam, quod sine optimo exactoque iudicio ad illa studia incubuerint. Quamobrem nullum ego ingenium probandum existimo, etsi acutum sit, & εὐφυὲς, nisi iudicio sit munitum accuratò, quod si qua in arte, aut scientia, certe in sapientiæ studiis optimum esse debet, & exactissimum. difficilimum id inuenies, at ex veteri prouerbio δύσκολα τὰ καλὰ, & ita de iudicio scriptum reliquit vetustissimus, & diuinus Auctor Hippocrates, & illa demum laudanda sunt, quæ non vbique facile sunt obuia. & tamen aut ego maximè fallor aut exactum illud tum in omni disciplinæ genere, tum præsertim in philosophia iudicium in te vno olim admiratus sum, & quoties memoria recolo (recolo autem sæpissime) nunquam admirari desino. Cum enim te Patauii audirem Aristotelis de naturà libros explicantem, illa videbar audire, quæ nunquam aliàs aut ab aliis animaduersa, aut etiam intellecta sunt. in via, ac ratione docendi, quæ Methodus appellatur, nullum tuo verius, nullum exquisitius iudicium. In obscuris dictionibus philosophi pensitatis græcorum interpretum, qui in hoc genere solent esse diligentiores, declarationib. quod à te definitum est, illud sine dubio nemo non sanus amplectatur, & teneat. at in disputationibus, & controuersiis, quæ vel doctissimos viros hæsitare faciunt, quæque propterea in causa sunt, vt imbecilla quædam ingenia nugacem arguant, & vanam Philosophiam, non ille es tu, qui probabilibus quibusdam Argumentis, aut tuam confirmes sententiam, aut illos, qui non idem sentiunt, confutes, atque redarguas. ex ipso naturæ penu, cuius promus condus videtur vir diuini ingenii Aristoteles extitisse, reconditas affers, inauditasque sententias, pauciſque definis, & explicas, quæ multi, quos vulgus admiratur, innumeris controuersiis cum declarare se putent, obscurare videntur, atque confundere. iam vero quantus es in diiudicandis veterum philosophorum, & Aristotelis præsertim germanis operibus? quo laudis genere multi olim grauissimi Peripatetici floruerunt. quid de oratione tua dicam non fucata illa quidem, aut forensi, & oratoria, sed graui, & philosophia vere digna, in qua non ornamenta sunt à Rhetorum officinis accersita, sed è naturæ thesauris hausta: sunt autem hæc præsertim sermonis puritas, atque proprietas. Quamobrem adeò videris tu veterum peripateticorum gloriam vnus adæquasse, vt felicissimi meritò debeant existimari, quibus datum est, vt te præceptore vsi fuerint aliquando. & profectò hoc ego felicitatis genere maxime glorior, quod etsi non diutius, aliquandiu tamen mihi contigit tuo esse auditori, à quo cum multas habuerim priuatim acceptas præceptiones de studiorum meorum ratione, ita illas seruasse videor, vt etiam profeciſse mihi persuadeam. Quãobrem cum post multas vigilias, laboresque, quos in Medicorum, philosophorumque libros posui, illa, quæ à me fuerunt elucubrata velim cum studiosis communicare, quorum vtilitati maximè studui, non potui non ex iis aliqua tibi offerre, ac dedicare, si velim ab omnibus non ingratissimus existimari. Sunt hæc Commentarii, & emendationes in Theophrasti librum de Ventis, quem nuper in Latinum conuertimus vnà cum aliis eius opusculis. continet verò liber hic (vt optime nosti) particulares quæstiones de Ventis, quas in Meteoris non explicauit magnus ille philosophus, quod commodius separato opere illas declaraturum se cogitarit, Aristotelis exemplum imitatus, qui quæcunque ad affectus ventorum pertinent, in Meteorologicis libris non ex-

non explicata, in problematum ſectionibus declarare voluit. librum autem hunc non ſemel adducit, & Alexander Aphrodiſiæus, & Olympiodorus Alexandrinus in Commentariis in Meteor. Iacuit ille neglectus hactenus, quod ita ſcateret mendis, ac maculis, vt Augiæ ſtabulum purgare velle videretur, qui ſuam in illo operam poneret. neque ego plus aliis potuiſſe mihi perſuadeo, vt propterea hunc librum lacerum, & mutilum aggrederer. ſed vicerunt me, & iuuandi ſtudioſos deſiderium, & magna in Theophraſtum pietas, cuius cum temporum iniuria elegantiſſimi, doctiſſimique libri perierint, quos conſcripſit de Natura, de Deo, de moribus, de Rep. de poetica, de ſtudio dicendi, poſtremo de variis omnium diſciplinarum argumentis, magnum me operæprecium facturum exiſtimaui, ſi hæc opuſcula tanquam tabulas ex naufragio reſtituta, latina, & emendatiora publicarem, & ſtudioſos philoſophiæ & illum philoſophum demerendo, qui poſt magiſtrum illum eximium Ariſtotelem in Lycæo præclarè docuit, ex cuius libris ita profecerunt peripatetici, qui Ariſtotelis libris diutius caruerunt, vt nihil amiſerint ex priſcis illis diuini philoſophi præceptis, ac placitis. Hunc igitur librum ita velim accipias, vt ſi iudicio tuo ſatisfaciant, quæ in illum commentatus ſum, permittas in vulgus edi; nam ſi non placuerint, non recuſo, quin ita de libro ſtatuas, vt è re eius, exiſtimationiſque meæ viſum fuerit. quod ſi in lucem edetur, tuum fuerit & me à malevolorum tueri calumniis, & auctoritate tua facere, vt ille in ſtudioſorum verſetur manibus. Interea vt ego neq; locorum, neque temporis interuallo vnquam impedior, quin tui ſemper non meminerim, ſic tu ne graueris memor eſſe mei, qui te mirifice colo, ac diligo. Vale. Rhethymna à Creta Anno M. D. XCI.

IN LIBRVM THEOPHRASTI DE VENTIS COMMENTARII, ET EMENDATIONES DANIELIS FVRLANI.

IN hoc etiam Theophraſti libello, qui de Ventis inſcribitur, eandem aut etiam incertiorem interpretationis aleam ſubibimus; in quo cum nullum nobis auxilium fuerit, aut veterum, aut emendatorum codicum, omnia verò in eo miſere lacera, corruptaque ſint, non tamen infeliciter in illo verſati fuiſſe videbimur, ſi & talem reddiderimus, vt legi, & intelligi aliqua ex parte poſſit, & aliorum ſtudia excitarimus, qui & doctrina, & iudicio præſtant ad illuſtrandum hoc etiam diuini philoſophi opuſculum. Et quoniam horum librorum alios hiſtoricos eſſe diximus, alios problematicos, quos & ἀπολογικὸς appellauimus, qui ſcilicet rerum, de quibus agitur, cauſas explicant: hic liber etſi de Ventorum differentiis, proprietatibusque agat, tamen quod in cauſis afferendis Auctor potiſſimùm videtur occupatus, problematicus appellabitur. Voco autem problematicum, quod in eo afferuntur cauſæ, non exactæ illæ quidem & demonſtrationibus accommodatæ, ſed probabiles, & quales ipſa rerum patitur conditio, qualeſque ab Ariſtotele in problematis afferuntur. Hoc enim ex ipſa rerum natura accidere credendum eſt. Nam in ſingulares naturas cum phyſice peruenit accidentiumque penè innumerorum inquirit cauſas, non poteſt non à ſua illa exactiori docendi, ac demonſtrandi ratione deſciſcere. Non hic igitur ex alto poſitæ redduntur cauſæ, aut perobſcuræ, ſed familiares penè, quales in eruditorum congreſſibus enodandis naturalibus quæſtionibus afferri ſolent, quo factum eſt, vt Ariſtotelis ſectiones problematum aliquæ penè ex huiuſce generis libris compilatæ eſſe videantur: vt dubium maximum ſit, an ille problemata illa, qualia hodie leguntur, ſcripſerit. Nam ſiue ſectionem illam inſpicis, quæ de laſſitudine eſt, ſiue illam, quæ de ſudoribus, ſiue eam, quæ Ventorum accidentium cauſas inquirit, multa reperias, quæ non modo à Theophraſto tradita ſunt, verumetiam iiſdem penè verbis explicata. Mitto alia, quæ ſparſim inuenire licet, quæ ab hoc eodem Theophraſto in his libris ſcripta deprehendimus. Quæ cum ita ſint, non defuerunt ætate noſtra viri eruditi qui omnino negare auſi ſunt Ariſtotelis eſſe problemata. Ego verò etſi non negem plura eorum Ariſtotelis eſſe ſine dubio, ita tamen maximè hæreo an omnia illius ſint. quippe facilè fortaſſe fuit curioſis aliquot lectoribus in ſingulis quæſtionum locis aliquas eiuſdem argumenti ab aliis ſcriptoribus quæſtiones explicatas mutuare, & apponere. quamquam quid vetat ex problematum ſectionibus mutuaſſe potius Auctores alios & præcipue Theophraſtum, iiſdemque etiam verbis vſos eſſe? ſcimus enim Theophraſtum Eudemumque alioſque veteres peripateticos eoſdem

Digitized by Google

philosophiæ locos quos ante Aristoteles, pertractasse: vt mirum non sit, non modo idem ab iis argumentum explicatum, verum etiam iisdem penè & rationibus & verbis, quibus præceptor vsus est. vt hoc igitur verisimile est, ita quod primo loco diximus non est à ratione alienum. nam negare problematum sectiones Aristotelis esse temerarium mihi videtur omnino. Primum quod agnouerunt non modo veteres peripatetici penè omnes, verum etiam M. Tullius, qui illa ætate fuit, qua post mortem Apelli Conis Teii Aristotelis libri Romam à L. Sulla vecti sunt: quo tempore Tyrannio grammaticus primus cepit in iis & emendandis, & publicandis operam suam omnem ponere. post Ciceronem autem Plutarchus, Galenus, Athenæus, Gellius. deinde quod dicendi character Aristotelicus videtur esse. Verum obiiciunt eruditi quidam quod plura se dixisse in problematis naturalibus testatur Aristoteles, quæ in his nostris minime possumus inuenire, vt libro de somno, & vigilia, libro de Iuuentute, libro secundo de ortu animalium, & libro quarto: item libro tertio de animalium partibus. qua de causa moti illi eruditi viri, qui arbitratu suo Aristotelis opera disponunt, mutant, explodunt: quædam etiam obeliscis seuerioribus confodiunt, problemata etiam hæc naturalia ab Aristotelicis libris eiiciunt. Ego verò, etsi non negem philosophum sæpenumero meminisse problematum, quæ non extent, ita tamen constanter teneo plures ab Aristotele quam nunc habemus sectiones problematum relictas esse, quas amisimus temporum iniuria; quemadmodum, & alia quædam opera, quorum & ipsi, & alii meminerunt. quocirca facilè euenisse arbitror, vt quæ in problematis sese dixisse refert, in iis dixerit, quæ non habemus. Nam quod illorum etiam meminerit, quæ in problematis, quæ ad nos peruenerunt, exposita sunt, manifestum vel ex eo est, quod libro secundo meteorologicorum traditurum sese proponit quæcunque in problematis dicta non sunt. extat autem in problematum sectionibus sectio, in qua vniuersa de Ventorum differentiis, & affectionibus disputat. Quæ cum ita sint, non sunt quidem problemata ab Aristotelis familia excludenda. non ideò tamen negandum est, quin vt plurima ex iis amissa sunt, ita etiam multa fuerint in singulis penè sectionibus addita ex aliis compilata scriptoribus, vt Theoph. Eudemo, Stratone, aliisque peripateticis. Nam & sectio illa XXVI. in qua de Ventis disputatio est vt fortasse non habeat adulterinas aliquas quæstiones, habet tamen fortè aliquas ab hoc scriptore desumptas. nisi magis credibile sit Theophrastum voluisse facere, quod Aristoteles in XXVI. problematum sectione, vt post declaratam ventorum naturam, generationem, causas, situs, numerum, in libris, quos meteorologicos inscripsit, in hoc cætera voluerit absoluere. quo fieri potuit, vt quemadmodum in aliis operibus fecit, sic etiam in hoc libro fecerit, vt non modo idem explicet argumentum modo latius, modo breuius, modo etiam aliquibus de suo additis, sed etiam nonnunquam iisdem penè, quibus Aristoteles in problematum sectione illa, vtatur & sententiis, & verbis. Id quod optimo factum fato censeo, vt quando hic liber lacer est, & penè mutilus, ex problematis resarciatur, quod nos in præsentia paramus facere.

[1] Ἡ μὲν οὖν περὶ τῶν πνευμάτων φύσις, ἐκ τίνων μὲν καὶ πῶς καὶ ὑφ' ἅπερ αἰτίας γίνεται, τεθεώρηται πρότερον. ὅτι δὲ ἐκάστοις αἱ δυνάμεις καὶ ὅλως τὰ συμβαινόμενα, κατὰ λόγον ἀκολουθεῖ, πειρᾶσθαι χρὴ λέγειν οἷον περὶ χρόαν διαφέρει ἀλλήλων.

Ventorum natura, ex quibus quoquo modo & à quibus causis fiat prius nobis expositum est. Nunc autem conandum est dicere singulorum facultates, & omnino quæcunque eorum naturæ consequuntur, secundum rationem consequi.

In Meteorologicis libris declarauit Theophrastus omnem ventorum materiam, generationemque, præterea generationis modum, & efficientem causam, & communiores quasdam affectiones magistrum Aristotelem imitatus. in hoc libro cætera omnia, quæ ad priuatas ventorum differentias, proprietates, facultates, accidentia, effecta pertinent, tractare proponit. Optima sane ratione. Libri enim meteorologici cum in exactiori physices parte collocentur, ea tantum debent persequi, quæ ad essentiam pertinent rerum, de quibus agitur, in essentia autem & materia, & forma, & generatio etiam ipsa intelligitur, de his enim omnibus essentia, & natura dicitur libro secundo de naturali Auscultat. præterea de iis accidentibus agere, quæ cum essentiam consequantur, & communiora sunt, & certiora. at infinita penè accidentia persequi, differentiasque omnes perscrutari non adeò illorum librorum dignitati conuenit. quocirca in hoc libro Auctor hunc locum diligenter & accuratè declarat. id quod Aristoteles facit in problematis. Esse autem Theophrastum huiusce libri Auctorem præterquam, quod Diogenes Laertius memoriæ tradidit, Alexander etiam Aphrodisiæus, & Olympiodorus testati sunt.

[2] τὰ συμβαινόμενα κατὰ λόγον ἀκολουθεῖ.

Quæcunque consequuntur secundum rationem consequi.

Formam

Digitized by Google

Formam ſequuntur accidentia propria in generatione. hæc de re ſubiecta demonſtrare medio ſumpto à forma ipſa, & eſſentia id demum philoſophi munus eſt, cuius eſt & demonſtratio propria. ſic λόγον rationem, ac formam accipimus; at poſſumus accipere κατὰ λόγον, hoc eſt, εὐλόγως probabiliter, & conſentaneè, quod magis probo.

[3] Οἷον μέγεθος καὶ μικρότης, ψυχρότης, θερμότης.

Vt magnitudo, paruitas, frigus, caliditas.

Hæc ſunt, quæ ventorum naturas conſequuntur. quorum cum alia aliis propria ſint, ſtatuunt tanquam ſpecificam differentiam. ſunt autem magnitudo, paruitas, calor, frigus, τὸ χειμέριον, hoc hibernus ſtatus, tranquillitas, ſerenitas, pluuia, frequentia ſpirandi, ac raritas, continuitas, interpellatio, æqualitas, inæqualitas.

[4] Καὶ ὅλως ἃ συμβαίνει περὶ τὸν οὐρανόν.

Omnino vero, quæ in cœlo accidunt.

Hactenus enumerauit differentias, nunc ponit euenta, in his autem licet & facultates intelligere, quod ſignificat hoc voce διὰ τὸ πνεῦν propter flatum. effecta enim non niſi à facultate, quæ agit, proficiſcuntur. περὶ τὸν οὐρανὸν videtur dictum ex abundanti. ſatis enim erat dicere in aere, quando tertiam aeris regionem non aſcendunt venti. an hoc dictum eſt ex eo, quod apparet? Ventis enim flantibus, cælum nobis alias obſcuratur, alias ſudum eſt & ſerenum. quin & ſydera aliter atque aliter & futuri, & inſtantes flatus videntur afficere. Aratus Phænomenis de luna. λειτὴ δὲ Φαέθων ἱερεύεται πνευματίῃσι. & Virgilius in primo Georgicon. Vento rubet Aurea Phœbe.

[5] ὡς γὰρ ἂν ἁπλῶς εἰπεῖν ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα τυγχάνουσιν αἱ ζητήσεις, ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ ζώων καὶ φυτῶν περιλαμβάνεται.

Nam vt ſimpliciter dicam in his, & circa hæc ventorum poſitæ ſunt quæſtiones, in quibus animalium, plantarumque verſatur diſputatio.

Propoſitæ ſunt illæ Ventorum differentiæ, & proprietates, de quibus inſtituta eſt diſputatio. ait itaque ſeſe has declaraturum, quando in his & circa has quæſtiones ſunt, aut in vniuerſum quæſtiones, & diſputationes quaslibet intelligens, aut quæſtiones, quas ipſe in hoc opere tractandas ſuſcepit. Ἐν τούτοις, in his, tanquam in re ſubiecta, in qua declaranda ponitur πρόβλημα ſiue ζήτησις. περὶ ταῦτα, circa hæc de quibus affectiones ex propoſitionibus demonſtrantur: quod autem addit, in quibus, quæ ad Animalia, & plantas pertinent comprehenduntur: non ita intelligendum eſt, quaſi velit, quæ de Ventis in quæſtionem veniunt, eadem eſſe cum iis, quæ de plantis, ac Animalibus quæruntur: hoc enim alioquin eſſet perabſurdum, quando aliæ differentiæ, & affectiones ventorum ſunt, aliæ plantarum, & animalium. ſed ſimilitudo in hoc eſt poſita. quod quemadmodum in explicandis animalium, ſtirpiumque cauſis, differentiæ, partes, generatio, affectiones ſunt declarationis materies. ita etiam in quæſtionibus his, quæ priuatim de ventis habendæ ſunt, differentiæ propoſitæ, proprietates, affectiones, facultates, euentaque ſunt veluti ſtrata materia, in quibus & de quibus, quæ ad ventorum agnitionem pertinent quærenda ſunt. Sanè quæ de Animalibus quæruntur ſunt partes, ortus, affectiones (ſic voco τὰ παθήματα) actiones, vitæ mores: de quibus cum hiſtoricè in libris de Animalibus egiſſet Ariſtoteles, in aliis libris cauſas reddit cur ita ſint, quod & in plantis declarandis ab Auctore noſtro factum eſt. Nam poſt allatas ſtirpium differentias in partibus, poſt generationem, vitam & affectus, in libris qui de plantis inſcribuntur, in iis quos de cauſis inſcripſit, ſingulorum, quæ in hiſtoria enarrata ſunt, cauſas aperit. Hoc erat in Animalibus, ac plantis neceſſarium, hiſtorica ſcilicet, quæ cauſarum declarationem præcederet enarratio. in Ventorum differentiis non opus erat id facere ſeparatim, quando ſimul, & quod res eſt, & cur ſit affertur. præterquam quod accidentium, & differentiarum ventorum omnium nemo pene gnarus non eſt, cauſas pauci ſciunt reddere.

[6] Ἐπεὶ δὲ ἑκάστου τόπος ἴδιος ὑπόκειται καὶ τοῦτ' ὥσπερ τῆς οὐσίας, ἀπὸ τούτων εἰς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ αἱ διαφοραὶ, καὶ αἱ δυνάμεις καὶ ἕκαστον εἰπεῖν.

Quoniam vero ſingulorum ventorum locus poſitus eſt proprius, atque hic pene ad eſſentiam pertinet, idcirco ab hoc, & differentiæ, & facultates, & quicunque alii affectus ſumendi ſunt.

Locus proprius aſſignatus eſt ſingulis ventis in Meteorologicis à Theophraſto, quod prius ab Ariſtotele factum eſt. Illum in ventis tanquam eſſentiæ vicem habere tradit hoc loco, non quod reuera ventorum eſſentia à loco pendeat: venti enim eſſentia eſt exhalatio à ſole in ſuperum aerem tracta, indeque motione oblique agitata è certis quibuſdam tractibus: ſed quod vt venti hoc aut illo modo affecti ſint locorum naturæ adſcribendum eſt. quod igitur multæ ventorum differentiæ à loci natura, vnde ſpirant proficiſcãtur, idcirco ὥσπερ τῆς οὐσίας eſſe locum ait. Cur vero loca inter ſe differant, vt alia calidiora, alia frigidiora ſint, alia in quibus magis ſpirent venti frequentiuſque, alia in quibus minus, ac rarius: poſtremo cur loca ventos varient, tum ex hoc li-

Digitized by Google

bro colligendæ sunt rationes, quas afferet paulopost, tùm apud Aristotelem in secundo Meteoron quærendæ sunt, sed & nos adnotabimus singillatim.

ὁ οἷον τῷ Βορέᾳ καὶ τῷ νότῳ, μεγάλοι μὲν γὰρ ἄμφω καὶ πλεῖστον χρόνον πνέουσι, διὰ δὲ σπωσθῆναι πλεῖστον ἀέρα πρὸς ἄρκτον, καὶ μεσημβρίαν πλαγίων ὄντων πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φορὰν τὴν ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δύσεις.

Vt Austro, & Aquiloni, magni enim hi sunt, & plurimum temporis spirant quod plurimus compellatur aer ad Meridiem, & septentrionem, quæ loca à latere sunt Orientis, & occidentis, qua sol permeat.

Magnitudinis Ventorũ, quæ inter differentias primo loco posita est, causam apit, quod problema à præceptore etiam in Secundo Meteoron, & positum & pluribus explicatum est. ait autem ideo Septẽtriones, & austros magnos esse ventos, ac diutius spirare, quòd ad latera vtriusque tropici multum aeris compellitur, cõpulsus autem aer densior subinde fit, indeque multa eius fluxio fit, vnde magnitudo ventorũ, continuitas & copia proficiscitur. Cum.n. & magna sit aeris copia, & continuè suppetat, fit vt magna etiam, & frequens sit motio, quæ ventum efficit. Hæc huiusce loci sententia est, quæ non est hoscitanter perpendenda, quandoquidem ab Aristotelis dogmatis videtur non minimum dissidere. quasi enim Auctoris sententia sit, Ventum aerem agitatum esse, ratio hæc videtur allata de Austri septentrionisque magnitudine. quæ sententia ab Aristotele pluribus est rationibus refutata. Nam in secundo Meteor. quærit & ipse, cur plurimi aquilones Austrique spirent, non autem cur magni, vt Theophrastus; etsi eadem ratio sit magnitudinis, ac multitudinis, reddit verò rationem, quod sol loca illa, quæ sub polis sunt, non permeat, sed ad illa & ab illis ab Oriente feratur in occidentem. quare & nubes cogi ad latera, & accedente quidem sole humoris exhalationẽ fieri, abscedente ad loca contraria hyemem, & pluuias. ad latera igitur plurimũ pluere, Vnde magna exhalationum tollatur copia, quæ ventorum materia est. hinc igitur plurimos esse ventos aquilonares, & australes. Non leue itaque inter hos Philosophos videtur esse dissidium. Verum si exactè rem inspicimus parum aut nihil inter se differunt. neque enim sententia philosophi huius est eadem, atque Anaximandri, & Hippocratis (si tamen Hippocratis est liber, qui de flatibus inscribitur) illi enim simpliciter existimarunt Ventum non nisi aerẽ motum esse. Theophrastus verò manifestò in hoc opere tanquam alibi ostensum statuit exhalationem esse venti materiam, ventumque cieri, vnde exhalationum materia suppetat. exhalationem tamen agitatam aerem ciere, neque ventũ esse, à quo non moueatur aer, ab aere itaq; moto ventos augescere. quo circa paruos incipere, quò vero magis ab Origine sua progrediuntur, eo maiores semper fieri. Nõ igitur dissidet ab Aristotele in ipsa ventorum generatione ac materia in ipso flandi vt dicam progressu non eadem videtur tradere. Nisi dicamus (quod equidem verum esse censeo) aerem subinde à vento moueri, in illo autem cùm fit exhalationum vbique copia, Ventos ab exhalationibus quidem augescere, aerem etiam tamen agitare. Aristotelem itaque cum in vniuersum ventorum materiam exquireret exhalationum tantum meminisse, ne vero vllam sui refellendi ansam veteribus philosophis, qui aerem motum ventum existimabant, relinqueret, nullam penè aeris motus mẽtionẽ habuisse. Theophrastũ vero, quoniã in priuatis Vẽtorũ quæstionib. versatur explicandis, nõ potuisse, non etiam aerem agitatum in mediũ afferre. an etiã quod liber hic problematicus est, & in problematis quæstiones disputantur dialecticis rationib. & è cõmuni hominũ sensu receptis: Theophrastus non omnino præceptoris dogmata sequitur. quandoquidem, & Aristoteles ipse in xxvi problematum sectione non modo eadem atque Theophrastus tradit, verum etiam quod sibi in Meteoris videtur è Diametro aduersari, ait enim in secundo problemate ἔστι δὲ πνεῦμα ἀέρος κίνησις. hoc est, est autem flatus aeris motio. qua in re primo dicendum est non dicere Aristotelem absolutè ventum, siue flatum aeris motum esse, sed intelligere, illum non nisi aere agitato fieri. Deinde etiamsi à suis Dogmatis diuersa sæpenumero afferat in problematis, afferre illa solitum, quod in Dialectica disputatione à communibus rationibus, aut quæ ex aliorum auctoritate mentibus hominum inualuerunt, argumenta ferenda sunt. quod fecit & in iis problematis, in quibus de aspectu agitur. vt Alexander quoque annotauit in commentariis in librum de sensu. Sed redeamus ad Theophrasti verba. compelli aerem ad latera intelligit, à solis motu dissectum aerem ad polos cedere, ibique compingi, & condensari propter copiam. quamobrem non modo ait σπωσθῆναι. vbi aeris acceruatim compulsam vim intelligit. sed & ἐξωσθῆναι. ponit autem & expulsionis autorem τὴν τοῦ ἡλίου φοράν. solis enim rapida conuersio hanc efficit aeris ad latera compulsionem. διὸ καὶ πυκνώσεις, hoc sequitur à superiori sententia. coactus enim, & congestus aër fit densior, vbi autem magna congestio, magna etiam sit fluxio necesse est. fit enim assidua congestio, quamobrem & assidua fluxio. Nam nisi fiat fluxio non posset fieri compulsio. succedit enim in locum aeris, qui fluxit, alter qui pellitur. Nam quousque densaretur aër in sese cedens? est igitur fluxio necessaria vnde ventorum qui à polis spirant, assiduitas, magnitudo, copia. Hæc Theophrasti ratio est dialectica illa quidem & probabilis, nam quam attulimus ex Aristotele, illa est ex veris principiis necessariò concluſa. sed nihil vetat in libris altioribus demonstrationibus vti, in problematicis, rationibus probabilibus. πλάγια vocat vtrosque polos, quod à lateribus solis sint. in secundo de cœlo accuratius Aristoteles polis tribuebat τὰ ἄνω καὶ κάτω orienti & occidenti dextrum, ac sinistrum. in 2. meteor. sic & ille loquitur. διὸ τὰ νέφη συνίσταται ἐν τοῖς πλαγίοις. quocirca nubes in laterib. cõcrescũt.

Digitized by Google

[8] Ἡ δὲ ψυχρότης καὶ θερμότης ἐμφανέστατα δόξαιεν ἂν εἶναι ἀπὸ τῶν τόπων γινόμενα.

Porro frigiditas, caliditasque manifestissime videatur à locis fieri.

Affert causas & secundæ differentiæ, quarum altera à loco sumitur, frigidas enim ait esse septentrionales regiones, contrà australes egelidas; quocirca & ventos, qui inde spirant, similes esse locis, à quibus exeunt, alteros frigidos alteros egelidos. atque Australes quidem regiones in polo ipso Antarctico eædem sunt, atque septentrionales. verum cum Austri aut à tropico æstiuo spirent, vt censet Aristoteles, aut quod verius est, ab altero quidem polo verum pertorridæ zonæ subiecta loca transeant, quæ calida maxime sunt, non possunt non esse calidi, & tepentes. Hippocrates in secundo libro de Diæta Austrum scribit Aquiloni similem esse, à similibus enim locis exoriri, niuosis scilicet ac gelidis, sed cum per meridiem transeat humorem omnem amittere, propter solis feruorem. quocirca siccum, & calidum in Africa spirare, verum ad nos calidum, & humidum accedere propter maris transitum, à quo humorem exsugit.

[9] Ἅμα γὰρ καὶ ἧττον ἀναπεπταμένον ὃ στόμωσις, καὶ μὴ ἀναπεπταμένῃ φορᾷ ὃ δὲ ἀπὸ στενοῦ καὶ σφοδροτέρως φερόμενον ψυχρότερον.

Simul enim, & extenditur minus quod vicinum est, & non est expansa eius motio, flatus verò, qui per angustum locum, validusque fertur, frigidior est.

Ita restituimus hæc verba, quæ prius mendosa fuerant. altera causa est hæc, propter quam austri calidi sunt, aquilones frigidi, est autem illa Aquilonis vicinitas. Austri verò distantia à regione, quam incolimus. Aquilo enim cum nobis propior sit antequam expatietur, quoniam ex angusto loco spirat, frigidus est. qui enim ab angusto loco exit flatus frigidus est, qui tamen si expatietur per loca ampla atque patentia, naturale frigus amittit, quod à loci angustia, aerisque motu proficiscitur, remittiturque & incalescit. in problematis traditum est ventos natura calidos esse, qui si confertim erumpant feruescere, si verò paulatim, & ab angusto loco propter frigidi aeris motum & ipsos videri frigidos. quod in nobis ipsis experiri qui hiante ore efflamus calidum, angusto, & restricto frigidum, propterea quod aerem mouemus frigidum, quo fit, vt efflare etiam frigidum videamur. præterea cum ab angustis locis venti omnes spirent, frigidos esse propter motus aeris vehementiam iis populis, qui proximi sunt, remotioribus enim regionibus tepescere, & ἀμαχῦσθαι. Nobis igitur Aquilones frigidos esse, quod ad septentrionem habitamus omnino aquilonaribus angustiis proximi. Ex iis itaque problematis mutuata est à Theophrasto hæc ratio, quæ superiori coniuncta rem confirmat magis etsi prior ratio vera sit, posterior hæc verisimilis. ἀναπεπταμένον expansum & apertum significat. sumpta metaphora, vt notat in Homerum Eustathius ab auium alis, quæ in volando expanduntur. Sic Iliados μ. de portis Homerus.

Αὐτὰρ ἀναπταμένας ἔχον αἴθρης εἴσω ἑταίρους
Ἐκ πολέμου φεύγοντα σόον σὺν νηυσὶν ἑῇσι.

Sed portas aperuere viri si forte fugatus
Sit socius, naues vt seruaretur ad ipsas.

eodem sensu & πεπταμένας πύλας dixit Iliados ζ. & ω. concinnè igitur & Theophrastus ventum ab angustiis suis expansum, & iam veluti alis apertis per vasta loca expaciantem, ἀναπεπταμένον vocauit, & eius motum, & impetum ἀναπεπταμένου φορᾶν.

Εἰς τὸ, πορρῶ διαπεκαυμένον μᾶλλον ἢ ἀνιμένον, in problematis Aristoteles de flatu, ἀλλ' ἐὰν αἴθριος ἐμπίπτῃ ἢ εἰ αὐτὸ τὸ αὔριον θερμόν.

[10] Διὸ καὶ ὁ νότος ἐκεῖ ψυχρότερος ἢ παρ' ἡμῖν, ὡς δέ τινες φασὶ καὶ μᾶλλον ἢ βορέας.

Quocirca & Auster frigidior est, vbi primum spirat, quam apud nos, quin & frigidiorem Aquilone nonnulli ferunt.

Hoc & in problemate, in quo quæritur, cur in Aphrica Austri frigidi sint, non secus atque apud nos Aquilones: & profecto si vera res est, non alia est fortasse ratio. an autem vera sit, dubitare maxime possumus, quando feruentissimos esse austros in Aphrica ferunt, qui inde ad nos nauigant. certè in Creta verno præsertim, & æstiuo tempore non sine insulæ detrimento adeò feruidos experimur, vt sata, arboresque arefaciant, & exurant. Hippocrates in secundo de Diæta contrarium tradit Philosophis.

[11] Ποιεῖ δὲ καὶ ἡ μεταβολή, τοῖς φαινομένοις ἀλεεινοῖς τοῖς ὑπάρχουσι τοῦ τόπου.

Et mutatio in causa est vt sic videatur, cum locus calidus prius fuerit.

Digitized by Google

Sic emendauimus ipsa rei veritate ducti, vt sit veluti ἀπόφασις superioris rationis. Nam etsi sua natura Auster adeò frigidus non est, tamen in Aphrica frigidum sentiri propter regionis caliditatem. Cum enim regio ante flatus Austrinos calida sit, mutatio illa qualiscunque sit, potest facere, vt vel propter motum aeris, qui ab Austro fit, frigus aliquod sentiatur. hoc enim ita natura comparatum est, & in aliis etiam rebus euenit. Eadem ratione Galenus putat æstate frigidiores esse puteos, quod æstiuo tempore, vel quod mediocriter est frigidum maximè frigidum videatur. sic in balneis si fortè lotio reddendo aspergimur frigidum sentimus, quòd si in frigida fimus manifesto tepidum. Hæc facit qualitatum mutatio.

[12] Τὸ δὲ ὑέτιον καὶ αἴθριον ἐκάτερον καὶ ὃ κυματώδες καὶ ἄκυμον καὶ πνικνὸν καὶ συνεχές.

Quòd autem pluuiam inferant, aut serenitatem, quodque mare agitent, aut placatum reddant.

Has etiã differentias ait ventis comparari à locorũ ipsorũ, à quibus spirant distantia, lego autem non ἱστᾶσιν, sed ἵστασιν. emendandũ etiam ἀποδύει legendumq; aut ἀποδωσῖ, aut quod magis probo ἀποδόσται, ὅθεν ὁ ἔκαστος. reddit causã, cur aut sereni sint vẽti, aut pluuii, & nubiloſi, atq; id à loci distantia, in problemate XXVII. διὰ τί μᾶλλον πλὴν τὸ δοκεῖν ἀντίον εἶναι αἴθριος ὁ ἀφ. hoc est, an fortè, & hoc est quod in iis locis à quibus spirant sereni sunt? in 2. Meteorologicorum non absimilis est sententia, docet enim eo in loco Aristoteles, Aquilonem, Argestem, & Thrasciam omnium maximè serenitatem facere, quod à proximis flantes locis vehementia sua alios ventos facilè sedant, abactisq; nubibus serenant aerem. illud hoc loco notandum est, ventos si vehementes sint, ac frigidi in proximis locis pluuias facere, in remotioribus serenitatem, vt aquilones plerumque hyeme: Austri enim quoniam frigidi non sunt in proximis locis sereni, in longioribus nubili ac pluuii. Sed hæc paulo post accuratius. Nam sententia Theophrasti absolute non est intelligenda.

[13] Οὐ μικρὰ δ' ἐν τούτοις ἀλλὰ μέγιστον ῥοπὴν ὅ τε τὰς χώρας ὕψος ἔχειν.

Regiones etiam vbi cogantur nubes, & consistant altas esse, id sane maximum momentum est.

Præter locorum spacium non leue momentum habere ait, & situm ipsum, vbi enim in altis montibus à ventis compulsæ nubes insederunt, ibi pluuios fore ventos, quamobrem vel in proximis, viciniſque locis alios, aliosque ventos pluuiam facere. vniuersalis hæc sententia particulari probatur euentu in LVII. problemate. & sanè nemo est, qui ignoret locorum altitudinem in causa esse, vt venti, qui in aliis locis campestribus, ac planis nubes non cogunt, propter loci situm facilè congerant ad iuga montium, ab iis autem concretis oritur pluuia.

[14] ὅτι δ' αὐτῆς δὲ αἰτίας καὶ ὁ μὲν Βορέας λύθυς ἀρχόμενος μέγας· ὁ δὲ νότος λήγων.

Eadem vero causa, quod Aquilo statim ac flare incipit vehemens est, Auster quando desinit.

Ex eodem interuallo locorum quæstionis propositæ declaratio, quæ eadem est, & in problematis non vno loco, parœmio verò, cuius hic meminit, est: εὐπλοεῖν ἀρχομένου μὲν νότου, καὶ λήγοντος βορέου. hoc est, vt Theodorus Gaza conuertit. Cum cessat Boreas, cumque Auster surgere cœpit. prouerbium autem hoc est in ore etiamnum nostratium nautarum. solent ii vulgo dicere optimè, ac feliciter nauigari flante Austro Iuuene, Aquilone autem Sene. τῶν δὲ ἄνω Αἰγύπτου, superiorem Ægyptum intellige, quæ Æthiopiæ contermina est.

[15] ὡσαύτως δ' ἢ ὁ πνικνὸν καὶ ἄκυμον, καὶ συνεχὲς καὶ ὁμαλὲς ὁ νότος τοῖς μάλιστα.

Similiter autem apud illos solet Auster flare frequens, inturbatus, continuus, æquabilis.

Cæterarum differentiarum, ac facultatum ab eadem causa redditur ratio. Nam quemadmodum in Ægypto Auster, ita & reliqui venti, in iis regionibus, quæ eorum principiis proximæ sunt, frequenter spirant, placidi, continui, æquabiles. πνικνὸν autem malui ad frequentiam referre flatuum, quàm ad aeris, nubiumve densitatem. quando probatum est in vniuersum in propiorib. locis serenos esse ventos, in longioribus nubiles, ac densos. atque quod ad frequentiã attinet, manifestum est propiora loca alicuius venti principiis frequenter vel leuissima materia suppetente vento illo infestari. Cæteræ verò differentiæ quomodo possint à loci propinquitate fieri, id fortè cur otiosus quærat aliquis. Nam si multum habet materiæ dum spirare incipit ventus, cur non vehemens est, & tempestuosus, sed tranquillus & placidus? adde quòd quoniam nondum cœpit expaciari per loca patentia, sed vt ex angustioribus claustris erumpit, vicinisque regionibus incumbit, deberet esse potius vehemens, ac validus, quàm tranquillus, & inturbatus. continuitas, & æquabilitas, etsi esse posse videantur flantibus ventis in proximis locis, tamen in magno aeris motu, quem vehementer à venti impetu agitari antequam laxior euadat, necesse est, æquabilitas inæqualis, conuulsaque & agitata continuitas fuerint.

[16] Ὁ γὰρ

16 Ὁ μὲν νότος τοῖς ἑαυτῦ τόποις αἴθριος, ὁ δὲ βορέας ὅταν ᾖ χειμὼν μέγας, ἐν μὲν τοῖς πλησίον συννεφὴς ἔξω δὲ αἴθριος.

Nam Auſter ſuis ſolet eſſe ſerenus locis, Aquilo vero, quando hyems magna ſit proximis locis nubilus, vlterioribus ſerenus eſt.

Ex his verbis facile confirmatur, quod ſuperius dicebamus. Nam Aquilo ſi vehemens non ſit, proximas quidem regiones ſerenat, placidè, ſuauiterque ſpirat, æquabilis, continuuſque eſt, quod non modo de hoc, verum etiam de Argeſte Thraſciaque, Ariſtoteles ſcriptum reliquit. Idem tamen Aquilo ſi multũ habeat materiæ, vehemẽterq; ſpiret hyberno præſertim tẽpore, proximis in quib. ſpirat regionibus, nubilus eſt, quod non impellit longius materiam, ſed propè compingit, & cogit. quò verò longius extenditur impetu veluti fracto ſerenus euadit. Auſter verò eandem rationem ſemper ſeruat, viciniſque locis ſerenus eſt, remotioribus nubilus. niſi fortè paruulus ſit, tunc enim & remotioribus tractibus ſerenus eſt, talis eſt plerunque, poſt pluuiam, talis etiam poſt pruinam. εἰς πὰ ἔξω δὲ καὶ πρῤῥωτέρω τοῦ μεγέθους μᾶλλον ἢ ψυχρότης διαδίδοται. Sic legendum eſt, vt ſit ſententia, coactis ab Aquilone nubibus, eius vehementiam non vltra progredi. frigus enim quam magnitudinem vlterius ferri. hac igitur ratione, quo longius flat, eo ſereniorem exiſtere, impetu ipſo, ac vehementia in ipſis penè principiis refractis, frigore vero progreſſo longius. talis cum ſit Aquilo αἰθρηνιέτης iure dicitur à maximo poetarum Homero, quòd & ſerenitatem ferat, & cum ſerenitate frigus. hoc enim αἴθρος dicitur, vt notat Euſtathius. illa αἰθρία quod norunt omnes. porro Ariſtoteles in extrema XXVI. Sectione eandem habet ad hanc quæſtionem rationem: habet tamen, & quod iis, quæ diximus aduerſatur, ait enim, ἔξω δὲ τῷ μεγέθει ἐρχόντων μᾶλλον ἢ τῷ ψυχρῷ.

Vult igitur Ariſtoteles Aquilonem hyeme magnitudine potius, ac impetu, quàm frigore agere. aut itaque ex propoſito Theophraſtus aduerſatur præceptori, aut quòd verius exiſtimo, mẽdoſa ſunt huius verba, legendaque ita. εἰς πὰ ἔξω δὲ ⟨ὁ⟩ πρῤῥωτέρω τὸ μεγέθος μᾶλλον ἢ ψυχρότης διαδίδοται καὶ πάντῃ ἐρχόμενος.

17 καὶ λήγων μᾶλλον ἢ ἄρχόμενος.

Quod Auſter dum deſinit ſpirare potius, quàm dum cœpit, pluuius ſit. hac de cauſa ait fieri, quod initio parum aeris moueat, in progreſſu verò longè plus; vt hac de cauſa congeſto, coactoq; aere nubilus ſit, ac pluuius. Auſter enim incipiens paruus eſt, deſinens autem violẽtus, ac magnus. mirum igitur non eſt, quod à vehementi aquilone fit flatus initio, ab auſtro in fine fieri, quando alteri initio, alteri in fine magna eſt exhalationum, nubiloſique aëris copia, à quibus denſatis, concretiſq; pluuia oritur. an dicendum etiam eſt Auſtrum vehementiorem, natura nubilũ eſſe, & dum flare deſinit, iccirco pluuiam inferre, quòd deſinat agitare nubes, illæq; non amplius agitatæ concreſcunt, & pluuiam faciunt? agitantur enim nubes in ipſo incremento, vigoreque flatus, cum verò fracto venti impetu immotæ permanent, denſantur, concreſcuntque. Nam quæ ab Aquilone ſumitur rationis Analogia ideò non valet, quod aquilo frigore cogat, congeletq;, Auſter vero quò maior eſt, eo plerumq;, æſtuoſior, & calidior. Hanc ergo rationem veriorem exiſtimo; quam etiam videtur innuere in problem. decimo nono Ariſtoteles, qui & alteram affert. Nempe initio auſtrum calidum eſſe, quòd à tractibus terræ calidis ſpirent. deinde verò frigeſcere, coactũq; aerẽ deſare in pluuiã. ⟨ὁ⟩ πὸ ἀπ' ἐλάττονος ἀρχῆς. hoc & ſupra tetigimus, & in ꝓblematis nõ vno loco poſitũ eſt.

18 Ὃ δὲ μὴ πνεῖν καθ' αὑτὸν τὸν ἀίγυπτον.

Cæterum, quod ferunt in Ægypto, quæ ad mare vergit non ſpirare Auſtros.

Iiſdẽ penè verbis in problemate XLV. ex quo emendauimus nonnulla; ibi tamen tanquã verũ ponitur, quod in Ægypto, quæ ad mare vergit non flat Auſter. Hic flare quidem illum, ſed exiguũ dicit philoſophus ἡ εἰς θάλατταν. quæ ad mare vergit. πὸ πρὸς θάλατταν in problematis. intelligit autẽ illam Ægypti partem, quæ & Delta dicitur, quam in extremo primo Meteorologicorum à Nili aquis adaggeratam tradit Ariſtoteles. ἐπὶ πλ. lego ἐπεῖα. vt ſit ſententia non modo quòd ſupera Ægypti pars edita eſt, Auſtrum vehementem eſſe, verum etiam quòd vicina Venti origini.

19 Ὃ δὲ τὸν βορέαν ὕστερον πνεῖν νότου.

Verum quod Aquilo poſt Auſtrum ſpiret.

Hactenus perſequutus eſt Theoph. ventorũ quas initio propoſuit differentias, neque omnes ſane ſed quæ inſigniores ſunt. Nũc perſequitur nonnulla quæ pertinent ad viciſſitudines, tẽpora, mutationes, affectus. cur poſt Auſtrum flet aquilo non autem poſt aquilonem Auſter, quæſtio eſt? quæ ſoluitur ab ipſo principio quod initio commune penè omnium ſtatuit. à loco ſcil. cuius natura, ſitus, propinquitas, diſtantia, in his ventorum affectibus ſolæ pene cauſæ ſunt. πὼ μείζονα ἑκάτερον ⟨ἔ⟩χει τοὺς τόπους quæ vtrumque per locos partitur, locumque aſſignat vtrique ſuum. Cauſam intelligit quæ à loci ipſius diuiſione iam toties inculcata ſumitur. Aquilonem nobis propinquũ eſſe, quamobrem vel leuem eius flatum facile perſentiri, Auſtrum lõginquum, atque ideo nõ niſi magnũ nos afficere, quod autẽ nobis in Aquilonis flatibus accidit, idẽ iis, qui meridiẽ habitãt. Nã vt nos frequẽtiſſimè poſt Auſtrũ aquilonẽ ſpirare videmus, nõ cõtrà, ſic meridionales populos Auſtrũ poſt aquilonem, non autem è cõtrario. Hęc tamẽ nõ vt ꝓpetua, neceſſariaq; ſumenda ſunt.

Digitized by Google

Nam & frequenter post aquilonem flat Auster,& sæpe etiam austrum sequitur ἀπνοια καὶ γαλήνη. ratio etiam habenda loci,in quo scribebat philòsophus. Nam in Creta, Rhodo, Cypro sæpius ferè post aquilonem flat Auster,quàm post Austrum aquilo. πλείστων δ' ὄντων. hoc suprà dictum est,& ab Aristotele in Meteoris,& in problematis ἐκπίπτουσιν πάντες. Cum ventorum omnium plurimi spirẽt Austri,septentrionesque,est tamen in iis status,ordo, suaque cuiusq;. certa tempora. τῆς δὲ νοτίας. corruptus legebatur locus hic,quem nos & ipsa veritate admoniti,& ex problemate XVI. restituimus. Hyemis itaque,& Veris initia & Autumni finis, certa sunt tempora, quibus frequentissime flat Auster. Nos & æstatis initio circa ortum pleiadum experimur certissima frugum penuria.

20 ὁ γὰρ ἀπωσθῆ χεῖμα.

Aer enim,qui hyeme depulsus sit.

Hyemem reliquam intelligit transacto principio. Cur autem accedente sole ad meridionalem tropicũ non magis Austri,quàm septentriones suscitantur, cum à septentrione multũ distet sol,proximus verò sit ad Meridiem? an quæ in australibus locis erat materia,absumpta est,& exhausta,Autũno,& hyemis initio,sub hyemẽ autẽ penè nulla est. Contrà verò,quod à discessu solis in septentrione,multa niuis copia congesta est, etiamsi longe distet sol, liquefacta tamen exhalationes suscitat,quæ ventos faciunt. an etiam quod cum Autumno hyemisque initio multum materiæ ad septentrionem ab Austro compulsum est, necesse est hyeme retrocedat, repellaturque. Hæc enim est καὶ ἀνταπόδοσις. quæ post solis conuersionem stati temporis ventorum causa est.

Καὶ περὶ πλειάδος δύσιν αἱ ἄλογον. hyemis initium est à virgiliarum occasu. occidunt autem circiter Idus Nouembris. pars illa hyemis χειμαπία græcè dicitur auctore Galeno in primo commẽtario in primum Epidimion Hippocratis, quòd vt præcepit Hesiodus eo præsertim tempore serendum sit. ἀνάλογον. quod supra dicebat κατὰ λόγον. est autem stata,certaque ratio τῆς ἀνταποδόσεως καὶ τῆς παλιρροίας.

21 ὅθεν καὶ τὸ θαυμαζόμενον ὡς οὐκ ὂν διὰ τί βορέαι μὲν ἐτησίαι γίνονται νότοι δὲ οὐ γίνονται φαίνεταί πως συμβαίνειν.

Ex hoc,& illud est,quod mirantur,quasi non sit,cur aquilones Etesiæ fiant,austri minime.

Cum in oppositis his austri,aquilonisque flatibus Analogia, proportioque sit ex reciproca aeris halituumque repulsione,& solis distantia,ac propinquitate: quod nonnulli mirari consueuerunt à meridie austros anniuersarios non spirare aliquo modo, ait verum non esse: Vernos enim quosdam austros serenos,clarosque,tamquam Etesias esse,illosque appellari λευκονότους. qui quod à longinqua regione spirant facilè latent,neque adeò sentiuntur,vt Etesiæ,qui à finitimis locis exeunt. Sane quod ad hanc quæstionem pertinet, Aristoteles in 2. Meteorologicon multa disserit, in problematis etiam probabiliter nonnulla. cum enim circa exortum Caniculæ vigesimo die ab æstiuo solstitio sole leonem ingresso flatus Etesiarum appetant, quærit cur post hyemale solstitium,non iidem Etesiæ à meridie spirent. Respondet vero Ornithias, quæ sunt Australes. Etesiæ post brumam spirare licet non continuatis flatibus,præterea serius, quàm Etesiæ à septentrione. Tarditatis autem,& intermissi flatus causam esse ait,primùm quòd iis locis,à quibus cientur Ornithiæ sol non adeò propinquus est,deinde quod materia non suppetat,cùm supernæ tantum niues liquefiant,profundiores verò maiori calore,diuturnioreq; Solis mora egeant. porrò autem Austrũ non ab altero polo exoriri,sed à Cancri tropico. Sole itaque brumale solstitium tenente quæ sub tropico niues sunt, à quo flat Auster non posse nisi serius post brumam liquescere. & tamen cum non nisi extimæ partes liquefiant,non posse materiam suggeri,quæ iuges,æquabilesque seruet ornithias. id autem non accidere in septentrionalibus regionibus, quibus & sol propior est, & multa niuium,aquarumque copia,quò fieri,vt Etesiæ pluribus diebus, continuis flatibus spirent. Hæc in Meteoris. in problematis autem primum causam affert intermissi flatus Austrorum à longinquitate,qui etsi anniuersarii sint,non tamen in iis continua spiratio. mox ait propter humiditatem Austri,& vernum tempus,quo tempore nequit aer consistere, non posse Etesias excitari. à consistente enim aere illos fieri à septentrione,non posse autem à meridie flare, quòd propter austri humiditatem adiuuante etiam animi tempore,lubricus est aer,dissoluiturque facilè, vt materia venti esse nequeat. Hæc ille satis dialecticè & rationibus pene vulgaribus,quæ mittenda sunt in præsentia,vt ad ea quæ in Meteoris afferuntur veniamus. Nam si excutiamus quod dicit Austrum à tropico æstiuo exoriri,ideoque solem non facile posse post hybernum solstitium liquare niues,quæ in australibus sint mundi tractibus, propter longinquitatem, maximas habet,perplexasque,controuersias. Nam in iis terrarum tractibus,quæ sub æquatore ipso sunt,atque etiam trãs æquatorem,quæ loca habitari ipso didicimus experimento, idem est Auster qui etiam ad nos accedit & tamen tantũ abest, vt sub tropico æstiuo oriatur vt manifesto trans circulũ æquatorẽ sit. quod cum ita sit,qui fieri potest,vt sol dum est in brumalibus conuersionibus longè absit ab Austri origine,propterea que nequeat halitus excitare, qui suscitent australes Etesias? mihi igitur Aristotelis positio difficilis est ad persuadendum, aliamque causam inquirendam existimo; Nam quæ affertur à longinquitate,hoc est difficultate inuoluta, quòd Etesiarum flatus quò magis in meridiẽ progrediuntur eò validiores sunt. quocirca & in Arabia, Æthiopiaq; coactis nubib. pluuias faciunt,

Digitized by Google

faciunt, à quibus & Nili incrementa fieri non ignobiles auctores memoriæ prodiderunt. id quod & australibus Etesiis deberet in nostris regionibus accidere. dicendum igitur est idcirco ab austro Etesias non exurgere, quod cum ii lenes placidiq; sint exiguaque materia orti, cientur ii quidem post conuersiones brumales, & tamen, quod calidas, siccasque regiones transeunt, à quibus nulla iis suggeritur halituum copia, facile euanescunt, & concidunt. sic autem posſimus, & ipsam loci distantiam causari non tamen simpliciter. est verò dubitatio, nam si aquilonares Etesiæ ad Æthiopiam vsque validi penetrant, quomodo iis non obest locorum caliditas? an quod sol eo tempore ab iis regionibus deflexit, quare tantus calor non est, quantus sole tenente brumalem tropicum. Quamobrem & validiores aquilonis flatus cum sint, non modo non concidunt euanescuntq;, verum etiam incrementa maiora subinde capiunt. Seneca libro quinto quæstionum Naturalium quærit cur hyeme non spirent Etesiæ (Etesias autem intelligit aquilonios) recitatque nonnullorum sententiam, qui opinabantur hyeme non spirare Etesias, quod breuissimis diebus sol desiit priusquam frigus euincatur. itaque niues & reponi, & durari. Æstate verò flare, quod & longius extenditur dies, & recti in nos radii diriguntur. Verisimileque esse concussas calore magno niues plus humidi efflare, item terras retectas exoneratasque spirare liberius, itaque pluta à septentrione ad nos deferri corpora. sic impetum Etesias sumere. quæ sententia vel ideo parui facienda est, quod non de Etesiis Australibus, sed de septentrionalibus loquitur, præterea inepta, ac falsa est. Nam si propter dierum breuitatem sol niues in septentrionali Polo non liquefacit, à quibus posſit esse Etesiarum materia, nulli essent ab iis tractibus hiberni flatus. quod ita falsum est, vt ne refellere quidem oporteat. frigidissimi enim aquilones hyeme præsertim spirant, vt de thrascia cauroque sileam, & aliis, qui ab illis tractibus oriuntur. sed hactenus satis digressi sumus. Notandum verò Theophrastum dicere πνᾶς λευκονότους vernos esse ventos, contrà verò Aristotelem hibernos, viderique sibi repugnare philosophos. Dicendum tamen, cum hi septuagesimo post brumam die exoriantur sub hyemis finem, sub veris autem principium posse eosdem, & vernos & hibernos appellari. horum meminit & Galenus in Commentario tertio in librum tertium Epidemiorum. Hippocrates, quo loco λευκονότους, vulgò ait appellari serenos quosdam austros natura siccos, eiusque generis austrum poetam intellexisse.

Ἄτερ ἐγὼν ζεφύροιο τε αἰγλήεντος τε νότοιο.
Atque ego iam flamen Zephyri, candentis & austri.

Ridenda autem latini interpretis insicitia, qui cauros interpretatur τοὺς λευκονότους, cum cauri non nisi argestæ sint. Leuconoti iidem Ornithiæ vocantur, quod iam appetente vere iis flatibus auium generatio propter aeris teporem facilè prouenit. Eosdem ab Alexandrinis ῥοδώνας appellari solitos testatur Olympiodorus, quod post illorum flatus rosæ aperiri in Ægypto incipiant.

[22] Ἀλλὰ πρὸς τούτῳ ὥρᾳ, καὶ πῶς ὅταν πνέωσι, καὶ ἀφ' ἡλίου δύσεως λήγουσι, καὶ νύκτωρ οὐ πνέουσι ἀεδὸν ἐν ταύταις λέγεται ταῖς αἰτίαις.

Verum cur eo tempore, atque eo modo flatus Etesiarum sint, curue desinant occidente sole, noctu rursus non excitentur eædem ferè causæ sunt.

Hæc omnia & Aristoteles in Meteoris. Cum autem duo in quæstione sint, alterum tantum Auctor explicat. prima quæstio est cur post caniculæ ortum spirent Etesiæ & non antea. altera cur interdiu, non autem noctu. Hanc soluit Theophrastus claris verbis, quæ necesse non est explicare. illam aut ideo prætermisit, quod in accuratioribus libris declarauit. aut fortasse codex mutilus est in iis verbis ἐν ταύταις ταῖς αἰτίαις λέγεται. Nam posthæc verba fortasse priorem quæstionem diluebat. illam tamen Aristoteles sic soluit. Nam cum Etesiæ post solstitium spirent, circaque canis exortum, solem iam propinquum septentrioni, loca siccare, & arefacere, antequam halitus attollantur, quare non posse ventos inde exurgere. post recessum autem solis æstum temperatiorem liquare niues, à quibus, & ab ipsa terra madefacta, deinde solis calore exsiccata, halitus cieri, qui Etesiarum materia sunt, verùm dubitationes sunt nonnullæ. primum enim vt propter nimium æstum in ipso solstitio halitus deficiant, à quib. nequeant Etesiæ exoriri; tamen cur ante solstitium accedente iam sole ad cancri tropicum, geminosq;, ingresso non exurgunt potius? certè enim illo tempore & minor æstus est quàm vt arefaciat, & longè plus niuiũ, aquarũq; in septentrionalibus terrarũ tractibus. deinde circa canis exortum maximi æstus sunt in, tolerabilisq; penè aeris feruor. deberent igitur tunc potius halitus deficere ab ipsò æstu tabefacti, quam solstitii tempore, quo tãtus æstus non est. Postremò cur in ipsa conuersione æstiua sol omnem niuem, glaciemq; non absumpsit, vt nihil reliquum sit futuris flatibus? fuit enim propinquus maximè atq; ideo multum efficax. Harum dubitationum postremam proposuit, diluitq; Alexander Aphrodisiæus. solem .n. dum est in solstitio, liquare quidem illum niues omnes, harumq; alias omnino absumi, vt nequeant halitus facere, alias ab ipsa terra excipi, terram autem aquis niualibus madidam, post solstitium calefactam halitus mittere. aut potius solem liquasse quidem illum niues, & glaciem, non omnes tamen sed solidiores, gelatioresque reliquisse. quas tamen post solstitium validius liquefacere, quippe quæ sub ipso solstitio calefactæ, semiliquatæque esse cœperint. Hac etiam de causa post solstitium maximos esse æstus, & quod magna scilicet exhalationum copia aerem impleat, & quod liquatis gelu niuibusque non est, vnde possit aer refrigescere. Hæc Alexander. Olympiodorus eadem penè ratione soluit. Solem enim etsi niues, glaciemque

Digitized by Google

liquefaciat, liquefacere tamen teneriores extimasque non adeò conglatiatas, quod nondum afficere cœperit, quando iam ante solstitium gelidissimi tractus illi terrarum sint: ex iis autem surgere quidem leues auras, absumi tamen ab æstu aeris sole solstitium tenente propter earum tenuitatem exiguitatemque post solstitium & si sol recesserit, affectus tamen, & concalefactas niues congelatasque aquas facilius liquefieri propter præuiam affectionem. Vnde crassiores copiosioresque eleuari spiritus, qui Etesiarum præbent continua incrementa. ex iisdem fundamentis facilè tollûtur prima & secunda dubitatio. etsi enim magna sit eo tempore, quo sol ad conuersiones incipit accedere, niuium geluq; copia, æstusque, non multus, à quo non possunt exhalationes absumi: tamen quod terrarum illi tractus gelidissimi sunt, nondum potest solis calor ad liquefaciendum esse efficax. fit autem subinde efficax, quo magis accedit, sensim enim concalefaciendo afficit absumitque teneriores partes in solstitio. post solstitium autem iam omnino affectas, liquat ac soluit. quod etsi nimius æstus sit sub canicula, est tamen ille ab exhalationibus, quæ à liquatis niuibus suscitantur, non à sole statim, & sine medio, ac propterea non quia æstus sunt, deberent absumi halitus, sed quia sunt halitus æstus vigent. Hæ igitur sunt rationes, propter quas constat, cur neque ante solstitium, neque in ipso solstitio spirent Etesiæ, curq; ante Etesias, qui vocantur prodromi, hoc est, præcursores qui Etesiarũ flatus præueniunt ab auris tenuiorib. facti, quo tempore sol teneriores niues liquefacit.

Οὐ μὲν, ἀλλ' ἐνίοτε πνέουσι. Perpetuum non esse ait, vt interdiu tantum spirent Etesiæ, nam nonnunquam flare continuis diebus, ac noctibus: hoc autem fieri, quod tunc sit magna niuium eliquatio.

[23] Καὶ γὰρ τῆς ἀνωμαλίας αἴτιον τοῦτο λεπτέον, ὅτε μὲν γὰρ μεγάλοι καὶ συνεχεῖς, ὅτε δ' ἐλάττους, καὶ διαλείποντες πνέουσι διὰ τὸ τὴν τήξιν ἀνώμαλον γίνεσθαι.

Hæc enim inæqualitatis Etesiarum causa est, aliquando enim magni, & continui, aliquando parui & intermittentes spirant, eo quod inæquabilis fiat liquatio.

Sic emendauimus, cum prius mutilus esset locus. dat autem inæqualitatis Etesiarum causam à niuium liquationis inæqualitate, quod modo plures modo pauciores liquefiant, à quibus non vno modo sublati halitus Etesiarum materia sunt. Hanc tamen inæqualitatem locis etiã posse tribui, quòd propinquiores magis recreantur iis flatibus, remotiores vix illos sentiunt. non modo autem locorum interualla debemus afferre pro causa, quando Æthiopia, quæ multum distat ab aquilone pluuiis abundet Etesis spirantibus. verum præter interualla, locorum situs auræq; certorum locorum peculiares nonnullæque plures aliæ causæ fuerint. Plinius lib. 2. c. 47. de Etesiis ita scribit: ardentissimo autem æstatis tempore exoritur caniculæ sidus, sole primam partem leonis ingredien-
» te, qui dies xv. ante Augusti calendas est. huius exortum diebus octo fermè aquilones antecedũt,
» quos prodromos appellant. post biduum aũt exortus, iidem aquilones constantius perflant diebus
» quadraginta, quos Etesias vocant, molliri iis creditur solis vapor geminatus ardore sideris, nec vlli
» ventorum magis stati sunt. & paulo post. Etesiæ noctu desinunt ferè, & à tertia diei hora oriun-
» tur. in Hispania, & Asia ab Oriente flatus est eorum, in ponto ab Aquilone, reliquis in partibus à meridie. Verùm qui fieri possit, vt à meridie reliquis orbis partibus spirent aquilones anniuersarii; Ego neutiquam intelligo, certe nos in Creta, Cypro, Rhodo, in Cycladibus omnibus ab aquilone flantes persentimus adeò iucundos, amœnosque, vt iis ardorem solis mollitum, mitigatumque feramus acceptum. fieri tamen alicubi potest, vt propter conuersiones, quæ à situ locorum fiunt aliunde, quàm ab aquilone videantur exoriri. Vt autem omnibus locis præter Pontum, Asiam, Hispaniamque à meridie spirent fieri nullo modo potest. Theophrastus certè & Aristoteles in Græcia scripserunt & aquilonios agnouerunt. postremo si vbique ferè spirant à meridie, cur non potius meridionales vocantur à Plinio, quam aquilonii?

[24] Εἰ δ' οὖν ἀληθὴς ὁ λέγουσιν ἄλλοι τε, καὶ οἱ περὶ τὸν κρήτικον.

Quod si vera sunt, quæ & alii, & ipsi Cretenses ferunt.

Inæqualitatis Etesiarum per tempora certas vices esse ostendit, præsertim si vera sunt, quæ feruntur de regionibus nonnullis, quod quibusdam temporibus, non adeò fuerint à niuibus, hyemisque sæuitia infestati. Si enim hoc verum est, aliquibusque tempestatibus, aut intermissis, aut etiam continuis, minor, maiorque aquarum, niuiumque copia est, nil mirum posse, & Etesias, & magis, & minus spirare. Καὶ οἱ περὶ τὸν κρήτικον. Cretenses etiam de eorum Insula hoc asserere solitos fuisse ait. de qua libentius ego, quod mea Patria est, dicam pauca. Nempe quæ Theophrastus ait de Hyemis asperitate, niuiumque copia in altioribus præsertim montibus adhuc vera nos experiri. siquidem etsi littorales insulæ oræ tepidiori fruantur aere, & pene vere quodam sempiterno, in Idæis tamen, & Leucis vocatis montibus, in planisque locis, quæ inter montes sunt, Niues annum penè perdurant, quò fit, vt maxima, quæ sub Idæ montibus planities est, inculta etiamnum hodie sit, aliaque non longè à Leucis montibus quæ ὑμαλὶς πόπος vocatur ab incolis. fuisse autem Homeri tempore fertiliorem, quam aut Theophrasti, aut nostra tempestate, vel illi versus argumento sint in 19. Odysseæ;

κρήτη

Κρήτης γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἔνι οἴνοπι πόντῳ
Καλὴ, καὶ πίειρα, περίρρυτος, ἐν δὲ ἀνθρωποι
Πολλοὶ ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόλεις: hoc est;

Creta iacet medio nigro pulcherrima ponto,
Quam circum alliduntcui fluctus, cui pinguia rura;
Et vis magna virûm, Vrbes nonagintaque clarę.

Cur autem hodie neque tot habeat hominum millia, quot olim, neque adeò ferax sit præter innumeras calamitates, quas passa est hãc esse causam existimo, quod confragosior, asperiorque fiat cõtinuè, imbriũ, torrentiumque per conualles cõfragosaque loca violẽtia, vt vel patrum memoria plana fuerint, quę nos videmus aspera inculta que. adde mutationes, quas omnes terras subire Aristoteles probat, in extremo 1. libro meteorologicorum. nam ratio, quam Theophrastus affert, etsi verisimilis sit, magni tamen momenti non est. cum itaque Creta tot esset hominum millibus habitata, centumque vrbibus insularum omnium præstantissima, in medioque ponto à natura posita, tamquam totius Regina Græciæ hodie tamen tres, aut quatuor habet vrbes insignes, oppida, castellaque circiter XL. pagos verò quorum aliqui oppidi magnitudinem æquant ferè innumeros. arces in portubus, naualibusque aliquot munitissimas, quæ à senatu Venetorum ædificatæ proximè sunt. Cuius æquanimitati, Iustitiæ, prouidentiæ tantum debet Creta, quantum neque Ioui suo, neque Mynoi priscis regibus, sed de Creta satis dictum est.

[25] εἰδὲ ἔστιν ἀληθῆ ταῦτα καθάπερ λέγομεν, ἀναγκαῖον καὶ τοὺς ἐτησίας εἶναι πλείους.

Si, inquam, hæc vera sunt, & Etesias plures esse necesse est.

Concludit ex suppositione. si verum est hyemes olim, niuesque magnas, multasque non fuisse, verisimile esse tempestate sua plures spirare Etesias quàm olim. nam cum hyeme multum ningeret, æstiuo tempore validiores iure spirare. id autem testimonio Cretensium confirmauit.

[26] εἰδέποτ' ἐξέλειπον, καὶ Ἀρισταῖος αὐτοῖς ἀνεκαλέσατο. θύσας ταῖς ὑπὲρ θυσίας τῷ διὶ καθάπερ μυθολογοῦσι, κάτομβος ἂν εἴη τὰ ὀπίσω μέρη ἀφ' ὁμοίως σωθέντα ὑδρηνόδη.

Quod si tempus etiam fuisse credendum est, quo defecerint omnino flare, reuocauit Aristæus peractis in Cæa Ioui Sacrificiis (sic enim fabulantur) hĩberna loca non eodem modo humida, niuosaque fuisse perspicuum est.

Probatio ex fabula ἀπὸ περιουσίας post probabiliores rationes. fabula autem vt narrat Diodorus libro quinto rerum Antiquarum hæc est. Aristæus Apollinis, & Cyrenæ filius post mortem Actæonis filii, cum oraculum adisset patris responsum accepit fore, vt Cæam insulam peteret, in qua diuinos honores acciperet. cumque eò nauigasset, orta per vniuersam Græciam pestilentia, ferunt sacra pro Græcis sub diebus caniculæ fecisse, exoratisque Diis, Etesias spirare cœpisse, qui à peste græciam liberarunt, quapropter diuinos honores meruisse, appellatumque Iouem, Nomium, Argæumque, vt narrat Apollonii Scholiastes. quamquam Diodorus dicat hæc cognomina à Nymphis, à quibus educatus est prius habuisse. Hæc fabula est, cuius hic à Theophrasto fit mentio. paulo diuersiorem narrat Apollonii Scholiastes 2. ἀργοναυτικῶν. cum sidus canis vocatus ardore suo terras combureret. Squallorem, sterilitatemque maximam in Cycladibus extitisse. Cæos autem oraculo monitos Aristæum Apollinis, & Cyrenæ filium à Phthia accersisse. Venisse illum in Cæam vnam ex Cycladibus, ibiq; templũ Ioui Iemæo ædificasse, vt imbres in terram caderent; caniculãq; sacrificiis peractis placasse legemque tulisse, vt Cæi ortum caniculæ armis captis seruarent, illique immolarent hostias. Sic autem spirasse Etesias, quæ æstiuos ardores suauissimo frigore lenierunt.

[27] δῆλον οὖν τοῦτο πλεῖω εἰς πέψιν τῶν καρπῶν. οἱ μὲν γὰρ πρωτεύουσιν οἱ δ' ὀψιαῖοι εἰσί.

Quod alioquin planum est, præterquam in fructib. maturandis. sunt enim præcoces alii, alii difficile maturantur.

Locus est omnino corruptus, neque mihi occurrit in præsentia quomodo aliter emendem, puto tamen veram lectionem hanc esse, quam posui. Cum dixisset Aphricam regionem esse longè nostris calidiorem, subdit id in aliis quidem rebus manifestum esse, in fructuum verò maturatione non item, quando alii fructus præcoces sunt, alii non modo serotini, verum qui difficilimè omnium matureſcunt. Hoc autem quomdo fieri possit ex iis, quæ docet in secundo de plantarum causis possumus rationem reddere. fructus enim & à calido, & à frigido ex accidenti tamen matureſcunt. à frigido enim aere matureſcunt fructus, qui dicuntur serotini, græcè ὀψίκαρποι. fieri igitur potest vt serotini fructus in Aphrica, succo exhausto à solis æstu, nequeant à frigore hyemis matureſcere. Cum enim exsuccus redditus sit fructus, vix potest quod reliquum est terreum, ac durum perdomari. Certis enim propriisque locis gaudent arbores, plantæque aliæ, quamobrem & calidæ frigidioribus locis, & frigidæ calidioribus felicius proueniunt. quocirca in eodem libro cap. quarto

Digitized by Google

piraſtrum tradit in calidis locis non naſci, piros autem, malosq, paucas quidem, ac malas. ſubdit autem διὰ τὸν αὐτὸν δὲ καὶ αἰτίαν οὐδὲ αἱ συκαῖ φέρει ἄγονον. οὐδὲ ὅλως ἐκείνοις τοῖς τόποις χρησταί. θερμὸς γὰρ ὢν ἄγαν ὁ ἀὴρ ἀφανίζει καὶ οὐ ποιεῖ πέψιν, hoc eſt, propter hanc cauſam neque ficus in Ægypto, neque in calidis locis omnino bonæ ſunt. calidus enim nimium cum ſit aer exurit, nec facit maturitatem. quod autem Aphrica ferat præcoces fructus mirum non eſt, de iis, qui difficile maturantur eſt quæſtio, quæ tamen ex Theophraſto locis allatis facile ſoluitur.

28 Εἰ δὲ πάντων τῶν πνευμάτων ἡ αὐτὴ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἡ γένεσις.

Verum ſi ventorum omnium eadem, ab iiſdemque cauſis generatio eſt.

Argumentum hoc ex conditione propoſitum ad inferioris quæſtionis exactiorem declarationem reſpicit. ἡ αὐτὴ eadem generatio. cauſam materialem intelligit. ἐκ τῶν αὐτῶν. ab iiſdemque efficientem cauſam ſignificat. τῷ δὲ θερμαίνειν ἥλιος αἴτιον πάντων εἶπε.

Conſequens eſt à ſuperiore lemmate. ſi eadem eſt generatio, ab iiſdemque effecta cauſis, ſol erit efficiens, quatenus halitus attollit ex terra, qui ventorum materia ſunt. τὸ μὲν οὖν ἀληθές. Conſequentis correctio quaſi verum non ſit, ſolem eſſe effectorem ſimpliciter, ſed συνεργοῦντα. hoc autem ideò dixit, quod exhalatio à ſole quidem illa ſublata videtur ventos efficere aere moto agitatoque, vt primus auctor videatur ſol, ſecundus immediatuſque vt vocant, halitus: materia verò partim halitus, partim aer agitatus. halitus autem alia ratione materia, alia efficiens erit. quamquam in Ventis, aliiſque Meteoris, quæ verè compoſita non ſunt, materiæ, formæque ratio non poteſt exquiſitè ſeruari, & eſſe: ſed hæc Dialecticè dicta ſunt, & problematicè. ſol enim auctor eſt primus, ac per ſe, flatus initio, quamquàm in progreſſu nihil vetat, halitum etiam efficere, ac fortè, quod in iis, quæ proiecta aerem ſecant, accidit, vt mouendi aeris, & qui proiecit videatur auctor, & quod iactum eſt. hoc idem in halitu etiam dicendum eſt.

29 Ἀλλ' ὁ ἥλιος δοκεῖ καὶ κινεῖν ἀνατέλλων καὶ καταπαύειν τὰ πνεύματα.

Cæterum, & mouere videtur ſol exoriens, & ſedare flamina.

Locus hic ab Ariſtotele prius in Meteoris accuratè declaratus eſt. ὁ καθόλου δὲ τοῦτο ἀληθές. quoniam abſurdum videri poſſit eundem ſolem, & ortus, & ceſſationis ventorum auctorem eſſe, rationem diuerſam ſtatuit, qua & ἐξορμᾷ, vt loquitur Ariſtoteles, hoc eſt, ciet, ac ſuſcitat. & qua ſedat ac ceſſare facit. exiguum enim halitum abſumit omnino, aut quod exiguum halitum calor nimius tabefacit, & abſumit, aut quod ortũ eius præripit exſiccata terra; ὅταν δὲ πλείων, multum aũt halitum ciet, ac ſuſcitat. diſiicit enim ſol attenuatquè, atque hac ratione συνεξορμᾷ. & quamuis in motu aliquo ſit exhalatio. calor tamen ſolis validius agitat. quemadmodum autem ortus ventorum ſol oriens cauſa eſt, ſic aliquando, & occidens ceſſationis. cum enim motus halituum non adſit cauſa, & ipſos non moueri neceſſe eſt. Hoc autem vt verum, ſit, motus neque minimus ſit oportet, ne abſumpto halitu ceſſet & ipſe, neque magnus, vt ne occidente ſole incolumis ille tamen maneat. Sol igitur oriens duo facit contraria, & mouet ventos & ceſſare facit. Idem tamen, vt oriens ortus cauſa eſt, ita occidens ceſſationis. primo modo (vt aiunt) poſitiuè, ſecundo priuatiuè.

30 Ἔνια δὲ καὶ δυόντος τοῦ ἡλίου.

Nonnunquam & occidente ſole flatus deſinunt.

Mira varietas effectuum pro quantitate, copiaque materiæ, qui cientur ab exortu ſolis, ſi multi non ſint ab occaſu ceſſant, quando motus auctor non adeſt. contrà qui à ſolis ortu abſumpti deſinunt, illo occidente, ſurgunt iterum, quòd non adeſt, qui abſumebat. hæc de flatibus magnis non ſunt intelligenda, ſed de auris. hac enim ratione in maximis ventorum pacationibus, quas ἀτησίας appellamus, noctu tamen auræ non deſunt.

31 Διὸ τοῦτο ἥδη καὶ ἐν μεσημβρίᾳ μάλιστα πνεύματα παύονται.

Vnde accidit, vt meridie quieſcant venti.

Locus corruptus eſt manifeſtiſſimè. Legendum autem, vt emendauimus, vt ſit ſententia. cum à ſole tabeſiant exigui halitus, flatuſque deſinant, longè magis ceſſabunt agente magis ſole: ſed magis agit meridie: tunc igitur magis ceſſabunt. ideo addita vox μάλιστα. πνευματώδεσι πνεύμασι figuratè dictum, & facetè.

32 ποιεῖ καὶ ἡ σελήνη ταῦτα πλὴν οὐχ ὁμοίως.

Facit hæc eadem & luna, non eodem tamen modo.

Ne hic quidem locus caret macula. luna tanquam paruus ſol poteſt & illa aliquo modo eadem effecta facere, non tamen ſimiliter. poteſt enim mouere tepore ſuo halitus, ceſſareque facere poſt occaſum. tabefacere autem, abſumereque minimè poteſt. διὸ καὶ νύκτωρ. ad proxima verba refertur ἀέναος ἥλιος.

διὸ καὶ

Digitized by Google

Διὰ δὲ νύκτωρ δεινότερα, ratio cur flatus qui post occasum solis oriuntur noctu validiores sunt in pleniluniis. illo enim tempore luna magis calefacit vt Aristoteles quarto libro cap. 5. de partibus Animalium scriptum reliquit. sed dubitatio est. Nam si occidente sole surgunt aurae, quod sol non adest, qui tabefacit, & exsiccat. quomodo surgent exortu lunae. an quòd lunae calor imbecillus est, qui halitus motum adiutat, & non extinguitur. δεινότερα mendosam puto dictionem hanc, forte ῥωμαλεώτερα legendum est. omnino autem locus hic lacer est, quòd verò ad coitus lunae pertinet manifestum est χειμερινωτέρους esse, hoc est hibernos magis, & frigidos, quòd deficiente lumine deficit & calor: hoc autem in libro de signis aquarum adnotatum est.

[33] Εἰ δέ ποτε καὶ κατὰ σύμπτωμα γίνοιτο ταῦτα καθάπερ καὶ ὅτι τῶν ἄστρων ἀνατολαὶς καὶ δύσεσιν, ὅτι σκεπτέον.

Videndum autem an euentu quodam hæc ita fiant, vt quę in ortu, & occasu siderum.

Κατὰ σύμπτωμα ait, quod nos euentu quodam vertimus, certum quendam euentum intelligens, qui astrorum ortus, occasusque consequitur. non absimili significato medici vocant symptomata affectiones, quæ morbos sequuntur. fieri autem temporum mutationes insignium astrorum ortu, & occasu, vt Arcturi, pleiadum, orionis, caniculæ, manifestum est.

[34] Ταυτὸ δὴ καὶ ὅτι τῆς γαληνείας.

Hęc eadem, & de ventorum tranquillitate dicenda sunt.

Hæc verba cum mendosa essent ita restituimus. vt cum dixerit de ventorum ortu addat de trãquillitate hæc eadem dicenda esse. Namque aerem modo vinci modo vincere, vtroque autem modo quiescere. igitur vtroque modò fieri κατὰ γαληνίαν. quandoquidem ventus aliquo modo aeris est motus. hæc tota ratiocinatio est, iisdem autem verbis hæc sententia in XXV. sectione, problemate quarto ἀεὶ ἡμίσους μὲν νυκτῶν κρατεῖ. media nocte vincit aer, quòd non adest efficiens vis, quæ agat, ac moueat. vincens autem immotus permanet, κρατεῖ δ' ἀεὶ μεσημβρίας, sic restituimus ipsa sententia postulante. vincitur autem meridie, quod æstus solis & absumit halitum si quis est, & exsiccat terram, vt non suppetat, vnde ventus oriatur, victus autem & victor aer immotus est; ab immoto autem aere ἄπνοια & venti tranquillitas. igitur quo tempore immotus aer, illo venti pacatio est, hac ratione & Aristoteles secundo libro Meteoron terræmotus præsertim meridie mediaque nocte ait fieri. Verùm notanda sunt accuratius, quæ docet philosophus, nam exhalationes aut sunt exiguæ, aut non exiguæ. illæ quidem non tamen multæ, aut multæ, & copiosæ. Si exiguæ sunt sol æstu suo extinguit, & abolet, quod præsertim meridie potest accidere. Si non exiguæ sint, sed paucæ, mouentur illæ quidem à sole, sed cum multæ non sint, post eius occasum cessant à motu, sequiturque venti cessatio. Si verò multæ sint accepto agitationis à sole principio per sese mouentur, ac durant diu, noctuque. His itaque positis facilè est videri quomodo ortus & cessationis flatuum sol est auctor. Nam in exiguis exhalationibus cessationis auctor est extinguenda materia, in non exiguis, paucis tamen, flatus est auctor dum est. Cum occidit cessare facit priuatione. in multis vt oriens exortus illorum est causa, ita occidens cessare non facit. atque hæc de sole. Nunc de tranquillitate dicendum est. quæ cum ab immoto proficiscatur aere, aer aũt non moueatur aut immoto halitu, aut non existente, fit, vt quando halitus absumatur, vincaturque venti materia, sequatur tranquillitas. Hoc autem in exiguis exhalationibus, tenuibusque intelligendum. id autem interdiu accidit præsertim meridie. si verò halitus quidem sit, non ille tamen exiguus, non multus tamen, & crassiusculus, noctu cum desit, quod agitat, dicitur vincere, eò quòd non vincitur & non mouetur. maxime autem vincit, quando maximè abest, quod agitat, abest autem maxime intempesta nocte, ac media. intempesta igitur nocte magna tranquillitas. quod si exiguus, tenuisque halitus sit, quemadmodum à sole vincitur quod absumitur, ita etiam propter tenuitatem non potest vel pauciſſimo calori resistere, quare surgit post occasum. quo tempore non est calor, qui absumat, sed est, qui mediocriter cieat. Hæc erant distinguenda ne lateret nos auctoris sententia.

[35] συμβαίνει δὲ καὶ τὰς καταπαύσεις γίνεσθαι τῶν πνευμάτων κατὰ λόγον.

Nam & ventos cessare contingit ratione.

Hæc à superioribus pendent. quòd si venti cessatio non videatur à tranquillitate differre, differt tamen; quòd cessatio terminum illum significat, qui statim ventum sequitur cadentem. tranquillitatis maius interuallum est. immoto manente aere κατὰ λόγον. ratione, quæ supra posita est. ἄρχεται γὰρ ἡ θέρμη πρὸς δυσμάς. cum ita legeretur emendaui ἄρχεται γὰρ πνεῖν πρὸς δυσμάς. sole enim occidente flare incipiunt. de halitu exiguo tenuique intelligendum, id est, qui interdiu non potest ciere flatum, noctu potest. hic autem mane desinit, & præsertim quo tempore sol euincit, extinguitque magis. extinguit autem meridie.

Καὶ ὑπὸ πνευμάτων. Halitus copiosior, crassiorque à sole interdiu agitatus ventum excitat. post solis occasum immotus manet, & præsertim nocte concubia. post solis igitur occasum cadit fla-

Digitized by Google

tus auctore motus ab Hemisphærio profecto. ὅταν παύσηται κεκαυμένα, quando desinunt vincere. flatus intelligit. sumuntur tamen flatus pro materia, id est, pro exhalationibus.

36 εἰ δέ τινες θαυμάζουσιν ὡς ἄλογον ὅτι τὰ πνεύματα ψυχρὰ ἔστιν ἀπὸ τῆς τοῦ ἡλίου κινήσεως, καὶ ἁπλῶς τοῦ θερμοῦ γινόμενα, ψεῦδος τὸ φαινόμενον αὐτοῖς ἄλογον.

Verum quod nonnullis admirationi est, tanquam à ratione alienum, quòd venti cum à solis motione, & omnino à calore fiant, frigidi tamen sint, falsum est, quod iis videtur rationi aduersari.

Quæstio perspicua est, neque eget declaratione. est autem in XLIX. problemate, atq; ratio talis est. Venti fiunt à calido, quod à calido fit, calidum est, venti igitur calidi ac frigidi sunt? quomodo igitur à veris propositionibus falsa collectio? Hanc rationem soluit dupliciter, primo ὁ πάσει. deinde αἰτιᾶται πάσει. primam instantiam dicimus, alteram nonnulli obsistentiam, alii inficiationem.

Οὔτε γὰρ ἁπλῶς ἀλλ' ὡς συναιτίῳ τοῦ θερμοῦ τεθεωρῆσθαι δεῖ.

Neque enim simpliciter à calido, vt à principali causa flatus oritur, sed vt ab adiuuante, & coniuncta. ὕνασις à distinctione non petita, τὸ ἁπλῶς ἢ καθ' αὑτό, ἢ συναίτιον. Solem enim simpliciter, ac per se non esse causam, quando exhalatio est, quæ mouet aerem immediate, ac simpliciter. qualis igitur aer est, talis ventus, etiamsi primus auctor calidus, & secundus à calido ortus, & auctus. συναίτιον causam adiuuantem, & coniunctam conuertimus. Vocat autem solem, & omnino calidum adiuuantem causam, quod sine illo motus principium non est, à quo aeris motu ventus. τεθεωρῆσθαι, assignandum, tribuendum, sensus autem. Ventorum ortum non simpliciter, ac per sese soli tribuendum esse, sed vt concausæ.

37 ὅτε πάντως ἡ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ κίνησις θερμὴ ἢ πυρώδης, ἀλλ' ἐὰν ᾖ πού τινα γίνεται.

Nec omnino quæ à calore cietur motio, calida & illa atque ignea est, sed si certo modo fiat.

Ἀντιπαράστασις à modo exortus flatus, & loco, ὁ δὲ ἀπὸ θύτης κινούμενος ἀήρ. sic legendum est, non vt prius αὐτὸ καὶ διὰ τοῦτο θέρος μὲν θερμὰ χειμῶνος δὲ ψυχρὰ πνεύματα. Conclusio à superioribus deducta Austrum in Creta in eo littore quod aphricam spectat, frigidum habemus æstate, iucundumque, quod mare transit vnde frigus accipit. in ea verò parte, quæ vergit ad Aquilonem, & Græciam adeò feruidum, vt penè vrat. nempe ab exhalationibus feruidis, quæ in aere sunt, agitatis, ab australi autem ad aquilonium littus vix est locus, qui L v. millia passuum excedat. tantum potest aer ad ventum afficiendum mutandumque.

Φανερὸν δὲ ἔπου δεῖ † mendosissima sunt hæc, & mutila, quibus vix quisquam possit admouere manum. sententia autem videtur esse pro aeris, locique qualitate ventos affici, frigidosque esse, vbi per frigida loca spirant, frigidumque agitant aerem. calidos contrà vbi per loca spirant: calida aeremque calidum mouent. loci autem caliditas ab aere, imo aer ipse locus aliquo modo.

38 Καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς τόποις τοῖς συνεχέσι ἔμπυρος ἡ πνοὴ γίνεται.

Atque in ipsis etiam locis continuis feruidus flatus est.

In calidis locis dum ventus spirat, calidus est necessariò ab aere calido affectus, ab exhalationibus calidis auctus, & aere calido agitato, quem ventum esse aliquo modo Theophrast. non negat. si vero vlterius spiret, necesse non est, talem vbique esse. Nam si per frigidiorem regionem frigidus eadem ratione fiet. hæc & vera sunt, & sensus experientia comprobantur.

39 ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ ἄλλοθεν ὁπόθεν, ἐὰν ἐξ εὐπόρων ᾖ τόπων, καὶ ἐχόντων ἀέρα παχύν, καὶ πολὺν καὶ, καὶ ὑπερβάλλον φαίνεται τῇ θερμότητι.

Nonnunquam & flatus, qui aliunde oritur, si per frigida loca spiret, vbi crassus, feruidusq; aer extiterit, afficitur & ille, & caloris sumit excessum.

Si in loco cauo præsertim, & non perflabili calidus ventus sit, aliunde vero accedat alius à locis scilicet, qui & calidi sunt, & aerem crassum habent, maximus æstus sequatur oportet. qui in cauis locis depressisque tantum potest, præsertim si aer sit crassus, vt & viatores, & messores, huiusque generis homines plerunq; suffocet, quippe qui cum in sole aut ambulent, aut metant labore excalfacti, solisq; æstu torrefacti attracto, inspiratoq; aere calido, & suffocãte plerunq; exanimãtur.

40 ὅτι δ' ὅτε αὐτὸς ὑφ' αὑτοῦ μόνος κινούμενος ὁ ἀὴρ ὅτε ὑπὸ τοῦ θερμοῦ κεκαυμένος τοιούτῳ φέρεται τῷ φορᾷ, καὶ ἐκ τούτου δῆλον.

Quod enim per sese solus agitatus aer, in quo caloris excessus sit huiuscemodi motu feratur, vel inde manifestum est.

Hæc omnia ex problemate 49. sic correximus, in quo hæc eadem explicatur quæstio quæ & superiorib. verbis. quòniã autem dictum est ventos pro qualitate aeris quem agitant, affici, atq; ita & calidos,

Digitized by Google

calidos, & frigidos esse: ideo nunc ostendit aerem motum, quem aliquo modo ventũ diximus ita affectum esse, vt ex calido, frigidoque & temperari, & agitari videatur, quamobrem & obliquo cieri motu. frigidum enim cum terræ proprium sit, vt compingendi, grauandique vim habeat, si solum in aere esset, grauem ipsum fuisse redditurum, illumque deorsum substituturum. Contra verò si calidum in aere solum dominetur, quòd illius proprium est suprema petere, moueri illũ sursum debuisse. Verùm cum motus obliquus, quem λοξὸν dicimus, medius inter duos hos motus videatur, atque ex vtroque commistus, sequi ex vtraque vi constare motum hunc, neque calidum præstare frigido, neque frigidum calido. Hæc philosophus, quæ tamen non sine aliqua difficultate possunt intelligi. omnino verò difficultas facile tollitur, si aerem hoc loco intelligimus, non propriè vnum ex quatuor primis, simplicibusque corporibus, sed halituosum, vt ita dicam, imo potius exhalationem ipsam, quæ cum calore solis vna cum vapore è terra, aquisque tollatur, cum simplex, immistaque non sit, sed in ea & frigidum quod terræ est, & calidum, quod ignis, dominetur, imò terreum, & igneum, vt dicam simplicius, ideo cietur obliquo motu, quòd scilicet leuitati commista grauitas medium motum efficiant, inter rectos sursum, ac deorsum, quem obliquum dicimus. Eadem ratione in Meteoris Aristoteles docet stellas discurrentes propterea obliquas ferri. atque hæc de motus ventorum obliquitate, quæ tamen non iis omnino sunt consentanea, quæ Aristoteles de hac eadem obliquitate docet in 2. Meteor. quippe qui propter orbicularẽ aeris conuersionem obliquè ventos agitari existimat. Quæ sententia, etsi vera fortasse sit, est tamen multis difficultatibus inuoluta, quarum cum aliquas afferat Alexander, & Olympiodorus, Franciscus etiam Vicomercatus latinorum Aristotelis interpretum post Thomam Aquinatem facile princeps, non est, quod nos in iis afferendis, & diluendis operam ponamus nostram, satis enim in Meteoris discussimus. εἰ μὲν γὰρ ἀφ' τὸ ψυχρὸν ἦν φύσει καὶ ἀτμιδώδη, clarius hic quàm in problematis. τὸ ἀτμιδῶδες, autem est declaratio τοῦ ψυχροῦ, frigidus enim est penè vapor, etsi enim calore solis attollatur, humidus tamen cum sit, si leuiter concrescat, frigidior fit. hac ratione media aeris regio frigidissima quòd ἀτμιδώδης.

41 τοῦτο μὲν οὖν καθόλου ὃ κοινόν, ὅτι ὁποῖος αὐτὸς ὁ ἀὴρ, ἢ ἀναθυμίασις καθ' ἑκάστους ἢ τόπους ὅτως ἔξει καὶ τὰ πνεύματα τῇ ψυχρότητι.

Hoc igitur in vniuersum positum sit, tales esse ventos, qualis aer, aut exhalatio in singulis locis.

Superioris problematis, in quo de ventorum caliditate, frigoreque disputatur conclusio est, in quo tamen declarando obiter dictum est, & de externo calido aere, qui in cauis depressisque locis suffocandi viatores vim habet, & de motus ventorum obliquitate. Hæc tamen conclusio probatur etiam aliis rationibus inferius positis.

42 ὅσα γὰρ ἀπὸ ποταμῶν ἢ λιμνῶν, πάντα ψυχρὰ διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ ἀέρος.

Nam flamina, quæ à stagnis, & fluminibus veniunt frigida sunt omnia, propter aeris frigiditatem.

Quòd ab aeris qualitate afficiantur venti, vt & calidi, & frigidi sint; probat aurarum exemplo. auras enim quæ à fluuiis, & stagnis oriuntur frigidas esse, quòd aer post solis occasum frigidior est, & vapor, qui in aere crassior, vt facilè possit frigus persistere. καὶ ἔτι διὰ τὴν σώτητας: aeré proximũ fluuiis, stagnisque frigidũ esse manifestũ est à frigidioribus aquæ vaporibus imo & ab ipso aquæ frigore affectũ. ῥῶσιν. sic lego, à frigidis enim auris robur comparatur corporibus, calore natiuo intus clauso, & validiore propterea reddito. in balneis post calidas lauationes frigida immergi, lauarive corpora veterum medicorum, & Gymnastarum consilium est ad robur adquirendum restricto calore natiuo ad intima ne exhalet ac dissoluatur. hoc idẽ æstiuis caloribus matutino faciũt auræ frigidiores, quæ præterquam quod recreant inspiratæ appulsu suo robur indunt corporibus.

43 Καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις εἴκοιλοι καὶ ὑσκεπεῖς τίνες ὄντες τόποι τῶν ἔξω πνευμάτων ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων εἰσὶ ψυχροί.

Quo fit, vt cum plura loca caua, obtectaque sint ab externis flatibus, à propriis tamen & indigenis frigida sint.

Corollarium à superioribus ductum, εἴκοιλοι καὶ ὑσκεπεῖς τόποι. vsitatæ voces in libris de Historia, & causis plantarum. nos conuertimus caua obtectaque loca. hæc autem cum externos flatus non admittant, eo quod depressa, ac caua sunt, à propriis, indigenisque flatibus ait esse frigida. halitus enim à sole sublatos, cum natura sua nequeant persistere, sed huc, & illuc ferantur, flatus ciere, hosque esse, quos vocamus auras, quamobrem, & matutino spirare, & quæ à stagnis, & quæ à fluuiis exurgunt auræ, & quæ dicuntur ἀπόγειαι. hæq; propterea frigidæ sunt, quòd propter defectum caloris frigescit halitus, à quo cientur. notanda autem quæ docet philosophus, ac primum de locis obtectis, cauisque, deinde de aurarum ortu. loca enim, quæ vocat εὐσκεπῆ, frigida quidem illa sunt, manè æstiuo tempore propter auras frigidas, quæ copiosiores oriuntur. Nam depressa loca exhalationibus, quæ in aere crasso, qualis huius generis locorum est, solent esse copiosiores, abundare

Digitized by Google

ſolent, præſertim cum à ventis non perflantur. Hæc eadem tamen loca meridie æſtuant, eò quod iam medium cælum tenente ſole auræ deſinunt, exhalationes verò calefactæ, & auctæ calidum aerem & πνιγώδη faciunt. Quamobrē huiuſmodi loca inæqualem habent aerem, & propterea morbis pluribus infeſtantur. animaduertit hoc Hippocrates in libro de Aere, aquis & locis, qui de hoc ferè locorum genere loquens ponit hæc verba, πρὸς δὲ ἥλιον ἑωθινὸν μὲν αὖραι ψυχραὶ πνέουσι καὶ ἀφίσιν πίπτουσι, τὸ δὲ λοιπὸν ἥλιος ἐγκαθεδρωόντων ὥστε μάλα σφας διέφθειρε τοὺς ἀνθρώπους. Hæc itaque in cauis locis obtectiſque æſtiuo tempore aeris inæqualitas. Hyeme frigidior, humidiorque aer eſt, præterea craſſus, ac nubilus, quippe cum à ventis non agitetur, craſſus, nubiluſque ſit oportet, quare etiam pluuius eſt. Quod verò ad aurarum ortus pertinet, illas oriri certum eſt ex halitu, qui à fluuiis, lacubuſque tollitur, quæ interdiu plerunque non ſunt, quòd exiguus, tenuisque halitus cum ſit, facile à ſolis calore abſumitur, occidente tamen ſole materia commode ſuppetit, ac præſertim poſt mediam noctem iam aere frigefacto. tunc igitur auræ & frigidiores, & iucundiores exurgunt. neque tamen à fluuiis modo, lacubuſque ſurgunt auræ, verùm etiam à terris; quæ ideo dicuntur, ἀπόγειαι. quas abterreneas nouè quidem, aptè tamen vocat Theodorus Gaza apud Ariſtotelem. fiunt autem & illæ ex halitu, quem poſt ſolis occaſum, tenuem, exiguumque, exhalat terra. has propter littus excipiunt nautæ, habentque in nocturnis nauigationibus, vel in maxima maris malacia maximè auxiliares.

44 πλὴν γὰρ φορεῖν τοῦτο αὐτῷ γίνεσθαι κατ' ὀλίγον ὅτι μέγα τε πᾶλαι καὶ μέγα νῦν δύναται.

Fit enim ſenſim tum propter alia, tum propter tranquillitatem motus.

Sic emendandum putaui, vt ſit ſententia auras fieri κατ' ὀλίγον. hoc eſt non confertim, & impetu facto, ſed ſenſim, & propter alias cauſas, & propter tranquillitatem. Nam tenuis halitus cum ſit, exhaletque ſenſim ab aquis, non poteſt non niſi ſenſim ciere auram, adde πλὴν εὐδίαν, hoc eſt, ſerenitatem tranquillitatemque aeris. Nam hæc non leuis huius euenti cauſa eſt, ὃ ὅταν ψυχρὰ ᾖ ὑπὸ μίσεος. nempe materia copioſior ſuppetit. ſignatè autem dixit μίσεος. Nam ſi multæ ſint pluuiæ venti potius ſurgent, quam auræ.

45 ἀπὸ μόνου δὲ τοῦ νείλου δοκοῦσιν οὐκ ἀποπνεῖν αὖραν οὐδὲ ἐλαχίστην, διότι θερμὸς ὁ τόπος, καὶ ἐξ οὗ καὶ εἰς ὃν ῥεῖ.

Verum ab vno fluuiorum Nilo, aut nullæ videntur ſpirare auræ, aut quam minimę, quòd locus à quo, & in quem fluit, calidus eſt.

Hoc idem Herodotus in Euterpe: τῆς αὔρης δὲ τῆσι, ὅτι οὐκ ἀποπνέει ἀπὸ τοῦ νείλου οὐδὲ ἔχω γνώμῃ, ὡς κάρτα ἀπὸ θερμέων χωρίων οὐκ εἰκὸς ἐστὶ ὕδωρ ἀποπνέειν, αὔρη δ' ἀπὸ ψυχροῦ πνοὴ φιλέει πνέειν. hoc eſt, de aura autem, quæ à Nilo non efflatur hæc mea ſententia eſt, quod à valde calidis locis conſentaneum non eſt quidquam auræ ſpirare. aura enim à frigido aliquo ſpirare gaudet, in 23. & 26. ſectione problematum quæſtio eſt, cur à mari non ſint auræ, cauſa autem maris latitudini, ac vaſtitati tribuitur, præterea qualitatique inter calidam, frigidamque media eſt, διότι θερμὸς ὁ πόντος. Quacunque fluit Nilus calida loca ſunt. attenuatur igitur halitus abſumiturque. Quamobrem ſi quis eſt, exiguus omnino eſt, vt vix ſentiatur. adde vaſtitatem regionum & latitudinem, in qua diſiectus halitus ſenſum omnem videtur fugere. Hieronymus Cardanus in ſecundo libro de ſubtilitate cauſam, cur Nilus aura careat, hanc eandem eſſe putat, quod cum eius initium circa circulum brumalem ſit, & totus per torridam feratur regionem, auram nunquam poſſit concipere. Nam etſi etiam exurgat aliqua ſtatim immodico ſolis calore abſumi. eius vero ſententiam refellit Iulius Cæſar Scaliger ingenio, & eruditione admirabilis, negat hic propter locorum calorem fieri, vt Nilus nō exhalet auram. ſed quod longo curſu aqua attenuatur ita, vt etiam ſublatus in aerem vapor nequeat corpus capere; exceptum enim diffundi, & non cogi. Verum nulla tenuitas halitus tanta eſſe poteſt, quin noctu poſſit aliqua ex parte denſior fieri refrigerata, niſi ſit regionis calor, qui quemadmodum interdiu ſol, ita is vel noctu auram tenuem, exiguamque facilè abſumit, & abolet.

46 αἱ δὲ αὖραι πυκνουμένου τοῦ ὑγροῦ εἰσί.

Auræ vero denſatione humidi oriuntur.

Vapor humidus ex aquis à mediocri calore ſublatus (Nam vehemens abſumit omnino) noctis frigore denſior fit, & auram ciet. Nam ſi tenuis maneat, qualis reliquus aer eſt, non poteſt aura fieri, eſt enim quod mouet ab eo, quod mouetur diuerſum, mouet autem aura aerem, in problematis, γίνεται δὲ ἡ αὔρα, ὅταν ἀναπνοὴ θερμαινομένων, ἢ ψυχομένων τῶν ὑγρῶν, ὁπότερον τὸ τούτων πάσχῃ, ἐξαιρῆται. ἐξαιρούμενον δὲ τοῦ ὕδατος ὁ ἀὴρ γινόμενος φέρεται· ὅ ἐστιν αὔρα. fit autem aura & expiratio calefactis aut frigefactis humoribus. vtrum enim horum patiatur, in aerem abit, aqua autem in aerem tranſiens, aer iam reddita fertur, atque hæc eſt aura. διὸ ὅπερ ἀπὸ τῶν λυσίμων ποταμῶν. eadem ratione, qua & Nilus in Æthiopia, & Ægypto non ſpirat auras. Callimachus in Arcadia fluuium ſub Parrhaſo anaurum appellat, quod nullā exhalet auram. Plin. lib. 31, Boryſthenis aquas adeò tenues eſſe tradit, vt Hypanis innatent fluuio, præterea halitū, & nebulā nullā mittere. Hoc vero mirū ſit in aere frigidiſſimo, in quē ab æſtu fluuii ſublatus vapor facilimè poteſt cōcreſcere. niſi hæc ratio ſit, quod aeris frigi-

Digitized by Google

frigiditas in causa est, vt nullus eleuetur halitus. aut etiam quòd Scythæ aer cum crassus sit, aqua vero Boristhenis tenuissima, fit vt si etiam leuetur halitus, non possit tamen propter tenuitatem discerni. καίτοι φασί. si verum hoc est mirum cur noctu in Orientalibus regionibus auræ non sint. & tamen potest accidere, tum ob tenuitatem spirationum, & aeris, tum propter situm locorum aliquot. adhæc propterea quòd manè quod tempus auræ proprium est, sol ibi statim illucet vaporesque omnes consumit.

47 Τάχα γὰρ ἀποψύχεται μὲν, ὑ δυνατὰι ὃ παρρωτέρω προϊέναι καὶ τοῖσι ἄνεμοι ὑπείκειν ὑθὺ τῶν ἐπιδεχομένων ὄντων τόπων.

Quamquam illud fortasse afferri possit, frigescere quidem aera, non posse tamen vlterius promoueri, & auram facere locis statim excipientibus valde feruidis.

Satis infirma est ratio, eadem enim est frigiditas tum in locis, à quibus surgit aura, tum in iis per quos est spiratura, si verum est aerem in oriente maximè frigescere. quod si verum est, quærendum vnde sit. an propter antiperistasim? ibi enim maior antiperistasis, quod interdiu maior æstus. an etiam quòd aer tenuissimus est, ac propterea facilè & calefit lucente sole, & frigescit post eius occasum.

48 Ἀπὸ γὰρ τῆς ἀποψάσης καὶ τῆς τοιαύτης ἀνέμους καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται.

Atque ab his auris, & ab iis, quæ è terra prodeunt, fiunt & flatuum conuersiones, quæ τροπαὶ dicuntur.

Τροπὰς appellant ventos, qui recurrunt, reciprocanturque ab iis locis, ad quæ spirant ad ea, à quibus primum exurgunt. Theodorus conuersiones vertit. fiunt autem τροπαὶ præsertim terreni flatus. Quamobrem & Aristoteles in problematis quærit cur tropæi à mari spirent. subdit autem post aliqua καί ἐστιν ἡ τροπαία οἷον αἰσθησις ἀποψάσης. hoc est & est tropæus veluti conuersio terrenæ aurę. τῆ ὑχρῆ αἴρος. deleo τῆ ὑχρῶ. ociosum enim epithetum est, & irrepsit librariorum incuria, quod infra fit τῶν ὑχρῶν mentio in euripis. ἡ γὰρ θάλασσα καθάπερ πάλιν ποταμὸς ἐστὶ πνεύματος. sic restituendus locus hic in quo malè prius legebãtur verba illa ἀεὶ θερμῶν καταμίνων. quæ à lectore fortasse aliquo in margine posita, ab ignaro scriba verbis Auctoris adiecta sunt. ὥσπερ ὁ τῶν εὐρίπων τῶν ὑγρῶν. quod accidit in euripis, vt cum multa aquarum vis ad extremum fretum collecta, eò quòd exire non potest, recurrat eò vnde fluxit, vicissimque fluat, ac refluat, hoc idem & in tropæis fit. nisi fortè differant quod multæ æstus vicissitudines in Euripis sunt, in tropæis vna tantum est conuersio.

49 μάλιστα δὲ ὁ τοῖς χείλεσι ταῦτα γίνονται, ἢ ὅπου πνέουσιν αἱ ἀπόγειαι.

Maxime autem hæc fiunt in cauis locis vbi flant abterreneæ auræ.

Tropæi cum terrenæ auræ sint non possunt vlterius ferri, quòd infirmi sunt, iisque magnæ materiæ vis non suppetit, quocirca vbicunque offendunt, congesto aere quem agunt recurrunt: nam vltra non possunt impellere. congerunt autem in cauis præsertim locis. talia autem præsertim in mari sunt. Nam vt ait Aristoteles mare in cauo est.

50 γίνεται δὲ καὶ ἀνάκλασις τις τῶν ἀνέμων, ὥστ' αὐτίστηθι αὐτοῖς ὅταν ὑψηλοτέροις τόποις προσπνεύσαντες ὑπερέχειν μὴ δυνανται.

Fit & ventorum quædam refractio vt in seipsos flare videantur, quando in editiores locos spirant, neque illos possunt superare.

Τροπαὶ aurarum sunt, & earum præcipuè quæ terrenæ sunt. similis autem affectus & ventis accidit, quos ait ἀνακλᾶσθαι. potius quam τρέπεσθαι. & quod ventus impetu fertur, qui non potest nisi vi repelli ac refringi & quòdà locis repellitur, in quibus sanè non modo non est egressus, sed & magna repellendi vis est. fit autem repulsio hæc aut refractio ab altis montibus, quos cum superare venti nequeant, offendunt, & refracti repelluntur.

Καθάπερ ὁ λιγγίων ὁ μακεδονία. dat exemplum huius euenti. lingium autem Auctore Stephano castellum fuit Cassandreæ Macedonicæ vrbis; quæ vrbs primùm Potidea vocata, postea à Cassandro Antipatri filio Cassandrea vocata est. est autem supra sinum Thermaicum non longè à Thessalonica in Isthmo, quem pallenensem vocant, qui tamen Theophrasti tempore lingius, lingæusue vocabatur, neq; modo Isthmus, verum etiam intimus ille Thermaicus sinus vt ex Stephano colligimus. Κορίου πνέοντος πρὸς τὸν βορέαν. hoc fit propter refractionem. spirat autem aquilo à Cassandreo promontorio (ad aquilonem enim vergit Macedoniæ illa pars) eumque recta feratur per sinum Thermaicum offendit tandem in Pelion, Ossamq; altissimos Thessaliæ montes, qui sinum illum videntur initio claudere. Quamobrem recurrit, repelliturque reiectus.

51 διαχοὰ καὶ ὑπ' αὐτοὺς τοὺς ἐτησίας αἰτίπνοιαι γίνονται τοῦ βορέα διὰ τὴν ἀνάκλασιν ὥστε καὶ αὐτὰ δοκεῖν τὰ πλοῖα.

Nam aliquot locis sub ipsarum Etesiarum flatibus contrarii fiunt Aquiloni flatus propter refractionem, vt & ipsa nauigia retrocedere videantur.

Digitized by Google

Ἀνακλάσεις, ἀπάντησις, προσκαί, πάλιντυπίαι. recursus, repulsiones, & conuersiones dicuntur. non modo autem validos aquilones refringi, reflareque in contrarium ait, verum & lenes illos, qui anniuersarii sunt Etesiæque communiter vocantur.

[12] Καθάπερ καὶ ὁ πόρος ὁ ἐκ Χαλκίδος εἰς Ὠρωπόν.

Quemadmodum in freto, quòd à Chalcide ad Oropum traiicitur.

Legendum πορθμὸν. intelligit autem traiectum illum breuem, qui est in Euripo à Chalcide Eubœæ Vrbe ad Oropum Bœotiæ oppidum Amphiarai oraculo clarum. porrò in Euripo illo Eubœæ, in quo septies maris est reciprocatio singulis quibusque diebus, mirum id non fuerit. cum enim præter reciprocationem maris, quæ eius loci propria est, venti etiam fiat repulsio. facilè repelluntur nauigia, & contrario vehuntur itinere. γίνεται δὲ τοῦτο. non omni tempore id accidit, sed quando aquilo vehementer spirat. tunc enim & longius fertur, & cum multum aeris, halituſque impulerit; si alicubi offendat, recurrit, atque repellitur. καμπτόμενα. Correximus in καμπύλα. τὸ δὲ ἀνακλώμενον autem πνεῦμα intelligitur, hoc est retortus, repulsusve flatus. ὀνομαχῶς δέ. alias affectus ventorum, qui cum impetu impingunt, dissiciuntur, aliaque pars retorquetur, alia fertur vlterius, quod in aquis fluentibus frequentissimè conspicimus.

[13] ἁπλῶς δὲ οἱ τόποι πολλὰς ποιοῦσι τῶν πνευμάτων μεταβολάς, ἄλλως τε καὶ ὃ προσπίπτοντα καὶ ἐμπίπτειν εἰωθότα.

Porro simpliciter illud dicendum est, multas ventorum mutationes à locis fieri & in aliis eorum differentiis, & in vehementia, ac lenitate.

A locis pendent non modo priores illæ ventorum differentiæ, verum & euenta plurima alia, quale & illud est, ventum in angustiis vehementiorem esse, in vastis autem patentibusque locis leniorem. imo plerunque in apertis locis tranquillitatem esse, in angustis non deesse ventos. huius euenti causa est etiam in problematis perspicuis verbis posita hoc in loco.

[14] Πάλιν δέ εἰσι τόποι διὰ τὴν χαυλότητα καὶ διὰ τὸ ἐπέχεσθαι μείζοσιν ἐγγὺς ὄντες ἐπιπέρων ἢ ταῖς ἀρχαῖς ὅλως ἐπόντως τυγχάνουσιν.

Contra autem alia sunt loca, quæ propterea quòd causa sunt, à maioribusque locis obteguntur ipsis alioquin vicina principiis omnino flatibus non sunt obnoxia.

Aliud euentum à locorum positura. Nam loca cana, quæque ab aliis maioribus, altioribusque locis obtecta sunt, etsi parùm distent ab ipsis venti principiis, vix tamen ventos sentiunt, præsertim si non adeò vehementer spirent. quæ verò ab his longè distant, quòd aperta sunt, nullaque alia his obstant loca, venti in iis tutantur. superioris euenti causa ἡ χαυλότης τοῦ τόπου ἐστὶ καὶ τὸ ὑπ' ἄλλων ἐπιπρόσθεσθαι. hoc est loci cauitas, & aliorum locorum obtectus, & obex. Nam obiecta loca editiora ventorum impetum recipiunt tuenturque ea, quæ retro sunt, & si qui etiam spiret flatus propter loci cauitatem, eo non incumbit, sed præterijcitur vix percipitur.

[15] ὥσπερ καὶ περὶ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν συμβαίνει τοῖς ἐτησίαις.

Quemadmodum in Macedonia, & Thessalia accidit in flatibus Etesiarum.

Id quod in vniuersum supra posuit, nunc confirmat exemplo particulari, Macedoniæ, & Thessaliæ; quæ duæ regiones aliquot locis quidem planæ sunt, & cauæ. at supra illas posita Thracia, quæ montes habet altissimos, excipit Etesias, ne in illas spirent. impedit inquam Etesias. Nam vehementes aquilones non potest propter illorum vehementiam, quam eo maiorem, validioremque habent in iis locis, quò viciniora illa sunt septentrioni, vnde exoritur aquilo. sciendum autem Etesias non modo in Macedonia, Thessaliaque non spirare, verùm propter eandem rationem & pluribus aliis locis. propter recursum autem, retorsionemque non ab iisdem locis vbique. quod tamen nimis simpliciter dixit Plinius libro secundo. In Hispania & Asia ab Oriente flatus est eorum. In Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus à meridie. ὡς εἰπεῖν, moderatur absolutam negationem. & est, vt aiunt græci Aristotelis interpretes φιλόσοφος εὐλάβεια. ὧν δὲ ταῖς νήσοις, ὑδὲν διὰ πρόσθεν. sic legendum. quod autem sequitur post lacunam ἡ φορὰ fortasse scriptum erat, διὰ τὴν κωλύεται ἡ φορά. aut quid simile. in Insulis autem, atque iis præsertim, quæ à continente longè distant ideo Etesiæ magis spirant, quòd mare apertum, ac latum est, neque quidquam impedit, quin liberè ferantur ac spirent.

[16] Κωλύονται δὲ καὶ βόροι καὶ ὅλως πᾶς ἄνεμος πνεῖν ἢ διὰ τὴν ἀπόστασιν, ἡ γὰρ δύναται διατείνειν πορρώτερω, διὰ τὸ μῆκος, ἢ διὰ τὸ ἐμπεφράχθαι τινὶ ἢ τεῖχος εἴτε τινὸς ἐγχώριον αὐτόπτης καὶ κρατεῖ.

Porro tum hi, tum omnes alii venti impediuntur, ne spirent, aut propter loci distantiam, neque enim possunt protendi longius, aut propter alicuius obicis interiectum, aut etiam quod peculiaris regionis flatus oppositus spirat ac vincit.

Vniuersalis sententia, Ventos impediri tribus de causis ne spirent. διὰ τὴν ἀπόστασιν. prima hæc est causa.

Digitized by Google

causa.quæ tamen dubitationem habet,non semel enim dictum est,ventos quo progrediuntur vlterius,eo magis vires accipere,& validius spirare.an nõ omnes venti propter distantiã alicubi non spirant,sed lenes,& qui parum habent materiæ?hi enim absumpta dissectaque materia in distantioribus locis necesse est desinant & non spirent amplius.hac ratione qui dicuntur Ornithiæ,& leuconoti propter locorum interualla vix sentiuntur aliquando. ἢ διὰ τὸ μῆκος,non hæc sola causa sed & materiæ exigua copia.ἢ ἡ ὀπισθόδομον. altera causa, quæ iam exemplo addito explicata est.ἢ τρίτον. tertia causa. ὀπισθόδομον autem vocat flatum regionis alicuius peculiarem, qualis Horatio in Apulia Atabulus,de quo flatuum genere admonebimus nonnulla suo loco.

17 Ὅτι δὲ συμβαίνει κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰς ἐτησίας ἐπαίρεσθαι καὶ τὸν τροπαῖαι σκληρὸν δὲ μακεδονίαν ὥσπερ σύμπτωμα ἴσμεν.

Verùm si quando accidit Etesias in Macedonia excitari,& flare etiam tropæos euentus loco habendum est.

Priuatas ventorum differentias, euentaque particularia prosequitur;inter illa autem maximè particulare est,quod à certi cuiusdam loci situ,qualitateue oritur.quale est,quod ait de Macedonia,in qua eodem pene tempore & surgunt Etesiæ,& spirant tropæi. videri enim posset tropæos illos non alios esse,quam recurrentes Etesias.hoc negat Theophrastus. Sed accidere ait; vt eodem tempore,eademque penè dici hora,& Etesiæ surgant,& tropæi afflatus,eosdem tamen non esse,tropæum enim auram esse terrenam conuersam,hanc autem vespere præsertim surgere, quo etiam tempore flant Etesiæ.Siquidem eos meridie cessare,rursusque ad vesperas insurgere. ait autem rursus,quòd Etesiæ post ortum solis altera pene hora surgunt, desinunt tamen meridie,rursusque flatus repetunt ad vesperas,post solis autem occasum omnino desinunt.eodem igitur tempore,& conuersiones abterreneæ fiunt,& flant Etesiæ, idque σύμπτωμα.ait esse, hoc est euentum casu accidens,non quod casusit incerto quodã tempore flatuũ ortus status præsertim,& certus,sed quod vt vnà eodem tempore,& tropæi,& Etesiæ conspirent,casu quodam,& euentu accidit.

18 Οὐδὲ γὰρ τὸν αὐάκλασιν τὸν ἀπὸ τοῦ ὀλύμπου,καὶ τῆς ὄσσης τὸν ἐτησίων αἴτιατέον. ὧν μὴ ἐξίνεμοι εἰσὶν οἱ μέτριοι.

Neque tamen tribuendum hoc est Etesiarum refractioni, quæ ab Olympo, atque Ossa fit,cum illa non nisi validis ventis fiat.

Quod possit ab aliquo obiici,Etesias recurrere, tropæosque eosdem esse, hic refellit. Nam quod de Aquilonibus dictum est, eos scilicet à Macedoniæ Isthmo lingio, in quo oppidum est Cassandrea,spirantes refringi, repellique ab altissimis Thessaliæ montibus Olympo,ac Ossa, hoc de Etesiis dici non posse.quòd aquilones valido ferãtur impetu,quamobrẽ,& certo appulsu in mõtes incumbere,à quibus repellantur congesto ibi plurimo aere,halituque.Etesiæ verò aut nulli, aut exigui in Macedonia spirant,quorum nullus est impetus, nulla congestio, vt propterea refractio fieri possit.refringitur enim,quod validum est,quod rectà incumbit,quodque corpus habet, materiamque,quæ refringi possit.quæ conditiones in Etesiis neutiquam sunt. ὧν μὴ ἐρμηνεύουσιν οἱ μέτριοι. corruptum esse locum manifestum est.quomodo sit restituendus incertus sum, lego tamen ὧν μὴ ἐξίνεμοι εἰσὶν οἱ μέτριοι. vt sit sententia non posse Etesias refringi si mediocres,infirmique, venti alioquin impetu non ferantur,à quo impetu refractio sequitur. ἐξινέμους.autem dicimus ventos furentes impetuososque,vt ita dicam.

19 Σκεπτέον δ' ὧν δόξειεν ἄτοπον καὶ προβλήσειεν εἰς ἀπορίαν τῶν ὑψηλῶν τόπων τὰ μὲν προσήνεμα πρὸς ἀπνεύματα τυγχάνει, τὰ δὲ ὑπεσκεπῆ πνεύματώδη, καὶ οὐ μετρίως ἀλλὰ σφοδρῶς.

Illud vero & absurdum,& minimè consentaneum videri possit, cur locis editioribus,& alioquin ventis expositis tranquillitas sit, in cauis vero,& contectis venti non ii quidem moderati,sed vehementes flare soleant.

Aliud problema.Cuius occasio euentus est,qui alioquin absurdus videatur.cum enim ratione probatum esset superius caua loca minus infestari ventis. Nunc eadem magis dicuntur obnoxia, quod probat particulari platearum exemplo, ὡς πλαταιάσι τῆς βοιωτίας κειμέναις πρὸς τὸν βορέαν. Platææ vrbs est Bœotiæ multis olim clarisque præliis Lacedæmoniorum Athenienſiũq; nobilis. Sita autẽ est,vt ait Strabo libro nono,& Pausanias in Bœoticis infra Cytheronem montem.inter hãc enim, & Thebas penè viam,quæ Megarã ducit superiacet Cytheron paulo supra Erisseum mare cõtiguus Atticis montibus,& Megaricis,qui ab Austro magnam illam Bœotiæ planitiem claudunt. Cum igitur à septentrione deberent infestari ventis Platæenses, contra ait infestari potius ab Austro,à quo tamen videtur tueri posse Cytheron.

20 καὶ πάλιν πρὸς μὲν τὰ κοίλα τῆς λιβόης ἀπὸ τῆς ἐτησίας τέτραται πρὸς θέουσιν· ὃν καθίστασι δὲ τηλικοῦτοι πνέουσιν ὥστε ἐξαίσιον εἶναι τὸ μέγεθος.

Rursusque in cauis Euboeæ locis conuersiones ab Etesiis recurrunt, Caristi vero adeò vehementes sunt, vt admirandæ sint magnitudinis.

Caua Euboeæ sunt loca, quæ inter Aulidem, & Gerestum iacent, qua curuatur in sinum ora insulæ maritima. hæc ab aquilone obtecta sunt, & tamen Etesiæ ibi non modo spirant, verum & versiones tropæosque faciunt, contra atque in Thessalia, & Macedonia fieri dictum est. Ἐν καείσῳ δὲ. Caristos Euboeæ vrbs insignis sub monte Ocha, vt ait Strabo libro decimo posita est. Est autem mons ille à septentrione, vt hac ratione oporteret Etesias, aut nihil, aut minimum spirare. & tamen validissimos spirare ait.

61 Ἔτι δὲ τῆς χυελάδος ἐν τῷ καλουμένῳ Φαι † κλιτῷ πρὸς νότον ὑψηλῷ καὶ ἀποτόμῳ θαυμαστόν τι κῦμα μὴ εἰστίθησι, πνεῦμα δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλὰ καὶ τὰ πλοῖα, προσορμίζοντα τοῖς λιμέσι ἀλιμήνοις πλήσια καὶ ἄλλα συμβαίνοντα θαυμαστὴν ἔχει.

Et Curiade in Fello vocato ad Austrum posito alto, & prærupto promontorio flatus miræ magnitudinis irruit, neque tamen ventus vllus est. quin & naues vt ad portum appellunt, quasi in portu non sint agitari videas, atque alia huiusce generis euenta.

Aliud Euentum non omnino superiori dissimile. in Curiade enim, quod Cypri promontorium est, & Austrum spectat, in terra non sentiri ventos, in mare autem adeò sæuos incumbere, vt licet in portu nauigia sint, agitentur tamen non minus, atque si in pelago tempestatibus iactarentur. & tamen contrarium deberet fieri cum illa maris loca tecta sint, quæ promontorio subiecta sunt, quod altius prominet. κειμένῳ πρὸς νότον ὑψηλῷ ἀποτόμῳ. sic legendum, promontorium autem hoc Curias vocatum in illa insulæ parte est, quæ Ægyptum spectat ad Austrum. porrò locus cum esset lacer, ac maculosus, restitutus à me fuit ita, vt non ignorem longè melius restitui potuisse, si veteris exemplaris auxilium adfuisset.

62 αἴτιον δὲ τοῦ μὴ διήκνεῖσθαι τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν γῆν τὸ μὴ ἐπάγειν τὸν ἀέρα μηδ' αἴρειν. ὅπερ συμβαίνει διὰ τὸ ὕψος πρὸς κάτω οὐκ ἐπιφαίρειν.

Quod autem ad terram non extendatur ventus, causa est, quod non transmittitur, neque sursum tollitur. fit enim vt propter altitudinem ne tollatur.

Cum proposuisset tria, aut quatuor ventorum euenta, quæ in aliquibus locis præter naturam videntur accidere, in præsentia ab vltimi effectus exorditur causa. mirum enim videri posit ventum ad littus vsque pertingere, neque terram perflare. hoc tamen euenire ait, quod cum ad præruptum locum, quale Curiadis promontorium est, aer à vento agitatus, congestusq;, compellitur, propter loci altitudinem sursum non tollitur, neque ad terram transit. Quamobrem etsi in littore maxima agitatio sit, in terra tamen nulla est. quod non ascendit aer, neque traiicitur ad alium aerem, qui in terra immotus, pacatusque est. simile autem affert accommodatum. quòd enim vt flatus sit necesse sit, aer cedat, in eiusque locum succedat alius, rursusque alius, vel ex hoc manifestum esse. Nam ianuis clausis, fenestrisue, quæ è regione sunt fenestrarum, per quas flatus ingreditur, per fenestras, ianuasue patentes nullum ingredi ventum: quòd cum plena domus sit, neque habeat, quo cedat aer, necesse est aer immotus maneat. immoto autem aere venti pacatio sequitur. Hæc ratio est, quam & simili allato dedit Philosophus, quæ tamen non caret dubitationibus. primum enim necesse esset hoc in omnibus præruptis locis, promontoriisque fieri, agitari scilicet sub iis maria, supernè autem nullos esse flatus. Deinde vt simile verum sit, quemadmodum continuè experimur? non tamen rei propositæ respondere videtur vsquequaque. Nam promontoria, etsi mari altiora sint, aperta tamen vndique sunt, & à lateribus præsertim. quamobrem transadigi aer facile potest, ventusque in terra iuxta atque in mari fieri. sed vt dubitationibus his satisfaciamus breuiter animaduertendum est, quemadmodum de euentu particulari quæstio est, sic etiam causam non vniuersaliter esse traditam, sed particularem effectum respicere. Non enim si in Curiade hoc accidit, in omnibus promontoriis accidere similiter necesse est. Ea enim debet esse Curiadis positura, vt veluti in specum curuatus nullum det exitum flatibus à mari venientibus, ac propterea retrò in terris nullus penè sentiatur flatus. id quod si ita est, vt esse necessario debet. Simile etiam adeò accommodatum est, vt omnino respondeat rei propositæ, adde in omnibus penè promontoriis id accidere, vt quoniam flatus difficilè potest in terras transcendere à præruptis locis impeditus, sub iis vertices sint, fructusque attollantur. Postremò longè vehementior sit flatus, quàm aut in terris, quæ supra sunt, aut quæ procul, id quod vel Maleæ in Peloponneso promontorium satis confirmat, de quo vulgatum est prouerbium, μαλέαν ἢ κάμψας ἐπιλάθου ἃ οἶκαδε. hoc est, in Malea cursum flectens rerum domesticarum obliuiscere.

63 Τὰ

[63] Τὰ δὲ πρὸς βορραν ἢ ὅλως κατήνεμα ὑπισχνῆται διὰ τοῦτο πνευματοδέστερα συμβαίνειν σωματοειδέστερον γὰρ τὸ ὕψος οἷον ἐμφορεῖσθαι τὸ πνεῦμα καὶ ἐκπίπτειν ἀθρόον. ἡ γὰρ ὑπερκύψη, ταύτῃ κατέρραξεν ἀληθῶς ἀθρόον.

Quæ verò loca aquilonem ſpectant, ſeb ab eo tecta ſunt, ventis ideo ſolent infeſtari, quòd congeſtus flatus in altioribus locis affatim irruit. & velut effunditur, qua enim procumbit, ea ingruit.

Reddit rationem prioris euenti. Nam caua loca ex accidenti non per ſeſe eſſe ventis obnoxia, ſi quidem cum illa à montibus obtecta ſint, ideo ventis infeſtari, quòd flatus ad montes congeſti præcipites irruant aceruatimque perturbent loca ſubiecta. mirum igitur ne ſit, ſi quod per ſeſe ſuperius dictum eſt cauis accidere locis, vt nón adeò ventis infeſtentur, ex accidenti aliter eueniat. Nam etſi quando leues venti ſpirant, qui tranſcendere montes nequeunt, ſubiecta loca flatibus careant, quemadmodum de Macedonia & Theſſalia ſuperius dictum eſt, tamen vehementibus flantibus ventis non poteſt fieri quin poſt multum aerem coaceruatum, tandem velut à clauſtris non erumpant à montibus, atque inſtar fluminum præcipites irruant.

[64] Γίνονται δὲ καὶ αἱ καταγίδες.

In his locis & procellæ fiunt.

A maximo illo ventorum ingruentium impetu fieri ait & procellas in cauis locis. καταγίδες quæ ſint declarauit auctor libri de mundo ad Alexandrum his verbis. ἔστι μέλαν βιαίων πνευμάτων, καταγὶς μὲν ὅταν πνεῦμα ἄνωθεν πίπτον ἐξαίφνης. Suidas autem, ὑπόφορος αἰθέριος φορᾶς. λέγεται δὲ ἡ ἐκ νέφους ἢ τὰ φορήματα καταγίδες. quod autem dicit Theophraſtus hoc eſt. conglobatos in montium cacumine ventos præcipites ingruere, repenteque maximo impetu contortos irrumpere. hos autem illud procellarum genus facere, quos καταγίδας appellant, quæ fiunt diuerberato, diuulſoque aere ventorum impetu: alioquin conglobatos conglomeratosque eſſe quales ſunt turbines. Verum vt hæc facilius intelligantur ex Ariſtotele 3. libro Meteorologicorum cognoſcendi ſunt præſteres, Ecnephiæ, Typhones. ſunt enim Ecnephiæ vocati flatus, qui à nube delapſi irruunt. Siccus enim halitus nubibus introcluſus, quando impetu excernitur, eliditurq;, Ecnephias fit, qui ſi denſior eſt, excretuſque propter denſitatem contorquetur, in orbemque circumactus ad terram propellitur Typhon appellatur, olim à nautis Olympiodoro teſte Syphon quemadmodum etiam tempeſtate noſtra vocari ſolitus. Idem ſi tenuior ſit; diſiectuſque ſuccendatur πρηστὴρ dicitur aeremque ſimul ſuccendit, & igneo calore inficit, & propterea ſic dictus ἀπὸ τοῦ πίμπρημι, quod eſt incendo. Idem igitur penè cum ſit ſpiritus differt tamen excretionis modo, impetu, copia, denſitate, tenuitate, variaque acquirit nomina. Seneca libro quinto Naturalium quæſtionum appoſitiſſimè deſcribit harum genera excretionum, & Lucretius libro quinto de rerum natura, quos poterit per ſe quiſque conſulere. Auctor certè libri de mundo excretionum harum plura ſcribit nomina, particulatimque omnia perſequitur. καπέρραξεν ſignate dixit, hoc eſt torrentis in modum ingruit. hoc enim ſignificat in hoc loco τὸ καταρράττω Meraphoricè ſumptum à flumine, qui impetu labitur. καὶ σωτικὸς ὥσπερ ὅτι τῶν τυφώνων. hoc dicit propterea quod, vt ſupra dictum eſt Typhon à ſpiritu conglobato, contortoque, neque diſiecto, aut dirupto fit.

[65] Ἃ μὲν οὖν διὰ τοὺς τόπους συμβαίνει ταῦτα καὶ τοιαῦτα τυγχάνει.

Atque ea, quæ à locis eueniunt, hæc atque huiuſmodi ſunt.

Hactenus facultates, differentias, euentaque ventorum perſequutus eſt, quorum penè omnium cauſas à locis ſumpſit. quæ & ad eſſentiam aliquo modo referri dixit initio. id quod concludit in præſentia πολλὰ δ' ὅτι ὁ πολυχοῦ. Hic videtur deeſſe aliquid, eſt autem ſententia. multa eſſe multisque locis particulatim ventorum euenta, qualia, quæ dixit de Theſſalia, Macedonia, Eubœa, Bœotia, Curiade, ſed illa particulatim perſequi, difficile, aut etiam ſuperuacaneum eſſe.

[66] Τὰ δὲ τοιαῦτα κοινὰ πάντων τῶν ἀνέμων.

Nam ſunt nonnulla ventorum omnium communia.

Poſt explicatas differentias, vires euentaque particularia quædam ventorum accidentia declaraturus, primum communia quædam affert. qualia ſunt ſigna, quæ flatus ventorum præcedunt, ac indicant. ὁ γὰρ ἀὴρ. Hæc dicentur in libro de ſignis ventorum, qui vnà cum aliis hunc librum ſequitur, ὁμοιοπαθῆ γὰρ τὰ κατὰ τὸν ἀέρα ὁμοιοπαθῆ. dixit aerem ventis, quòd à vento facilè affectio in aerem tranſit, eſt enim eorum natura σύμβολος, & penè eadem, quamobrem & præuenit, & ſenſus noſtros afficiendo futuri flatus dat indicia, legendum autem non προπρῆ, ſed προπρῶ.

Digitized by Google

67 ὡσαύτως δὲ καὶ ὅτι τῆς θαλάττης.

In mari etiam eodem modo.

Hæc etiam communia signa sunt ventorum, quemadmodum enim aer affectus à ventis, antequam flare incipiat, nos coafficit, futurorumque flatuum dat indicia, ita etiam mare. ἐπὶ καὶ τὰ κύματα. Hæc dicentur in libello de signis tempestatum, ventorumque. Aratus, qui signa omnia ex iisdem libellis videtur decerpsisse phænomenis.

Σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο, καὶ οἱ δίνησι θάλασσα
Γηγείδω, καὶ μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοῖο βοῶντες
Ἀκταὶ τ' εἰναλίοι, ὅπότ' εὔδιοι ἠχέσωσαι
Γίγνονται κορυφαί τε βοώμεναι ὄρεος ἄκραι.

Quem imitatus latinorum poetarum optimus in primo Georgicon sic habet.

Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata, tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbescere murmur.

Προωθεῖται δὲ σωιχῶς. Hic locus adeò fæde corruptus est, vt ne Theophrastus quidem agnosceret si rediret ab inferis, emendauimus tamen nos vt potuimus, vt saltem sensus non omnino nullus habeatur. reddit enim rationem quomodo mare potest futurum ventum portendere, quę sanè talis est. Dum surgit ventus antequam vlla capiat incrementa, propiusve accedat, aliqua flatus pars mare propellit, fluctumque ciet, qui alium pellit, hic alium, paulatimque euanescente priore flatu, succedenteque alio, fluctus ad terram procumbunt. Cum autem quidquid mouetur ab aliquo moueatur, vt habemus in physicis, mobileque & mouens inter se referantur, manifestum est, quòd si fluctus est, qui est mare commotum, ventus etiam adest, qui mouet, qui etsi non sentitur, quòd exiguus est, & quod nondùm accessit propius, sentietur tamen paulo post. Hæc huiusce loci sententia. rem autem qui maritimas oras incolunt, sæpissimè vident, & experiuntur.

68 συμβαίνει δὲ καὶ ὑστερεῖν τὰ κύματα τῶν πνευμάτων.

Nonnunquam tamen accidit, vt ventos subsequantur fluctus.

Nonnunquam solere ait vndas subsequi ventorum flatus. quod euentum superiori omnino contrarium est. cuius cum rationem silentio prætereat, quæramus nos. an quod dum ventus oritur, antequam propius ad nos accedat, persentiatur que, aut superiorem aeris partem agit, afficitque, ex illo autem affecto futuri venti sumitur præsagium, quo tempore prius sentitur ventus, quàm mare cœperit agitari: aut per inferiora prius agitur, atque tunc mare prius dat indicia præceditque ventos. Cur autem modo per superiora agitur modo per inferiora, causa est, quòd inæqualis est motus venti, præsertim antequam continuato flatu spiret. quamobrem mirum non est partim detrudi ad inferiora mareque ciere motu, partim supra agi, aeremque afficere, aduentusque sui in aere dare indicia.

69 ὕστερον δὲ διαλύονται καὶ παύονται μᾶλλον διὰ τὸ δυσκινητότερον καὶ δυσκαταπαυστότερον.

Verùm posterius dissoluuntur, & desinunt, quòd vt difficilè agitantur, ita etiam sedantur ægrius.

Fluctus modo sequuntur modo præcedunt flatuum ortus, semper tamen posterius quam venti pacari cœperint, sedantur, & quiescunt. causam affert διὰ τὸ δυσκινητότερον καὶ δυσκαταπαυστον. cum enim difficilius moueatur mare, quàm aer, quando agitari cœperit, necesse est etiam difficilè sedetur. nec modo quando sequitur flatus iam ortos, sed etiam quando præcedit. Causa autem est quòd aer cum tenuis est, facilè abeunte motus causa conquiescit; mare cum agitari cœperit, etsi aeris motus desinat, statim tamen non potest quiescere: quod iam à pelago propulsa vnda propellat aliam. & licet pacatus ventus sit, agitatio tamen manet adhuc in vndis, donec aliqua vis motus in iis sit. quæ primum à vento facta, quamuis ille desinat, relinquitur tamen, donec mutuò agitatæ vndæ paulatim fatiscant, & à motu desinant.

70 Οἷον ἀστέρων, σελήνης, καὶ ἄλλων.

Et quæ sumuntur à stellis, luna, & aliis.

Hæc ventorum communia signa sunt, antequam spirent, quæ sumuntur à sole, luna, stellis, quę omnia cum diligenter collecta sint, ab hoc eodem in libris de signis ventorum, tempestatum, imbrium, Aratusque hoc idem præstiterit copiosius, præsertim in iis, quæ à sole sumuntur, & luna, non est, quòd afferamus quidquam in præsentia. hoc tantum dicendum est, quæ in sole apparent, luna, ac stellis aliis, affectiones aeris esse, quæ ab expirationib. fiunt, quæ ventorum materia sunt, illas autem facere, vt solis orbis variè appareat, simulque luna, siue plena sit, siue falcata.

71 Ἐπὶ δὲ

Digitized by Google

71 Εσί δε καὶ ὅτι τελᾳ μεγίσους εἶ..

Est autem vt & maximi in fine sint.

Aliud affert, quod plurium est ventorum commune, & eorum præsertim, qui à longinquis partibus spirant, quales venti omnes australes, de quibus, & paulo ante & in problematis.

72 ὅταν γὰρ ἀθρόον ἐμπνεύσωσι μικρὸν γίνεται τὸ λοιπόν.

Nam quando confertim efflant, quod ex iis reliquum est mitius desinit.

Hoc de iis ventis intelligendum est, qui à proximis tractibus spirant, vt aquilo aliique omnes, qui spirant à polo arctico. Hi enim quòd propè sunt ἀθρόως spirant, & propterea in fine exiguus relinquitur illorum spiritus. sed hæc & superius dicta sunt, & in problematis non semel.

73 Τὰ μὲν οὖν διαῦλα καθάπερ εἴρηται κοινά πως τῆς οὐσίας.

Hæc igitur vt superius dictum est ventorum, substantiæ aliquo modo sunt communia.

Quæ hactenus dicta sunt, communia penè ait esse omnium, eaque substantialia. dictum enim est loca habere rationem in ventis substantiæ. sequuntur particularia quædam singulorum ventorum propria, quæ à situ, ab origine, à locis per quæ spirant, ab iis, ad quæ spirant, proficiscuntur. Horum plurima persequitur & Aristoteles in problematis, ex quibus laceram hanc libri partem consuere conabimur, vt saltem integra, si fieri possit, habeatur sententia.

74 Ἰδιώτατα δὲ ὡς εἰπεῖν τὰ περὶ Καικίαν καὶ τὰ περὶ Φαυωνίαν ἐστὶ θεωρεῖν.

Et sanè maxime propria videntur esse, quæ in Cæcia, & fauonio conspicimus.

Declarat nonnullas ventorum aliquorum proprietates, vt fauonii, & Cæciæ, quod autem de Cæcia dicitur peculiare illud est, ac proprium illius venti, qui spirat ab ortu æstiuo. quod verò ad prouerbium attinet, illius meminit & Aristoteles & in Meteoris, & in problematis; conuenitque iis, qui sua accersunt mala. ὁ δὲ ζέφυρος. huius etiam venti peculiaris natura hæc est, de qua non semel in problematis est habita mentio. δεινῶς autem restitui ὑδέως. ὅθεν καὶ ὁ ποιητὴς λυσιῆ. non semel Homerus hoc epitheto fauonium nominauit in 5 Odysseæ, vbi maxima tempestas describitur.

Σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπιτε ζέφυρός τε λυσιὴς
Καὶ βορέης αἰθερογενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

significat autem λυσιὴς δύσπνοον, hoc est grauiter spirante. τὸν μὲν ὀκτρέφει. legendum ita, καὶ πνεῦ καρπῶν τὸν μὲν ὀκτρέφει τὸν δ' ὑπολύει καὶ διαφθείρει.

75 Αἴτιον δὲ τοῦ μὲν καικίαν ἔστι πέφυκε κυκλοτερὴς φέρεσθαι γραμμὴν ἧς ὁ κοῖλον πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ ὁ περὶ τὴν γῆν ἐστὶν, ὥσπερ τῶν ἄλλων διὰ τὸ κάτωθεν πνεῖν.

Atque causa Cæciæ est, quod feratur circulari linea, cuius cauum ad cœlum est, non circa terram, quemadmodum aliorum ventorum, propterea quod ex imo loco spirat.

Proprietatis Cæciæ primam affert causam, cur scilicet ad se nubes attrahat. esse autem causam, quòd Cæcias ab imo terrarum loco spirat, cumque in orbem spiret, fieri vt linea orbicularis flatus Cæciæ ita se habeat, vt eius caua in cœlum conuersa sint, conuexa verò in terram. atque hoc modo fieri, vt cum orbicularis illa linea circa terram sit, nubes non expellat, sed in eas offendat, circumactasque ad sese, hoc est ad suam trahat originem. id quod ex Diagrammate licet intelligere. locus à quo spirat Cæcias A. linea circularis B. lineæ caua, quæ cœlum aspiciunt C. nubes quæ ad venti principium recurrunt D.



Hoc autem reliquos non facere ventos, quod illi non ex imo loco terrarum spirent, sed ex alto, quorum linea ita se habet, vt contrario modo eius caua in terram versa sit, conuexa

Digitized by Google

vero in cœlum. quamobrem expellere quidem nubes, non autem circumactas in se trahere. Cæcias igitur quòd ex ima terra spirat, circularem suæ spirationis lineam prope terram facit. non potest igitur longè nubes pellere, cum linea ad terram impingat, vbi nubes collectæ sunt. Hæc attractionis nubium Cæciæ causa, quæ Dialectica est, nullaque necessitate nititur, illi verò è Diametro contraria, quam affert in problematis Aristoteles initio xxvi. sectionis. ait enim ille ab editis locis spirare Cęciam, eiusque orbicularem spirationis lineam, caua sui parte in terram versam esse, conuexa verò, sinaue cœlum spectare. Cumque ad occidentem spiret, in illa loca incumbentē nubes in orbem contrahere, quòd circulari spirat linea, quæ à loco, à quo Cæcias flat incipiens, curuatur circunduciturque in occidente, vt hac de causa necesse sit nubes retorqueri, ad originēq; venti subtrahi. Cur autem reliquis ventis id non accidit, causam esse, quòd cæteri aut ex imo loco spirent, aut ex directo, lineamque faciant, cuius conuexa terram aspiciunt. quare in terram non desinere, & propterea nubes non trahere, nubes enim circa terram esse. Hæc Aristoteles, quamquam in problemate trigesimo eandem, quam & Theophrastus attulit causam, vt hac de causa hæc sententiarum contrarietas mihi adeò suspecta sit, vt subtilitatem quidem habere rationes illas aliquam existimem, nullam tamen necessitatem. in secundo Meteorologicon breuissimis verbis attingit causam, propter quam nubilus Cæcias sit; ὅτι αἰεὶ ἀκάμπτει εἰς αὑτόν. quod in sese reflectat, quem locum declarans Alexander reflectere ait, quod recta non feratur, sed curua linea. Cum enim in nubes incidat eas non depellere, sed in se trahere. id autem huic vento soli contingere, quòd prope terram spiret, illique eminentiæ quædam terrarum obsint, ne rectà feratur, sed curuetur, in nubesque incidens secum illas ad sese rapiat. atque hæc ratio ab Alexandro reddita non videtur ab hac, quam Theophrastus affert, diuersa esse, quòd etsi aliqua ex parte probabilis sit, tamen eminentiæ illæ terrarum, quæ sint, aut vbi sint, dicere non possumus. præterea hoc etiam perobscurum est, cur Cæcias solus ex imo terrarum spiret, ideoque circulari linea, cuius caua cœlum aspiciant, id quod longe redditur obscurius, si vera sunt, quæ in primo sectionis problemate tradita sunt Orientis illa loca, à quibus Cæciæ flatus exurgit, altiora esse, quam Occidentis. quæ cum ita sint, aut hoc problema ex iis est, quorū causā ignoramus, aut quod tradit Aristoteles verius est, eodē tēpore, quo flat Cæcias, alium ventum è contrario spirare, qui nubes retorqueat, atque reflectat. aut potius dicendum, quòd Cæcias non trahit ad se nubes, sed ideò videtur trahere, quòd à locis spirat, in quibus propter maximam vaporū copiam multæ nubes collectæ sint, quæ dissipatæ, ac dissiectæ, cum non ferantur vlterius ad loca redeunt, in quibus prius collectæ sunt. non feruntur autem, quod Cæcias non adeò vehemens est, vt omnino possit depellere, sed disiicit tantùm, ita vt ad seipsum videatur reflectere.

[76] ὁ δὲ ζέφυρος ψυχρὸς μὲν ἀφ' ἑσπέρας ἀπὸ θαλάττης, καὶ πεδίων ὑγροτέρων, καὶ ἔτι μετὰ δὲ χιόνα τὴν ἧκιστα πρὸς ἥλιον τροπὴν, καὶ μεσούσης ἡμέρας, ὅτ' οὐκέτι κρατεῖ ὁ ἥλιος.

Fauonius verò frigidus est, quòd ab occasu spirat, à mari, & æquorum planicie nec non vere post hyemem iam sole reuigente, & autumno, quando non amplius sol vigescit, ac pollet.

Post declaratam Cæciæ proprietatem ad fauonium aggreditur, ac primo loco reddit causam cur frigidus sit, iisdem pene verbis, quæ sunt in 3. problemate, quod si defuisset, diuinare fortasse potuissemus aliquid, nihil tamen certum intelligere adeò lacer corruptusque fuerat. ἀπὸ θαλάττης. optima hæc ratio, quæ illo principio nititur, ventos ex aëre quem agitant plurimum affici, ideoque aut calidos, aut frigidos spirare, in mari autem frigidior aër, quòd halitus frigidiusculus inde surgit. Hippocrates libro secundo de Diæta scriptum reliquit: τὰ μὲν ἐκ θαλάττης πνεύματα εἰς τὰς χώρας ἐμπίπτοντα ξηρότερα πῶς εἶναι. hoc est, ventos, qui è mari spirant, in regiones, ac loca si incidant sicciores esse. & tamen non loquitur absolutè, sed si cum iis conferātur, quæ à stagnis, fluminibusque surgunt. καὶ πεδίων ἀναπεπταμένων. hoc videtur problemati repugnare, quo docetur ventos, qui in angustis locis includuntur, frigidiores fieri, in latis verò, spacioisque tepidiores. quod tradidit & Aristoteles exemplo etiam allato flatus, qui à compresso, hianteue ore missus sit. an nō simpliciter ibi loquitur Aristoteles, sed iuxta aeris, quem venti moueant, qualitatem illos affici, mouere autem magis illos, qui ex angustis locis spirant, propterea que frigidiores fieri, quod & aer frigidus est. οὐ συνεχὴς δὲ διὰ τὸ μὴ κρατεῖσθαι τὸ γινόμενον πνεῦμα. hoc non est in problemate 53. & propterea videretur expungendum. potest tamen locum habere, & sententia optimè constat, vt etiam ex problemate 34. manifestum est.

[77] τῆς δείλης δὲ ἡ ζέφυρος διὰ τοῦτον· πάντα γὰρ μετὰ τὸν ἥλιον δύοντος τὸ ὑγρὸν.

Spirat verò vespere propter locum: omnes enim flatus vnà cum sole oriuntur, qui aut liquat humida, aut in vapores resoluit.

Cur vespere fauonii spirent, declaratum est & problemate trigesimo quarto, causa autem, quam affert perspicuis verbis posita est, & ex iis pendet, quæ in Meteoris ab Aristotele demonstrata in hoc loco non semel sumpta sunt.

[78] ἀπὸ δὲ νεφέλας μεγίστας ὅτ' ἐκ πελάγους πνεῖ καὶ θαλάττης, ὥσπερ ἐκ πολλῆς συναγωγῆς.

Pellit

Pellit etiam nubes maximas, quod à Pelago ſpirat, & ora maritima, vt per ampla ſpacia colligat.

Fauonius ſerenus eſt, compellit tamen aliquando nubes, & quoniam à mari ſpirat, & per loca patentia, & ex amplis ſpaciis, facilè cogit nubes, & pellit. hoc enim puto velle τὸ ὃτι πολλοῦ. neque hoc fit, niſi quòd cum prius nubes ſparſæ ſint, per aerem, qui in mari eſt, inde conſurgens fauonius eas cogit compellitque: hoc tamen nec vbique neque ſemper fit. σύμπτωμα. potius huius venti eſt, quam ἴδιωμα. in vigeſimo quinto problemate. διὰ τί μεγίστας νεφέλας τὸν αἴθερα ὁ ζέφυρος ἄγει. ἢ διότι ὅτι πλάγιος πνεῖ καὶ κατὰ πλῶ θάλατταν. ὅτι πολλοῦ οὖν καὶ συνάγει. hoc eſt, cur nubes maximas fauonius agit? an quia de alto ſpirat, regioneque maritima, nubes per ampla ſpacia colligit?

Χειμέριος δὲ καὶ λυσκὴς. reddit rationem, cur frigidus, hybernuſque ſit, & λυσκὴς, vt vocat Homerus, quæ eadem eſt, atque ſuperior. Hæc autem verba emendanda ſic: διότιπερ. legendum. διὰ τὰ φθίνοπωρα. μετὰ δὲ τὸν, legendum μετάτε τὸν χειμῶνα ἐπὶ δὲ ὁ μεταπωρινὸς οὐ πιοῦπος. Autumnales fauonii non adeò frigidi ſunt, quod æſtate tranſacta ſpirant. conſentaneum autem eſt, ſi verè frigidi ſunt, quòd flent poſt hyemem, eoſdem non adeò eſſe frigidos, aut etiam tepidos, qui poſt æſtatem ſpirant. & tamen cum magni, vehementesque ſint, quòd aerem multum agitant, videri poſſunt frigidi, & ideò hyberni vocari, aut potius, quod ait Theophraſtus τὸ χειμέριον. accipiunt ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. quoniam enim hyeme vehementiores venti, validioreſque ſpirant, propterea, qui aliis anni tẽporibus vehementer ſpirant, hyberni propter hanc rationem appellantur. Ariſtoteles in ſecundo Meteorol. fauonium κυματώδη vocat, qui hyeme quidem frigidus eſt & λυσκὴς. æſtate autem ſuauis adeò, vt illi penè vitam acceptam referant maritimæ prælertim oræ quibus à mari ſpirat.

Εἰ γὰρ τοῖς συνεχέσι τόποις μάλιστα πνεῖ. Legendũ vt emendauimus, ἐπὶ γὰρ. eſt enim ſuperioris dicti ratio. loca autem continua intelligit illa, quæ origini venti proxima ſunt, aut loca plana, æqualia, & continua, in quibus, quòd late expaciatur vehemens eſt, quando non offendit in loca edita, quæ auerſa loca tueantur. ἐπ λιπτὸν ἴσως. non videtur poſſe acquieſcere in iis, quæ dixit, cur fauonius hybernus ſit. addit igitur tertiã rationẽ. hybernũ appellari nõ quòd vbiq; ita ſit, ſed quod certis quibuſdam locis. verba autem emendanda ſic: ὅτι τὸ χειμέριον οὐ πᾶσιν ὁμοίως, ἢ δὲ ὁμαλότης. hæc tranſpoſita ſunt. ponenda autem poſt verba illa ταῦτα μὲν ὑπάρχειπον. præcedere autem hæc. ἢ μὴ ἄρα ἐπὶ θρᾳκίαν πνεόντων πιοιῶται τὴν περιοχὴν τὸν θρᾳκίαν, ζέφυρον καλοῦντες. Sic enim reſtituenda opinamur, quæ alioquin multis maculis plena fuerant. atque eſt quarta ratio cur fauonium vocant χειμέριον. fortaſſe enim aliquos mutatis nominibus thraſciam appellare fauonium. hũc enim reuera hybernum eſſe. Poſſidonius vt refert Strabo lib. 1. & Euſtathius in φ. Iliad. vbi Poeta λυσκὴν vocat fauonium pro fauonio volebat intelligi Argeſtẽ appellatũ, qui reuera hybernus eſt & grauis. λίγα δ' ἐπείοντα ζέφυρον. hoc eſt, at ſuauiter ſpirantem fauonium vocatum verè fauonium, qui ab occidente ſpirat, & ſubſolano contrarius eſt, quod itaque de argeſte dixit Poſſidonius, illum vocari fauoniũ impropriè, potuit &, Theophraſtus de thraſcia dicere: eſt enim hic inter argeſtem & ſeptẽtrionem. θρᾳκίττοντες. mutãtes nomen, alterum ſumentes pro altero. mirum autem non eſt variari ventorum nomina, alteriuſque nomen alteri dari à pleriſque. hoc enim fieri poteſt, & propter propinquitatem locorum, ac tractuũ, à quibus oriuntur, & propterea, quòd nõ eadem eſt apud omnes ventorũ appellatio. eoſdẽ n. ventos alii Græcorum aliter, alii aliter vocant. adde etiã in eadẽ regione accidere, vt ventus, qui alicubi fauonius eſt, aliis ſit argeſtes, thraſcias aliis. accidit autem hoc à finibus, promontoriis, vallibus, montibus, quæ omnia ventos ita variant, vt non iidem ſint vbique. in Creta aphricus vbi ſpirat in Cydoniatarũ agro, in Rythymnio auſter aliquando eſt, in Cytæi agro vulturnus. facit igitur locorum ſitus, vt venti modo ab iiſdem ſpirent tractibus, non iidem tamen vbique ſint. mirum igitur non ſit in terra græcia loca eſſe, in quibus thraſcias à fauonii tractu videatur ſurgere; Ideoq;, vocetur quidem ille Fauonius, & tamen ſuam naturam non amittat, eſt enim ille χειμέριος, atque vt vocat Ariſtoteles, χαλαζώδης, hoc eſt, grandinem ferens. fortè ἢ θρᾳκίττων legendum, vt ad ventum referatur. θρᾳκίττει autem ventus ea ratione, quam diximus aliis, aliiſque locis; ſic autem emendabitur εἰ μὴ ἄρα καὶ ἢ θρᾳκίττων ἐστὶ ἐμπιοιῶται τὴν περιοχὴν τὸν θρᾳκίαν ζέφυρον καλοῦντες. vbi enim prius legebatur τὸν χίον. reſtituimus τὸν θρᾳκίαν. Nam deletis prioribus literis vltima ſyllaba videtur remanſiſſe, quæ admonebat non aliter legendum eſſe, quàm ita. ἢ δὲ ὁμαλότης καὶ λειότης. cauſam reddit cur æquabilis, & lenis ſit fauonius.

79 ὅτι δὲ τοὺς καρποὺς, τοὺς μὲν φθείρῃ, τοὺς μὲν τρέφει, καθόλου μὲν σκεῖνο ἀληθὲς εἰπεῖν. ὃ καὶ κατὰ τῶν ἄλλων χρῆναι, ὅτι τρέφῃ μὲν ὅπου ψυχρὸς πνεῖ τὸ θέρους, ἀπόλυσι δὲ ὅπου θερμός.

Verùm quòd fructus alios corrumpit, alios verò fouet, & auget, ea cauſa afferenda eſt, quæ afferri poteſt in vniuerſum communis omnium. auget enim & nutrit vbi æſtiuo tempore ſpirat, perdit autem vbi calidus.

Æſtuoſos, ac frigidos flatus corrumpere non modo fructus, verũ etiam arbores manifeſtum eſt, & philoſophus in quinto libro de plantarum cauſis pluribus verbis de hac re diſputat, fauo-

Digitized by Google

nii aut frigidi ſpirant, aut æſtuoſi & calidi nõ vbiq; tamẽ, nec eodẽ tẽpore. Hyeme in maritimis regionib. tepentes ſpirant quod à mari veniunt, in quo tepor eſt & propterea hybernos fructus in iis locis ſeruant, & fouent. In mediterraneis gelidi ſunt, geluque corrumpunt fructus, & perdunt, æſtate contraria ratio. quibus enim à terra ſpirant, calidi & æſtuoſi ſunt, quibus verò à mari frigidi, iis igitur corrumpunt fructus, his ſeruant & augent. Nam vbi contrarii flatus fauonii ſint anni tempore, ibi iuuare neceſſe eſt, hyeme tepore frigus artemperantes, æſtate frigore æſtum lenientes. hoc enim eſt quod ait ὑγιαίειν παῖς ὥραις πλὴν πνοὴν ἔχων. Sic enim legendum eſt. θερμὴ δ' αὐτή. dictum ſuperius eſt ventos etiamſi ſua natura tales ſint, illos tamen à locis per quæ tranſeunt, & ad quæ ſpirant, qualitatem ſumere. fauonii à terra ſi ſpirant in aliquam regionem æſtate calidiſſimi ſunt quoniam terræ halitus calidi, & ſicci aerem implent illeque calidus fit, & feruidus, iidem hyeme frigidi ſunt, quòd terra niuibus obtecta eſt, pluuiiſque madida, aerque frigidus, quem agitant. mare tamen æſtate frigidum eſt, non quod ſit frigidius quàm hyeme, ſed quòd cum æſtus in terra ſit, vel mediocris afflatus à mari veniens frigidus eſt, hyeme contrà mare calidum eſt. non quia reuera calidum eſt, ſed quia terra longè frigidior, flatus à mari veniens tepidior eſt. adde etiam antiperiſtaſim, cuius ratione aquæ penè omnes tepidiores ſunt hyeme, præterquam quòd agitatum mare feruefcit. agitatur autem magis hyeme, quàm æſtate.

80 Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ νότος σπαχνὸς ἐστὶν ὥσπερ καὶ ἐν Ἄργει καὶ ὁ βορέας πολὺ παρ' ἡμῖν.

Quocirca & Auſter aliquot locis talis eſt, vt Argi, & Aquilo alibi.

Confirmat, quod dixit exemplo Auſtri, & Aquilonis, qui aliis locis calidi ſunt aliis frigidi, ὥσπερ ἐν Ἄργει. Auſter in Argum Peloponneſi oppidum à mari ſpirat. quamobrem æſtiuo tempore frigidus eſt, in problemate 17. ſcriptum eſt, auſtrum qui à mari ſpirat, commodum, & ſalubrem eſſe, talemque eſſe in Triaſio Atticæ campo.

81 Τὰ δὲ καθ' ἑκάστους τόπους ἐκ τῆς θέσεως δεῖ καὶ τῶν ἄλλων τῶν συμβαινόντων διασκέπτεσθαι καὶ θεωρεῖν.

Quæ verò in ſingulis locis accidunt, illa à ſitu, atque aliis accidentibus contemplari oportet.

Hactenus communes quædam proprietates fauonii in vniuerſum cauſis redditis declaratæ ſunt. ſunt & aliæ priuatiores, quæ à ſitu locorum, nonnullisque aliis accidentibus videtur fieri. Emẽdauimus τὸ αὐαίνεσθαι αὐασκέπτειν. quod eiuſdem ſignificati eſt, atque θεωρεῖν.

οἷον τῆς Ἰταλίας. Particularium euentuum dat cauſas, quo autem loco legebatur κεῖσ reſtituimus κρότων, eſt enim Croton Italiæ vrbs in ſinu Tarentino non procul à Lacinio promontorio expoſita fauonii flatibus, à quibus & promontorium, quod in ora Locrorum eſt Zephyrium appellatur. εὐθηνεῖ, ſic reſtituimus, cum malè antea legeretur εὐθωΐ, eſt autem εὐθωεῖν bonis abundare feliciter, & bene agere, ac ſalubriter.

καὶ πάλιν τῆς κρήτης. aliud exemplum. Gortinam inſignem vrbem in Creta fuiſſe notiſſimum eſt. eius extant veſtigia in planicie, quæ incolis dicitur μεσαρέα, in illam fauonius iucundiſſimus ſpirat, quemadmodum in alias omnes penè vrbes inſulæ, & in illas præſertim, quibus à mari ſpirat, frigidus enim æſtate eſt, ſemper autem ſalubris.

82 Φθείρει δὲ καὶ ἐν τῷ μαλιακῷ κόλπῳ πολλὰ καὶ τὰ ἐφέτια καὶ τὰ τῶν δένδρων καὶ τὰ τῆς θετταλίας περὶ τὸν πίερον.

Vaſtat etiam in Maliaco ſinu, & fruges annuas, & fructus arborum, & in Theſſalia circa Pierum.

Ita reſtitui certiſſima (niſi fallor) coniectura ductus. eſt autem Maliacus ſinus prope littora Theſſaliæ in ora, quam colunt Maliatæ. Huic ſinui ab occidente obiectus eſt mons Oeta, à quo irruens Zephyrus noxius eſt fructibus, & fortè etiam hominibus inſalubris. ἐφέτια, fruges annuas, frumenta, aliaq; huius generis. καὶ τὰ τῆς θετταλίας περὶ τὸν πίερον. qua parte Theſſalia à Piero monte obtecta eſt, eà læduntur à Zephyro fructus. calidus enim, ac feruidus eò irruit æſtiuo tempore, vt corrumpere non modo fructus, frugeſque, verum & ſata poſſit & arbores. Contrà hyeme gelidiſſimus eſt, non minus fortè, atq; aquilo, ac propterea itidem noxius.

83 ἀμφοτέρων δὲ τόπων ἡ αὐτὴ φύσις.

Vtriuſque ſanè loci natura eadem.

Eadem natura & oræ Maliatarum, & Theſſaliæ quæ ſub Piero monte eſt. Vtraque montibus ab occidente tecta eſt, altera Piero, altera Oeta, vtraq; orientem ſpectat nullis ab illa parte obiectis montib. ὁ μὲν τῇ οἴτῃ καὶ τοῖς συνεχέσιν ac eſt ὁ δὲ τῷ πίερῳ, quod vnicuique facilè patet. falſus autem fuit, qui librum exſcripſit, quod ſequitur, ὁ δὲ ἑῷος, vt facile fuerit homini præſertim incauto à primo ὁ δὲ, ad hoc alterum oculos deflectere. ὁ δὲ πνέων ζέφυρος. modum explicat, quo fauonius æſtiuo tempore fructus vrit. in vtroque enim monte magnus æſtus eſt, quem ſolis radii refracti faciunt. hunc itaque deferri in ſubiectam planiciem & fructus vrere. αἰακλωμένου δὲ εὐθὺς, reſtitui αἰακλωμένων δὲ ἀντιμπὶ εὐθὺς οἷς τὸ πεδίον δὲ ἀπέκαυσεν. an ita ſcripſerit Theoph. neſcio certè, non alia ſententia ſcripſiſſe conſtat.

84 Ὅλως

[84] ὅλως γὰρ ὁ πολλάκις λέγεται τοῦτο ἀληθές.

In vniuersum quod sæpe diximus verum est.

Particularium euentuum causas vniuersali claudit axiomate, quod & superius dictum reperitur etiam hic. Hippocrates libro secundo de Diæta. διὰ δέ σφεων καὶ πόπων οἱ ἂν παραγίνεται τὰ πνεύματα εἰς τὰς χώρας ἑκάστας διάφορα γίνεται ἀλλήλων ψυχρότερα, θερμότερα, ὑγρότερα, ξηρότερα, νοσερώτερα, ὑγιεινότερα, hoc est propter situm autem regionum, & locorum, per quæ flatus ad quasliber spirãt regiones, inter se differunt, frigidiores, calidiores, humidiores, sicciores, salubriores, & noxii.

[85] Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ νότος ψυχρὸς οὐχ ἧττον τοῦ βορέου κατὰ τὴν παροιμίαν.

Nam propterea & Auster non minus aquilone gelidus, vt in prouerbio est.

Hoc ex iis, quæ dicta sunt facile constat. κατὰ τὴν παροιμίαν locus mendosus est. fortè autem paræmiam intelligit, cuius in problemate 47. mentio est. εἰ δὲ ὁ νότος βορέαν ἐπεκαλέσηται αὐτὸς χειμῶν. si auster aquilonem adduxerit, statim hyems. αἴθρα κατ' ἐψυγμένον. legendum. αἴθρα κατεψυμένου. ex iis quæ dicta sunt perspicuum est, austrum etiamsi sua natura frigidus non est, fieri tamen vbi per aerẽ frigidum, humidumque spirat. frigescit autem, humescitque aer hyeme à niuibus, pluuiisque.

ὁ δὲ βορέας ὁ ὄπισθεν τὸν πλοῦν. ita legendum, quod enim erat ὄπισθ' ὄντων in mendosissimo Codice delendum est. alludit autem ad prouerbium, quod est in problemate, cuius proximè meminimus. aquilo si lutum inuenerit statim hyems sequitur. cur autem accidat, vt cum flantibus austris multũ pluerit, lutosaque terra sit reddita, aquilo glacialis sit, non aliunde ait fieri, quàm quòd aer frigidus à pluuiis redditus est. vnde aquilo sua natura gelidus gelidior fiat, necesse est per aerem frigidũ spirans. aer enim frigidus, crassusque, sub austris, gelascit facile sub aquilonibus. Hæc omnia inductione probant superius axioma à qualitate aeris, in quem & per quem flant venti, frigidos illos calidosue fieri.

[86] ὅτι δὲ τὰ πνεύματα τοῦ μὲν χειμῶνος καὶ τοῦ ἐωθινοῦ ἀπὸ τῆς ἕω τοῦ δὲ θέρους καὶ τῆς δείλης ἀπὸ τῆς ἑσπέρας· σκόπει τὴν αἰτίαν ὑπολειπτέον. ὅτι ὅταν ὁ ἥλιος ἕλκων μηκέτι κρατεῖ, ἀφιέμενος ὁ ἀὴρ ῥέει. καὶ εἰσδεδόμενος συγκαταλείπει νέφη, ἀφ' ὧν τὰ ζέφυρια.

Verum cur venti hyeme, mane, & ab ortu spirent, æstate, vespere, & ab occasu, illa ratio censenda est, quòd cum sol aerem attrahens non euincit, relictus ille post solis occasum fluit. occidens autem nubes relinquit à quibus fauonii.

Explicauit superius peculiarem naturam, particulariaque nonnulla euenta, quæ fiunt à situ differentiisque locorum, à quibus & per quæ spirant venti: modo aliud problema sequitur. Cur hyeme ab ortu flant subsolani, ab occasu vero æstate fauonii. eadem quæstio est in x x vi. sectione vigesima prima, & repetita, latiusque declarata quinquagesima quinta. illinc igitur vniuersam sententiam afferemus locoque huic medebimur incurabili alioquin, & deploratæ salutis, si problemata non essent subsidio. causam propter quam ab occasu æstate, hyeme verò ab ortu venti spirent, putat Aristoteles esse, quod sol quemadmodum in nostro hoc hemisphærio terram calefaciendo halitus attrahit, quæ ventorum materia est, ita etiam in altero, quod infra nos est, hemisphærio. fieri enim vt materia, quam non absumit sol, sed secum attrahit iis, qui inferum hemisphærium colunt, cadente sole ventos quidem ab occasu excitet, qui iis fauonii sunt. eadem tamen materia à sole tracta in hemisphærium superum antelucanos flatus facit, ventosque qui post ortum solis spirare solent. eadem inquam, quæ nobis hyeme ortiuos flatus, iis æstate facit occiduos. quo enim tempore nobis est hyems, iis æstas est, eadem autem in infero hemisphærio ratio est, quæ in supero. Nam quæ materia nobis facit Zephyros occidente sole, eadem matutinos flatus oriente sole iis, qui sub nostro sunt hemisphærio. hæc igitur cũ sit viciſſitudo hyeme nobis Eoi flatus spirãt, æstate occidui, qui iidem contrariis temporibus & Antoecis sunt. atque hæc ratio satis esset, si quis quæreret cur quo tempore Zephyri apud nos spirant, apud Antipodas spirent subsolani, eadem enim, vt ita dicam in Orizontis finibus materia est. Verum si quis quærat cur æstate non spirent flatus ab Oriente hyeme verò ab occidente, non parua difficultas fuerit. Hanc soluit Aristoteles quod æstate Oriente sole materia nõ est, quod aer exsiccatus nullos habeat halitus, propterea quòd nox breuis est, calefactaque abundi est terra à sole, qui non multùm ab hemisphærio nostro abest, vt nullas habeat exhalationes, vnde nulli etiam excitantur flatus. quæ autem ratio est, vt nõ sint æstiuo tẽpore matutini flatus, eadẽ esse potest, cur & occidui flatus non sint hyeme, hæc tamen Aristotelis solutio non adeò videtur firma; etsi enim æstiuo tempore, exiguo horarum spacio, sol à nostro distet hemisphærio, tamen in infero hemisphærio eo tempore, quod ibi hybernum est, multi sint halitus necesse est, propterea quod niues pluuiæque necessario sunt, à quibus exhalationes fiunt. posset igitur quod pomeridianis horis æstate sol facit, hyeme etiam potius facere, consequenterque in supero hoc hemisphærio æstate matutinos excitare spiritus. an dicendum est, i-

Digitized by Google

deo non excitare hyberno tempore. quod paucis horis supra terram moratur, & niues non nisi mora aliqua possunt liquefieri, adde etiam non magnam eo tempore solis esse efficaciam, vt his de causis nequeat vespere occiduos excitare flatus, cum autem non excitet in altero hemisphærio flatus occiduos, neque in altero æstiuo tempore matutinos faciet. an hoc eget accuratiori disquisitione, considerandumque solem, cum est in signis hyemalibus citissime occidentem posse quidem illum à latere flatus gignere, non autem puros, occiduos. & quod puri occidui ab occasu æquinoctiali spirant, à quo sol longinquior est, & quod statim atque cœpit appropinquare, occidit. quorum alterum licet sit sole etiam tenente æstiua signa, alterum tamen non est, quod æstate sero occidit sol, diutiusque moratur supra terram. Hæ omnes rationes simul positæ & probabilitatem aliquam habent, & Aristotelis Theophrastique solutiones facile tuentur. porrò menda quæ huic loco inhæserant, ex problematis tollere conati sumus.

Ετησιαι δὲ αὖ πνεοι. aut de fauoniis hoc dictum est inferioris hemisphærii, aut de matutinis apud nos. Etesias enim vetare, ne multum materiæ in occidente colligatur, quæ eadem est occiduorum, & ortiuorum in vtroque hemisphærio eodem tempore.

87 οἱ δὲ νυκτερινοὶ βορέαι, τριταῖοι πίπτουσι.

Aquilones nocturni triduò desinunt.

Persequitur particularia quædam ventorum accidentia, quod autem ait de aquilonibus nocturnis, est iisdem penè verbis in nono problemate, ex quo restituimus quæ in hoc infelicissimo codice extabant lacera, prouerbium autem est, ὅπου νυκτερινὸς βορέας τρίτην οὐκ ἔφηβος. hoc est interprete Theodoro, tertia lux nunquam nocturno aquilone laborat. causa autem quam affert, hæc est. quo tempore exiguus calor, & exigua materia est, aquilones neque adeò vehementes, neque qui multum durent, exurgunt. Noctu exiguus calor, exiguaque ideo materia. igitur aquilones, qui noctu surgunt, nec vehementes sunt. nec diu durant. tales venti tertia die plurimum cadunt.

88 ὅτι δὲ οὐκ αὐτὸ τοῦτο συμβαίνει καὶ ὅτι τῷ νότῳ νυκτερινοῦ πνεύσαντος, αἴτιον ὅτι ἐγγὺς ὁ ἥλιος ἐστὶ τῆς τοῦ νότου χώρας, καὶ ἀλεεινότεραι αἱ νύκτες ὀλ.

Sed quod non idem & in Austro nocturno contingat causa est, quod australi parti propinquus sol est, & tepidiores ibi noctes, quàm dies in septentrionalibus regionibus.

Eadem videri posset ratio in aquilonibus, & austris, vt qui noctu surgunt, tertiam diem nunquam excedant. & tamen aliter res habet, nam qui noctu surgit auster non minus quàm si interdiu surgeret, durat. causa autem huius euenti eadem est, atque illa, quam affert Aristoteles in vndecimo problemate. ibi tamen non proponitur hæc quæstio, sed illa cur non minus noctu, quàm interdiu post hybernum solstitium spirent austri. corrupta autem ibi leguntur verba hæc διὰ τὸ ἀνάγκη ἐντὸς μᾶλλον χειμερινὰς νύκτας πνεῖν. corrigenda autem apposita negandi particula διὰ τὸ οὐκ ἀνάγκη ἐντὸς. quod adeò certum est vt superuacaneum sit probare velle. mirari potius subit, cur nondum à quoquam fuerit animaduersum. quod autem ait philosophus solem ad australem plagam esse propinquiorem, quàm ad septentrionalem, aut non absolutè intelligendum est, sed sub brumalibus conuersionibus, vt est in problematis, quod sine controuersia verum est, aut absolutè ideò proinquiorem esse solem, quod aquilo à polo arctico spirat, auster verò, à cancro tropico, vt in Meteoris docet Aristoteles. Sol autem propinquior est tropico, quàm polo. sed hoc cum falsum esse superius probatum est, satius est dicere absolutè dictum hoc non esse. sed sub hyberno solstitio. atque ita & quæstio non de omni tempore, sed de illo, quod est post brumam accipienda est.

ἀπ' ὀλίγων θερμῶν παρὰ τὰς ἡμέρας. in problematis ἀπ' αἱ θερμότεραι ἡμέραι placet autem legere, vt hic legitur, & sententia plana est. quo enim calidiores dies sunt eò magis impediunt flatuum ortus. æstus enim absumit ventorum materiam, quocirca consentaneum est noctu quo tempore non adeò magnus æstus est & halitus non absumuntur, magis oriri ventos, aut saltem non minus quàm interdiu, certe magis quo tempore interdiu australis illa plaga torretur æstibus.

89 Τάχα δὲ καὶ τοῦτο τοῦ βορέου αἴτιον, ὅτι ἀθρόως ἡ ἔκχυσις ὥσπερ τῶν ὀλκάδων, τὰ δὲ ἡ παῦλα τῶν ἀθρόων.

Forte & illud in causa est, quod aquilo confertim irruit procellarum instar, eorum autem, quæ confertim irruunt, celer est exitus.

Sic lacunam huius loci explendam esse opinamur. alteram affert causam, quæ est & decimo quarto problemate. fortè ideo cessare tertia die nocturnum aquilonem, quod confertim & statim ventus ille irruit. quare & celeriter cessat. quæ enim sensim oriuntur, illa paulatim aucta, subinde maiora euadere. porrò de austro dictum est superius, & in problematis non vno loco repetitum initio illum paruum esse, in fine verò magnum fieri, contrà atque aquilo soleat.

Digitized by Google

Ἀεὶδὲ ὡς ὅπῃ ποτ' ἂν λαῦρος. μετὰ δὲ χόνα & πάχνιν, lego. ἀεὶ δ' ὡς ὅπῃπαν ὁ νότος λαῦρος μετὰ χόνα & πάχνιν. est autem huius sententiæ & problema tertium sectionis de ventis. nisi quod hic ἀεὶ & λαῦρος, quæ ibi non sunt. πέψεως τινὸς γινομένης. coctio quædam, & excretio fit, quando aliquid ex iis quæ Meteora dicimus, oritur. Nam & nix, & pruina, & venti non sine coctione fiunt. neque hic licet coctionem intelligere, quæ à calore animato fit, sed Metaphoricè sumptam rei alicuius secretionem. Nã quemadmodum nihil secernitur ante coctionem in animalis corpore, sic etiam nihil secernitur exhalationum, quod sol aliquo modo non excoxerit, vt hoc tale mixtum, imperfectum edere magis possit, quàm aliud. excoquit autem sol secernendo. quamobrem & halitus, & vapores non semel à Theophrasto, & Arist. dicũtur ἐκκρίσεις. ἑκάτερον τὶ πάσχει. Nã absoluta secretione cedat, illud finiatque necesse est, quod ab illa secretione proficiscitur. post hanc autem mutatio fit in contrarium. alia enim excretio superat. sic post pluuiam venti, & post ventos pluuia sequitur, vt ait Aristoteles. βορέας δὲ ναυτίας ὁ νότος. propositio minor post maiorem posita. absoluta secretione aquilonis in contrariũ fit mutatio. aquiloni auster contrarius. igitur post aquilonem, auster. grandines. n. niuesque, aut aquilo facit, aut saltem ab eo tractu ventus alius. vt Circius, argestes, Meses. δι' αὐτὸ τοῦτο καὶ μετὰ τὸν ἐτησίαν καὶ τὸν λάλαπα & τὰς τοιαύτας πνοὰς χειμασίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πίπτει τὰ πνεύματα. Sic emendanda sunt hæc verba, quæ mendis scatebant in exemplari. pendet autem horum sententia à superiori propositione; excretione & excoctione fieri niues, pluuias, ventos. manifestum autem est, si flantibus aquilonibus, niues grandinesque aliæqué huius generis excretiones factæ sunt, non alienum à ratione esse, & ventos desinere absoluta scilicet excretione, consumptaque omni materia. sed si hoc verum est, cur post pruinam sequitur auster? An contrarius est auster illi, à cuius secretione pruina orta est. mutatio autem in contraria fit à contrariis? ἐπεὶ πρὸς ταὶς χώρας. lego πρὸς ταὶς χώρας & τοὺς τόπους ἑκάστοις ὑπαρχῆ καὶ αἴθρια subaudiendum autem, πνεύματα. διὰ τοῦτο & πνεῦ. lego & τὰ πνεῦ. In certis autem quibusdam locis à situ locorum, aliisque differentiis certa quædam euenta contingere, in ventis, pluuiis, serenitatibus, tempestatibus, postremo anni constitutionibus sæpe iam dictum est. ἰσχυρὰν ἤ. Sic legendum non vt prius αἰσχρὸν ἤ. in Rhodo autem, & Gnido duos hos ventos maximè posse, à situ illorum locorum fit.

ᾗ ἐνιαχοῦ δὲ καθάπερ τάξις τίς ἐστι τῶν πνευμάτων ὥστε ἄλλοτε μετὰ ἄλλους πνεῖν ἐὰν μόνη τινὰ χρόνον.

Est & quibusdam locis ordo quidam, ac vicissitudo ventorum, ita vt alteri sequantur alteros, si aliquandiu permanserint.

Quoniam euenta persequitur, quæ à situ locorum efficiuntur, addit & aliud, quod alicubi ait fieri vt ordo quidam in ventis sit, si aliquandiu flare perstiterint. hic autem à locorum situ fieri ordo potest, vt à sinubus, vallibus, montibus, postremo à variis locorum, regionumque sitibus. fit igitur, vt excœptâ alicubi, venti, qui à proximo loco flat, materia, ventus alter oriatur, quem ordine sequatur alius, atque ita deinceps ordine quodam flatuum sit vicissitudo. ait enim ἐὰν μόνη πνὰ χρόνον. quoniam sine multa materia est, atque multum duret, non potest in proxima quæque loca ordine quodam, vicissitudineque distribui.

ᾗ τάχα δ' οὐδὲ ὅλον ἄτοπον τόγε τοιοῦτο εἴπερ ἡ περίστασις ἀεὶ τῶν ἀνέμων εἰς τοὺς ἐφεξῆς πάλιν μεταβάλλει ἢ εἰς τοὺς ἐναντίους.

Id quod absurdum fortè non fuerit quando ventorum circumstantia, aut in contrarios aut in illos, qui proxime flant, mutari soleat.

Quoniam alicubi ordinem quendam ventorum dixit esse superius, ideo hic quasi corrigens quod in parte pronunciauit, in vniuersum pronunciat. Nam vbique locorum ita fieri vt venti aut in proximos mutentur, aut in contrarios ordine aliquo seruato. Nam à solis conuersione sublata materia ad locum proximum ventus alius exoritur, quo cessante à proximo tractu eodem efficiente sole exurgit alius, atque ita deinceps. sol enim singula loca ordine permeans mutari facit & vẽtos in proximos, qui deinceps sunt, vt si cum in æquinoctio est subsolanus, spiret, quando ad brumalem procedet ortum, cæcias orietur. fit & in contrarios ventos mutatio. ἰσαμένων τῶν ἀνέμων. hoc est instantibus, vrgentibusque ventis. altero enim materiam, nubesque ad locum, qui ex aduerso est pellente, fit vt exurgat à contrario tractu vehementior alter prioremque cessare faciat. porro de mutatione ventorum in proximos, continentesque Aristoteles in Meteoris optimè disputat. an autem fieri possit eadẽ mutatio breuiori temporis spacio, vnaque aut altera die (nã quæ propter solis conuersionem fit, longiori tempore opus habet) quærere non absurde possumus; & tamen frequentissimè eadem die experimur ventos ordine quodã seruato, ita inter sese mutari, vt si mane cœperit Eurus spirare vespere nonnunquam flantem sentiamus fauonium; accidit etiam sex, aut septem dierũ spatio, ventos ita inter sese commutari, vt si prima die cœperit auster, postrema spiret cæcias, aut Meses. Hæc autem cum vera sint & experimẽto continuè comprobata, quærenda potius ratio est. quæ vt facilius intelligatur, animaduertendum est, eadem die, aliquando mutationes has ventorum fieri, quando ἀνεσία quædam est, vagaturq; venti materia, atq; huc, illuc rapitur, & aut desinit, cum per proxima quæque loca circumlata sit, aut ventum aliquem postremo facit, qui aliquandiu perdurat. hoc autem accidit propter Aoristiam, quam vocant Aristoteles, &

Digitized by Google

Theophraſtus. eſt autem Aoriſtia interminatus temporis ſtatus, quando mutatio in aere facta eſt à ſole, luna, ab alicuius ſyderis ortu, aut occaſu. illo igitur ſtatu cietur exhalatio, varioque agitata motu illic perſiſtit, & ventum efficit, quo ſolis, lunæ, ſyderiſve alicuius vis commouerit, & tamen ordo videtur ſeruatus, quòd flatus, qui primum ab exhalatione excitati ſunt, mutantur in proximos. Cæterum quod plurium dierum ſpatio accidit, vt ordo, viciſſitudoque in ventis ſit, non eſt attribuendum interminato ſtatui, quem dicimus ἀοριστίαν ſiue ἀκρισίαν, ſed illi cauſæ, cui attribuuntur ab Ariſtotele αἱ περιστάσεις, ſol enim cum vniuerſum aerem luſtret, calefaciatque à proximo ſibi tractu halitum excitat, qui venti materia eſt. hoc abſumpto neceſſe eſt à proximo item ſuſcitetur alter, à quo & ventus quem deinde in proximo loco alter excipiat, quem ſequatur alius, ſeruato quidem ordine, cuius ſol ipſe auctor eſt. quod autem facit ſol à ſolſtitio ad æquinoctium per tria Zodiaci ſigna gradiens, hocidem & paucis diebus poteſt facere ea ratione, qua dictum eſt. Triplex igitur ordo in ventis eſt. primus, qui inconſtans eſt, & accidentalis, vt vocant, ab interminato temporis ſtatu proficiſcens: alter à ſolis conuerſione notabili, & effatu digna. poſtremus ab eiuſdem ſolis circuitu paucis diebus peracto. ſi quis verò ordinem etiam numeret, qui à ſitu locorum accidit, in Inſulis præſertim, ac locis, vbi magna eſt ventorum inconſtantia, & in ea tamen in proximos mutatio, aliquando non ſine ordine, illi quidem per me licebit. διὸ καὶ ὅπου πρόπου μεθάμαγμι alterius meminit Ariſtoteles, quamuis & alterum non ignorauerit. huius autem loci ſententiæ meminit Alexander Aphrodiſiæus in Commentariis in Meteorol. ὃν ἡμὲν κατὰ τὴν περίστασιν εὖρος εἰς τὴν ἑωθινὴν, lego, pro εὖρος ἀκρίαν, appoſita metaphora. Notanda autem vox περίστασις, hoc eſt circundata quædam ventorum manſio in proximis quibuſque locis.

ὅλον γὰρ χειμῶνος ὁ ἀριστίας ἐστίν. Ne Apollo quidem diuinarit, quid ſibi velit ὁ ἀριστίας. mendum autem eſt literarum tranſpoſitione primum factum, deinde in peius auctum librarii inſcitia. Legendum igitur ἀοριστίας. porro in inconſtanti hoc, turbatoque temporis ſtatu, cum ventus inconſtanti motu cieatur, mirum non eſt, & in ſeſe recurrere, & in proximum tranſire.

92 ἡ δὲ καθ' ὅλου μεταβολὴ εἰς τοὺς ἀνέμους, καὶ ὅλως ὅταν πέφηνεν ὅτι πνεύματος καὶ ὅτι τούτων ἡ ἀνταπόδοσις καὶ οἷον ἡ ἀντίρροια καθ' ὅλου.

Nam in vniuerſum ita natura datum eſt, vt ratione quadam reciprocatio, & velut refluxio in his omnibus fieri videatur.

Alius modus mutationis ἡ ἀνταπόδοσις καὶ ἀντίρροια. repellitur enim ex aduerſo flatus, ac veluti refluit, ſi in contrarium venti mutatio ſequuta eſt. ὅπερ καὶ ἐπὶ τοὺς ἀπηγμένους optima ſimilitudo τῆς ἀνταποδόσεως tropæorum, & eius, quæ ab aduerſis flatibus fit. nihil enim quod ad hoc differunt. ἐφήμερος vnius diei, vnde & medici febres ἐφημέρους vocant, & Ariſtoteles in Hypani Scythiæ fluuio inſectum ἐφήμερον.

93 ἐνίοτε δ' οὐ πνεῖ τοὐναντίον, ἀλλ' ἕτερόν τι πνεῦμα πελάγιον.

Quamquam nonnunquam conuerſiuus non eſt flatus, qui contrà ſpirat, ſed ventus alius à pelago veniens.

Hoc & ſuperius adnotabat in Macedonia fieri flantibus Etęſiis. ὥσπερ. exemplum particulare in ſinu Pamphyliæ in Idyro fluuio, à quo ait ventum validum ſpirare Dyrim incolis appellatum, huic verò ex aduerſo incumbere auſtrum & vulturnum. iiſque aliquando obluctantibus tempeſtatem in mari fieri, turbineſque concitatos nauigia ſubmergere. Idyrus fluuius, & vrbs Pamphyliæ Stephano. Dyris Pamphyliæ peculiaris ventus & ἐγχώριος. qualis Atabulus Apuliæ. Horatius.

Incipit ex illo montes Appulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, & quos.

De ventis his locorum quorundam propriis Seneca libro ſecundo quæſtionum naturalium. Quidam ſunt locorum quorundam proprii, qui non tranſmittunt, ſed in proximum ferunt. non eſt illis à latere vniuerſi mundi impetus. Atabulus Apuliam infeſtat. Calabriam Iapyx. Athenas Sciron. Pamphyliam Catægis. Galliam Circius, cui ædificia quaſſanti, tamen incolæ gratias agunt, tanquam ſalubritatem cœli ſui debeant ei. Diuus certè Auguſtus templum illi cum in Gallia moraretur, & vouit, & fecit. infinitum eſt, ſi ſingulos velim perſequi. Nulla enim propemodum regio eſt, quæ non habeat aliquem flatum ex ſe naſcentem, & circa ſe cadentem. Hæc Seneca, qui & locum hunc reddit clariorem, & ventum Dyrim Pamphyliæ catægim etiam appellatum eſſe ſignificat, πρηστῆρες πολλοὶ πίπτουσιν. ex ventorum obluctatione, & obnixu eliſus ſpiritus accẽſuſque πρηστὴρ vocatur, vt ſuperius dictum eſt, latinè vocant turbinem, conglobatum, contortumque flatum diuerſum à typhonibus, & procellis, quòd maiore vt ait Plinius erumpit ſpecu, ſed minus latè, quàm procella, nec ſine fragore proxima quæque proſternit. Præſter autem eſt accenſus turbo amburens contacta pariter, & proterens. Græco nomine vocauit Lucretius libr. 5. Præſtoras Graii, quos ab re nominitarunt.

94 ὃ γὰρ

Digitized by Google

94 ὅ γὰρ ὅλον ὅσου τοιαύτη γίνεται σύγκρουσις τῶν ἀνέμων, καὶ κυμάτων μέγεθος αἴρεται.

Nam in vniuersum vbi talis euenit ventorum concursantium pugna tempestas oritur.

Non semel particulare euentum ad vniuersalem retulit causam. supra vbi loquebatur de reciprocatione, repulsioneque flatuum. ὅλως οὕτω πέφυκεν. modo cum in Pamphylico sinu à colluctantibus ventis tempestatem cieri dixerit, in vniuersum hoc ait verum esse, ex colluctantibus vētis, & inuicem concursantibus fluctus magnos attolli, & tempestatem fieri. σύγκρουσις collisus, confractioque dicitur ventorum luctantium. ὥσαρ ὅταν αἱ πνοαὶ συμπίπτωσιν τῶν ἀνέμων. Homerus in tempestate illa, qua Vlysses iactatus est. v. Odysseæ.

Σὺν δ' ἔρος τε νότος τ' ἔπεσε ζέφυρός τε δυσαὴς
Καὶ βορέης αἰθερογενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων.

Fecit igitur Aquilonem austro præsertim ex aduerso incumbentem magnam tempestatem commouisse. non ideo tamen credendum est non nisi aduersis ventis concursantibus tempestatem fieri. Nam & ab vno vento, & à pluribus eodem mundi tractu flantibus maximæ aliquando fiunt tempestates. Virgilii tempestas illa in qua cum Diuino poeta mirè cōtendit ab eodem mundi tractu flantes ventos habuit.

Vnà Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis
Aphricus, & magnos tollunt ad sydera fluctus.

95 ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνο κατὰ λόγον ἐστίν, ὅταν ἀλλήλοις μήπω τελέως ἐκπνεύσασι ἕτερα ἐμπνεύσωσιν· οἷον γὰρ ὕλλιν παρέδραμε θάτερος θατέρῳ.

Quandoquidem & illud consentaneum est, vt quando vicissim alii in alios incidant qui nondum spirare destiterint, tempestas accidat.

Quoniam dixit ex concursantibus, obluctantibusque ventis tempestates fieri, addit consentaneum esse quando flantibus ventis, qui tamen non omnino flare desierint alii ex aduerso incūbunt, valideque spirant tempestatem fieri. alterum enim in alterum materiam iacere, à qua auctus subinde, maiorque redditus tempestatis auctor est. μᾶλλον δὲ τοῦτο ἐμφανὲς. hoc autem dicit in aquilone licere inspicere, præsertim qui hybernus aliorumque ventorum est vehementissimus. εὐθὺς πλὴν περὶ ἐκείνου τῆς. lego εὐθὺς πλὴν περὶ ἐκείνου ἔπνευσεν ὕλλιν. sequitur enim ὡς αὖτως. ὅταν ὁ νότος ἐξυγρανθῇ καὶ ἰδατώδη ἐποίησεν. mutatio ventorum in contrarios fit, quando ab aduerso vento flatus est in ventum, qui è regione sit. suppeditatur enim alteri ab altero materia, vt vno cessante, aut etiā adhuc flante, sed non adeò alter vehemens validusque ruat, & hyemem, tempestatemque concitet. hoc in aquilone & austro duobus insignioribus ventis quis non videt? materiam autem, quam auster in aquilonem iactat, aquilo cum flare cœpit, congelat. vnde non modo tempestas in mari sequitur, verùm & niues, grandinesque; id quod euenit propterea quod gelidissimus est aquilo, & à gelidissimis locis exurgit. Contrà auster nubes ab aquilone missas in aquas conuertit, geluque liquefacit: humidus enim ventus est, & pluuius potius, quàm niuosus. fit igitur in nubibus ab his ventis effectus pro eorum qualitate viribusque contrarius, congelat enim, geluque adstringit aquilo, contrà noster liquefacit, aquaque ac pluuia resoluit.

96 ἐνίοτε δ' ὑετὸς νιφετὸς δοκεῖ ποιεῖν. ὥσπερ καὶ περὶ τὸν πόντον καὶ τὸν ἑλλήσποντον.

Alicubi vero etiam niues vt in Ponto, & in Hellesponto.

Ex accidenti nonnunquam austrum niuosum esse dicit, vt in Ponto, & Hellesponto. Aquilo enim frigidissimus cum sit, materiam, antequam propellat vlterius, congelat, quare etiam à flatu cessat, superueniens autem auster, gelidior subinde fit & niues facit, non pluuiam: hac ratione & Aphricus in Scythia niuosus est, quod & Propertius significat libro secundo Elegiarum.

Nec me tardarint Scythia iuga, cum pater altas
Aphricus in glaciem frigore nectit aquas.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλῆθον δηλοῖ πεῖν. Sic legendum. est autem sententia, etsi sua natura humidus est auster, niuesque soluat, in Ponto tamen niuosum esse plusque congelare, quam liquefacere. ταῦτα μὲν οἷον χειμερινὰς ἵνας ὅτι πνοιὰς καὶ ἀπόψυξις. quæ hactenus dicta sunt ὅτι πνοιὰς vocat, & ἀπόψυξις. ex aduerso spirantes flatus retortosque atque repulsos. hyemales autem, quod nunquam non hyemem excitent.

97 Αἱ δὲ ἐπὶ ὠρίωνος ἀνατολῇ καὶ δύσει τῶν πνευμάτων ἀκρασίαι συμβαίνουσιν, ὅτι ἐν μεταβολαῖς ἀεὶ πέφυκε γίνεσθαι. ὁ μὲν ὠρίων ἀνατέλλει μὲν ἐν ἀρχῇ ὀπώρας, δύνει δὲ ἐν ἀρχῇ χειμῶνος.

Ventorum autem inconstantiæ in ortu, & occasu Orionis propterea contingunt,

Digitized by Google

quod in temporum mutationibus, & inconstantiæ fieri soleant, ortus autem Orionis est æstatis initio, quæ ὀπώρα dicitur, & occasus sub hyemis principium.

Quæ de ventorum mutabili, incertoque statu in ortu, & occasu Orionis docet Theophrastus, eadem communia sunt & nonnullorum insignium syderum, in quorum ortu, & occasu temporum mutationes fieri consueuerunt. insignia sydera intelligo, qualia præsertim Virgiliæ, Arcturus, Canicula, & si quæ alia sunt huiusce generis. Hæc & Astrologis, Meteorologicisque obseruantur & medicorum præsertim filiis, quando non vno loco iubet Hippocrates mutationes temporum seruandas esse, vt de temporum constitutione, de futuris morbis, de aeris salubritate, insalubritateve ferri possunt præsagia. obseruantur & nautis, & Agricolis, quippe qui asperrimas nonnunquam vel in media æstate tempestates in mediaque hyeme tranquillitates, & malacias experiuntur. Cæterum quæ affert de incertitudine, inconstantiaque aeris, oriente, occidenteve Orione. eadem Aristoteles, & in Meteoris, & in Problematis. Orionis enim ortum æstate esse, occasum verò sub hyemis initium. quamobrem cum anni tempora in mutatione sint, & & magnam propterea sequi aeris Aoristiam. tempora enim nondum esse certa, constituraque, & ideo Orionem esse ἄκειπον & χαλεπόν. difficilem, & turbulentum. ἄκειπον, autem vocat eo significatu, quo Hippocrates, & Galenus signa quædam & symptomata, quæ scilicet incommoda ægris sunt, nullumque certum ad salutem indicium, aut significant, aut afferunt. quin non modo τὸ ἄκειλον, verum & τὸ χαλεπὸν. Hippocraticæ voces sunt. ἀκεισίαι τῶν πνευμάτων, ventorum incertitudines dicuntur, quæ tales sunt, vt nequeas ex iis certò iudicare, quòd ex ea turbulentia futurum sit. ὅπου πᾶσι μεταβολαῖς, maior propositio, in mutationibus temporum magna fit in aere Aoristia. Orion in mutationibus temporum oritur, & occidit. igitur ex eius ortu, & occasu magna est aeris Aoristia.

[98] Ὁ δὲ ὠρίων ἀνατέλλει μέν.

Oritur autem Orion.

Locus hic cum vniuersus esset mendosus ex problemate 13. & Alexandri commentario in secundum Meteoron, in quo totus extat integer, emendatus est. porrò in ortu, & occasu orionis declarando errasse Alexandrum, Theophrastumque contendit Franciscus Vicomercatus. illum enim oriri sole finem tauri, & initiũ geminorum tenente, non autem initio τῆς ὀπώρας. vt ait Theophrastus, aut Autumni, vt Alexander. cum tauro enim, & geminis oriri, inter quos etiam situs est, nec non ante Etesias, quæ octo diebus ante canis ortum excitantur. Non animaduertit vir alioquin accuratus, & doctus, primùm orionem non eadem die gentibus regionibusque omnibus exoriri. deinde eius exortum pluribus diebus fieri. postremò πρὸ ὀπώρας. quo æstatis tempore sit. Ortum autem orionis cum dicimus, non alium intelligimus, quàm qui Orientem solem antecedit, quem ortum ἕωον appellarunt græci veteres. primum igitur Ptolemæo in libro de signatione stellarum inerrantium orion exoritur XVIII. die ante Calendas Iulii, totus autem Ægypto IV. idus Iulii exoritur. Atticæ totus Orion exoritur III. non. Iunii, vt auctor est Plinius libro 18. cap. 28. Cæsari autem exoriri incipit sexto Calendas Iunii. atque hic duo notanda sunt pro regionum diuersitate, quatenus iis polus eleuatur in altitudinem diuersos esse syderum ortus, occasusque: alterum, Orionis totum exortum circiter illud tempus fieri, quod appellaur ὀπώρα. eius enim initium est, vt ait Galenus, in primum Epidemiorum Hippocratis circa canis exortum, à quo non longè abest tota Orionis apparitio. Notandum & aliud. Theophrastum, & Alexandrum non adeò exquisitè discreuisse tempora τῆς ὀπώρας, quæ siue fiat circa canis exortum, siue etiam aliquot ante dies non adeò in magno discrimine videntur ponere. quomodo etiam nihil obstat, quòd de Etesiis obiicit Franciscus Vicomercatus. paucorum enim dierum interuallum, id est, quod ipse maximum habere momentum in insimulando philosophos existimat, reuera autem nihil est. quæ cum ita sint inique damnat ille nostrum philosophum, æquius fortasse Alexandrum, si eius exemplar non esset illo in loco mendosum. Nam cum deberet legi ὅτι δέκατος εἰς ὀπώραν vitiata scriptura habet ὅτι δέκατος εἰς μετόπωρον, nisi fortè sumit τὸ μετόπωρον αὐτὴ τῆς ὀπώρας. Nam vterque philosophus totum orionis exortum intelligunt, qui sine dubio tempus illud attingit, quod proxime oporam est.

[99] ὥστε διὰ τὸ μήπω καθεστάναι μηδεμίαν ὥραν τὸ μὲν γινομένης τὸ δὲ παυομένης ἀνάγκη, καὶ τὰ πνεύματα ἀκατάστατα καὶ ἄκεια εἶ).

Vt ideo, & venti incerti, & inconstantes sint, quod nondum certum, constitutumque sit anni tempus, altero scilicet desinente & ineunte altero.

Ratio τῆς ἀκεισίας, quæ circa ortum, occasumque Orionis est. cum enim nondum statuta firmataque sint tempora, verum in mutatione ab æstatis prima parte ad alteram, & ab autumno ad hyemem, mirum non est ventos inconstantes turbulentosque fieri, quòd scilicet ἀμφιπολεύουσι & partem præcedentis temporis participant, partem eius, quod sequitur, vt hac ratione cum inter contraria tempora medii sint, ἄκειποι sint, & naturæ ancipitis. διὰ τοῦτο ἀοριστίαν τῆς ὥρας. quæ sit Aoristia declaratum superius est. illud autem adnotandum in præsentia, sydera insigniora omnia mutationem afferre turbulentiamque aeri. quod & Hippocrates docet, & Aristoteles, inæqualitatem autem, inconstantiamque huiusmodi Orionis penè esse proprium propter dictas causas.

[100] Καὶ

100 Καὶ ταῦτα μὲν δὴ καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα περὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν συμβαίνει.

Atque hæc quidem, & quæcunque alia huius generis in aere, & cœlo eueniunt, ita explicata sint.

Declarauit communes ventorum affectiones, & differentias. mox & euenta nonnulla communia, quorum etiam rationem reddidit à locis, à quibus oriuntur, & per quos transeunt. deinde priuatas aliquorum ventorum proprietates declarauit, certorumque accidentium, affectuumque causas attulit. postremo effecta ventorum explicat in corporibus, & animatis, & inanimis, quæ pars physiologiæ excipitur statim à medicina, quæ aëris qualitates ventorumque considerat. quam partem docuit Hippocrates in libro de aere, aquis, locis, in tertia Aphorismorum sectione, & in secundo de Diæta. in Epidemiis etiam nonnulla sunt, quæ hoc argumentum declarant particularibus exemplis. Καὶ ταῦτα μὲν. Epilogus cum transitione. περὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸν ὅλον οὐρανόν. idem penè significat duabus his vocibus. totum autem cœlum intelligit, vniuersum aerem mutationibus alterationibusque ventorum obnoxium. fortè etiam cœlum ipsum intelligit, non quòd illud afficiatur, sed quod venti aut serenant, aut nubibus obducunt cœlum, & quod ad sensum nostrum attinet pluribus modis videntur afficere.

101 τὰ δὲ † εἰς τὰς ἡμετέρας διαθέσεις, οἷον βαρύτερον ἐν τοῖς νοτίοις ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀδυνατώτερον· αἴτιον δὲ ὅτι ἐξ ὀλίγου πολὺ ὑγρὸν γίνεται, καὶ αὐτὶ καύσου πνεύματος βαρέα ὑγρότης. ἔτι δὲ ἡ μὲν ἰσχὺς καὶ δύναμις ἐν τῇσ ἄρθρῃσι ἐστί. ταῦτα δ' διέπει ὑπὸ τῶν νοτίων. τὸ γὰρ γλίσχρον ἐν τοῖς ἄρθροις πεπηγὸς, κωλύει κινεῖσθαι ἡμᾶς. ὑγρὸν δὲ λίαν ὀκνωτικὸν ἐστι.

Deinceps sunt quæ ad nostrorum corporum pertinent affectiones. Nam grauius ac difficilius spirante austro se habent homines. Verum illa causa est, quòd liquatus humor multus fit, qui prius erat perexiguus, & ex leui spiritu grauis humiditas. adhæc autem vis & facultas nostra in articulis posita est. hi autem soluuntur ab austro. Viscidum enim illud, quod in articulis est, si congeletur motum impedit, si nimium humescit, tensionem.

Verba hæc omnia ex problemate 24. primæ sectioni semendata, & restituta libuit apponere. Nã in Codice Theophrasti adeò fæde corrupta sunt, vt nullus possit inde sensus erui. porro austro flante graueſcunt corpora sensusque fiunt hebetiores. quod Hippocrates in Aphorismis primus notauit. νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεις, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, δύσλυποι. Cur autem austro flante grauius, ægriusque homines habeant, causam affert, quòd austri humidi cum sint, & calidi, multum humoré gignunt dissoluendis, ac veluti liquefaciendis corporibus, spirituque ipsos incrassant, ac propterea vires ipsas infirmiores, imbecilliores que reddunt. quod autem ait. αὐτὶ καύσου πνεύματος βαρέα, ὑγρότης, aut de spiritu innato intelligendum est, aut de quouis spiritu, flatuue, qui in corpore nostro sit. cum enim pro aeris qualitate corpora nostra immutentur, afficianturque flantibus austris, humidus, crassusque aer existat, sequitur & humores corporum augescerè dissolutosque magis diffundi, & quemuis spiritum crassiorem redditum penè in humorem conuerti. Non ineptè possumus & de connato spiritu hoc dictum accipere. Nam & Galenus hac ratione in primo commentario primi libri Epidemiorum adnotauit, in nubilosa constitutione humores in corporibus nostris velùti nubilosos fieri, vaporesque crassos, & nubilos in corpore retentos, caligini nebulæque similem connatum spiritum efficere, atqui quod nubilosus, caliginosusque aer potest in spiritu caliginoso, ac veluti tenebricoso faciendo. illud poterit, & cum humidus. crassusque est ab austris flantibus dissolutis, diffusisque corporis humoribus, in eodem spiritu reddendo humido crassoque.

Ἐπὶ δ' ἡ ἰσχὺς καὶ δύναμις ἐστὶν.

Hæc verba perspicua sunt, neque egent explicatione. quæ sequuntur corrupta cum sint, aut ita corrigenda. τὰ δὲ μόρια ἥλκει πνὰ συμμετρίαν ὥστε καὶ ἰσχύειν καὶ σωπίσεσθαι: aut τὰ δὲ σώματα πρὸς πνὰ συμμετρίαν ὥστε καὶ ἰσχύειν καὶ σωπίσεσθαι. quod & magis placet. omninò enim, quod Hippocrates dixit in Aphorismis, verum est siccitates salubriores esse humidis constitutionibus. siccitas autem in aquilone, in austro humiditas.

102 καὶ πάλιν ξηροὶ καὶ μὴ ὑδατώδεις, πυρετώδεις.

Austri, inquit, sicci, & non pluuii febres faciunt. causam autem affert, quòd natura humidi cum sint, si pluuiam non inferant, calidi etiam æstuosique, inducent igitur in corpora humiditatem, caliditatemque extraneam, vbi autem humidum cum extraneo calore sit,

Digitized by Google

febris ſequitur, quod humores putreſcunt, è quibus febris. ἢ δὲ πιαύτη διάθεσις πυρετώδης. humidas, calidaſue conſtitutiones aeris morboſiſſimas omnium eſſe, nemo eſt vel mediocriter in medicinæ lectione verſatus, qui non nouerit. quemadmodum & corpora calida & humida omnium maximè febribus, quæ ex putredine fiunt, obnoxia ſunt. quòd autem addit ex vtriuſque qualitatis exceſſu febrim fieri, non ita intelligendum eſt, quaſi ſit febris calida & humida. illam enim Hippocrates, & Galenus calidam, & ſiccam agnoſcunt. quare & febrientibus victum humidum præſcribunt in Aphoriſmo x v i. ſecundæ ſectionis. ſed quod calor ſiccus extraneuſq; humores putrefacit in febribus. in iis enim à calido extraneo, à tranſpiratione impedita auctо putredo fit, à qua febris. vt hoc modo ex humidi, calidique exceſſu febris fieri videatur, atque ſicci auſtri huiuſmodi ſunt. contrà quos appellat ὑδατώδεις, hoc eſt pluuios. Hos enim propter pluuiam non calefacere ſed refrigerare, refrigerata autem corpora non temere incidunt in febres. Hæc Theophraſtus, quæ eadem & Ariſtoteles in problematis; quæ tamen ſi ad Hippocratis, & Galeni trutinam examinentur, controuerſa fortè videantur. eſt enim in Aphoriſmis Hippocratis rata ſententia, τὴν καταστασίων τὰς αὐχμώδεις τῇ ὑγιεινοτέρας τῶν ὑπομβρίων. ſiccas conſtitutiones ſalubriores eſſe humidis, & pluuiis; & tamen neutrum philoſophum ab Hippocrate diſſentire credendum eſt, qui ſiccos, auſtros appellant non αὐχμώδεις, & ſquallidos, verum illos cum quibus pluuia non ſit. & tamen quod & Galenus adnotat verum eſt, ſiccitates periculoſiores febres, acutioreſque facere auctis in corporibus bilioſis, calidiſque humoribus, quamuis pauciores quàm humidas conſtitutiones, ſiquidem in ſiccis conſtitutionibus diffiari corpora, & abſumi recrementa, contrà verò in humidis humores augeri, & congeſtos putreſcere. vtra accipiatur ſolutio facile cum Hippocrate philoſophos conciliat. prior tamen commodior eſt, quod planum eſt ex verbis, quæ ſequuntur. comparantur enim hic auſtri calidi & humidi, & humidi, & frigidi propter pluuias. dubium autem non eſt, quin quo magis à natura ſua recedunt, auſtri eò etiam ſint ſalubriores. adde collationem Hippocratis non eſſe inter auſtros, ſed ſimpliciter inter ſiccitates, & humidas conſtitutiones. atqui auſtri vtcunque humidi ſunt, inſalubriores autem, quo magis calidi.

103 Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὅσα ἄλλα τῶν σωμάτων ἔστι τοιαῦτα ὥστε καθ' ἑκάτερον συμβαίνειν γίνεσθαι. πλείω γὰρ ἔστι τοιαῦτα καὶ ἐν πλείοσιν ὧν ἁπάντων αἱ αὐταὶ καὶ ὁμοιοπλήσιαι τινὲς αἰτίαι.

Eodem modo ſe habent & alia corpora, quæ talia ſunt, vt in iis alterutrum contingat fieri. plura hæc enim ſunt, & in pluribus, quorum omnium hæ aut ſimiles afferendæ ſunt cauſæ.

Hæc ita legenda eſſe ſuſpicor, quando coniecturis opus eſt, in hoc Augiæ ſtabulo perpurgando, cum aliis auxiliis deſtituti ſimus. loquitur autem de aliis corporibus, cum de humanis ſuperius loquutus eſſet. in quibus cum eædem affectiones fiant, ab iiſdem cauſis fieri putandum eſt.

καὶ τῶν καρπῶν δέ. Eædem in fructibus à contrariis his cauſis affectiones. συστοιχίας autem vocat contrariorum effectuum ſeries, ad exemplum Pythagoræorum in rerum principiis, & aliis rebus. auſtri συστοιχία, ὑγρότης, διάλυσις, ναθρότης, βάρος, & alia, quæ recenſet Hippocrates, aquilonis ἀντικεῖται, σύστασις, εὐτονία, εὐκαμψία.

104 Καὶ ὅτι τῶν ἀψύχων δὲ ὡσαύτως οἷον αἵ τε ῥηγνύμεναι χορδαὶ, καὶ οἱ ψόφοι τῶν κεχαλκευμένων.

Eadem ratio & in iis, quæ anima, & vita carent, vt chordæ ſi rumpantur arefactæ, & illa, quæ glutino ferruminata ſunt, ſi crepent, & diſſiliant.

Et in iis, quæ vita carent effectus iidem. chordæ autem diſrumpuntur, & conglutinata crepant, ac diſſiliunt propter ſiccitatem abſumpto humido, retractis enim chordis propter aridita-tem fit diſruptio, arefactoque humido, quod in glutino eſt, quæ conglutinata ſunt, diſſiliunt. καὶ ὅσα ἄλλα hæc alterius συστοιχίας ſunt, quæ humiditatis diſſolutionisque eſt.

περὶ τὸν σίδηρον κατεργασίαν. lego καὶ περὶ τὸν σίδηρον, docet ferrum in auſtrino ſtatu facilius elaborari, malleoque duci. contrà verò difficilè in aquilonia conſtitutione cauſam eſſe, quòd auſter diſſoluit, atque liquefacit. aquilo indurat, & ſtringit, ἐξελαύνειν. ἐλαύνειν. ferrariæ officinæ verba ſunt propria eodem ſignificato, quo hic ſumuntur. Auctor Iulius Pollux libro ſeptimo cap. 24. ſignificat autem ducere malleo. opus ductile conficere. metalla enim ex iis ſunt, quæ quarto Meteorologicorum vocat ἐλατά. Herodotus in Clio, πρὸς τὰς τειχέας ἐλθών, εἰ χαλκέιον εὕροιτο σίδηρον ἐξελαυνόμενον.

ὁκόταν δὲ ἐν ἀπορείῃ, καὶ ζητῆσαι χρήσιμα. aut hoc dicit Theophraſtus, quod nonnunquam venti ex accidenti contraria faciunt euenta, & hoc quæſtione dignum eſſe. aut ex ſuppoſitione quæſtionem fore difficilem, ſi ſecus atque iis natura comparatum eſt, venti faciant.

105 συγ-

Digitized by Google

105 Συλλαμβάνουσι δὲ καὶ αὐτοί. δύνανται γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλιπές.

Venti vero ipsi sese simul adiuuant, possunt enim addere quod deficit.

Horum verborum sententiam non satis assequor. vix autem credo locum hunc integrum esse. imò hæc verba vel ideo delenda esse coniicio, quod cum superioribus malè cohærent. Si tamen aliquis sensus est, non alius meo iudicio fuerit, quàm hic. Ventos sibi inuicem locum cedere, alterumque in alterius locum succedentem supplere id, in quo alter videtur defecisse. id quod non de contrariis ventis intelligendum est, sed de iis, qui iisdem pene sunt qualitatibus præditi, ab iisdemque spirant mundi tractibus. quales à septentrione. aquilo, Cæcias, Meses, Thrascias, Argestes, ab austro vulturnus, phynicias, notus, aphricus. notum autem ex Aristotele est ventos omnes, aut austrinos esse, aut septentrionales.

106 Ὅτι δὲ ψυχροὶ ὄντες οἱ ἄνεμοι ξηραίνουσι, καὶ θᾶττον, ἢ ὁ ἥλιος θερμὸς ὤν, καὶ μάλιστα οἱ ψυχρότατοι, τούτῳ ἐπιτολαιτέον τὴν αἰτίαν ὅτι ἀτμίδα ποιοῦσι, καὶ τούτῳ ἀπάγουσι καὶ οἱ ψυχρότεροι μᾶλλον.

Quod autem venti licet frigidi sint exsiccant tamen, & citius, quàm sol natura feruidus, maxime autem qui frigidissimi sunt, eam esse causam putandum est, quod vaporem faciunt, & eleuant, & eò magis, quò frigidiores.

Cum effectus ventorum declarásset in corporibus, & animatis, & inanimis, quorum & duas coniugationes constituit, modo duo quærit, alterum cur venti, si frigidi sunt, exsiccant tamen, & ii præsertim, qui gelidissimi sunt: alterum cur citius, quàm sol, qui natura non modo calidus est, verùm totius caloris fons, & auctor. causam autem ait esse, quòd venti vaporem faciunt, factumque educunt, & abigunt. sol autem vaporem quidem excitat, non tamen abigit, sed relinquit: vapor autem humidus est. quomodo autem venti vaporem faciunt, quæstione dignum est. an & quòd natura sicci sunt, & quòd aerem agitant, humidum exhalare faciunt, in vaporemque conuertunt, exhalante autem humido, quod humectum erat, & madidum exsiccari necesse est, id autem præsertim faciunt venti frigidi, & sicci, aut calidi, & sicci. quærendum & illud si sol vaporem facit, quomodo relinquit: sursum enim videtur ducere. an non relinquit, sed non agitat, quemadmodum venti faciunt, aerem, vt hoc modo vaporem quidem eductum, molliterque tenuatum, relinquere videatur. porrò hæ quæstiones in vigesima sexta sectione sunt iisdem verbis vigesima octaua, & vigesima nona.

107 Διὰ τί ποτε λέγεται, μήπωτ' ἀπ' ἠπείρου δείσῃς νέφος ὡς ἀπὸ πόντου χειμῶνος, θέρεος δ' ἀπ' ἠπείροιο μελαίνης.

Cur autem dici solet. Neue hyeme ex terra nubem, sed ab æquore vasto
Hanc timeas, æstate atra tellure timeto.

Quæstio hæc nullo seruato ordine posita est. de effectibus enim ventorum in variis corporibus loquebatur hactenus. & tamen hic quærit, cur in prouerbio est hyeme à mari nubem metuendam, æstate à terra; quam ego sine dubio ex problematis huc translatam arbitror; Nam & cætera omnia, quæ librum hunc claudunt, aliunde videntur transposita, sunt enim alieno loco, quæstionis autem solutio in hoc est posita, quod vbi contrariæ qualitatis effectus editur, neque à contraria loci qualitate superatur, validam, magnamque ineſse causam credendum est. vbi autem valida causa, validus etiam effectus est: sed terræ calor æstate non superat, dissipat ve nubem, quæ concrescit. neque maris feruor hyeme impedit, quin nubes concrescat, igitur valida, magnaque nubis est causa. validus igitur etiam effectus sequuturus est, & meritò metuendus. porrò quod ad prouerbium hoc pertinet, emendatius hic legitur, quàm in problematis. hinc igitur illud corrigi potest, quemadmodum inde alia hic restituta sunt.

108 Τὸ δὲ μὴ πνεῖν νότον λαμπρὸν ἐν αἰγύπτῳ μηδ' ἡμέρας δρόμον ἀπέχοντα καὶ νυκτὸς ψεῦδος.

Sane falsum est non flare in Ægypto vehementem austrum, nec citra diei, ac noctis itineris spacium.

Hoc & superius dictum est, & in problematis positum. hic autem alienissimo loco repositum, δεύτερον δὲ τὸν οὐρανόν. Verbum aliquod subintelligendum est, aut φασὶ, aut quid simile. προσφέρειν, lego αἰθρίαν φέρειν. Hoc autem & superius dictum est, & causa etiam explicata, cur in vicinis regionibus sereni sint venti, in longinquis autem nubili. οὐχ ὅταν δέ. Non hæc modo causa est, sed & regionis caliditas, & tamen in Æthiopiæ montibus compulsæ,

Digitized by Google

compactæque nubes pluuias faciũt. νότον ὃ & εὖρον, hæc est ventorum διάστασις, de qua superius loquebatur, aut vno die facta, aut diuersis temporibus pro solis motu, accessu, & recessu.

ὁι σικελίᾳ δὲ καρκίαν ἀκαλοῦσιν. sic legendum, & sane Cæcias, vt ait Aristoteles ἀπηλιωτικὸς est; nihil igitur mirum subsolanum in Sicilia solitum appellari.

παρεγγὺς ὃ. Emendo, ἀργέστην ὃ οἱ μὲν ὀλυμπίαν οἱ ὃ σκίρωνα καλοῦσιν, οἱ ὃ περὶ σικελίαν λεύκαν. priora verba Aristotelis sunt in secundo Meteorolog. non desunt, qui Argestem alium à Scirone faciunt. Plinius libr. 2. cap. 47. sunt etiam peculiares quibusque gentibus venti, non vltra certum procedentes tractum, vt Athenienssibus Sciron, paulum ab Argeste deflexus reliquæ græciæ ignotus. Seneca etiam Atticæ peculiarem Scironem tradit. Eustathius in Homero Iliados φ. à Scironiis scopulis, qui in ora Corynthiaca sunt, appellatum fuisse Scironem tradit. scriptum autem reliquit prius, Strabo libro primo καθάπερ & τὴν ἀττικὴν ὑπὸ σκιρωνείοις πνεῖν φασὶ, ἀφ' ὧν & σκίρωνες καλοῦνται οἱ ζέφυροι. & μάλιστα οἱ ἀργέσται. quemadmodum & Atticæ à Scironiis scopulis, à quibus & Scirones vocantur fauonii, & maxime cauri, siue Argestæ.

Τὸν † ἀπηλιώτην ὃ ἑλλησποντίαν, Græcus ignotus, qui ventorum nomina litteris tradidit Apeliotem variis locis, variis etiam appellari nominibus scriptum reliquit. In Eubœa enim, Creta, Cyrene, ac Proconesso Hellespontiam, quod ab Hellesponto flare videatur; in Sicilia καταπορθμία quod à freto illo, quod Siciliam ab Italia separat, spiret. Nonnullos Cæciam esse putare, Thebonamque dicere. Mirum autem ne sit, non eadem esse ventorum nomina apud illos, qui eadem vtuntur lingua, quando aliis aliæ sunt denominationum causæ. Nonnullis ventus aliquis à freto quodam exoritur; aliis à monte, aliis à regione proxima, nonnullis alia euenta facit alia aliis, quæ omnia possunt variare nomina, quin & accidit propter situs regionum, & locorum, ventos non rectè discerni, & proximi plerunque venti nomen alii tribui, vt Cæciæ, subsolano, Argestis, Zephyro.

Κάρβαν δὲ φοίνικες. Ignotus auctor, Carbam Cyrene vocatum tradit, non subsolanum, sed vulturnum à Carbonis Phœniciæ populis, vnde & Phœniciam appellatum fuisse nonnullis. Idem tamen dicit quosdam existimare subsolanum Carbam esse Phœnicum. βέρεα, emendo βερεκυντίαν ὃ ἐν τῷ πόντῳ. Nam & Græcus ille Auctor Synope, quæ Ponti vrbs est, Berecyniam appellatum scribit, quod à Phrygiæ tractu spiret, qui dicitur Berecynthius. est autem & vrbs in Phrygia eodem nomine, vnde & Cybele, & Atys Berecynthii vocantur apud Poetas.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΥΔΑΤΩΝ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΩΝ.

LIBELLI THEOPHRASTI DE SIGNIS PLVVIARVM, VENTORUM, tempestatum, ac serenitatum.

DANIELE FVRLANO interprete.

ΣΗΜΕΙΑ ὑδάτων καὶ πνευμάτων, καὶ χειμώνων καὶ εὐδιῶν, ὧδε ἐγεφάλαιωται καθόσον ἐφικτόν. ἃ μὲν αὐτοὶ παρετηρήσαμεν, ἃ δὲ παρ' ἑτέρων οὐκ ἀδοκίμων ἀνδρῶν ἐλάβομεν. Τὰ μὲν οὖν ὅτι τοῖς ἄστροις δυομένοις καὶ ἀνατέλλουσιν, ἐκ τῶν ἀστρονομικῶν δεῖ λαμβάνειν. εἰσὶ δὲ δύσεις δισσαί. αἵ τε γὰρ ἀφανισμοὶ, δύσεις εἰσί· τοῦτο δέ ἐστιν, ὅταν ἅμα συνδύῃ τῷ ἡλίῳ τὸ ἄστρον, καὶ ὅταν ἀνατέλλοντι δύῃ. ὁμοίως δὲ καὶ ἀνατολαὶ δίτταί. αἱ μὲν, ἑῷοι, ὅταν προανατείλῃ τὸν ἥλιον τὸ ἄστρον· αἱ δὲ ἀκρόνυχοί εἰσιν, ὅταν ἅμα δυομένῳ ἀνατείλῃ. αἱ μὲν οὖν τοῦ ἀρκτούρου λεγόμεναι ἀνατολαί, ἀμφοτέρως συμβαίνουσιν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος, ἀκρόνυχός ἐστιν· ἡ δὲ μετοπωρινὴ, ἑῷα. τῶν δὲ ἄλλων αἱ πλείους τῶν ὀνομαζομένων, ἑῷαι, οἷον πλειάδος καὶ ὠρίωνος, καὶ κυνός. τῶν δὲ λοιπῶν σημείων ἴδια μὲν, ἴδια κατὰ πάσας χώρας ἐστὶν, ἐν ὅσαις ὄρη ὑψηλὰ καὶ αὐλῶνες εἰσὶ. μάλιστα δ' ὅσα πρὸς θάλατταν κατήκει τῶν ὑψηλῶν. τῶν τε γὰρ πνευμάτων ἀρχομένων, τὰ νέφη προσπίπτει πρὸς τοὺς ἐναντίους τόπους. καὶ μεθισταμένων εἰς τἀναντίον αἰτιμεθίσανται. καὶ, ὑγρότερα γινόμενα, βάρος εἰς τὰ κοῖλα συνάγει. δεῖ δὲ προσέχειν, οὗ αὖ τις ἱδρυμένος ᾖ. ἔστι γὰρ αἰεί τινα λαθεῖν τοιοῦτον

PLVVIARVM, Ventorum, Tempestatum, ac Serenitatum præsagia, quatenus assequi potuimus, ita scripsimus, quorum alia nos obseruauimus, alia habuimus ab hominibus non vulgaribus. Atque illa quidem, quæ in ortu & occasu syderum accidunt, ab Astronomis quærenda sunt. est autem occasus duplex. [1] Nam cùm non apparent sydera, dicuntur occidere: id quod fit, quando vnà cum sole & syderis occasus sequitur. & quando simul sol exoritur, & sydus occidit. Exortus etiam duplex similiter est, matutinus, vt cum solem præcedit ortus syderis. Vespertinus cum simul sol occidit, & sydus exoritur. Atq; ortus Arcturi vtroq; modo euenit. Nã Hyemalis vespertinus est, Autumnalis matutinus. Aliorũ vero syderũ insigniũ plurimi ortus matutini sunt, vt Virgiliarũ, Caniculæ, Orionis. Cæterùm reliquorum signorum propria nonnulla regionibus omnibus sunt, in quibus mõtes alti conualleſque sint, & præsertim si ad mare vergant. Cũ enim venti flare cœperint, nubes in hæc loca procumbunt, quemadmodum iisdem in contrarium transeuntibus, & illæ pelluntur in aduersa loca, & humidiores redditæ in caua considunt propter pondus, quamobrem animaduertere oportet, vbi quisque habitet; fit enim vt huic huiusmodi aliquis sumatur gno-

Digitized by Google

mon. certè notæ hinc ſumptæ certiſſimæ ſũt. hinc etiã factũ eſt, vt quibuſdã locis nõnulli claruerint Aſtrologi, vt Mothymnæ Matricetas à mõte Lipethymno. & in Tenedo Cleoſtratus ab Idæo mõte, & Athenis Phainus à Lycãbeto; qui notarũt ſolſtitia. Phainũ autẽ auditor Meto magnũ annum cõſtituit vndeuiginti annorum. Erat Phainus Inquilinus. Meto Athenienſis. ſunt & præſagia, quæ ſumuntur ab animalib. & aliis, quæ familiaria ſunt, & à locis, & ab affectib. ea verò omnium præcipua, quæ à ſole, & à luna deſumũtur. eſt. n. luna veluti nocturnus ſol, quocirca & mẽſiũ cõiũctiones hyemales ſũt, quòd deficit lunare lumẽ à quarto die ante calẽdas ad pridie nonas. quo igitur modo ſolis defectus fit eo etiã luna deficit. quare illũ, qui ex his præſagire velit, obſeruare oportet exort⁹, & occaſus, quales habeãt. Atq; primũ illud ſtatuendũ eſt, anni tẽpora à bipartitis ſectionib. definiri. in his igitur ſeruare oportet & annũ & mẽſẽ & diẽ. Secãt annũ bipartito virgiliarũ exort⁹, & occaſus. ab occaſu n. illarũ vſq; ad exortũ, anni dimidiũ eſt. in duas igitur partes totus ann⁹ diuiditur. eadẽ & ſolſtitiorũ, & æquinoctiorũ ratio. qualis igit̃ anni cõditio in occaſu virgiliarũ ſit, talis erit plerunq; vſque ad ſolſtitiũ, ſi modo mutetur poſt ſolſtitiũ. Nã ſi nõ mutetur, talis erit vſq; ad æquinoctiũ. & ab hoc eodẽ modo vſque ad æſtiuũ ſolſtitiũ, ab hoc autẽ vſq; ad virgiliarũ occaſũ. Eadẽ ratio in ſingulis apparet menſib. ſecãt. n. illos bipartito plenilunia, octonæq; & quaternæ dies. vt ideò notare oporteat à nouiluniis, tãq; ab initio. fit. n. plerũq; mutatio in quarta die. aut ſi in 4. nõ accidat in 8. aut in plenilunio, à quo ad octauã ante finẽ mẽſis, hinc autem ad quartã. ab hac autẽ die ad nouiluniũ. eodẽ fere modo & dierũ ipſarũ mutationes ſũt, Aurora ſcilicet, mane, meridie, veſpe incipiente, ad veſperas. noctiũ partes eadẽ ratione tãtũdẽ momẽti afferũt, ad vẽtos, tẽpeſtates, ac ſerenitates. Nã ſi futura erit mutatio in ſectionib. bipartitis accidit. ſic in vniuerſũ oportet obſeruare tẽpora. Singula autẽ prognoſtica hac ratione. imbrẽ igitur hęc denũciãt. Nã ſi ante exortũ ſolis

γνώμονα. καὶ ἔστι σαφέσταλα σημεῖα τὰ ἀπὸ τούτων. δηλοῖ καὶ ἀγαθοὶ γεγλύπται καὶ τόποις τισὶν ἀστρονόμοι ἔνιοι. οἷον Μαρικέτας ἐν μηθύμνῃ ἀπὸ τοῦ λεπετύμνου. καὶ Κλεόστρατος ἐν τενέδῳ ἀπὸ τοῦ ἰδαίου μῶτε, καὶ Ἀθηνίς Φαῖνος ἀθληύησιν ἀπὸ τοῦ λυκαβηττοῦ τὰ περὶ τὰς ἐφημερίδας σημεῖα. παρ' ὃν Μέτων ἀκούσας, ὃς τὸν ἐνιαυτὸν εἴκοσιν ἐνιαυτῶν συνέταξεν. ἐν ᾧ ὁ μὲν Φαῖνος, μετοίκος ἀθήνησιν. ὁ δὲ Μέτων, ἀθληταὶ τις καὶ ἄλλοι δὲ τοῦτον ὃν τρόπον ἠκριβολόγησαν ἄλλα δέ ἐστι σημεῖα, ἃ λαμβάνεται ἀπό τε ζώων καὶ τῶν κατ' οἰκίαν ἑτέρων τινῶν τόπων καὶ παθημάτων. μάλιστα δὲ κινεῖται ἀπό τε ἡλίου καὶ τῆς σελήνης καὶ δὲ σελήνη νυκτὸς, οἷον ἥλιός ἐστι. δηλοῖ καὶ αἱ συνόδοι τῶν μηνῶν, χαμεύναι εἰσίν. ὅτι ἀπολείπει δὲ φῶς ἡ σελήνη ἀπὸ τετράδος φθίνοντος, μέχρι τετράδος ἴσα μάλιστα ὥσπερ ὁ ἥλιος ἀπόλειψις γίνεται, καὶ ὅτι ὁμοίως τρόπον καὶ ἡ σελήνης ἔκλειψις· δὲ φῶς πλεῖστον μάλιστα ἔχει αἱ ὁλοὰς τῶν πύτων, καὶ ταῖς δύσεσιν, ὁποίας ἂν ποιῶνται, ὅν βουλόμενοι προγινώσκειν. πρῶτον μὲν οὖν λεπτέον, ὅτι αἱ διχομηνίαι, διορίζουσι τὰς ὥρας· ὥστε ὅτι τὸ πρῶτον δὲ ἀθρεῖν, καὶ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνα καὶ ἡμέραν· διχομηνία δὲ τὸ μὲν ἐνιαυτὸν πλεῖστε δυομένη καὶ ἀνατέλλουσα. ἀπὸ γὰρ δύσεως μέχρι ἀνατολῆς, ὃ ἥμισυ ἐνιαυτοῦ ἐστιν· ὥστε δίχα τέμνει ὁ πᾶς χρόνος ὁμοίως δὲ καὶ αἱ δοπαὶ καὶ ἰσημερίαι ποιοῦσιν· οἷά τις ἂν ἡ κατάστασις πλεῖστα δυομένη, ὅτω ἔχει ὡς ὀπτιλοπολοῦ μέχρι δοπῶν, καὶ μεταβολὴν μὲν δοπαί· ἐὰν δὲ μὴ μεταβολὴν, δηλοῖ ἔχειν ἰσημερίας· καὶ κεῖται ὡσαύτως μέχρι πλειάδος καὶ ἀπὸ ταύτης μέχρι δοπῶν θερινῶν. καὶ ἐνεῦθεν μέχρι ἰσημερίας. καὶ ἀπὸ ἰσημερίας μέχρι πλειάδος δύσεως. ὡς δ' αὐτως ἔχει καὶ περὶ τὸν μῆνα ἕκαστον διχομηνοῦσι γὰρ αἵ τε πανσέληνοι, καὶ αἱ ὁλόαι, καὶ αἱ τετράδες ὥστε ἀπὸ νουμηνίας ὡς ἀπὸ ἀρχῆς δηλοῖ σκοπεῖν. μεταβολὴν γὰρ ὡς ὀπτιλοπολοῦ ἐν τῇ τετράδι· ἐὰν δὲ μὴ, ἐν τῇ ὁλόῃ. εἰ δὲ μὴ, πανσελήνῳ· ἀπὸ δὲ πανσελήνου, εἰς ὁλόην φθίνοντος· καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς τετράδα. ἀπὸ δὲ τετράδος, εἰς τὴν νουμηνίαν. ὡς δ' αὐτως καὶ ὀπτὶ τὰς ἡμέρας ἔχουσιν αἱ μεταβολαὶ ὡς ὀπτιλοπολοῦ. ἀνατολὴ γὰρ καὶ ὥραι, καὶ μεσημβρία, καὶ δύλη· καὶ δύσις, καὶ τὰ τῆς νυκτὸς μέρη τὰ αὐτὰ λοιπὰ, ταὐτὸ ποιοῦσιν εἰρημένοις περὶ πνευμάτων καὶ χειμῶνος καὶ εὐδίας. μάλιστα γὰρ ἐὰν μὴ μεταβάλλῃ. καθόλου μὲν οὖν

σαν τὰς ὄψεις ὕστω δῆ τὸ διατηρῆν. καὶ ἔκαστα ὧν τὰ σημεῖα, καὶ ὅτι ὑπογεγραμμένον ἔσται. ὕδατος μὲν οὖν σημεῖα τὰ τοιαῦτα δοκεῖ. ἀναγέσαζον μὲν οὖν ὁ ἑωθινὸν, ὅταν περὶ ἥλιον αἰθαλοῦσι, φαίνοιτο ἐπιφοίνισσον σημεῖον. ἢ γὰρ αὐθημερινὸν ποιεῖ σημαίνει, ἢ δίων ἡμερῶν, ὡς ὀπίλοπολύ. δ' ἡλοῖ ὧν καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα. ἐὰν γὰρ δὴ πρότερον διτᾶται, μάλιστα σημαίνει ὃ ὀπιφοίνισσον καὶ δύνοντος, ἧττον ὂν ὅταν ἀνατέλλῃ. καὶ ἐὰν δύνῃ χλωμὸν ἢ ἔαρος εἰς νεφέλιον, δίων ἡμερῶν ὡς τὰ πολλὰ ὑπισημαίνει. καὶ ἐὰν ῥάβδοι νοτόθεν φαίνωνται ὧν φαίνωνται βορράθεν γινόμενα, ἀνανέφεσθαι. καὶ ἐὰν ἀοίκων, μέλαινα σημεῖον ἴσχῃ. καὶ ἐὰν ὑπὸ νεφελῶν ἔχῃ ὑδατικῶν καὶ ἐὰν ἀκτῖνες αἰόχωνται, αἰαστείνωσι περὶ αἰάλωσιν, χεινὸν ὕδατος σημεῖον καὶ αὔεμον. καὶ ἐὰν καταφερομένου ὑπὸ ἥλιον ὑφίζῃ νέφος, ὑφ' ὃ ἐὰν χίζωνται αἱ ἀκτῖνες. χειμερινὸν δὲ σημεῖον. καὶ ὅταν καυμαλίας δύνῃ καὶ αἰαλήῃ, ἐὰν μὴ αὔεμος γλύνῃ, ὕδατος δὲ σημεῖον. τὰ αὐλὰ ὧν σημαίνει καὶ σελήνη πομφολύγας αἰόχωσα. ἀσθενέστερα ὧν ὁ μῆς, ἐὰν λευκὴ ἢ πυρώδης, δυσχείμερον σημαίνει δὲ μῆνα. ἐὰν δὲ ζοφώδης, ὑδατώδη. σημαίνει δὲ ὅτι αὖ σημαίνει βίαιος ὢν ὁ μῆς. ἀστέρες πολλοὶ διάπλωσις, ὕδατος ἢ πνεύματος. καὶ ὅθεν αὖ διάπτωσιν, ἐν τούτῳ δὲ πνεῦμα ἢ δὲ ὕδωρ. καὶ ἐὰν ἀκτῖνες ἀθρόαι αἰόχωσιν, δμιόντος ἢ δμώοντος, σημεῖον ὕδατος. καὶ ὅταν αἰόχωνται δὲ ἥλιον αἱ αὐλαὶ οἷς ἐκλείπουσι χρῶμα ἴσχωσιν, ὕδατος σημεῖον. καὶ ὅταν νεφέλαι πάχεις ἐρίων ὁμοιαὶ εἰσιν, ὕδωρ σημαίνει. ὑετῶν δὲ σημεῖα. πομφόλυγες αἰσιάμεναι πλείους ὅπου τὸ πολαμῶν, ὕδωρ σημαίνουσι πολύ. ὡς δ' ὀπίλοπολύ ἴριες περὶ λύχνον ἢ διὰ λύχνου διαφαινομένη, νότια σημαίνει ὕδατα. καὶ οἱ μύκητες, ἐὰν νότια ᾖ, ὕδωρ σημαίνουσι. σημαίνουσι δὲ καὶ αὔεμον καὶ λάγνης ἐὰν ἔχωσι πλήθος καὶ μεγέθος. σμικροὶ δὲ καὶ κεχρῶσθαι καὶ λαμπροὶ, ὕδωρ καὶ αὔεμον. καὶ ὅταν χλευάζωνται τὸ φλόγα [ὁ λύχνος] ἀπωθῇ διαλιπὼν οἷς τομφόλυγας ὕδατος σημεῖον. καὶ ἐὰν πηδῶσιν αἱ ἀκτῖνες ἐπ' αὐτόν. καὶ ἐὰν αστιφῆρες ὀπὶ γλύνῃ. ὄρνιθες λυόμενοι, μὴ ὀρῦδατι βιῶντες, ὕδωρ ἢ χλωμῶνας σημαίνουσι. καὶ φρύνη λυομένη, καὶ βάτραχοι μέλλοντες ᾄδειν, σημαίνουσιν ὕδωρ. καὶ ἡ σαύρα φαινομένη, ἐὼν καλῶσι σαλαμάνδραν. ἔτι δὲ καὶ χλωρὸς βάτραχος ὀπὶ δένδρου ᾄδων, ὕδωρ σημαίνει. χελιδόνες τῇ χαρὶ τυπτόσας τὰς λίμνας, ὕδωρ σημαίνουσι. βῦς τὸ πρὸς ἑσπέραν ὀπλὴν λείξας, χλωμὸν ἢ ὕδωρ σημαίνει. ἐὰν δὲ εἰς τὸ ἑῷον ἀναπτύσῃ ἀσφαίνηται, ὕδωρ

solis in oriente rubescant nubes, manifestissimum erit pluuiarum præsagiũ, aut eodem die, aut plerũq; & duobus sequentib. ostẽdunt id & alia signa. Nã si prius fuerint, triũ dierum pluuiam significant. occidente etiam sole si rubescant nubes idem præsagiunt, minus autẽ quàm oriente. Si hyeme aut vere occidat, in nebulã tres dies duratura pluuia portenditur; & si ab Austro virgæ appareant. Nam si ab Aquilone fiat, præsagiũ infirmius est, & si oriens nigrum signũ habeat. & si circa orientem nubes erunt pluuiæ, & si ante ortum radii se ostẽdant, cõmune aquæ, & venti indicium est. & si nubes, dum cursu suo sol vehitur, constiterit, à qua dissipentur radii hibernum diem prænunciant. si feruẽs exoritur, si ventus non sequatur aquã portendit. Eadẽ & luna præsagit, oriẽs in plenilunio. Cùm verò à sole cœpit elõgari; μηνοειδὴς appellata incertioris præsagii est. si cornua ignea sint, serenum mensem significat. pluuiã si nubilosa. præsagit autẽ hæc luna triduo post nouilunium. Stellæ vero discurrẽtes imbrem, aut ventũ prænuntiãt, atq; ibi ventũ, aut imbrẽ futurum, vnde illæ volitẽt. & si in ortu, aut in occasu solis confertim emergant radii, pluuiã portẽdunt. & cũ sol oriẽs quasi deficientis calorem habeat. & cũ nubila vt vellera lanæ spargantur. in fluuiis bullãtes aquę multas pluuias fore prænũtiãt. Aro circa aut per lucernã apparẽs australes significat pluuias, & fungi in lucernis flantibus Austris aquas prænuntiant. Ventos etiam simili ratione si & multi, & magni sint. parui n. milliares, & splẽdidi aquas, & ventos. lucerna quoq; si hyeme flãmã impellat remanentib. veluti bullis futurę pluuiæ præsagiũ est. & si in ipsã radii saliãt, & scintillæ fiant. Aues quoq; quę aquatiles nõ sunt, si in aquis mergãtur, hyemẽ, aut aquã prænuntiant. & Rubeta, si aqua mergatur. & Ranæ pter solitũ vocales, pluuiã significant. & lacerta, quæ Salamandra dicitur si appareat. & Rana, quæ chloris dicitur, si in arbore occinat, aquas præsagiunt. Hirũdines vẽtre stagna radẽtes prædicunt pluuias. & Bos si anteriorem lambat vngulam, aquas autem postatem; & si supinus cœlum olfa-

ctet pluuiam præsagit. & cornix si erigatur in scopulis iam fluctu accedēte, & si sępe natet, & circumuolitet. [6] coruus plures voces mutare solitus, si bis easdem personet, & singultu quodam veluti latret, & se concutiat, pluuiam prædicit. & si dum pluit, plures immutet voces. [7] et si in olea considēs quærat pediculos in pennis. & si in serenitate, in pluuia stillicidium imitetur aquæ. adhæc si corui, & grachuli instar accipitrū in sublime volēt, aquā significant. & si coruus sereno cœlo mutata noce carptim resorbeat, aquā portendit. & accipiter si in arbore considens & intrò volās rostro sese purget à pediculis. & Aues, q̄ in Insula degāt, si cōfertim euolare videātur, quæ tamen si nō adeò multę sint, bonū pecudibus, & capris portēdunt. nā si multę admodū sint, magnum aeris squalorē prænuntiant. omnino vero tàm galli, quā gallinæ pediculis sese purgantes futuras pluuias significant. item si veluti cadentem pluuiā imitentur. & Anas domestica si subiecto collo alas quatiat, pluuiā p̄nūtiat. & si Monedulę aut galli in stagno, aut in mari instar anatū alas quatiāt. & mane si ardea voce p̄strepat, ventū, aut imbrē prędicit. sed si ad mare volās clāgorē edat, imbrem potius. q̄ ventum nuntiat. omninò verò ventū si clāgore perstrepat. [8] Ardea, quæ pella vocatur, si in domo vocem emittat matutinò pluuiā, aut tempestatē p̄dicit. Olla quoq; cū plena in igne ferueat, vt scintillas referre videatur aquatū indiciū est. & vermes multi in parietē repētes. Delphinus si ꝑpe terrā natet, & frequēter sese mergat, tempestatem aut imbrem p̄sagit. [9] Hymeth[9] minor Atticę mōs, q. ὕμηττος appellatur, si in caua parte nebulā habeat, aquæ signumest, quēadmodū si maior æstiuo tēpore albas nubes habeat, & à latere, & in cacumine, quas si & minor habeat, idē portēdit. Aphricus si meridie flabit, pluuiā afferet. [10] tonitrua autem hiberna, & matutina ventos magis quàm imbrem nuntiant. aquas vero æstiuæ meridiana, & vespertina. cum vndique cœlo fulgurat pluuiæ, & venti signū est. si fulgurabit vespere idem erit. & si à mōtis cacumine flāte Austro, fulgurabit ab Austro. si fulgurabit à fauonio ad Aqlonē hyemē futurā, aut imbrē portēdit. æstiua vo fulgura,

σημαίνει· κορώνη ὅτι πέτρας κορυφαμένη, ὡς κῦμα κατακλύζει, ὕδωρ σημαίνει. καὶ κολυμβῶσα πολλάκις καὶ ἀνιπτομένη, ὕδωρ σημαίνει. [6] κόραξ πολλὰς μεταβάλλει εἰωθὼς φωνάς, τούτων ἐὰν ταχὺ δὶς φθέγξηται, καὶ ἐπιρριζήσῃ καὶ πτάξῃ, ὕδωρ σημαίνει. καὶ ἐὰν ὑετῷ ὄντων πολλὰς μεταβάλλῃ φωνάς [7], καὶ ἐὰν φθείζηται ἐν ἐλαίᾳ. καὶ ἐάντε διὸς, ἐάν τε ὕδατος ὄντος, μιμῆται τῇ φωνῇ οἷον σταλαγμούς, ὕδωρ σημαίνει. ἐάντε κόρακες, ἐάντε κολοιοί, ἄνω πετόμενοι καὶ ἱεροκλίζουσιν, ὕδωρ σημαίνουσι. καὶ ἐὰν κόραξ διὸς, μὴ τὴν εἰωθυῖαν φωνὴν ἵῃ καὶ ὀπτερισθῇ, ὕδωρ σημαίνει. ἐὰν ἱέραξ ὅτι δένδρου καθεζόμενος, καὶ εἴσω εἰσπετόμενος φθείζηται, ὕδωρ σημαίνει. καὶ θέρους ὅταν πολλοὶ ἀθέροι φαίνωσιν ὄρνιθες, οἱ βιοθύουσιν ὀνίνησιν, ὕδωρ σημαίνουσιν. ἐὰν δὲ μέτεροι, ἀγαθὸν αἰεὶ τῇ βοτοῖς. ἐὰν δὲ πολλοὶ χαροβολῇ, αὐχμὸν ἰσχυρόν. ὅλως δὲ, ὄρνιθες καὶ ἀλεκτρυόνες φθειζόμενοι, ὑδατικὸν σημαίνει. καὶ ὅταν μιμῶνται ὕδωρ ὡς ὂν. καὶ ἡ νῆττα ἥμερος, ἐὰν ἀναιοῦσα κατὰ τὰ γόνατα ἀποπερυκίζηται, ὕδωρ σημαίνει. ὁμοίως δὲ καὶ κολοιοὶ καὶ ἀλεκτρυόνες. ἐάν τε ὅτι λίμνη ἢ θαλάττῃ ἀποπερυκίζωνται ὡς νῆττα, ὕδωρ σημαίνει. καὶ ἐρωδιὸς ὄρθριον φθεγξόμενος, ὕδωρ ἢ πνεῦμα σημαίνει. καὶ ἐὰν ὅτι θαλάττιαν πετόμενος βοᾷ μᾶλλον ὕδατος σημαίνει ἢ πνεύματος. καὶ ὅλως βοῶν, ἀνεμώδες. [8] καὶ ὁ πῖλος ἐν οἰκίᾳ οἰκουμένῃ ἐὰν φθέγξηται ἑωθεν, ὕδωρ σημαίνει ἢ χάλαζαν. καὶ χύτρα ἀπυθενείζουσα πᾶσα πρὸς πλέως, ὕδατος σημεῖον. καὶ ἕρπετα πολλοὶ τρὸς τοῖχον ἕρποντες, ὑδατικόν. δελφὶς πρὸς γῆν κολυμβῶν καὶ ἀναδυόμενος πυκνὰ, ὕδωρ ἢ χειμῶνα σημαίνει. [9] ὕμηττος ἐλάττων, ἄνυδρος καλούμενος, ἐὰν τῷ κοίλῳ νεφέλιον ἔχῃ, ὕδατος σημεῖον. καὶ ἐὰν ὁ μέγας ὕμηττος τὸ θέρος λευκὰς ἔχῃ νεφέλας, πνεῦσαι καὶ ἐκ πλαγίου, ὕδατος σημεῖον. καὶ ἐὰν ὁ ἄνυδρος ὕμηττος λευκὰς ἔχῃ ἄνωθεν καὶ ἐκ πλαγίου. καὶ ἐὰν πρὸς ἑσπέρας λίψ πνεύσῃ, ὕδωρ σημαίνει. [10] αἱ δὲ βρονταὶ, αἱ μὲν χειμεριναὶ καὶ ἑωθιναὶ, μᾶλλον [ἀνέμων ἢ] ὕδωρ σημαίνουσιν. αἱ δὲ θερειναὶ μεσημβρίαν καὶ ἑσπερινὰι βεβρονταὶ ὑδατικὸν σημεῖον. ἀστρα-

fulgura,

Digitized by Google

ἀστραπαὶ ᾖ, ἐὰν γε πολλαχόθεν γίνωνται, ὑδατος αὖ ἢ ἀνέμου σημεῖον. καὶ ἐσπεριναὶ ὡσαύτως. καὶ ἐὰν ἀκρορείας νότου πνέοντος, νοτόθεν ἀστράψῃ, ὕδωρ σημαίνει ἢ ἄνεμον. καὶ ζέφυρος ἀστράπτων πρὸς βορέαν, ἢ χιόνα ἢ ὕδωρ σημαίνει. καὶ ἕῳθεν αἱ ἐσπέριαι ἀστραπαὶ, ὕδωρ αὐτίκα σημαίνουσιν, ἢ πεντήκοντα ἡμερῶν. καὶ ὀπώρας βορράθεν ἀστράπτων, ὑδατικὸν σημεῖον. ὁ δὲ Εὔβοια ὅταν διαχωσθῇ μέση, ὕδωρ διαλαχέων. καὶ ἐὰν ὅτι τὸ πέλιον νεφέλη πρόσιζῃ, ὅταν δὲ πρόσιζῃ, σὺν τούτῳ ὕδωρ ἢ ἄνεμον σημαίνει. ὅταν ἴρεις γένωνται, ὄμβρον σημαίνει. ἐάν τε πολλαὶ ἶριδες γένωνται, σημαίνει ὕδωρ ὅτι πολύ. μὴ πολλάκις καὶ οἱ ὀξεῖς ἥλιοι, ὅταν ἐκ νεφέλης. μύρμηκες δὲ καὶ λίχας χοίρια ἐὰν τὰ ὠὰ ἐκφέρωσιν ἐκ τῶν μυρμηκίων ὅτι τὸ ὑψηλὸν χωρίον, ὕδωρ σημαίνουσιν, ἐὰν δὲ καὶ ἀφέρωσιν, εὐδία. ἐὰν παρήλιοι δύο γένωνται, καὶ ὁ μὲν νοτόθεν, ὁ δὲ βορράθεν, καὶ ἄλως ἅμα, ὕδωρ διαπαντὸς σημαίνουσι. καὶ ἅλως αἱ μέλαιναι, ὑδατικόν. καὶ μᾶλλον αἱ δείλης. ἐν τῷ καρκίνῳ δύο ἀστέρες εἰσὶν, οἱ καλοῦμενοι ὄνοι. ὧν τὸ μεταξὺ τὸ νεφέλιον, ἢ φάτνη καλουμένη· τοῦτο δὲ ἐὰν ζοφώδες γένηται, ὑδατικόν. ἐὰν μὴ ὅτι κωλύσῃ ἢ ὅτι ἀρκτούρῳ, ὡς ὅτι πολὺ πρὸς ἰσημερίαν ὕδωρ ἢ ἄνεμος. καὶ τὸ δημόσιον τὸ περὶ τὰς μύας λεγόμενον, ἀληθές. ὅταν γὰρ δάκνωσι σφόδρα, ὕδατος σημεῖον· κοῖνος φθεγγόμενος, ἔαθεν μὲν, ὕδωρ σημαίνει ἢ χιόνα· δείλης δὲ, ὕδωρ. τὸ δὲ νυκτὸς ὅταν δὲ ὕμνιον κάτωθεν τῶν ἄκρων νεφέλη διαζώσῃ λευκὴ καὶ μακρὰ, ὕδωρ γίνεται ὡς τὰ πολλὰ μεθ' ἡμερῶν. καὶ ἐὰν σὺν αἰγίδι καὶ ὅτι τοῦ διὸς τοῦ ἑλλανίου νεφέλη καθίζῃ, ὡς τὰ πολλὰ ὕδωρ γίνεται. ἐὰν ὕδατα πολλὰ γίνηται χαμερινὰ, τὸ ἔαρ ὡς τὰ πολλὰ γίνεται αὐχμηρόν. ἐὰν δὲ αὐχμηρὸς ὁ χαμών, τὸ ἔαρ ὑδατῶδες. ὅταν χιόνες πολλαὶ γίνωνται, ὡς τὰ πολλὰ εὐετηρία γίνεται. φασὶ δέ τινες καὶ εἰ σὺν ἄστρασι λαμπρὰ χάλαζα ὅτι φαίνηται, χάλαζαι προσημαίνει ὡς τὰ πολλά· ἐὰν δὲ ὥσπερ κέγχροι μικροὶ, λαμπροὶ πολλοὶ, ἀνέμου μὴ ὄντος εὐδία. μὴ ἀνέμου δὲ, ὕδωρ ἢ ἄνεμον. ἔστι δὲ ἄμφω, πρῶτον γίνεσθαι βορέαν ὕδωρ νοτίου, καὶ τοῖς φυομένοις καὶ τοῖς ζῴοις. ἡδὺ δὲ γλυκὺ ἔστι, καὶ μὴ δημόσιον τοῖς γεωμόροις. καὶ ὅλως, ἔτος βέλτιον νοτίου βορέαν, καὶ ὑγιεινότερον. καὶ ὅταν ὀχέωσι πρόβατα, ἢ αἶγας, χειμῶνος μακρὸν σημεῖον.

fulgura, & veſpertina ſtatim imbrem nũtiant, aut poſt triduum, & Autũno ſi fulgebit ab Aquilone expectãda pluuia eſt. Eubœa Inſula cũ media in mari latitet, nõ multò poſt imber ſequitur. & ſi ad Pelium montem nubes adſideant, qua parte aſſidẽt, inde ventus, aut pluuia portẽditur. Arcus quãdo appareat ſequetur imber. multus autem ſi plures arcus. frequẽter autẽ ſi ſoles acuti è nebula prodeant. Sumitur & à formicis præſagiũ futurę pluuiæ: cũ è foraminibus ſuis, quæ in cauis locis ſint ad editiora loca, oua proferant. Contrà ſerenitatis cum in caua deferant. ſi duo parelia fiant, alterũ ab Aquilone, alterũ ab Auſtro, aut ſimul, & Corona appareat, non multo poſt ſequuturã pluuiã prędmonent; alioquin nigræ Coronæ & quę occidente ſole appareãt, aquas ſignificãt. Sũt in Cãcro duæ ſtellæ paruę aſelli appellati, exiguũ inter illas ſpaciũ obtinente nubecula, quæ præſepe dicitur. hoc cũ tenebris obſcuretur, pluuiã portendit. ſi in ortu Canis, aut Arcturi non pluit, circa æquinoctiũ plurimum ventus, aut imber expectabitur. verum & illud eſt, quod fertur de Muſcis. aquam enim præſagiunt, quã do valde mordent. ſpinus ſi mane canat, tẽpeſtatẽ aut imbrem nuntiat, ſi veſpere imbrem. Noctu ſi Hymethũ ab inferna parte extremarum nubiũ circumdet alba & lõga nubes, per aliquot dies erũt pluuiæ. & ſi in Ægina & in Iouis Ellanii, nubes cõſidat, pluriműſequitur pluuia. ad hęc ſi hibernę pluuię multæ ſint, Ver plerũq; ſqualidũ ſequitur. Cõtrà ſi hyẽs ſquallida, ver erit humidũ & pluuiũ. cũ multum ninxerit, plerunq; bon⁹ prouẽtus frugũ ſequitur. Cętera ferũt nõnulli ſi in ſtellis veluti grãdo q̃dã appareat, grãdinẽ plerũq; ſignificari, quòd ſi veluti grana milii parua, & ſplendentia ſpirãte vento trãquillitatem, in ſerenitate, pluuiã, aut vẽtũ. atq; Aquiloniæ pluuiæ auſtralib. meliores ſunt, & cõmodiores tàm plantis, quàm animalib. aquã autem dulcem, & non ſalſam eſſe oportet guſtantib. in vniuerſum Aquilonaris annus, & melior, & ſalubrior Auſtrali. longa verò nuntiatur hyems, ſi pecudes & capræ ineant.

Digitized by Google

MAXIMO MARGYNIO CYTHEDRÆ EPISCOPO DANIEL FVRLANVS.

CVM inter meos in Theophraſtum Commentarios annotationes aliquot in libellos de ſignis ventorum, tempeſtatum, pluuiarum ac ſerenitatum à me latinè redditos publicare vellem, non erat mihi præter te quærendus alius, cui illas offerrem libentius. Nam ſi quæ ſunt huius generis ſcriptiones, aut erudito, aut amico dicandæ ſunt, tu vnus & eruditione præſtas, & mihi non amicus es modo, verum etiam amiciſſimus. accipe igitur, & ſi quando tibi à ſacrarum litterarum ſtudiis aliquid dabitur ocii, ne grauere is legere. Scio autem ſi bene te, ingeniumque tuum noui, ſtatim ac videas animaduerſiones has meas te lubentiſſimè perlecturum. es enim vt omnis humanitatis præclariſſimarumque artium ſtudioſus, ita illorum, quæ à veteribus Phyſicis litteris tradita ſunt, ſtudioſiſſimus. Libelli hi cum Græcè tantùm mendoſique circumferrentur, à me pluribus locis emendati ſunt, & in latinum conuerſi, annotationibusque aucti, quibus & difficiliores locos explico & mendoſos corrigo, & ea, quæ ab aliis quoque ſcriptoribus tradita ſunt, collata in medium affero. an præſtiterim, quod laude dignum ſit, iudicabis tu, cuius in his rebus accuratum iudicium eſt, & agnoſcent illi, qui candide legunt aliena ſcripta, & ſine inuidia. Nam qui ita legunt, vt in quauis re Ariſtarchum agant, illis melior potius animus ſyncerius que iudicium optandum eſt. in translatione ea mihi ſeruata fuit interpretandi ratio, quam vt laudo, proboque in veterum philoſophorum ſcriptis interpretandis, ita velim potuiſſe illam aſſequi. laudo autem illud interpretationis genus, quod clarum ſit, proprium, quodque auctoris ſententiam exprimat, ſi non calamiſtris ornatum, non tamen horridum, aut incultum. Annotationes breues eſſe volui, quod pauca ſunt, quæ egent interpretis opera, & mendoſos locos ſatis fuerat emendaſſe, obſcuriores declaraſſe. Habes meam & interpretandi, & explicandi rationem, quam ſi probaris, maximum me conſequutum præmium exiſtimabo. qui cum multis, grauibusque diſtinear occupationibus, ſi quid datur ocii, ſoleo huius generis commentationibus libenter impendere. atque vtinam, vt in cæteris penè Europæ regionibus, ſic in calamitoſa miſerrimaque Græcia florerent bonarum artium ſtudia. Non enim ſcribendo modo, verum etiam legendo, ac docendo, ſi quid poſſum exiguis ingenii viribus, noſtrorum hominum animos vellem excolere. Nunc tamen cum in hac nobiliſſima Inſula, quæ vna ſeruitutem effugit, ſumma poſt Deum Opt. Max. Venetorum prouidentia aliqua ſint veterum ingeniorum veſtigia; in infelici illa Græcia, quæ Barbaries? quæ ignauia? ô miſeram hominum conditionem, ó res inſtabiles & incertas. Felix illa ingeniorum mater, & altrix, quæ mores, quæ leges, quæ litteras omnibus penè populis tradidit, miſerè deuaſtata barbarorum mores, legesque ſuſcepit, litteras autem non amiſit modo, verum & illam cœli temperiem, quæ vetera producebat ingenia, infeliciſſimam experitur. itaque Athenis ipſis, imo in Athenarum ruderibus, atque reliquiis vix inuenias, qui norit legere in tota Græcia pecudes verius eſſe dicas, quàm homines. & profectò maxima fuit calamitas tot regna, tot vrbes fuiſſe miſerè deuaſtatas, & cultum ingeniorum amiſiſſe, humanitatem omnem, ac litteras, id ſanè omnem infelicitatis cumulum ſuperat. ac fuit ſanè tempus, cum ſub priſcorum Paleologorum auſpiciis, in Peloponneſo, vbi maxima fuit illorum principum auctoritas, cœperunt litteræ reuiuiſcere. at Byzantio capto, Peloponneſique vrbibus & captis, & dirutis, eandem & illa regio infelicitatem experta eſt, quam reliqua Græcia, ſiue igitur propter ſcelera, vt piè credendum eſſe arbitror, ſiue propter ignotas cauſas hanc fortuna ſua miſerrima Græcia cataſtrophem ſortita eſt, diſcere hinc facile poſſumus, nihil eſſe in hac hominum vita tam fortunatum, tam proſperum, quod aliquando non poſſit miſerrimè agere. Quamobrem ſapienter agis tu vir optime, qui illa vitæ tuæ das exempla, vt facile doceas nihil in hoc mundo firmum eſſe, reponendasque ſpes noſtras in Dei Opt. Max. voluntate, illique omni ſtudio adhærendum.

Sed

Digitized by Google

Sed vt ad Theophraſtum veniamus, illum præſul optime & emendatiorem, & Latinè loquentem hilariter excipe, tibique ita perſuade nihil eſſe, quòd à me poſsit aliquando præſtari in ſtudiis doctrinarum, quod tibi non cupiam communicare. Vale.

IN LIBRVM DE SIGNIS PLVVIARVM, ET VENTORVM ANNOTATIONES.

Ἰτε γὰρ ἀφανισμοὶ δύσεις εἰσί.

Sic reſtitui, cum prius male legeretur εἰπ γδ. quod autem ait de ortu, & occaſu ſyderum, à veteribus etiam Aſtronomiæ ſcriptoribus notatum eſt. ταὶ ἀνατολὰς & δύσις. hoc eſt ortus, & occaſus eſſe. ἑῴας & ἀκρονύχους. quę diuiſio ad vulgarem potius inſpectionem referenda eſt, quàm ad exactiorem Aſtrologorum ſcientiam. illi enim ortus, & occaſus conſiderant, quatenus in Zodiaco æquationes domorum cœli, interualla, aſcenſus, & deſcenſus rectos, aut obliquos per æquatoris arcus inquirunt. Recentiores Aſtrologiæ ſcriptores ortus ſyderum, & occaſus faciunt acronychos, heliacos, & coſinicos, hi tamen commodius referentur ad illos, quos modo diximus.

[2] Κλεόστρατος ὁ τενέδιος ἀπὸ τῆς ἰδέης.

Cleoſtratum Tenedium, quemadmodum & Metorem & alios veteres Aſtrologos in anni intercalatione ſtudium ſuum poſuiſſe auctor eſt Cenſorinus in libro de die Natali. fuit ab illo primum inſtituta ἡ ὀκταετὶς. hoc eſt octauo quóq; anno facta intercalatio. quem etiam magnũ annũ pleraq; Græcia exiſtimabat. in qua intercalabantur dies circiter octoginta. Huius autem intercalationis, & aliarum, quas veteres tam græci, quam Romani inſtituerunt, non alia cauſa fuit, quam vt annum, qui ex duodecim menſibus lunaribus conſtat, dieſque habet CCCLV. cum anno ſolido ſolari, certo quodam annorum aut menſium curriculo concordarent. quod autem, ad annum Metonis pertinet: ſciendum eſt illum vndeuiceno quoque anno intercalationem inſtituiſſe, atque ex annis vndeuiginti magnum annum, qui & Metonius dictus eſt, confeciſſe. cœpit autem à Decima tertia die Menſis, quem Athenienſes σιροφοριῶνα vocant. qui Romanorum maius eſt. & vndeuiginti annis peractis πὼ δικαεννιαπεῖδα conſtituit, quod vt refert Diodorus libro XII: ὁ τοὶς ἐιρημένοις ἔτεσι τὰ ἄστρα πὼ ἀποκαθίστασιν ποιεῖται. & καθάπερ ὀνιαυτοῦ πινὸς μεγάλου τὸν ἀνακυκλισμὸν λαμβάνει. quæ vero fuerit intercalationis ratio à Metone ſeruata, non adeò certè affirmare poſſumus. quandoquidem non vnica ratione ſoliti ſunt veteres græci intercalare. id vnum autem ſtudebant facere, vt certo quodam annorum ſpacio lunaribus, cum ſolaribus annis conueniret. Nam & veteriſſimus Auctor Herodotus in Clio altero quoq; anno Solonis tẽpore Atheniẽſes intercalaſſe ſignificat. in Euterpe verò Græcos tertio cuiq; anno intercalarem menſem addere ſolitos. Cenſorinus ſepties Metonem hoc vndeuiginti annorum ſpatio refert intercalaſſe. quòd ſi exemplar eius mendoſum non eſt, ita poſſumus rem intelligere, quòd cum annus ſolaris lunarem ſuperet dies x. & quadrantem, primis decem annis, ſecundo quoque anno intercalabat modo XXII. modo XXIII. poſtremis verò nouem bis tantum dies XLV. primis quatuor annis. poſtremis vero quinque LV. non habita quadrantis, qui ſuperat ratione. Non ſum ignarus Aldum Manutiũ Pauli filium in huius anni Metonii diſquiſitione laboraſſe. qui fallitur, quando vnam tantum intercalationem græcis veteribus ſeruatam exiſtimat; cum tamen varia illa ſemper fuerit modo certo quodam annorum ſpatio ſolaribus annis lunares accommodarentur. porrò de Metone Mathematico eiuſque magno anno, & obſeruationibus videndus Ælianus libro ſeptimo cap. 7. de varia hiſtoria. Item Diodorus Siculus libro, quem proximè laudaui & Theon, & Achilles Statius, qui in Aratum ſcripſerunt. floruit is Athenis Auctore Ioanne Cęce olympiade octuageſima ſeptima. eius meminit & Auienus in Aratęo carmine.

[3] ὡς δ' αὕτως καὶ ὅτι τῆς ἡμέρης ἑσπέρη καὶ μεταβολὴ ὡς ὅτι ὁ πολύ.

Analogiam, quæ non modo inter annum, & menſem eſt, verum etiam quæ inter annum, & diem, agnouit & Diuinus Hippocrates libro ſecundo ἐπιδημιῶν, quando veſperam autumno comparat. ſunt eius verba dum de Autumno verba facit. τὸ ἐπίκαν ὅμοιον τῷ δείλης παροξύνεσθαι ὡς τοῦ ὀνιαυτοῦ περίοδον ἔχοντος τὸ νόσον οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νόσου οἷον τῆς δείλης παροξύνεσθ. in vniuerſum ſimile eſt, atque ad veſperam exacerbari tanquam annus periodum habeat, morborum, qualis dies morbi eſt, veluti ad veſperam exacerbari.

Digitized by Google

ὅταν περὶ ἡλίου αἰτωλὴς φαίνηθ' ὑπὸ φοινίσσουσημεῖον.

Aratus in prognosticis ex his libellis pene sumpsit omnia. sunt enim carmina quæ ad hunc locum faciunt.

Εἰπόπου καὶ ἐρευθὸς ὑπὸ νέφος ἔσχεν οἷα τε πολλά,
Ἐλικομένων νεφέων εὐρυθραίνεται ἄλλοτε ἄλλα.
Ἢ ὅπου μελανεῖον καὶ σοὶ τὰ μὲν ὕδατος ἔστω
Σήματα μάλλον ἴδ', τὰ δὲ ἐρεύθεα πάντ' ἀνίμοισι
Εἴγε μὲν ἀμφοτέρωις, ἄμυδις κεχρωσμένος εἴη,
Καὶ τὸν ὕδωρ φορέοι καὶ ὑπαλιμένοις ταναύοι.

Quæ Festus Auienus latinè sic reddidit κατὰ φράσιν.

Et ne sanguineus latè rubor induat ora,
Qualia protractu vaga nubila sæpe rubescunt.
Aut ne labente piceus color abdat amictu,
Lampada, quare diu si tetro crassior orbe est,
Nigrescet pluuiis tellus, inflataque celsas
Aggere deuicto superabunt flumina ripas.
Ignea si fulgor præcurrit plurimus ora,
Flamina crebra salis quatient vada, flumina terras
Conuerrent omnes, & duri flabra aquilonis
Siluarumque comas, & celsa Cacumina flectent.

Et ne quis fortè notet repugnantiam, quòd Theophrastus dicat à purpurascente sole indicari pluuiam, Aratus verò ab eodem rubente ventum: Animaduertendum est ἐπὶ τῷ ὑπὸ φοινίσσουσι σημείῳ. portendi & pluuiam, & ventum, pluuiæ tamen hic tantum mentionem fieri, quòd in hoc libello præcipue de signis pluuiarum agitur. est autem ille color non sine aliqua nigredinis commistione conflatus in nubibus. quod igitur ait, cum duobus postremis Arati carminibus est conferendum. Virgilius expressit τὸ ὑπὸ φοινίσσουσι σημεῖον in extremo primo Georgicorum.

Sin macula incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tum pariter vento, nimbisque videbis
Feruere, non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque a terra moneat connellere funem.

Nigrescentes enim maculæ rutilo permistæ splendori purpureum aut puniceum colorem faciunt pro maiori, minoriue permistione. quod ex Aristotele perspicuum est ex tertio Meteorolog. Auctor etiam libri de coloribus, quem ego hunc eundem Theophrastum existimo, non semel id docuit. porrò notandum Theophrastum hæc ventorum, pluuiarum, ac tempestatum signa prognostica docere. ἐμπειρικῶς. obseruata enim illa sæpenumero experimentum constituunt. & tamen ad causas suas illa referre non est difficile iis, qui in Meteorologicis versati sunt. illa scilicet, quæ ad affectus aeris quibuscunque, modis pertinent. Nam illa, quæ ad animalia pertinent à quibus petuntur præsagia imbrium, Ventorum, & tempestatum, etsi non aliena adeò sunt ab aeris affectionibus; particulatim tamen ad affectiones animalium proprias pertinent; quæ vel leuissima aeris alteratione affecta in ipso scilicet mutationis initio, solent aliqua suæ affectionis dare indicia, quibus futurâ aliquâ mutationem, facilè coniicitur. quando autem accedit obseruatio experimento confirmata; non modo coniicitur, verum certa pene cognitione præsagitur. præsagiunt autẽ, quæ priusquam homines, & magis etiam afficiuntur ab aeris mutatione. quamobrem aut voce, aut motu corporis, aut aliquo alio modo indicium aliquod edunt. Nam aliqua dolent, alia gaudent, alia simpliciter afficiuntur. dolent illa, quibus imbres, ac tempestates sunt noxiæ; gaudent, quæ facile tolerant, quæque aquis præcipue gaudent, quales Fulicæ, Anates, Delphini, Ranæ. Simpliciter afficiũtur illa, quibus non adeò imbres, ac tempestates molestæ sunt. ostendunt tamen aliquo modo sese nouæ alicuius, ac insolitæ alterationis sensu affici. quamobrem fit, vt animalum alia gestiant, saliant, voce perstrepant, alia fugiant, horrescant, sileant, quædam moliantur, quomodo se ac futura hyeme tutentur. alia verò simpliciter ostendunt sese noua aliqua alteratione commota. hæc cum ita sint facile possumus (nisi fallor) prognostica, quæ sumuntur ab animalibus cujusque, generis ad suas causas referre, non tamen ideo negandum est, quædam esse quæ commode nequeant explicari ratione. Nam cur bos cœlum olfaciens pluuiam nunciat? aut cur anteriorem vngulam lambens, hyemem? aut cur sus, cum solutos iactat, circũuoluitq; manipulos? quod genus prognostica Cicero etiam in 1. libro de Diuinatione experiẽtia cognosci nõ negat, rationem negat. Hæc quidẽ probabili fortasse possunt aliqua ratione declarari, si ab instinctu priuataque horum animalium affectione proficisci respondeatur. Non tamen exquisita vel certa ferri potest ratio, & plerumque in his confirmandis sola experientia satis est. atque non dissimilis fortasse ratio de præsagiis serenitatis. in futura enim serenitate exultare animantes videas, atque gestire. quãobrem alias à latibulis exire, aliquas iter pergere intermissum. alias voce felicius tempus nunciare, simul etiam loca petere quæ paulò ante fugiebant. horum affectuum causas breuiter, diuine tamen expressit Virgilius, vt omnia.

Haud

Digitized by Google

Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior,
Verum vbi tempestas, & cœli mobilis humor
Mutauere vias, & Iupiter humidus austris
Densat, erant quæ rara modo & quæ densa relaxat;
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture Corui.

4 Καὶ ὅταν μὲν καυματίας δίεται,

τὸ δίεται deleo. nisi Καὶ ὅταν δὲ καυμαίας αἰκτίνῃ pro γυρώδης, restitui πυρώδης. & vbi prius simpliciter legebatur τὸν μῆνα nullo sensu addidi πνευματώδη. idem autem confirmat locus insignis ventorum, & non semel est annotatum ab Arato, Plinio, Virgilio.

4 Καὶ ἐαὶ ἀκτῖνες ἀθρόαι αἰέχωσι αἰόνος ἢ δυόνος σημῆον.

sic legebatur. addendum tamen necessario fuit ὕδατος. Aratus,

Εἰ δέ οἱ αἰόνος ἢ αὐτίκα δομέυειε
Ακτῖνες σωίωσι, & ἀμφ' ἔνι πεπλήθωσι
Η πόρπ καὶ νεφέων πιπτομένης, ἢ ὅτ' ἐς Ηῶ
Ερχεται ἠδὲ νυκτὸς, ἢ ἐξ ἠοῦς ὅτι νύκτα
Υδατι κὲν καπύσῃ ἀθρεπτέχυα ἅματα κεῖνα.

Καὶ ὅταν χειμῶνος πνεῦ φλόγα ἀπωθῇ, Addendum erat ὁ λύχνος. Aratus.

Μὴ δή ἰῳ ἔτι νὺ χείματος ἄρη
Αὔλιον ἡ ἄσκοπον ἀποφλόγας οὔτε κύφας.
Γομφίλυγες, μηδ' ὅπνῳ ἐπ' αὐτοφιμαρμαίρουσι
Ακτῖνες.

5 Κόρακ πολλὰς μεταβάλλῃ εἰωθὼς φωνάς.

Adrianus Turnebus libr. xxv. cap. 13. Aduersar. sic videtur legere locum hunc, κόρακ πολλὰς μεταβάλλων εἰωθὼς φωνὰς ἔτι τῷ ἰῷ δὶς φθέγξηται, καὶ ὑπηρετῶν καὶ αὐτὸν ἐναέζῃ, αὖ ἀμπελῇ, αἰόνιος σημαίνει. ἐὰν δὲ μεμειγμένῃ τῇ φωνῇ πως σαλαγμοὶ, καὶ ἐαὶ μὴ τῷ εἰωθυίᾳ φωνῇ ἴῃ καὶ ἐπῤῥωσθῇ. Mihi cum constet sententia, non visum est, quicquam immutare.

7 καὶ ἐαὶ φθειρίζηται ἐπ' ἐλαίας ὃ ἐπ' ἐλαίας.

mihi suspectum est, forte legendum ἐπ' ἀλέας. nihil tamen immutare volui.

8 Καὶ ὁ πέλλος.

sic restitui cum prius male legeretur πίνος, est autem πέλλος ardeæ genus, Arist. nono historiarum animalium cap. 6.

9 Υμηττὸς ἐλάττων ἄνυδρος καλούμενος.

Signum hoc priuatum est eorum, qui Atticam incolunt, quemadmodum, & quæ de Euboea, & de Ægina dicuntur inferius. illud notandum ex hoc loco Hymettum Atticæ montem fuisse duplicem, alterumq; paruum, & ἄνυδρον appellatum, alterum magnum. id præter Theophr. notauit nemo veterum scriptorum. Nam ne Pausanias quidem, qui diligentissimè descripsit regionem illam, neque Strabo. fuit igitur hæc appellatio indigenis tãtum nota, qui alterum Hymetti cacumen ab altero sic distinguebant.

10 αἱ δὲ βρονταὶ αἱ μὲν χειμερινὰι τὴ ἑωθιναὶ μᾶλλον ἄνεμον ἢ ὕδωρ σημαίνουσι.

Sic restituendus est hic locus, in quo deerat tamen vox ἄνεμον. Plin. lib. 18. ad extremum. tonitrua matutina ventum significãt. causa autem est. hyeme si fiant tonittua, quod sicci halitus copia in superaregione esse intelligitur. ex eo autem expectandi sunt venti. hyeme enim plurimum & ningit, & pluit, vere & autumno tonat, quibus temporibus & Antiperistasis fit in nubibus, & sicci halitus vehementior expressio. hoc si fiat hyeme talia expectanda sunt, qualia autumno, & vere. æstate verò si tonat magnam in nubibus concretionem à frigore per Antiperistasin esse coniicimus, ab illa autem consentaneum est fore pluuias. non absimilis fortasse ratio, cur meridie tonitrua aquas inferant, mane ventos, vespere autem quod propter solis occasum halitus frigescunt, & in aquas abeunt.

11 Καὶ ἐαὶ ὃν αἰγίνῃ καὶ ὅτι διὸς τὸ ἑλλανίου.

Signum hoc ὀπιχώριον. Athenienssibus præsertim obseruatum. est autem Ægina insula non longè à Peloponneso, & Attica regione maris imperio olim clara, quæ in victoria Salaminæ, contra Persas habita de Palma tum Athenienssibus contendit. in ea templum erat celebre Iouis Ellanii, quem & πανελλήνιον appellabant. quem Æacus Æginæ Rex pro tota Græcia sacris peractis placauit, quo tempore maxima aquarum penuria laborauit. Auctor est in Corinthiacis Pausanias, qui plura de hac Insula eleganter narrat.

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΑΝΕΜΩΝ.

THEOPHRASTI DE SIGNIS VENTORVM.

Locum hunc ego corruptum censeo, sanari autem fortasse posse, si legamus καὶ ὡς ἅπαξ ἐν γενέσει. tollamus autem τὸ ἴδιον. Certum enim est dum ignis vrit, continuè fieri, semperque esse ἐν τῷ γίνεσθαι. facetè autem γινόμενον φθείρεται. certè enim dum ignis absumendo pabulo fit, simul interit illo absumpto. fit igitur, & dum fit, interit. Cæterum quod de motu dicit, planum est ex libris naturalibus. Turnebus, quidquid vulgò flagrat, & procreationi vt motus adfine est. procreatio turbat studiosorum animos in philosophia. generatio dicenda est, aut etiam ortus. legit autem ille, vt in vulgatis est, ludit verò dum ait, & in Natalibus quodammodo emoritur suis. poetica hæc, & oratoria locutio. philosophus ita mallet. & dum oritur aliquo modo interit, & statim ac deficit quod vritur, simul & ipse interit.

[8] οὔτε γὰρ ἁπλῆν γε, οὔτε πρότερον τῷ ὑποκειμένου ἡ τῆς ὕλης.

Ita enim neque simplex ignis, neque subiecto, & materia prior fuerit.

Dubitationis ratio, propterea quod simplex non erit ignis, si aut cum terrea portione est, aut cum humida, & aerea, nec prior, quam subiectum, si sine illo esse quiuerit. atqui si ita res sit, non erit etiam elementum. elementum enim corpus simplex est, aliisque corporibus prius. πρότερον autem licet hic accipere tàm tempore, quàm natura. adde quod in secundo de ortu, & interitu scribit Auerrhoys, ignem rationem habere formæ, si cum aliis elementis comparetur.

[9] εἰ μή τις ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ σφαίρᾳ τοιαύτη φύσις· ὥστε ἀμιγῆ εἶναι θερμότητα καὶ καθαράν.

Nisi si quæ eiusmodi natura in primo fortè globo est, vt inpromiscuus sit, & sincerus calor.

Summa modestia reiicit obiectionem adhibita distinctione ignis, qui purum ac simplex elementum est in Sphæra propria, & ignis, qui apud nos est mixtus & multiplex. quamobrem ille non vrit, hic verò vrit, & semper pascitur. Notandum verò ἀμιγῆ θερμότητα dixisse, non quod sola caliditas, esset enim accidens, sed quod elementi illius calor, aut forma est, aut formæ proxima, per quam & substantia significatur.

[10] ἡ δὲ ἀρχὴ πότερον ἀπ' ἐκείνης αὐτῆς τῆς γενέσεως, ἢ ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων, ὅταν ἐν κινήσει τοιᾷδε καὶ διαθέσει πρὸς ἄλληλα γένωνται, καθάπερ ἀρτίως ἐλέγομεν ἔν γε ἀμφοῖν.

Sed ortus principium vtrumne tandem ab illo proficiscitur, an à subiectis, cum inter se, vel cuiusdam modi agitatione cientur, vel habitu certo affecta sunt, quemadmodum paulò ante dicebamus.

Post positam distinctionem, quærit generationis ignis principium. illud aut ad globum illum puri ignis referendum ait, aut ad motum, habitudinemque subiectorum corporum. & sanè quod aer accendatur motu, attritione, rarefactione, habet quidem statim à corporibus solidis. quod verò possit ignescere à propria natura habet, non parum adiuuante & ignis globo, & cælesti corpore, & præsertim sole, qui totius caloris fons, & principium.

[11] Πάλιν ἡ τοῦ ἡλίου, εἰ μὲν τοῦ πυρός τις ἰδία, πλείω μὲν καὶ μείζω ἔχει διαφοράν, ἀρχή τις ὅσα καὶ πρὸς αὐτὰ ἥκουσα.

Rursus si solis calor species quædam ignis est, immanem certè quandam dissimilitudinem habuerit, cum & principium est, & ad res ipsas peruenit.

Turnebus legit ἰσία. Sed & vulgata scriptura non displicet. est autem sententia, si calor solis aliquis proprius est ignis, plures, magnasque habebit differentias. Nam præterquam quòd ignis naturam habet, quatenus illius proprius est, potest que ab illo ignis fieri ab eo etiam lumen oritur, totiusque naturæ genitalis calor. hoc igitur est ἡ πολλὴν καὶ μείζω διαφοράν. plurimùm enim inter hæc varietatis, & diuersitatis. Turnebus immanem dissimilitudinem conuertit. minus apte plurimam & maximam, longè simplicius ac verius. deinde ἡ διαφορά. non est dissimilitudo, sed differentia. καὶ γὰρ φῶς ἀπὸ τούτου. Nota sunt hæc omnia ex libris naturalibus, lumine enim ac motu

Digitized by Google

ſolem inferiora hæc, & luſtrare, & vt ita dicam, fouere, ac animare, demonſtratum in libris de cœlo, & in Meteoris, in ſecundo de ortu, acceſſu ſolis igni omnia, receſſu perimi. ἡ δὲ. alia differentia, quam ſuprà dicebat ignis eſſe propriam.

[12] εἰ δὲ μήθ' ὅτι πῦρ, μηδὲ τοῦτο φῶς, οὐδὲ διὰ τοῦτο θαυμαστόν.

Quod ſi nec ignis eſt, nec ignis lumen, per illud mirum fuerit.

Locus corruptus eſt, & mancus, cuius tamen diuinare ſententiam videor. multi exiſtimant, quod ignis luceat, ad ſolem eſſe referendum. id non videtur negare Theophraſtus, ſed à contrario argumentatur. Nam ſi neque ignis, nec eius lumen à ſole ſunt, mirum vnde illi lumen ſit; cum tamen conſtet à ſolis radiis reflexis ignem accendi, à ſoleque eius calorem deriuaſſe. Auerrhoys in quartum de cœlo, & in librum de ſenſu, lumen ignis propter miſtionem eſſe docuit. quippe ſupernum illum ignem non lucere, ſed hunc, qui pro portione reſpondet gelu, quod quemadmodum ex aqua fit, quando extra locum ſuum fuerit, ita etiam ignem extra locum proprium craſſioris corporis admiſtione illucere. Verùm dicat aliquis. miſtionem non modo non afferre lumen, ſed tenebras potius, atque caliginem. Nam aer nubibus obductus ſolis lumen adimit, & terrenæ exhalationes quaſi igneum apparere faciunt. an non de miſtione tenebrarum, ac lucis, aut tenebroſi, lucidiue corporis loquimur nos, ſed de rarioris corporis, minuſque rari miſtione, aut denſatione, quod in raritate lumen non dat, in mediocri denſatione dat. Ignis enim in Sphæra propria propter raritatem, ac tenuitatem non lucet, qui verò apud nos eſt ignis aliquid paſſus, quemadmodum quæ gelaſcit aqua, lucem exhibet. denſatur autem propter humidum, in quo eſt aereum inquam præcipuè, ſed & aqueum, in quo perſpicuitas eſt, ſed eſt in denſatione modus. Nam ſi multum craſſi humidi ſit, hebetius lumen inde eſt, quod vix propinquiſſimum aerem illuminat. ſi tenuis humidum, & maior flamma, & lumen latius extenditur. Quamobrem in ardentibus lignis viridioribus parum lucis. in ſtipulis plus. in lucerna, aut cera & plus, & purius. hæc nos de ignis luce ex Auerrhoys ſententia. Verùm Themiſtius in ſecundo de anima, quo loco quærit, vnde nonnulla corpora lucida ſint, ex Soſigine, cuius auditor fuit Alexander Aphrodiſiæus libro de aſpectu tertio, ſcribit lucida illa eſſe corpora, propterea quòd participent aliqua ex parte cæleſtis naturæ, atque igneæ. Eadem eſſet fortaſſe de igne ratio, illum ſcilicet lucere, propterea quòd cœleſtem naturam referat. quæ ſententia, cum nihil habeat certi ac veri, explodenda eſt meo iudicio. magis enim refert cœleſtem naturam purus ignis in Sphæra ſua, & tamen non lucet. deinde ſatis non eſt id dicere, ſed & modum oſtendere, & rationibus demonſtrare, alioquin perfugium eſt in cauſæ ignoratione manifeſtum.

[13] ἄτοπον δὲ καὶ τοῦτο πάλιν, εἰ ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ πρῶτον ἐν ὑποκειμένῳ. τὸ γὰρ θερμὸν καὶ ἡ τοῦτο δύναμις ἀρχή.

Sed & illud rurſum diſſentaneum fuerit, principium, quodque primum eſt in ſubiecto hærere.

Abſurdum quod colligit, hoc eſt, calidum illud genitabile in ſubiecto eſſe, quod cum generationis principium ſit, totiuſque naturalis mutationis, omni ſubiecto prius eſſe oportuit. ad hæc ignem non modo gignere, ſed & corrumpere. imo ſe ſolum gignere cætera perimere, propterea que à calido illo genitabili differre plurimum. ad cognoſcendum autem ignis naturam affert diuina verba, & Theophraſto verè digna notanda vox καινοτάτη διαφορά. eſt enim differentia ignis, vt appellant ſpecifica. ἐν τῷ ἀεροειδεῖ καὶ ὑγρῷ. propterea quod exhalatio calida, & ſicca eſt, habetque à terra ſiccitatem quod ſubdit, illam caliditatem eſſe non poſſe in humidis, accuratius expendendum. Supra enim dicebat, in humido illam eſſe, cum humidũ & aqueum, & aereũ ſubiectum ignis affirmaret. an humida intelligit, in quib. nulla ſiccitas eſt. Nã alioquin humido creſcit ignis, & ſubinde gignitur. Cæterũ quod abſurdum putat calidum in ſubiecto eſſe, nihil eſt. accidens enim eſt, & materia indiget, in qua ſit, nec tamen vetat generationis eſſe principium propter facultates, quas habet efficiendi, neque ſubiectum prius eſt niſi poteſtate. prius enim calidum eſt actu, & efficientia. illud καινοτάτη διαφορά, hoc κατ' ἐπιτελέχειαν vocat Ariſtoteles in quinto diuinæ philoſophiæ. verum calidum hoc genitabile non elementare eſt, ſed cœleſte. tale eſt calidum innatum in animalibus, quod à cœlo deductum proportione ſtellarum elemento reſpondere ſcribit Ariſtoteles in ſecundo de generatione animalium. ab hoc & generatio eſt & incrementum in animalib. poſtremò omnes actiones, & vita ipſa. quod ad generationem ignis pertinet, non ſemel dictum eſt, illum abſumere, ac vorare omnia. cautè tamen intelligendum & hoc. cum enim ille ſemper fiat, nunquamque penè idem ſit, vt in ſecundo Meteoron ſcriptum eſt, neceſſe eſt contrarii corruptione in perenni hac vita ſit, quando vnius rei interitus alterius ortus eſt. Oritur itaque ignis, & ſimul corrumpit ea, quibus abſumendis ipſe continuè oritur, donec omnino abſumptis, & ipſe pereat.

[14] φαίνεται γὰρ οὕτω λαμβάνουσι τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ὥσπερ πάθη τινῶν ὄντα, καὶ οὐκ ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις.

Apparet enim ſi quis ita ſumat, calidum, & frigidum affectiones rerum aliquarum eſſe non principia, nec poteſtates.

Hæc

Digitized by Google

Hæc melius declarant, quæ ſupra poſita ſunt de calido, quod in ſubiecto eſſe, videbatur abſurdius. Nam ſi vt pura qualitas actione contrarii in contrarium inducta conſideretur, ſimplex paſſio eſt. ſi vt agendi vim habet, & immutandi, principium erit ſatis efficax. porro non calidi tantum hic mentio, verum & frigidi. Hæc enim ambo generationis facit principia in quarto Meteorologicorum Ariſtoteles. quo autem modo calidum gignat, quo frigidum (ſimilarium modo miſtorum generationem intelligo) declarauit in ſecũdo de ortu animalium, qui locus omnino conſulendus eſt. Verum de calidi huius genitalis vi, ac proportione, quam habet cum igne, quo tanquam inſtrumẽto vtuntur artes, annotauimus, quæ opus erat in librum de ſpiritu.

[15] ἅμα δὲ καὶ ἡ τῶν ἁπλῶν λεγομένων φύσις μικτή πως καὶ ὑπ' ἀρχουσα ἀλλήλοις.

Simul ſimplicium natura mixta videtur, & mutuò confuſa.

Hæc dicuntur ἐκ περιουσίας, vt non ignem modo, quem conſtat exhalationem eſſe feruidam, ſed & cætera ſimplicia corpora non ſine miſtione eſſe certum ſit. Sunt hæc omnino præceptoris dogmatis conſentanea. cuius extat ſententia in ſecundo de ortu, & interitu. ἔκ δὴ τοῦ πῦρ καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἁπλοῦ, hoc eſt, neque ignis autem, neque aer, nec quidquam ex iis, quę dicta ſunt, ſimplex eſt, ſed mixtum. Turnebus hæc cum ſuperioribus ita coniungit, quaſi ab iis dependeant, male tamen, quod ſententia hęc à ſuperiori deiuncta ſit, vbi verò ait inferius τὰ δὲ πυῤῥωτέρω πέπεσα. dubium eſt quid ſibi velit. Nam ſi corpora priora elementis intelligit, abſurda eſt omnino ſententia. elementa enim prima ſunt omnium corporum, quando ex iis alia oriuntur. deinde ſi aliqua elemẽtis priora ſunt. ſimpliciora ue corpora, & tamen & ipſa inter ſe commiſcentur, nihil vetat & iis priora eſſe alia, ita vt in infinitũ res abeat. πέπεσα igitur, hoc eſt priora ex elementis licet intelligere præſtantiora, quæ formæ rationem, ſi cum aliis conferantur, facile obtinent. priora etiam quod ad ordinem, ſi ordinem vſque à cœlo conſideremus, vtroque modo talia ſunt ignis, & aer. horum enim commiſtio maiores habet difficultates, propterea quod tam ab exhalatione ignea, quàm ab aeria plurima fiunt, quæ ſua natura inuoluta ſunt, & longa egent inquiſitione. Turnebus, quæ autem ante ipſa miſta ſunt, maiores quæſtiones habent. Neſcio an locum intellexerit, placet tamen ſimplicius, ac verius dicere; quæ vero ex his priora miſta ſunt.

[16] ἐκεῖνο δ' ἐξ ἀπόρων φανερὸν, ὡς ἡ τοῦ πυρὸς φύσις ἰδιαιτάτας ἔχει καὶ πλείστας δυνάμεις.

Sed illud profecto perſpicuum eſt, ignis naturam ſingularibus præditam eſſe plurimiſque poteſtatibus.

Concludit quod erat in propoſitione poſt explicatam ignis naturam. notandæ voces, τὸ πολυειδὲς propter multiplicem generationem. τὸ ἀνώμαλον, propter materiæ varietatem, in qua eſt. τὸ διάφορον αὐτῆ τῆ φύσει, propter varios, quos edit, effectus, de quibus ſingillatim paulo pòſt.

[17] ἀφέντας γοῦν, τὸ μείζω καὶ πρότερον πειρατέον ὑπὲρ τῶν ἐλαττόνων λέγειν, ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτοῦ καὶ φθορᾶς, ἣν ὑφ' αὑτοῦ ποιεῖται.

Proinde prætermiſſa maiore, prioreque quæſtione, de minoribus dicere conabimur ducto ab ortu, & interitu principio, quem ſibi conſciſcit.

Eſt hoc alterum totius tractationis caput, in quo de ortu, ac interitu ignis agitur, primum generatim, deinde particulatim. ſunt autem quæſtiones hic iis ſimiles, quæ ſunt in ſectionibus Ariſtotelicis. quemadmodum & in aliis libris, in quibus problematicè agit ac docet, ex quibus innumera ſunt, quæ & in problematis reperiuntur. maiorem autem, & priorem quæſtionem intelligit, quæ hactenus de ignis natura ac vi diligenter eſt declarata.

[18] λητέον δὲ εἰς ταῦτα ὃ μικρῷ πρότερον εἰρημένον, ὃ καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὸν.

Huc autem ſumendum eſt, quod paulo ante dictum eſt, ſenſuque compertum.

Hypotheſis eſt, quæ ad quæſtionum ſolutionem maximum habet momentum. γίνεται μὲν δὴ. ortum ignis non ſemel attigimus ſuperius. ſunt aurea Ariſtotelis verba in 20. Meteoron. ἡ μὲν δὴ φλὸξ διὰ συνεχοῦς ὑγροῦ καὶ ξηροῦ μεταβάλλοντος γίγνεται καὶ τρέφεται. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ διαμένει οὐδένα χρόνον ὡς εἰπεῖν. flamma enim ex humido, ac ſicco, dum commutantur, oritur, nec alitur. nullo enim tempore, vt ita dicam, eadem permanet. gignit autem, ait, ignis, hoc eſt ſeipſum. Signate autem ὅτι πλέον πρόεισι propterea Auerrhoys in primum de ortu, & interitu, ortum ignis vocat in prima origine, incrementum in vlteriori progreſſione. Ortus autem ſemper eſt, neque vetat ex vlteriori materia ignem ſuſcipere generationis incrementa. Notandum tamen τὸ καθ' ὁν non tamen ſolum poſitum, ſed & ἐξομοιούμενον. non eſt hic tamen ἐξομοίωσις, qualis in corporibus animatis, quæ aluntur, & augentur. ratio eſt in Ariſtotelis verbis poteſtate poſita, dum ait. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ὑδένα χρόνον διαμένει. Vnde eſt, quod ſi continuè ignis abſumendo humido oritur, continuè etiam intereat, in illius humidi ab-

Digitized by Google

ſumptione, quæ facta eſt interitum hunc vocat ἀναθλιψιν, quaſi interceptionem dicas intercipitur enim, & intermoritur ignis, qui eſt in continuo ortu interituque, vt ita dicam: Κάθυ ἀλισκομένης αὐτῆ τῆς ὑγρότητος, delendum puto τὸ αὐτῆ. niſi quis malit ἐπ' αὐτῆ reponere.

19 φθείρει δ' ὅταν πλησίον τεθῆ τῷ πλείονι τὸ ἔλαττον.

Interimit minore maiori adpoſito.

Rectè dixit, corrumpit. iam enim de corruptione, quæ ignis ab igne fit, ſermonem inſtituit, duas autem cauſas docet extinctionis, aut enim extingui ignem ex alimenti abſumptione à maiori, vehementiorique igne, aut ex ipſius marcore principii, quem Ariſtoteles, Theophraſtus, Galenus vbique vocant μάρανσιν. Verùm duæ hæ cauſæ ad vnam facilè reducuntur, hoc eſt ad alimenti abſumptionem. in illo enim, vt in ſubiecto, ignis principium eſt. abſumptio autem hæc fit per diſſolutionem, ac exhalationem ignis. rarefit enim ablato principio, & euaneſcit. Galenus in libro de morborum cauſis, & in libro de vſu reſpirationis, cauſas docet omnes, propter quas ignis extinguitur, quas afferemus, quando de extinctione ſermo fuerit. loquens autem de extinctione, quæ à potentiori, maiorique igne fit, hæc habet: εἰ δὲ ἐν ἡλίῳ πολλῷ καὶ θερμῷ & πρὸς τοίχῳ καθάπτοις ἢ μείζονα φλόγα καθάπτοις ἑτέραν φλόγα, θάτερον καὶ τότε τῷ ἑτέρᾳ μειζονομένῳ ἐν τῷ μαίνεσθαι & διαφορεῖσθαι σφόδρα ὑπὸ τῆς ἔξωθεν φλογὸς ἰσχυροτέρας ἐπαρχούσης, hoc eſt, quod ſi in multo ſole & calido, & aprico loco, aut ad alteram maiorem flammam admoueris, tunc quoque minorem flammam marceſcere videbis, quoniam exterior flamma, vt quæ præpotentior ſit, elaxat, atque diſpergit minorem. non abſimilis ſententia paucis verbis comprehenſa in 24. ſectione, problemate 13. & in libro de iuuentute, & ſenio. notat autem ibi Ariſtoteles maiorem ignem minorem extinguere ex accidenti, alimento ſcilicet abſorpto, & hauſto. Clarum igitur eſt minorem ignem à maiori extingui, & cauſæ etiam no ignotæ. cæterum ignis principium illud eſt, vnde motus ignis ſurſum incipit, ignis enim, vt Galenus tradit libro de vſu reſpirationis, duo ſunt motus; alter in principium, ac veluti fundamentum, quod radicem appellat ille; alter ſurſum in circumfuſum aerem. Principium autem illud ſubiectum eſt, quod vritur, in quo tanquam in fundamento ignis, quod & hic, & paulo poſt non ſemel intelligit Theophraſtus εἰν' ἐξαιρῶν, lego ἐξαιρῶν aptiſſima ſententia. eſt autem in igne ἐξαιρῶσθαι. quod Galenus dicit μανῆναι καὶ διαφορεῖσθαι ὅπερ εἰς τὸ ἀδιέχονον ἐκπίπτει, vt ipſe loquitur. ignarus autem librarius mutauit in ἐξαιρῶν. quod ſcripſit Theophraſtus ſine dubio, vt dictum eſt.

20 ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἐπὸ τοῦ πνίγεσθαι σβέσις.

Eodem modo & ex ſuffocatione extinguitur.

A contraria cauſa idem effectus. ſuprà rarefacto, diſſoluto que principio ignem docebat extingui propter nimium effluxum. modò docet extingui quoque ſi effluxus cohibeatur, & in principium recurrat ipſum. quod genus aptiſſima metaphora πνιγμὸν vocarunt veteres, vnde & πνιγεὺς fornax, à quo carbones cohibentur, & ſuffocantur, vt ait Ariſtophanis Scholiaſtes. Galenus in libro de morborum cauſis.

Στιγνοῦται μὲν οὖν, εἰ οἰκοίαν ἰατρικὴν ἢ πνιγέα τοῦ δεσμοῦ ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὅταν δὲ καὶ τὴν καμίνον ἐπισπάσῃς ἐπὶ τὰ ἐμφερῆ. Ariſtoteles etiam in libro de iuuentute, & ſenio, de carbonibus loquens: αἱ γὰρ ὕλαι θερμαινόμεναι τῷ καλουμένῳ πνίγει συνεχῶς ἀποβάλλουσι τὰς πηγάς.

21 Διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας.

Hæc euenta à diſſolutione principii ipſius flammæ proueniunt. diſſolui autem diximus à vehementiori calore.

22 ἀντικείμενον δὲ τούτῳ διὰ τὰν αὐτὰν αἰτίαν, καὶ παροίμιον τὰ καιόμενα θᾶττον καιέσθαι χειμῶνος ἢ θέρους.

Quod autem contrarium eſt, eandem & perſimilem cauſam habet, quæ cremantur citius deflagrare hyeme, quàm æſtate.

Ex iiſdem hypotheſibus contrariorum effectuum redditur cauſa. Nam vt nimius calor exhalat atque diſſoluit ignis principium, ita mediocre frigus reſtringit, & reſtrictum reddit validius, ab hoc loco ſumpſit Plutarchus, quod habet in libro de deſinis oraculis & Ammonii perſona. ἤδη γάρ τινας λεγόντων πυρὸς ὡς ἐν χειμῶνι καίεσθαι βέλτιον ὑπὸ ῥώμης αὐτὸ συστελλόμενον τῇ ψυχρότητι, καὶ πυκνούμενον, ἐν δὲ θέρει ἀνχμοῖς ἐξασθενεῖ καὶ λίπτεται μανόν, καὶ ἄπορον κἀν ἐν ἡλίῳ καίηται χεῖρον ἐργάζεται καὶ τῆς ὕλης ἅπτεται μαλακῶς. hoc eſt, iã enim nonnullos audiui dicere, ignem hyeme melius vrere adquiſito robore à frigore, quod condenſat, & compingit; in æſtu autem debiliorem eſſe rarefactum, & imbecillum, & in ſole minus flagrare, molliterque materiam corripere.

23 ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ καὶ τὸ φῶς.

Vt & ſol & ignis ipſe lumen.

Legendum exiſtimo & αὐτὸ τὸ πῦρ καὶ τὸ φῶς. Nam vt lumen reddis imbecillũ, ſic & eius lumẽ hebetius. τὰ ἀλιπτήρια & τὰ βαλανεῖα. alipteria quæ ſint, declarauimus in libello de ſudoribus. erãt illa balnearũ altera pars ex Polluce li. 7. qui ἐχέτω, ἀλιπτήριον. balnearũ duas partes facit. & τὰ σώματα πίττῃ τοὺς ἔνδον μᾶλλον. manauit hęc ſententia ex Hippocratis Aphoriſ. qui hyeme ventres ſcribit eſſe calidiores omnino

omnino verò tota hæc ratio ad αὐπεξέσιον est referenda, πίπτειν γάρ φασι τὰς καρπὰς τὰ ψύχη, in secundo de plantarum causis redditur causa, cur frigidum fructus maturet; maturat autem ex accidenti non per se. reddit autem rationem: ἅπτ τὸ θερμὸν ἐν ἀμφοῖν πίπτει, ⊕ μία τίς ἡ αἰτία, φανερὸν ὅτι οὐχ ὁμοίως δι' ἣν αὐπεξέσιον.

*ἡ αὐτὴ δὲ αἰτία ὅτι τοῖς λιποψυχοῦσι ψυχρὸν ὕδωρ προσχέουσι ψυχρᾶς τοῦ πάθους ὄντος.

Eadem causa est cur hominibus, cum animo male est, aquam effundunt affectu tamen frigido.

Λειποψυχία, λειποθυμία. Hippocrati & Galeno dicitur, eadem & ἔκλυσις, vt notat Galenus primo libro ad Glauconem; quamuis Hippocrates septimo aphorismorum scriptum reliquerit: ὅτι φύματος εἴσω ῥήξεως ἔκλυσις ἐμίτοὺς, καὶ λειποψυχίης γίνεται à tuberculi intus eruptione exsolutio, vomitus, & animi defectio fit, quasi altera sit exsolutio ab animi defectione. propterea sunt, qui minorem exsolutionem virium animi defectione arbitrantur; esseque differentiam inter has duas & syncopem in excessu. quæ maxima est. quippe quæ præceps sit virium lapsio, vt Galenus tradit libro duodecimo de ratione medendi. est autem λειποψυχία, vt Theophrastus ait in fragmento, quod extat de hoc argumento, priuatio aut refrictio calidi circa respirationis locum, quæ definitio etsi à nullo medicorum tradita sit, vera tamen est, nec quidquam habet illorum doctrinæ dissentaneum. certè enim à quacunque causa defectus animi contingit, necesse est vitalem facultatem fatiscere, & ipsum calidum innatum, quod in corde residet, omnesque actiones obit, ac munia. fatiscit autem calidum innatum, quando imminuitur, & alteratur. sic autem necessariò refrigescit. Quamobrem si nimia sit defectio, qualis illa, quæ syncope dicitur, sudores frigidi consequuntur, extremá frigescunt, & aliquando expiratio frigida redditur. Constat igitur, quod ad genus defectionis pertinet, Theophrastum à medicis non dissentire. locum verò respirationis non alium licet intelligere, quàm cor ipsum, quod afficitur aut per se aut alterius membri consensione, quod respirationis locus potest non impropriè appellari, cum respiratio & ad cor finiat, & propter illud manifesto fiat. defectionis autem animi causas plures enumerat Galenus in primo ad Glauconem. & ex illo Paulus Ætius, Oribasius, alii. Sed quod ad frigidæ inspersionem pertinet, quod inter eius remedia est. Galenus in defectionibus, quæ ab euacuationibus consequuntur, vt cholera, alui profluuio, sanguinis effusione, iubet, ὕδωρ τε ψυχρὸν προσραίνειν ⊕ τὰς μυκτῆρας ὀπτλαμβάνειν: hoc est frigidam inspergere, & nares apprehendere. Cur autem inspergatur frigida, non alia ratio est, quam illa, quam & hic & in libello de animi defectione reddidit. frigidam autem affectionem vocat, propterea quod spiritus & calor ipse natiuus refrigescunt, & ipsa cordis substantia intemperie frigida afficitur, vt doctè scripserit Aretæus Cappadox doctissimus medicus in secundo libro de causis, & signis acutorum morborum cap. 3. Ἔστι δὲ ἡ τῆς νόσου, ἡ δὲ ἔκλυσις ἐκ πόνου τῆς φύσεως ἐπ' αἰτίῃ ψύξει ⊕ ὑγρῇ: hoc est, est autem huiusce morbi hæc exsolutio naturæ roboris à causa frigida, & humida.

[24] διὸ καὶ κατέχειν τινὲς τὸ πνεῦμα κελεύουσι τὸ ἑλκόμενον.

Itaque præcipiunt nonnulli spiritum, quem ducimus, continendum esse.

Sic emendat Turnebus. male enim legebatur in mendosissimo græco ἑλκυομένην, ego vnius litterulæ transpositione mendum ortum video, quod tollitur, si litteræ sede restituta legimus, ὁλκυομένην. iam autem constat, & quid sit ἔκλυσις, & qui dicantur ὁλκύμενοι. quod ad rem pertinet, eadem est Galeni præceptio de naribus continendis, καὶ ὁ ἱδρὼς ἐμπίπτων λύει τὸν λειποθυμίαν. considerãdum hoc est, quod ait sudorem incidentem defectum animi tollere, scimus enim in maximis animi defectionibus sudores affectum comitari frigidos, qui & syncoptici dicuntur, in hocque syncopem à lypothymia differre, vt Ætius animaduertit, quod in illa sudores sint, in hac minime. adde exsolutis viribus sudores fieri nulla naturæ facultate moliente. Quare tantùm abesse, vt soluat affectum, vt sine dubio potius augeat. quæ cum ita sint, videndum potius, an mendum in codice sit, legendumque καὶ τὸ ὕδωρ ἐμπίπτων λύει τὸν λειποθυμίαν. Nam ἐμπίπτειν recte aqua dicitur, quæ in exsolutum iacitur, non autem sudor, qui ὑποφαίνεσθαι dicitur, non ἐμπίπτειν. est autem verborum sententia multos præcipere, vt illius, qui exsolutus sit spiritus naribus sumptis contineatur. simul enim & calorem intus cohiberi, & aquam in faciem irroratam affectum soluere, maiori scilicet subinde caloris, cohibitione. τὸ δὲ θερμαινόμενον πυρὶ οὐχ ὁμοίως ὑφίζει. in 24. sectione, problemate sexto iisdem pene verbis declaratur hoc quæstio.

[25] Ὅτι δὲ ἰσχυρὸν εἰς τὸ συναγαγεῖν καὶ συναθροῖσαι τὸ θερμὸν, σημεῖον καὶ τὰ τηκόμενα καὶ τὰ ῥηγνύμενα τῶν ἐλατῶν καὶ χυτῶν.

Quod autem valentissimum sit frigus ad colligendum, & coaceruandum calorem, documento sunt ductilia & fusilia, quæ liquantur & rumpuntur.

Alia probatio Antiperistasis, quæ verò sint ἐλατὰ, quæve χυτά, hoc est fusilia & ductilia metalla, declaratũ est 4. Meteor. quærendũ verò illud, quomodo calor à frigore cohibitus nõ liquefacit potius æs, sed disrũpit. an quod calor est cũ flatu, flatus aũt distentũ corpus, si id non cedat, disrũpit facile. adde æs non ita facilè liquefieri, & ideo propter introclusi caloris actionẽ in humidũ, fla-

Digitized by Google

tum fieri; hunc autem meatus permeare, atque disrumpere laminas. sed id inter audita miracula licet reponere. Turnebus τὸ ἐκτῆκεσθαι vertit tabuisse, satis impropriè, liquescere dicuntur metalla, liquefieri, non tabescere. est enim in tabe substantiæ perditio animantium propria φθίσις ἐκ φθίνω. Nam & φθίνεσθαι tabefieri. καὶ ὅτι ὁ χιὼν δέ. alia probatio. est autem genus probationis inductio. ἀναζήμωσιν autem, hoc est, fermentationem vocat, & in secundo de plantis. Nam de niue loquens, ἅμα δέ, inquit, πλὴν ἀναζημοῖ. Virgilius cum dixit:

——*& Zephyro patris se gleba resoluit.* fermentatam terram intellexit.

[26] καὶ γλύσεις ἐν αὐτῇ τῇ χιόνι ζώων ἰδίων.

Tradidit id & Aristoteles in sexto historiarum animalium. Hæc autem omnia argumenta caloris manifesta sunt. Nam & fermentatio à flatu & calore fit, generatio verò non nisi à genitali calido, quod est in putrescente niue. quòd verò ait, terram humescere propter antiperistasin, quomodo sit dubitare fortasse possit aliquis. Nam calescit quidem terra, cohibito calore antiperistasi: humescit autem pluuiis madefacta, vbi nulla antiperistasis. an calor inclusus humidus est à vaporibus subinde auctus, ab his autem non modo calefit terra, sed & humescit, vnde fit, vt maior propterea vaporum & halituum exurgat copia.

[27] ἓν δέ τι τῶν τοιούτων καὶ ὁ λόγος οὗτός ἐστιν ὁ πῦρ κρυφθέν. ἀποκλείει γὰρ ἡ τέφρα, καὶ κωλύει ἔξω θεῖν ἀέρα ἔξωθεν προσπίπτοντα σβέννυσθαι.

Eodem illud quoque pertinet, ignem tectum permanere. cinis enim arcet, cohibetque atque efficit, ne adiecto externo aere restinguatur.

Aliud signum. Aristoteles in libro de iuuentute, ac senio, ad extremum eandem habet sententiam iisdem penè verbis explicatam. Notandum autem cinerem rariusculum esse, ac propterea spirationem ignis (vt ita dicam) non impedire. contrà verò impedire, & effluxum flammæ, qui multus cum sit, ignem extinguit, & appulsum aeris, qui non vt aer, sed vt frigidus potest extinguere: quamquam etiam vt aer est rarefacto ignis principio. Aristoteles vbi de hac eadem re loquitur ἀπορράττει τε εἰς ἀεὶ πρὸς τὸ μὴ σβεννύναι τῷ πλήθει τῆς ἀναπαχύσεως αὐτῷ τὴν ἀμύτητα. hoc est, obstatque circumposito aeri, ne extinguatur copia caloris, quæ in ipso est. significat igitur ille aerem extinguere calore, non frigore. estque inter duos hos philosophos manifesta controuersia. Nisi fortè dicamus, apud Aristotelem legendum non αὐτῷ, sed αὐτῇ, vt ad cinerem referatur, qui fœminæ genere τέφρα dicitur, construaturque cum verbo ἀπορράττει. Verùm quoniam & interpres Aristotelis ita legit, nihil mihi in præsentia dicendum occurrit, nisi aeris calorem ignis calore comparatum frigus posse dici, idque respexisse Theophrastum. Aristotelem verò absolutè loquutum. dixisse autem caloris copiam inesse aeri, propterea quod qui vicinior igni est aer, calidior est necessario. Vtcunque tamen sit, locus est meo iudicio controuersus atque difficilis. μὴ σὺ αὐτῷ. neque si legamus αὐγήν. placet sensus; neque si coniunctim αὐγήν. primum enim terræ nullus hic locus in flammæ congestione ad proprium principium. neque flamma proprie dicitur αὐγή, qua voce radius, splendor, ac lux significatur, neque hic de luce sermo est, sed de flammæ ignisve ipso corpore, quod nisi respiret, & ventiletur, sed in radicem recurrat suam, & contabescit & corrumpitur. quapropter locus hic mihi suspectus est. & sane nisi audaciæ crimen metuerem, ita lubenter legerem, μηδ' αὖ συναθροίζεσθαι, deletis omnibus mediis vocibus. sententia autem plana est ex iis, quæ dicta sunt.

[28] Τὸ δ' ἀντιμάχεσθαι ἂν ἐναντίον εἶναι τούτῳ, ὅτι μὴ ἐκκαφθὲν ἧττον φθείρεται μὴ ἀφαιρουμένου τὴν τέφραν.

Quod autem repugnare videtur non erutum citius interire ablato, quàm non sublato cinere, nihil sane repugnat.

Suprà dictum est cinerem ita ignem tegere, vt neque suffocet, neque spirationem impediat necessariam. modò quærit, quod videtur illi sententiæ repugnare, non repugnat tamen. Nam ignis non erutus è cinere facilius interit, quàm erutus, h.e non ablato cinere, quàm sublato. respondet aũt ad hunc sensum cinerem ita exiguum esse debere, vt neq; appulsum aeris, ventilationẽq; omninò impediat. neq; cõtrà permittat liberũ effluxum, quo ambienrẽ aerem superet. id enim facere nudum, & apertum ignem, in hoc enim & effluxus maior est, ac propterea & liberius ardet, & facilius interit. Videtur igitur id velle. obtectum quidem ignem seruari, ne intereat, retectum tamẽ sublato cinere difficilius extingui, quam obtectum. Nam aliquantisper tectus ignis conseruatur, retectus tamen exiguo sublato cinere respirat magis & aere fruitur, propterea q; difficilius extinguitur, quam si omnino tectus sit cinere. ἐκκαφθὲν πῦρ. intelligit ignem à cinere paulũ discisso retectũ & erutum. quare dixit ὑφαιρούντων, non ἀφαιρούντων. mouetur enim cinis, non amouetur: atque ita & effluxus fit prunæ liberior & non amittitur cineris custodia.

[29] φθοραὶ γὰρ πυρὸς πλείους. ἡ μὲν ὥσπερ φυσικὴ τις, ἐξαναλισκομένου τοῦ ὑγροῦ καὶ ἁπλῶς ἥκαυστου· τότε γὰρ ὥσπερ φθίνει καὶ μαραίνεται.

Eius enim multi sunt interitus, vnus propè naturalis, omni consumpto humore, quodque adeò cremabile est, tum enim tanquam senescit, & emarcescit.

Hactenus

Digitized by Google

Hactenus de ortu ignis locutus est & de incremento, ac robore. Nunc agit de extinctione, explicatque non iniucunda problemata. decebat autem post ortum de interitu agere, quando non minor est in ignis interitu contemplatio, quàm in ortu ipso. ignis autem aut sponte interit, aut vi. extinctio, quæ sponte fit, vocatur μάρανσις, vt etiam scripsit Aristoteles. at quæ vi ignem extinguunt, aut naturalia sunt, aut omninò præter naturam. Naturalia, alimentum, aer ambiens. præter naturam quæcunque vi propria possunt extinguere, & qualitates habent igni contrarias; deinde quæcunque obturant, penetrant, comprimunt. in hac diuisione comprehensæ sunt omnes causæ, quas attulit Theophrastus in hoc loco, & Galenus libro de vsu respirationis, & libro de morborum causis. ignis igitur, qui sponte interit non nisi defectu alimenti contabescit. si enim semper alimentum suppeteret, nunquam non flagraret. siquidem (vt ait Aristoteles) ἀεὶ διαπλεῖ γινόμενον καὶ ῥέον ὥσπερ ποταμός. hoc est, semper enim dum fit, durat, & fluit tanquam flumen. sponte igitur ac per se deficit alimenti absumptione. quod Theophrastus vocat ὑγρὸν καὶ καυσόν. est autem καυσὸν siue vstibile, quod ex terra constat, & aere, quale lignum est. vritur autem, qua humidum, quæ naturalia sunt, & tamen vi corrumpunt ignem. diximus esse pabulum, & aerem circumfusum. pabulum, siue alimentum quatenus tale est, non corrumpit. neque enim aptum est corrumpere, sed quatenus nimium, alteratum, aliquid alienum continens. Nam si exiguo igni multum ingeras aut lignorum, aut olei, non aletur ignis, sed suffocabitur. si oleũ infundas, in quo aut amurca sit, aut aqua, fatiscet ignis, & extinguitur. si viridia ligna congeras, nisi multus ignis sit, ac vehemens vix seruabitur. aere verò ambiente ignis opus habet propter refrigerationem, & ventilationem. illam vocat Aristoteles κατὰ ψύξιν. hanc Galenus ῥίπισιν. adeò verò naturalis aer igni est, vt Hippocrates libro de flatibus (si tamen ille auctor est) scriptum reliquerit: τῷ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφὴ τὸ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ σβεσθὲν οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν. hoc est, spiritus alimentum igni. si enim priuetur spiritu neutiquam viuet. spiritum intelligit ille aerem motum, qui ventilat, atque tanquam in animaliũ spiratione refrigerat. atque si aer nimius sit tum motũ, tum frigore, extinguet ignem sine dubio. idem si crassus, ac immotus, & quem πνιγώδη græcè dicimus. constat igitur quomodo, & quæ igni naturalia sunt, interitum & illa inferant. at quæ præter naturam sunt, multa esse diximus. extinguunt autem primum quæ alimentum rapiunt, & absumunt, qualia quæ ὁμογενῆ vocat Theophrastus, vt maior ignis, sol, æstus nimius. deinde quæ obturant, & suffocant. talia sunt caminus, quem πνιγέα vocant, quodlibet operculum, cucurbitula, ac similia, quæcunque obturando igne extinctionem illi inferunt. mox corrumpunt quæcunque ad ipsum ignis principium penetrant. Nam hæc etiamsi non contraria qualitate sint, tamen perimunt. sic acetum, aqua feruida, oleum in pice, ac bitumine ad ipsum principium ignis pertingunt, illudque corrumpunt ac perimunt. quæ verò comprimunt, ignem extinguunt compresso, collisoque ipso principio, differuntque hæc ab iis, quæ suffocant, quod illa non adeò violenta sunt, & spirationem ignis impediunt, principio non statim vim inferunt. quæ verò comprimunt, violentiora sunt, & principiũ ipsum statim enecant. sic plerumque compresso ellychnio ignem extinguimus in lucernis. Carbonarii terrâ iniectâ compressione ignem perimunt. postremò perimunt ignem, quæ propria vi valent extinguere. illa sunt frigida omnia atque humida: sic aqua, & quæcunque aquæ naturam referunt citissimè ignem extinguunt. Hactenus de causis omnibus disseruimus, quæ igni interitum inferunt. iam autem & Theophrasti verba plana sunt.

30. ἐπεὶ καὶ ἡ φύσις καυστὴ καθάπερ ὕλη πλείων περιρρέουσα τῆς ἰκμαίνης, ὅπου τε φλογώδης, καὶ ὑπὸ πνεύματος μεγάθος.

Quando & foco idonea vt lignum plus æquo circumfluens, cum etiam flamma intereat flatus magnitudine.

Ἐνίοτε φλογώδης, hic latet mendum sine dubio, quod vix possumus sine veteris exemplaris auxilio tollere. legebam aliquando ὅπου τε φλογώδης, vt ibi esset interpunctio, deinde sequatur, καὶ ὑπὸ πνεύματος μεγάθος. subaudiaturque σβέννυται superius positum. neque tamen muto sententiam. sensus autem planus est. quod verò sequitur φθειρομένης καὶ οὐχ' ὥσπερ καλυομένης. si me non fallit animus, corruptum est. qui enim fiet vt perimatur ignis principium, & non superetur? deinde manifestum est motum ignis à maiori aeris motu superari, &, vt ita dicam, dissipari, ac disiici. lego igitur φθειρομένης καὶ ὥσπερ καπτομένης. dat enim interitus modum qui est τὸ καπτέσθαι. Vnde sequitur τρόπον πνὰ καταφθείρεται. ἐὰν μηδὲ μίαν ἀναπνοὴν διδῷ. hæc est πνῖξις, hoc est suffocatio. est autem superiori contraria. ibi enim vocatur ignis nimia ventilatione dissipatus. hic perimitur nulla ventilatione refocillatus. ἐὰν τις καταθλίψῃ τὰς δᾴδας. vltimam causam extinctionis affert postremo loco. est autem compressio quam vocat θλῖψιν. de qua nos superius.

31. ἐπεὶ καὶ ὃ ἐν τοῖς μεγάλοις λύχνοις διὰ τοιαύτην αἰτίαν σβέννυται.

Cum etiam in magnis lucernis eadem de causa ignis extinguatur.

Aer vbi crassus, & immotus est, qualis plerumque in specubus, in metallis, in conuallibus aliquot, igni non præstat vsum, sine quo ardere nequit, aut flagrare, aut viuere. id genus causæ ad naturales causas referebamus nos, Theophrastus ad pressionem. Verùm quoniam aer soli-

Digitized by Google

dum corpus non est, cuius vis requiritur in compressione, leniit improprietatem vocis, similitudinis aduerbio οἷον. quod verò subdit ad vacuum, & in vacuo motum esse, accipere ita oportet, vt pro vacuo medium intelligamus, quod sit εὐδιάιρετον, hoc est bene diuisibile, qualis aer est, vt est in 4. de Naturali auscultatione. Turnebus. inane desiderans quod affectat, & in quo trepidat. obscura locutio, quamque physici vix intelligant. adde de motu, qui ad locum fit in vniuersum sermonem esse. ille enim dicitur φορὰ, qualis etiam ignis est motio. illa autem non in vacuo, siquidem nullum est, sed in medio fit, quod cedit. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν πνιγμὸν ποιεῖ τοῖς ἐργαζομένοις. ista de causa aer operarios strangulat, quod plenus & deses respirationi non concedat. corollarium, quod pendet à superiori, adeò verò constat in crasso & immoto aere necari plerumque operarios, vt in fodinis, in metallis, in sentinis nauium, vt etiam in libro de ventis scriptum sit. plerumque in planis, & cauis locis à ventis æstuosioribus, & viatores, & messores emori, ὑ γὸ διαδίδωσι τὴν ὀκπνοήν. causa suffocationis, ὀκπνολὼ autem expirationem aut hominum, qui in metallis sint, licet intelligere, aut etiam aeris crassi & inclusi. expirare enim apta metaphorâ dicitur aer, qui per foramina, aut fenestras expurgatur, & reciproco quodam motu remeat. Galenus libro de vsu respirationis de fornace loquens eadem metaphora vtitur cap. 3. appositissime, Ἐγὼ γὸ τὸ κάμινον ἰδὼν σβεννυμένην ὑπὸ τῦ μὴ δέχεσθαι πνεῦμα, κἄπειτα αὐτὴ τοῦτο πολὺ μὲν αἰθαλώδες ἐκπνεύσασα, πολὺ δὲ ἔξωθεν εἰσπνεύσασα, τὸν ἀέρα καθαρὸν ἐπ' ἀμφοτέροις ἀναλάμψαι ποιήσασαν ἐλογισάμην ἂν τὴν χρείαν εἰς τὸ κενὸν τὸν οἷον λυχνὸν ἢ ἄμαξαν. hoc est, Ego enim cum fornacem viderem ob id, quod per spirationem non haberet extingui, & postea ipsam aperiri, atque tum multam fuliginem expirare, tum multum purum aerem externum inspirare, atque vtroque facto flammam excitatam, non paruam esse ratiocinatus tum expirationis vtilitatem, ad hoc, vt id, quod veluti fuligo sanguinis est, euacuetur. si pro hominum expiratione intelligimus, suffocari propterea dicemus homines, quod nequeant æstuosum, & fuliginosum aerem inspirare. Nam nisi fuligines expiratione emittantur, animal necessario interit.

[33] Ὅτι δὲ ἡ ἀρχὴ φθειρομένη κωλυτικὴ τοῖς τῦ σβέσαι καλεῖν φανερόν.

Cæterum principii interitum ad extinctionem esse efficacissimum, hinc perspicuum fuerit.

Ἡ ἀρχὴ φθειρομένη. figurata locutio, pro τῆς ἀρχῆς ἡ φθορά. reddit modo rationem eius, quod proponebat superius. illa quæ principium flammæ pertingunt, ac penetrant ignem perimere demonstrat, id vel ex re ad vrendum aptissima, ex oleo inquam, quod in pice, ac bitumine ardentem flammam extinguit. aqua enim non penetrat, quippe crassiorum partium, quam vt bituminis, picisve meatus peruadat, ac permeet. oleum penetrat, vtpote aereum, & tenuiorum partium. idem, & aceti demonstrat exemplo. quod cum dicat esse calidissimum, quærenda est veritas ex Galeno libro 4. simplicium medicamentorum. vtut autem sit, acetum habet & partes calidas, licet sit frigidum, & aquæ collatum aliquo modo calidum est.

[34] οὐ γὰρ, ἢ ψυχρὸν σβέννυσι πάντως ὂν ψυχρόν· τοῦτο γ' ἂν ἦν λόγος, ὅτι καὶ τὸ ζέον ὕδωρ, ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν ὑπολαμβάνει καταλαμβάνειν.

Nam quod frigidum est, non quia frigidum, vsquaquam extinguit, sed quia principium intercludit, & occupat.

Hoc propterea dictum est. quod si acetum, quia frigidum, non quia penetrans aquam extingueret, non extinguerent aut oleum, aut aqua feruida. quæ ambo constat esse calida. imò alterum ad cremandum aptissimum, alterum vrens. restat igitur vt si hæc extinguunt, dicamus non quòd frigida sint, sed quod principium ignis occupant perimere. Verùm dat aquæ, & alteram corrumpendi vim, præter penetrationem, hoc est, humiditatem ipsam. quæ enim ignem perimunt & frigida esse, & humida. perimere verò, & quæ tantum frigida & quæ solum humida, qualis est aqua calida. an etiam cætera quæ penetrant ignis principium, illudque intercludunt, & occupant, habent & ipsa qualitatem aliquam igni contrariam, & obruunt illa quidem ignem & necant, & quia penetrant, & quia habent aliquid illi contrarium. Nam si aqua ardenti (quam & aquam vitæ vulgus nominat) affatim inspersa ignem obruas, ignem non extinguit, sed inflammat magis. an & id non vsquequaque verum est. Nam exiguam flammam extinguit, maiorem auget, at hæc ratio extinctionis fortasse ad alimentum nimium referenda est, vt paulò antè dicebamus.

[34] καὶ αὗται μὲν, ἐοίκασιν ὥσπερ φυσικοῖς τισι τοῖς ἐναντίοις ὑπὸ τῶν ἐναντίων γινόμεναι. ἡ δ' ἀφ' ἑαυτῆς καθάπερ ἡ τοῦδε φύσιν.

Qui quidem interitus naturalibus similes sunt, quos contrariis sua afferunt contraria: quem autem sibi conscisit, veluti contra naturam est.

Nec quia

Digitized by Google

Ne quis putet Theophraſtũ dicere violẽtas extinctiones naturales eſſe, quia violẽtæ sũt, ſed quia natura datum eſt, contraria ſeſe mutuò perimere. propterea enim dicit ſpõtaneam extinctionẽ præter naturam eſſe. quòd ſui ſeruatio rebus omnibus naturalis eſt. corruptio præter naturam. & alio modo ſi conſideres violentas cauſas, quæque neque ſeruare poſſunt ignem, nec augere, præter naturam eſſe non negabis. illam verò, quæ intrinſecus eſt, & ſpontaneam, naturalem, quod natura datum eſt, rebus quæ ortæ ſunt occidere, & interire. in hunc ſenſum non obſcurè intelligit Ariſtoteles libro, quem ſupra laudauimus de iuuentute, & ſenio.

35 φθείρᾳ ὅ γε καὶ τὰ οἰκείως φθαρτικὰ τῆς ὑπερβολῆς.

Cum etiam quæ propriè exitialia ſunt, exuperantia perimant.

Hæc nos inter naturales cauſas recenſuimus, quæ tamen exceſſu vim inferunt. quamobrem eadem λαμβάνοντα συμμετρίαν σωιζει, hoc eſt, ſi moderata ſint ignem augent. pulcherrima verò verba & maximè ſignificantia σωιεχάμει καὶ ζωπυρεῖ.

36 διὸ καὶ οἱ λύχνοι πλέον ἔλαιον ἀναλίσκουσιν ἐν τοῖς πνεύμασι, καὶ τὰ ξύλα θᾶττον καταναλίσκεται σφοδροτέρας καὶ πλείονος τῆς κινήσεως γινομένης.

Itaq; lucernæ plus olei per flatum conſumunt, & ligna citius cremantur, actiore & maiore motu laceſſente.

Non id ita accipiẽdum eſt, quaſi ventorum flatus lucernas adiuuent expoſitas. extinguunt enim ſine dubio. iuuant verò & ignem validiorem reddunt, à quo ſubinde oleum abſumitur, aut ſi habeant quidquam, quod tueatur flammam, quales erunt æneæ Theophraſti tempore, aut ſi in loco tecto ſint, vbi mediocris quidem ſit aeris motus, ventus verò vehementer flammam non feriat. de Ammonis lucerna, quæ narrat Plutarchus in libro de deſitis oraculis digna ſunt, quæ legantur à ſtudioſis; nam & huc aliquo modo faciunt.

37 καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν λύχνος ἀποσβέννυται φυσώμενος· τὰ δ' ξύλα καὶ οἱ ἄνθρακες, ἐκκαίονται. ὅλως γὰρ οὐκ ἔστι σύμμιξιν πνεῦμα λαβεῖν. ἅμα δ' οὐ καυσὸν ἔχει τὸ πυρούμενον.

Ideoque lucerna flatu extinguitur: ligna & carbones accenduntur. nec enim modificatum flatum accipere poteſt, ſimul cum ipſa ardeat, & quod flagret in promptu habeat, externo non indiget afflatu.

Mediocris afflatus lucernam extinguit, quòd exigua flamma in imbecillo principio ſit. idem Carbones, & ligna ardentia magis exſuſcitat, propterea quod maior flamma maiori eget ventilatione, & principium habet firmum, ac ſolidum. Quamobrem vix reperias afflatum, qui commoderatus ſit lucernæ illi flammæ, præterquam quod ellychnium non crematur, aut vritur, propterea non opus habet, vt inſufflletur. intelligendum verò id ritè eſt. vritur enim ellychnium, quod nemo eſt, qui non fatearur. Sed quod vritur primum, ac per ſe oleum eſt, quod penicillus ille attrahit, vnde ignis fouetur, & alitur. Secundariò verò etiam ille nequit non vri, quamuis pro materia, ex qua conſtat, fieri poteſt, vt eflagret quidem lucerna, abſumatur oleum, incolume verò ſit ellychnium. Nam ex lino illo asbeſto, quod Plinius asbeſtinũ, & viuum nominat, & Amianto lapide poteſt fieri id genus ellychniorum. hanc ſententiam comminiſci coactus ſum; ſi tamen hic locus mendoſus non eſt. quod cum vix mihi perſuadeam, certoque teneam, mendum hic inhæſiſſe, lego pro οὐ καυσὸν. εὔκαυστον. vt ſit ſententia, cum facilimè cremetur in lucerna oleum non egere externo afflatus auxilio. quæ verò de lignis, & Carbonibus dicit plana ſunt. illud notandum tamen eſt quod & ſuperius dicebamus, ignem in ignito eſſe corpore, quod eius occupet meatus, atq; foramina. & propterea, quæ rariora ſunt corpora ardere facilius. iuuat autem ventilatio, quæque præſertim oris afflatu fit, atque follium, ſi quidem ignem, vt ita dicam, acuit, & meatus materiæ rarefacit. Vnde eſt quòd ſi minutiora ligna benè ſtruantur, magis ardeant. & quæ præſertim ſciſſis maioribus lignis ad cremandum ſunt aptiſſima. Scilicet quod facilius penetrantur, & habent meatus magis peruios. addit Theophraſtus ſpiritum propterea adiuuare flammam, quod & illa ſpiritus genus ſit. eſt enim (vt ſuperius dicebamus) ignitus ſpiritus ſeu feruida exhalatio. Turnebus. itaque lucernæ plus olei per flatum conſumunt. malim ventis ſpirantibus. ἐν τοῖς πνεύμασι, ac præſertim quia ſequitur, ideoque lucerna flatu extinguitur, ne videatur in dictis tam proximis repugnantia. ſimul cum ipſa ardeat, & quod flagret in ptomptu habeat. græcè vt emendauimus ἅμα δὲ καὶ εὔκαυστον ἔχει τὸ πυρούμενον ἐν ἑαυτῷ τῆς ἐξωθεν ἁπτῆς. Simul autem cum quod flagrat facile cremabile habeat, externo flatu opus non habet. idem crebra quippe foramina eorum omnium ſunt. malim denſa. denſitas etiã incauſa eſt, vt flatus auxilio opus ſit. nam crebritas iuuat alioquin flammam, non impedit.

38 ἐπεὶ ὅ πλείω καὶ ἀεὶ ἅπτεται φέρηλα τὰ καυσὰ καὶ πυρωτὰ, διὰ τοῦτο καὶ αἱ δυνάμεις ἀφ' ἑαυτῶν ἔπεσι· καὶ οὐχ' ὕπερ ἅπτεσθαι δύναται καὶ ἅπτεσθαι ποιεῖ.

Digitized by Google

Sed quoniam plurima ſunt, eaque paſſim diſcrepantia, quæ vel cremari, vel ignescere queant; proinde eorum quoque poteſtates ſunt diſpares.

Hactenus & de natura ignis, & de generatione actum eſt. mox etiam de corruptione, & interitu diſputatum, excuſſeque non inutiles quæſtiones. modo quoniam ignis in ſubiecto eſt, eiuſque vis & actio à ſubiecto variatur, propterea & de iis agit, quæ cremantur, quæ καυστὰ vocat. hæc enim ſunt ignis ſubiecta materia: ſimulque declarat quæſtiones, quæ ad eadem aliquo modo referuntur. καυστὰ verò vocat, quæ cremantur. πυρωτὰ, quæ igniuntur quidem, & candeſcunt, non cremantur, qualia metalla ſunt. οἷον ὁ ἄνθραξ. dat exemplum in pruna ipſa, quæ propter ſoliditatem, ac denſitatem non ita lucet, quemadmodum flamma. hæc enim tenuis eſt, & ignita exhalatio. hæc autem minus lucet, quam lucernæ lumen, quippe quod purius eſt, & latius extenditur. in vniuerſum enim purius lumen, & terreno halitu minus participat, & plus lucet, quam quod impurum, & permiſtum eſt. αἰπροσίτον. adpoſita metaphora vocat terrenum iſtud, & aqueum, quod lucem turbat, & impedit. hoc in viridioribus lignis licet cernere. in quibus vix erumpit flamma, illaque multa exhalatione rubeſcens. Lux enim candida cum ſit nigris vaporib. permiſta, fit rubidior. doctè enim Ariſtoteles vt omnia in primo Meteoron: ὅλως δὲ ἐν τῷ μέλανι τὸ λευκὸν πολλὰς ποιεῖ ποικιλίας οἷον ἡ φλὸξ τῷ καπνῷ. hoc eſt, omnino autem in nigro candidum varietates multas facit, vt in fumo flamma. idem de ſtellis, quæ puniceæ apparent. αἱ χρῶπα τὰ ἄστρα καὶ δυόμενα, ἐὰν ἢ καῦμα καὶ δι' ἀτμοῦ φοινικᾶ φαίνεται. hoc eſt, orientia ſydera, & occidentia, ſi æſtus ſit & per fumum puniceа apparent. eadem de ſole, ac luna ratio. Sæpe enim ab exhalationibus colorantur rubore nonnunquam magis, nonnunquam minus ſaturo: vnde & ventorum & pluuiarum ſumuntur ſigna. de quibus in libro huius argumenti diſputatum eſt.

" ὅσης μὲν οὖν ἐν τοσαύτῃ ἀνωμαλίας, ἄλογον οὐδὲν καὶ θερμαίνειν ἔνια μᾶλλον καὶ ἧττον.

Cum ergo in his tanta varietas verſetur, non temerarium fuerit à nonnullis minus calidis quædam magis incaleſcere.

Optimè conſequitur quod proponit. Nam ſi in luce, & in flammæ corpore inæqualitas à materiæ permiſtione, abſurdum non eſt inæqualem eſſe, & efficientiam, & vim flammarum propter materiem vſtibilem, quam inurunt. καθάπερ ἡ τῆς καλάμου φλὸξ. fortè τῆς καλάμης, hoc eſt ſtipulæ. Sed & arundinem poteſt rectè dicere. atque illam præſertim, quæ paluſtris eſt plena foliis, hæc enim arefacta optimus eſt fomes, crematurque facilimè, ac celerrimè. porrò videtur locus eſſe mutilus, deſideraríque aliquid. puto itaque Theophraſtum ita ſcripſiſſe, vt nos exſcripſimus, quod & doctiſſimus Turnebus animaduertit. quod autem dicit nemo verum non experitur in ſtipulis, in ſarmentis, in cremiis, quæ & facilè igniuntur, & citò calefaciunt. Contrà atque ligna ſolidiora, quæ ſi tangas, calidiora longè ſenties ſtipulis flagrantibus, minus illa tamen excalefaciunt, ratio diuerſitatis non obſcura, quod ſcilicet in arida, tenuique materia, flamma tenuior & flagrantior, in ſolida craſſior, & hebetior. illa itaque magis penetrat, hæc minus; at calefactio penetratione conficitur. Cæterum quod ait aridioris materiæ non modo tenuem eſſe flammam, verum etiam denſiorem, reprehendet fortaſſe quiſpiam, quod in arida, raraque materia nequeat denſior eſſe flamma. atqui cum denſitas ſit in partium adhæſione, in aridaque materia nulla non cremabilis ſit portio, non poteſt inde non exurgere flamma denſior declaratum eſt id à Galeno in libro, quem in Lycum edidit. Nam in materia quæ vritur exhalationem fieri in partibus diſſitis, in quibus aeris portionem interceptam neceſſario conflagrare. magnamque differentiam eſſe, quod id magis minuſque accidat, ſed & interualla corporum, quæ ex ignita materia efferuntur, non omnibus flammis eſſe paria, quemadmodum nec ipſa exhalationis ſubſtantia, ſed illa diſcrepare magnitudine, paruitate, raritate, denſitate. poſtremo eo quod alia vri poſſunt tota, alia dimidia, & omninò alia magis cremari, minus alia. cum itaque hæcita diſcrepent, aerem, qui illa ſuſcipit nonnunquam magis, nonnunquam minus incaleſcere, ac propterea varietatem eſſe, ac differentiam non paucam in ipſa flamma. diſſimilitudinem enim miſtionis multiplices facere differentias. Hæc ille verè, & eruditè tradidit. συνεχὴς δὲ ὁ πυκνή. Continuitas partium denſitas eſt. Hæc in calefaciendo poteſt plurimum, quod vis vnita eſt. ὅλως δὲ αὐθράκων, repono lubentius ὅλως καὶ ἅμα πλείων ἡ ἐπιῤῥοὴ καὶ ἀθροωτέρα. tertia ratio, quod maior flamma ſurgat à cremiis, & confertim, id quod poteſt plurimum in calefaciendo. ἀλλ' ἄνθραξ μὲν ὁ στερεώτατος, φλὸξ δὲ ἡ λεπτοτάτη καὶ πυκνοτάτη. Si Carbones inuicem conferimus, ſolidiſſimos præponimus, ſi flammas tenuiſſimas & denſiſſimas. ad vrendum caliditas requiritur, ad calefaciendum tenuitas. in ſoliditate verò maior vis.

" καὶ γὰρ ἐν τῷ γεώδει καὶ στερεῷ πῦρ θερμότατον.

Ignis enim in ſolido & terreno calidiſſimus eſt.

Sic lego. notandum verò πῦρ θερμότατον, vt ſciamus ignis à materia vel in ipſis eſſentialibus differentiam. ἀλλ' ὑποστρόμου ὑπὸ θερμότητος. Turnebus legit πυκνότητος, quod non improbo. Sententia autem plana eſt. additur & alia ratio ἀπὸ σεισμοῦ ab ipſa flammæ trepidatione (ſic voco, quam vocat μεσαγλῶ) fit enim ab inſtabili flamma minor vſtio. Vnde & illud, quod ait de manibus, & de iis, qui in ſole ambulant, qui minus æſtuant, quàm qui ſedent, minimè autem qui currunt. quod & ab Ariſtotele

ſtotele traditum eſt, in extrema problematum ſectione ſexto problemate.

41 ἔχει δὲ καὶ πρὸς τὰς τήξεις καὶ πρὸς τὰς ἑψήσεις καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα μεγάλας ἕκαστον πρὸς τὰ ἐπιτήδεια διαφορὰς.

Magni autem refert, & ad liquandum, & ad coquendum, reliquaque generis eiuſdem, qualis quæque materia ſit.

Hactenus ſimpliciter à materia differentias exquirebat in calefactione. nunc in vſu culinæ, & multarum artiũ, quibus ignis inſtrumentum eſt. φλόγα μαλακὴν vocat, quæ non adeò vehemens eſt, qualis à nuce iuglande cum arida ſit. libro quinto de plantarum hiſtoria, & carbones μαλακοὺς vocat. πρὸς ἔνια γὰρ ζητοῦσι τοὺς μαλακούς. ibidem, φλόγα μαλακοπάτιλον, quæ ex ficu arida fuerit, omnino vero tota illa pars, in qua de carbonibus agit, ad hunc locum & interpretandum, & illuſtrandum adhibenda eſt. ἀπὸ δὲ τῶν σκληρῶν καὶ πυκνῶν στερεώτερον. tales eſſe tradidit carbones Ariæ, roboris, arbuti.

42 διὸ καὶ ἰατροὶ τοὺς ἥλους καίουσι τῷ οἴσῳ· μαλακωτάτη γὰρ ἡ ἀπὸ τούτου θερμότης.

Itaq; medici & vitice clauos adurunt, cuius calor molliſſimus eſt.

Quid ſit clauus, qui græcè ἧλος dicitur, declaratum eſt à medicinæ ſcriptoribus, eſt enim, vt ait Paulus Ægineta libro ſexto, τύλος περιφερὴς λευκὸς ὁμοιούμενος ἥλῳ κεφαλῇ. hoc eſt callus rotundus albus claui capitis ſimilis. inter eius remedia eſt combuſtio, ac præſertim, vbi ne renaſcatur ſuſpicio eſt, quò verò præſertim ligni genere veteres vrerent, an etiam ferro ignito, vt faciunt chirurgi hodie, non licuit hactenus obſeruare. τῇ οἴσου meminit Theophraſtus libro ſexto de Plantis, qua voce ſignificatur vimen, quo vtimur in colligando. ſi ſumamus hic pro vimine neſcio an ex viminibus flamma mollis. cum dicat Theophraſtus πασῶν δὲ ὀξυπάτη ἡ τῶν ὑλημάτων. Nam arida vimina poſſunt fortaſſe inter ὑλήματα recenſeri. Sunt enim ὑλήματα hoc in loco arida materies, vt frondium, & cremiorum. Sed ſi pro ſalicis genere, vt putant nõnulli, aut pro vitice, verum quidem erit flammam ex eo ligni genere mollem exſurgere. mirum verò erit aut ſalicem, aut viticem hac voce ſignificare, qua cum de iis ageret arboribus nunquam eſt vſus. in tertio de plantis meminit τῇ ἴσῳ fruticis, quem Theodorus æquum ſuo more tranſtulit. Videndum igitur an aut ibi legendum, aut hic ἴσῳ.

43 ὁμοίως δ' καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι κατὰ λόγον. ὥσπερ βιαιοτέρα ἡ χρῆσις, ὥσπερ ἡ χαλκευτική.

Sic aliæ artes pro rata portione. quarum enim adminiſtratio vehementioris eſt operis, velut ferrariorum ars, vaporem denſiſſimum deſiderant.

Artes quæq; vtuntur carbonibus vſui ſuo accommodatis. officinæ argentariæ ex robore, arbuſto, & aria argentum excoquunt. liquant verò carbonibus ex picea. aliæ verò vtuntur aliis. Lycus apud Galenum in libro quem contra illius errores ſcribit, aurifices palearum flamma aurum elaborare tradidit, quippe imbecillo igni opus eſſe, quandoquidem vehementiore liquatur, & effluit. Plinius libro decimo ſexto ab hac proximæ latifoliæ proceritas, ſed minus vtilis ædificiis atque carbone dotata, vitiis obnoxia eſt. quamobrem ſolida vtuntur carboni æratiorum tantum officinis compendio, quoniam deſinente flatu protinus emoriens ſæpius recoquitur, cætero plurimis ſcintillis. porrò cum de carbonibus ſermo ſit, non omittendum, quod eſt à Chymiſtis aliquot memoriæ proditum, carbones è iunipero tanta eſſe vi, vt annum integrum ignem ſeruent incorruptum.

44 καὶ σφόδρα γε στιπτοὺς ποιοῦσιν ἕνεκα τῆς ἰσχύος, καὶ ἐπὶ ταῖς φύσαις χρῶνται. σφοδρότερα γὰρ οὕτως ἡ θερμότης καὶ ἀθροωτέρα συνεκκαίοντος τοῦ πνεύματος.

Proinde carbones omnium denſiſſimos, terrenoſque maximè ſumunt, ac nonnullos quoque στιπτούς, id eſt ſtrictiuos reddunt. quo maior vis ſit, folleſque adhibent. Sic enim acrior calor eſt, plenior, præterea flatu accendente.

Feliciſſima coniectura correxit Adrianus Turnebus, quod prius legebatur πατοὺς, & erat Aſteriſco notatum in στιπτοὺς. Significat autem vox hęc carbones denſos, ſumpta, vt aiunt Suidas, & Ariſtophanis interpres, à veſtibus metaphora, quæ contextæ denſiores euadunt: aut duros, ac veluti conſtipatos, ἀπὸ τοῦ στίβειν, quod eſt πατεῖν. idem exiſtimat Ariſtophanes Acarnanibus in iis verſibus.

Ἀχαρνικοὶ στιπτοὶ χάρβωνες πελανοί
Ἀτρεκέμονες, μαραθυσμάχαι, σφενδάμνινοι.

Digitized by Google

ad Carbones allusisse, quo de Carbonariis senibus sermo sit, ac propterea illos & σκληνοὺς & σιπποὺς & σφενδαμνίους vocari. Ego duros homines intelligo, quales agrestes sunt, quos & durum genus & duro robore natos poetæ vocitant. nec video, cur à Carbonib. potius quã à lignis sic vocati sint ab Aristophane. quod si apud græcos communi grouerbio dicitur, σύνιμεν ὀπικουρία, hoc est ficulnea diligentia, de socordibus, atque desidibus, vt ait Suidas, non video, cur duri, & rustici homines aptissimè, & ligni, & querni, & Acerni nõ potuerint à facetissimo poeta nũcupari. adde propriũ nõ esse Carbonũ epithetũ σιπποῦς. Sed cuiusuis rei densæ & constipatæ. Sophocles. σιπποῦ φυλακὴς ὡς ἐν αὐλίζοντι τῷ, &c.

47 ἐν τούτῳ δὴ οὖν τῷ γε καὶ ἐκεῖνο ὃ ἀπορεύμενον, ἅμα τι ὁ μὲν ἥλιος μελαίνει τὰ σάρκα, τὸ δὲ πῦρ οὔ.

In quo & illa quoque quæstio soluitur, quid sit, quod sol carnem coloret, ignis non coloret.

Quæstionem soluit, quam proposuit ex Hypothesibus, quæ hactenus declaratæ sunt, eadem verò docet, & Aristoteles in extrema problematum sectione. μαλακὴν θερμότητα. mollem calorem solis vocat, quòd calor ille in aere excipiatur, qui alioquin & tenuis est, & humidus, ac propterea non potest non esse blandior, vel in æstibus. ignis calor acrior est, & crassior propter terream materiam, quamobrem ille facilius penetrat, nec animaduersus cutim denigrat; hic crassior cum sit, ruborem quidem excitat, antequam autem denigret vret potius, vstam vero partem nigram reddit, sed non sine continuitatis solutione, aut partis læsione: φωκὰς vocat maculas, quæ ex nimia ignis propinquitate contrahuntur. fortè etiam & pustulas in ambustis, quod magis verum existimo. eadem Iulio Polluci libro septimo dicuntur φῶδες. ait enim φῶδες δὲ καὶ ἀπὸ τῆς φλογὸς φλύκταιναι, καὶ φλυκτίδες & φαύσιγγες. Aristophanes πλούτῳ. σὺ γὰρ ἂν ποείσαι, τὴ δικαίῳ ἀγαθὸν πλὴν φώδων ὀκ βαλαντίῳ. Galenus in linguis φῶδας, siue φωίδας, φαύσιγγας interpretatur, esseque ait Erotianus τὰ ὀκ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ὀκ ψύχους ὠ τῷ πυεὶ καθίσουσι φρογγύλα ὀπφλογίσματα.

Vtitur autem hac voce Hippocrates in ægrotis præsagis prænotionibus, & in secundo de morbis.

48 οὐδὲν γὰρ μέλαν ἄνευ ὑγρότητος, ἀλλ' ὅπου ἐκαύθη, πάντα λευκὰ καὶ τεφρώδη, καθάπερ καὶ τὰ ὀστᾶ.

Nihil enim absque humore nigricat, quo vsto & deflagrato, alba efficiuntur omnia & cineritia, quemadmodum & ossa.

Niger color fit, vt est in libro de coloribus; quando in corpore misto aer & aqua comburuntur. & ideò quæ comburuntur nigra fiunt, vt ligna, & carbones extincto igne, verum in iis, quæ ab ignis combustione sunt nigra. non omne humidum absumptum est, siue aqueum, siue aerium. Nam si omninò absumatur, non sunt amplius nigra, quæ combusta sunt, sed alba. in libro de coloribus: ἡ πίφεξ ἐκκαυθεῖσα τῷ τῶν βαφρῶν πεπυκνωμένος ὑγροῦ λευκὴ γίνεται, ἡ παντελῶς δὲ διὰ τὸ κατανῷ βεβαῦσθαι μέλαινα ἐστί. Cinis combusto humido, quod nigrorem faciebat, albus est, non omninò autem, quod à fumo, qui niger est, denigratur. quod ad ossa pertinet, videndum an illa candida sint propter humoris priuationem. Certè enim & liuescunt in fracturis, & denigrãtur syderata. vsta verò & in cinerem redacta, cineris colorem accipiunt.

49 Τὸ δ' ὅτι τὸ κεράμου λεγόμενον, ὅτι αὐτῷ μελαίνῃ τὸ πῦρ τὴν σάρκα μὴ μελαῖνον, ἢ οὐκ ἀληθὲς, ἢ οὐχ ὅμοιον. μίξῃ γάρ τινι μελαίνῃ τὴν ἀσθολον καὶ ὃν καπνὸν ἀναφέρων, ὥσπερ καὶ τὰ ξύλα καὶ ὃν κέραμον καὶ τοὺς τοίχους.

Quod autem defictilibus fertur, ea nigrescere igni, carnem non nigrescere, aut verum non est, aut dissimile. nam admixtione aliqua infuscat, fuliginem & fumum offundens, quemadmodum & ligna, & fictilia & parietes.

In extrema sectione problematum; τὸ δὲ πῦρ τὸν κέραμον αἰσθητικὸν ἢ ἀναφέρει ἀσθολήν. τοῦτο δέ ἐστι λεπτῆς μαίνης. ignis autem fictile replet, obducitque fuligine, quæ fauilla prætenui, dum carbones franguntur, contrahitur. eadem & in libro de coloribus sententia, quod ad grauitatem halitus, quæ à carbonibus exhalat, & sensu id compertum est, & à Galeno traditum libro quinto de vsu partium, & libro de vsu respirationis. recens extinctos carbones aliquando spiritum occludere & suffocare. Aristoteles in libro de sensu: ὑπὸ τῆς ἀπὸ ἀνθράκων ἀτμίδος καὶ ἐκλείπουσι καὶ φθείρονται πολλάκις, hoc est, homines ab exhalatione carbonum capite grauantur, & sæpe intereunt. significauit id & Lucretius libro sexto:

Carbonumque grauis vis atque Odor insinuatur
Quam facilè in cerebrum nisi aquam præcepimus ante.

Cur autem carbonum odor & halitus adeò grauis sit cerebro, vt & dolores faciat capitis, non obscurum est meo iudicio, siquidem terreus cum sit, & mordax, non potest non nimium lædere, aggrauat igitur terrea grauitate cerebrum, mordacitate verò vellicat, vnde dolor plerunque capitis iis præsertim, qui rariore sunt caluaria, & cerebro imbecillo. mordacitas autem inest carbonib.

abvstio-

Digitized by Google

ab vstione, & calore, & à fumis retentis. Cassius medicus in libro problematum aliam causam reddidit. Nam carbones propterea dolores capitis inducere, quod calorem habent, qui cerebrum exsiccat, & densat. Verum cum iubeat carbones ne id eueniat, extingui vino, nolens concedit illos crassitie lædere, quam vinum tollit attenuando, prætérquàm quod prohibet, ne fumos retineat rarefactis meatibus, per quos transpirent.

[48] ἐαὶ δὲ ὅλως ἐν ἑτέροις γένεσι τεθῇ θερμὸν οἷον ὑγρῷ καὶ ξηρῷ, πλείων ἔτι γίνεται διαφορά. πολλὰ γὰρ οὐ δύναται ποιῆσαι ἑκάτερον, ὧν θάτερον οὐκ ἀσθενέστερον ἔχει δοκεῖ θερμόν.

Quod si in aliis generibus calor versetur in materia, verbi gratia humida vel sicca, maius quoque ex eo discrimen extiterit. nam multa calor vterque efficere non potest, non imbecillior alioquin, quæ tamen alteruter potest.

Hactenus differentias ignis à materiæ diuersitate conquirebat, obiiciebatque quæstionem illam explicauit, qua quæritur, cur sol denigret hominum corpora, non autem ignis. modò caloris quærit differentias, siue in igne sit, siue alibi, & in eodem penè gradu, vt in aqua feruida. οἷον τὸ ὕδωρ ζέον. Aristoteles in secundo de animalium partibus idem tradidit: Καὶ πάλιν καίει μὲν μᾶλλον τὸ καθ' αὑτὸ θερμὸν οἷον τὸ φλὸξ ἢ ὕδατος ζέοντος, θερμαίνει δὲ κατὰ πλεῖον ἁφὴν τὸ ζέον μᾶλλον, τὸ κατὰ συμβεβηκὸς θερμόν. hoc est, & rursus magis quidem vrit, quòd per se calidum est, vt flamma, quàm aqua feruida, hæc autem ex accidenti calida calefacit magis secundum tactum. aqua enim feruens igneam habens qualitatem propter feruorem calidior quidem sentitur, non tamen vrit vt ignis. ignis enim calidior & per se. aquæ autem, vt ne vrat, obstat humiditas, & propria substantia. longè simplicius locutus est in XXIII. sectione. cur aqua calidior aliquando reddita, quàm ignis non magis vrit ligna. flamma vero vrit. hic non de vstione loquitur, sed de liquatione, eadem tamen vtrobique ratio, quod ignis tenuior est, faciliusque penetrat illa, quæ cremantur aut liquefiunt. aqua vero crassarum est partium, neque potest per meatus introgredi. sed & alia ad hanc quæstionem affertur ratio, quod liquefactio non potest nisi à calido sicco fieri, hoc est ab igne. concretio enim à frigido est, & quæ à frigido concrescunt, igne liquefiunt, vt est in quarto Meteorolog.

[49] Καὶ πάλιν ὁ πῦρ οὐ δύναται κατὰ μικρὸν ἐξάγειν τὸ ὑγρὸν, οὐδὲ εἰσιέναι καὶ παχύνειν, ἀλλὰ διὰ τὴν ξηρότητα πυκνοῖ τοὺς ἔξω πόρους δείκνυσι ὥσπερ τὰ ὠά.

Rursum ignis humorem paulatim educere nō potest, neque inire & crassum reddere, sed propter siccitatem externis omnibus foraminibus densatis, tanquam oua reddit.

Ignis non potest per se facere, quod aut cum humido, aut calor absolute humidus. quippe siue naturalia, siue artificiosa inspicimus, longè alia ignis vis est, quam vt possit sensim maturare, ac emollire. elixatio fit quidem ab igne. Sed cum humido humoris extractione hanc ignis siccus nequit conficere, cuius propria est assatio, in qua extima quidem assata vstulantur. humor autem ab intimis partibus non educitur. coctio à calore fit humido, ac blando, siue illa sit, quàm Aristoteles vocat πέψιν: siue quæ τῆσις absolutè. ille enim paulatim æquat humidum, conficit, & coquit, concoctum verò reddit crassius. quod & superfluum humidum educitur à calore. & coctio omnis incrassatione fit, vt vulgo iactatum est. ad hæc calidum, & humidum concoquit, & emollit. quod norunt præsertim medici in medicamentis, quæ & emolliunt, & suppurant. quid plura? aqua calida, de qua sermo paulo antè fuit, laxat, lenit, emollit, concoquit. de qua in libro de humidorum vsu. sic Hippocrates: πυρίη τοῦ σώματος ἅπαντος ἢ μέρεος δέρματος σκληροῦ χάλασις σωπεομένου χάλασις, νεύρων, σαρκῶν ὀκχέωσις. hoc est, fomentum ex aqua calida, aut totius corporis, aut partis alicuius cutim duram emollit, tensam laxat, neruos & carnes humectat. Hæc cum ita sint, hæc sententia non eget alia explicatione. quod vero ait: ἀλλὰ διὰ τὴν ξηρότητα πυκνοῖ. assationem intelligit, de qua & inferius sermo est, & in quarto Meteoron copiosè disputatum. ὥσπερ τὰ ὠά. Quorum exemplum cur attulerit non adeò mihi planè constat, nisi quod assata oua extimis partibus benè densatis ab ignis calore penitiores partes habent malè coctas. præterea in assatis ouis inæqualitas coctionis. contrà in iis, quæ in aqua calida elixantur.

[50] διὰ τοῦτο καὶ ὅταν ᾖ ξηρὸς ὁ ἀὴρ ἡ καταφλῇ τὰ ὀπωρικά, ἢ ὅπου φύσει τοιοῦτος, ἀεὶ τοῦτο συμβαίνει.

Quamobrem cum exsiccatus aer est fructus carbunculat, & vbicunque terrarum est eius generis, istud semper euenit.

Vitium id fructuum videtur appellasse κάμμον, in quinto de plantarum causis. fit autem ὅταν ἐπιούσης ὑγρότητος μετὰ τὰς φλογώσεις ὑπικαύσει σφοδρότερον ὁ ἥλιος. hoc est, quando humorem, qui subest in fructibus post pluuias, sol vehementius inusserit, libro decimo octauo cap. 28. Plinius nisi

Digitized by Google

fallor vocat carbunculum. Patiuntur hunc morbum frequenter vuæ ſub canicula, vt quodam vredinis carbone exuſtæ. πλὴν ἰαῦμὴ τὸ ὕδατος. aeris vredinem corrigit aliquando ſolis humiditas, & rores matutini. ſed hi in æſtuoſo aere non temerè cadunt, ſed in conuallibus, & vmbroſis. εἰς μὲν οὖν τὰ ζῳοῦντα χρήσιμον πῦρ. delendum τὸ πῦρ. quod infra ſequatur, τὸ θερμὸν εἰς δὲ τὰς τήξεις τὸ ὑγρὸν ἀχρεῖον. ſupra declaratæ ſunt caloris vires in humida materia: Nunc eiuſdem explicantur vires in ſicca. quæ verò ait de iis, quæ liquefiunt, & per ſe plana ſunt, & in quarto Meteoron explicata.

[13] Ἀλλὰ δὲ τοῦθ' ἡ ξηρὰ θερμότης ἁρμόττει πρὸς τὰς τήξεις, καὶ αὕτη λαμβάνουσα τινὰ συμμετρίαν.

Sic legendum. malè enim in excuſis codicibus legebatur ἀσυμμετρίαν.

[14] τινὰ δὲ τοσαύτης δεῖται θερμότητος ἢ ὁσὴ λεπτοτέρῳ γίνεται τοῦ ὕδατος, ὥσπερ τὰ λίνα, καὶ οἱ ῥῆμονες οἱ ἐψημμένοι.

Nonnulla tanto egent calore, quantus tenuiore gignitur aquæ portione, velut retia, & licia, quæ coquuntur.

Res omnes, quæ coquuntur, elixantur, liquefiunt, calorem habeant neceſſe eſt ſibi commoderatum. quamobrem ſolent mulieres licia paulum ab ahænis ſuſpendere, & ex his præſertim tenuiora, vt non feruentis aquæ calore, ſed vapore proximo molleſcant, & incoquantur: quoniam autem adeò proximus vapor eſt, vt ſecum humoris non parum deferat, propterea dixit ἐγκαταμιγνυμένης ἅμα τῆς ἰκμάδος. hoc eſt, cum ſimul & humiditas commiſceatur.

[15] ἔνια δὴ τῶν βρωτῶν οὕτως ἐψεται ἁλῶναι φεύγειν βουλόμενα τὸ ὑγρόν. ὅθεν οὐ κακῶς κεῖται τοὔνομα τὸ πνίγειν.

Nonnulla etiam eſculenta ſic coquuntur, quæ humorem auent effugere. proinde non male ſuffocationis nomen impoſitum eſt.

Ad culinariam hæc pertinent, in qua cum multi ſint modi parandorum obſoniorum, inter aſſationem, & elixationem medius quidam hic modus eſt. aſſatio enim calore fit ſicco: elixatio calore in humido. genus id tertium calore ab humido extracto in vaporem. (humidum intelligo aquam, aut ius) ideò & τρίτῳ ἑψήσει vocauit. eſt & alius quartus modus, quo ab igne vaporem eductum adhibent ad coctionem. Nam ad prunas ponunt ollas cum carnibus benè obturatas, in quibus ſolo coquuntur vapore. Verum in his, quod pinguedo liquefit, ac perinde videtur eſſe, atque oleum in ſartagine, frixio videatur eſſe potius, quàm aliud cocturæ genus. poma verò, & alia, quæ neque adipata ſunt, neque pinguia facilimè vapore ſolo coquuntur. modus vero ille, cuius Galenus meminit de ouis ſuffocatis, ad tertium eſt referendus, etſi paulo diuerſior eſt, ille verò valde ſimilis, quo vtuntur deſtillatores in Balneo Mariæ vocato.

[16] πλεῖον ἐκεῖνο μὲν μεγνυμένου πως τοῦ πυρός.

diuerſitatem affert huius tertii receſſus à ſecundo, nam in feruenti aqua aliquo modo ignis eſt, quod aqua adeò vehementer ferueat, vt etiam manifeſte vrat, calidiorque ſentiatur igne, in vapore verò, qui ab aqua ducitur, ſolus calor exhalat ab humido.

[17] Ἡ δὲ τοῖς ἐμψύχοις σώμασιν ὑπάρχουσα θερμότης, πλείοσι μεγνυμένη, καὶ ζῳοτικωτέρα, οἱονεὶ ζῶσα, καὶ γόνιμος, ἤδη γίνεται τῶν ὁμοίων.

Sed calor, qui in corporibus animatis ineſt pluribus admixtus, & peculiari quodam modo temperatus, viuax, & genitalis ad procreationem ſimilium redditur.

Obiter & quaſi per corollaria, vt vocant, deſcendit & ad calorem animatorum. cum enim de calore tàm ſicco, quàm humido loqueretur, proximeque de humido, animantium verò calor & ſtirpium humidus ſit, non iniuria & huius meminit. optime autem ἡ ὑπάρχουσα θερμότης. quod & σύμφυτος & ἔμφυτος appelletur. eſt autem pluribus admixtus calor & peculiari modo, tum quod in elementis confuſis inuicem, tùm quod ex cæleſtis corporis diuina vi. Nam optimè elemento ſtellarum collatus eſt in ſecundo de Generatione animalium. reſidet verò ille in corde, aut in illo, quod huic pro portione reſpondet. eſtque animæ inſtrumentum. quamobrem optimè & ζῶσα & γόνιμος. quorum alterum ad ipſam animalis, aut plantæ vitam, & conſeruationem pertinet; alterum ad propagationis æternitatem, & optimè τῶν ὁμοίων. quòd quæ diſſimilia ſuæ ſpeciei gignuntur præter naturæ inſtitutum videntur eſſe. homo enim hominem generat, bos bouem, nux nucem. Ἐπὶ δὲ δεύτερα ταύτης ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. in ſecundo phyſicorum, ſol & homo generant hominem. Solis enim calor genitabilis, & diuinus eſt, aeri quidem ille lumine, ac motu communicatus, animalium, ac plantarum non obſcurus auctor. eſt autem blandior, ac lenior, quàm vt vrat, & abſumat, quod ignis eſt proprium; adeò vt quæ etiam vehementer excalefacit, non vrat nihilo ſecius. quod oſtendit in ſeminibus Babylonis.

[18] Ἐκ

16 ἐκ τούτης δὲ πῶς τῆς αἰτίας καὶ ἐκεῖνο λύεται ὃ ἀπόρημα, ἀφ' ἡ ποτε ἡμῶν χαλκία τήκει τὰ νομίσματα, ὃ δὲ ὕδωρ ζέον θερμότερον οὐ τήκει.

Ex hac ferè causa illa etiam soluitur quæstio, quid sit; quòd venter nummos liquare possit, aqua feruens ventre calidior non possit?

Eadem quæstio & in problematum sectione vigesima quarta. quæ verò sint animalia, quorum venter nummos concoquit, quærendum est. vulgò id fertur de struthiocamelo, quem lapides etiam concoquere scribit Ælianus libr. 14. de Animalibus. Aristophanes id de Gallinaceo prodidit.

Ἀλεκτρυόνος μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν
Ταχὺ χωνεύουσαν ἡ ὡς λίθον.

Constat & circulatores, & fures nummos vorare, quos cum fecibus egestos leuiores ferunt redditos, aliqua portione liquefacta.

17 ὁ δὲ ἐν τῇ Ἄσσῳ λίθος, ἐξ οὗ τὰς σορὰς ποιοῦσι, καὶ ὅτῳ ἄλλοθι ποιοῦσιν ἀφανίζει πάντα, καὶ ἐν ἑαυτῷ τέφραν ποιεῖ.

Qui autem lapis apud Assum eruitur, ex quo loculos faciunt, & vbicunq; terrarum talis lapis est, perpetua corpora consumit, & in cineres redigit.

Lapidem Assium intelligit, qui salsus est sapore, partium verò tenuitate ad liquandum humidiores carnes mirè efficax. idem podagricis mirè prodest. digerit enim & exsiccat sine acrimonia, aut mordacitate, & præsertim puluis, qui in eo efflorescit. Dioscorides σπυκλῶ vim illi tribuit, qua scilicet corrodit, & corrumpit mortuorum corpora, ex illo enim faciebant sepulchra, quæ propterea & σαρκοφάγους appellabant, quod & hic significat ἐξ οὗ τὰς σορὰς ποιοῦσι. Dioscorides καὶ σοροὶ σαρκοφάγοι γίνονται. Plinius libr. trigesimo sexto cap. 6. in Asso Troadis sarcofagus lapis fissili vena scinditur. corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem exceptis dentibus. quod itaque tenuissimarum partium hic lapis sit, & temperamento calidus, exploratum est. Nam & salsus sapor calorem arguit. effecta verò, & tenuitatem demonstrant, & calorem. quem insignem esse necesse est, si putrefacit. quæ enim putrefaciunt in quarto caliditatis excessu à Galeno reponuntur. de hoc autem putrefacientium genere quæ dicit libro septimo simplicium medicamentorum, non ab re erit hic apponere. loquitur autem de cedria, cuius cum attu lisset temperamentum, subdit. mollem itaque carnem promptè, & sine dolore putrefacit, sicut alia omnia, quæ cum eiusdem sint in calefaciendo ordinis, adiunctam etiam habent substantiæ tenuitatem, ac in duris plusculo tempore, & vix effectum potest consequi. porrò talia omnia medicamenta vocantur, σηπτικὰ & σηπτά. sed inter se maioris, minorisque ratione differunt. est autem in hoc genere medicamentorum ex primo, & infirmissimo ordine cedria. pleraque enim illorum valdè efficacia sunt. talia itaque & mortuorum carnes corrumpunt. at cedria exsiccat, simulque à corruptione tuetur defunctorum corpora Hactenus Galenus de hoc rerum septicarum genere, inter quas lapis assius est. vt non obscura sit eius efficientia, & vis, curque ignis vrat, quæ cremantur, ex cuius combustione reliquiæ quædam supersunt, lapis verò ille ita corrumpat, & putrefaciat, vt in omnes vndique partes penetrans minutim colliquet, & tabefaciat, vt penè nihil fiat reliqui. ignis enim calore vrit, donec sit humidum, quod cremari potest. lapis vero non modò calore agit, sed acrimonia, salsedine, partium tenuitate, ac postremò vi illa putrefaciente. atque ille quidem exiguo temporis interuallo, sic intra quadraginta dies, vt ait Plinius, τὸ δὲ θερμότερον τοῦ διαιρεῖν ἰσχύει καὶ εἰς λεπτά. calidioris, & tenuioris comparatio est. calidius enim citiùs diuidit propter summam caliditatem, tenuius in minutas, ac tenues partes propter tenuitatem, illud facit ignis, qui calore excedit, hoc verò lapis. qui tenuitate nihil. minus tamen, & calore. verùm, vt dixi, actio lapidis ad secundas, & tertias qualitates est referenda potius, quàm ad primas, licet à primis illæ dependeant, ac propterea forte comparatio non vsquequaque conuenit ignis, & lapidis. quod de aere dicit, qui in sepulchris est, magis est meo iudicio controuersum. nam defunctorum corpora putrescunt. putredo verò est interni calidi ab externo corruptio. extremus calor est aeris ambientis. Dubium igitur non est, quin à sepulchralis illius aeris calore putredo contingat. sed id non in sepulchris modò, vbi clauditur aer, sed vbique potest contingere, vel etiam in apertis locis. an id in clausis magis, & citius contingit, quod ibi nulla datur transpiratio. putredo verò à transpiratione impedita fit, vt Galenus docuit. illud etiam habet controuersiam, si aer ille sepulchrorum crassus est, & corporatus, ac propterea magis calidus, quo modo tenuitatem corrumpit, an collatio est aeris ratione sui, nec vetat illum, qui in sepulchris est, licet crassiusculum, ac densum, tenuem tamen esse in penetrandis cadaueribus, quæ putrefiunt. deinde vtut sit, non potest tamen non esse lapide tenuior. sed dicat aliquis, lapis tenuitate vincebat ignem, modò aer tenuitate vincit lapidem. igitur lapis ille sepulchrorum igne tenuior. absurdum id videatur sine dubio verùm non est, vt quis putet, aut lapidem igne tenuiorem esse, aut crassum illum, & tenebricosum sepulchrorum aerem: sed horum actio ita consideratur, vt quoniam ignis citissima actio est, calori referatur accepta; & quoniam lapidis longè tardior, minutior tamen (vt ita dicam) tenuitati adscri-

Digitized by Google

batur, aeris verò clausi quoniam serior est effectio, quàm lapidis. propterea hæc etiam magis ad tenuitatem, quàm ad calorem referatur. hac ratione potest intelligi, quod ait calorem lapidis imbecilliorem esse ignis calore, tenuiorē tamē, eundemq; calore aeris vehementiorē, minus tamē tenuem, effectionis enim, vt dixi, habetur ratio, cuius causa fit tenuitatis & caliditatis comparatio. adde lapidem, vt dictum est, non calore tantùm & tenuitate agere, sed & aliis qualitatibus, quas habet, vt qui ex elementis mixtus est, ignis enim, & aer simplicia sunt corpora. καὶ ὁ αὐτῷ πέφυκεν ποιεῖ. vocatur cinis hic flos lapidis alsii, vt Galenus tradit. σημεῖον δὲ γίνεσθαι κονίαν ἐξ αὐτοῦ. argumentum caloris ex eo sumit Theophrastus, quod ex lapide illo calx fit, si tamen κονία pro calce sumenda est. Turnebus non exprimit sententiam. imo ne adsequitur quidem quod enim istud lapis natiuo calore efficiat, argumento est calx, quæ ex eo fit. quod id non dicat Theophrastus, perspicuum est, dixisset enim ἡ ἐξ αὐτοῦ γινομένη κονία, neque à calcis qualitate sumit argumentum, sed ab eo quod fiat. atqui si caloris lapidum sumitur argumentum ab eo, quod ex his fiat calx. nullum penè saxum non etit calidum. κονία igitur non est hic sumenda pro calce, sed aut pro flore illo, quem supra τέφραν appellauit, aut pro lixiuio potius, in lixiuio enim manifestus calor est, & illa, ex quibus lixiuium fit, sine dubio calida sunt, prout autem, aut magis, aut minus sint calida, & lixiuium & magis, & minus est, nunquam tamen non calidum. ὡς ἔνιοι ψυχρούσθαι καὶ καυματοποιεῖσθαι. dictum est id in problematum sectione vigesima quinta, vbi quæritur: cur in ponto, & frigus maximum & æstus. διὰ πλῶ αὐτλῶ πᾶσαν. eorum, quæ elixantur, quæcunque crassiora & viscidiora sunt, calidiora sentiuntur, tùm quod calorem continent, neque adeò exhalant facilè. tum quod magis sentitur calor in crassa materia, quàm in tenui. ὃ δ' ἔχον πυκνότητα. superioris propositionis ratio. in Maza, quæ ex polline farinæ fit, & lacte, adeò durat calor, vt vix vel insufflando possit aliquis degustare.

ιη Τῶν δὲ φλογὸς λευκότατον ἀεὶ καὶ καθαρώτατον ὃ μέσον, ὃ δὲ κάτω καὶ ὃ ἔσχατον ἐρυθρὸν, καὶ μελαίνεσθαι μᾶλλον.

Omnis autem flammæ candidissima, & liquidissima est media, ima, & extrema, rubescit magis & infuscatur.

Cum de natura ignis, ortu, interitu, materiaque ipsa eiusque differentiis disputasset: Nunc & accidentia quædā persequitur, quæ sigillatim declarat. Nā ignis, aut in pruna est, aut in flāma. in flāma autem ipsa magis, imo ipsa flāma. igitur declarat, quid sit, quod hæc in medio sincera sit, in ipso principio & in fine nigricet à fumis, & caliginoso halitu. Nigror verò splendori commistus ruborem creat, vt antea dictum est. ἐμφαίνεσθαι. lego lubentius ἐμφαίνεται· τὸ μὲν δὸ πρὸς αὐτῇ μύξῃ. hic etiam malim πρὸς τῇ μύξῃ. optimè verò Turnebus ita restituit, cum anteà legeretur μίξει. est autem μυξα ellychnii pars, quæ prominet in lucerna. Vnde & lucernas πολυμύξους, πολυμύξους vocarunt veteres, & est epigramma.

Τοὔνεκεν ἡ πιστὰ καλλιτέκνου εἴκοσι μύξαις
Γλαύκιον ἡ κεντίου λύχνον ἔθηκε θεῷ.

hoc est, propterea fidelis Crinæ filiæ donum Deo posuit lucernam viginti naribus diuitem. malè autem in Suidæ codice, vbi hoc extat epigramma legebatur μιλησιοπικά. est & Distichon Martialis in Apophoretis.

Illustrem cum tot a meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos una lucerna vocor.

ιθ εἰς δὲ τὸ ἄκρον οἷς πυρρὸν γίνεται, καταλήγοντος ἤδη καὶ ἅμα περιλαμβάνοντος τὸν ἀέρος.

Summo autem colluuies quædam petit desinente iam igni, & simul ineunte in confinio aere.

Sententia est: summam flammam propterea puram non esse, quòd eò confluxus sit non ipsius flammæ modò, verùm & fumorum, & caliginis, à quibus inquinatur flammæ puritas. καταλήγοντος ἤδη. aut ponendum τῷ πυρὸς aut subaudiendum. aer autem excipit ignem. Nam huius extremum illius finibus terminatur. ac propterea, qua communis est vtriusque terminus, mirum non est fumos flammam inficere, quod clarius probat inferius.

κ Τάχα δὲ κἀκεῖνο οὐ κακῶς, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἀληθέστερον, ὡς οὔτε ἡ γίνεται, οὔπω ὄντι, οὔτε ἡ φθείρεται ὁμοίου ὄντος.

Fortasse ne illud quidem ab re dicetur, imò & vetius, neque dum, qua gignitur, similem esse, neque iam, qua interit.

Alteram affert rationem. nempè enim media flamma vera flamma est. Nam qua oritur nondum perfecta est, qua desinit, & interit, non debet illius quæ viget esse similis. iure igitur media pura est summa, & ima impura. corrumpi autem dicit ab aere, propterea quod extrema illa flamma transit in aerem. est enim iugis flammæ generatio, & iugis interitus, vt dicebamus. in-

Digitized by Google

mus. interitus autem à contrario, & à contiguo. talis autem aer est. διὸ καὶ ταύτην μὴ ὁρᾶσθαι. corruptum locum existimo, delendamque negationem. Nam aut omnino fallor, aut alia non est Theophrasti sententia, quàm hæc, mediam ignis partem rectè prospici, atque discerni. Nam extremam impediri, tum quod in acumen fastigiatur, tùm etiam, quod agitatur, ac trepidat.

"Ἀπορεῖται δὲ τοῦτο, διὰ τί ποτε τῆς μὲν φλογὸς τὸ σχῆμα πυραμοειδὲς ἐστί.

Illud autem ambigitur, quamobrem sit flammæ figura metæ similis.

De puritate, ac impuritate flammæ cum superius locutus esset, modò figuræ causam aperit. porrò de elementorum figuris, atque ipsius ignis, quem ex pyramide constare Plato censuit, longa est in Timæo disputatio in tertio de cœlo ab Aristotele confutata. illos igitur libros adeat oportet, qui accuratiores disceptationes desiderat, nos de flammæ figura loquimur, quæ semper in metę formam est acuminata, cuius & causam exquirit hic Philosoph. καὶ φησὶ Δημόκριτος. Democrit⁹ ex Atomis constare omnia opinabatur: figuramque flammæ in pyramidem propterea desinere, quòd aliæ Atomi refrigerent, ipsam magis, magisque. Quamobrem contractam illam propter contraria in acutum desinere. alii verò opinabantur aerem motu suo secare, atque dissicere. continuè enim agitare. flammam autem summam non posse resistere, ac propterea circumcisam paulatim acui. Vtramque sententiam refutat non obscuris sanè verbis, si corrupta non essent, quibus tamen mederi posse censeo, si voces has ἀπ' οὐ θᾶττον ψύξει, transpositas, (vt opinor) in locum restituamus suum. Hoc est post πνεύματος κίνησιν. Nam illuc vsque sententiam veterum illorum physicorum recitat. mox incipit refutare Democritum negando refrictione posse flammam acuminari. ἀπ' οὐ θᾶττον ψύξει. statim autem affert & causam, sed verba mendis scatent turpissimis. Turnebus ita censuit emendanda εἰ γὰρ τῷ θᾶττον ψύχειν, ἀεὶ ἔσται ὡσαύτως γίνεσθαι. nescio quid viro doctissimo in mentem venerit. Nam si ita dicat Theophrastus, respondebit Democritus eodem modo semper fieri, & nunquam flammam non desinere in pyramidem, sic esset ratio satis inepta. ego quando veterum exemplarium copia non est, & solis coniecturis res agitur, sic scripsisse Theophrastum arbitror, εἰ γὰρ τῷ θᾶττον ψύχειν ἰσάνει ἔσται ἀεὶ ὡσαύτως γίνεσθαι. cuius Scripturæ vestigia sunt in excuso codice. sic autem sententia plana est. Nam confirmat ratione, quod dixit: siquidem, si propter refrictionem acueretur flamma, stare illam oporteret. frigus enim & compingit, & motum impedit. præterea quoniam non eadem refrictio est ab Atomis, quæ flammã ambiunt, oporteret & figuram non eodem constare modo, atqui & cietur flamma motu, & eodem sese habet modo in figura. falsa igitur est Democriti sententia.

"Γελοῖα δὲ ὅλως ἡ τύπωσις, ἡ τῆς προσπίπτοντος ἀέρος κίνησις. ὑφ' αὑτοῦ δὲ κινεῖται ὁ πῦρ, καὶ μᾶλλον κινεῖ ὅτι ἀέρα ἢ ὑπ' ἐκείνου κινεῖται τοῦ ὄμβρου.

Verumtamen ridicula planè est ita aeris incurrentis impulsio. Nam ignis suomet mouetur impulsu, aeremque potius mouet, quàm ab eo mouetur repellendo.

Refutat alteram sententiam. prima ratio ὕπωσις est, quod non mouet aer flammam, sed mouetur, ac pellitur ab ipsa, quæ per se motu agitatur: altera ratio est ἀντιπαράστασις. q̃ nonnulli vocant obsistentiã. nam vt concedatur ab aeris motu flammã acutã formam accipere, tamen cũ immobilis est in statu illo, quem dicimus ἄπνοιαν Theophrastus in vniuersum εὐθεῖαν vocat, oportet alia figura esse præditam, atqui semper eadem est figura flammæ. sequitur igitur malè opinatos veteres illos philosophos ἐπὶ δὲ ἄθροος ὁ ἀφανισμός. dissectionem illam absurdam dicit, confirmando superiores rationes, si hæc autem vera esset, oportuisse maiorem fieri ventis spirantibus, nunc autem tantùm abesse, vt flantibus ventis acuta flamma sit, vt silentibus sit acutior, propterea quod ventus acuminatam alioquin flammam refringit, & dissipat.

"εἰ δὲ τὸ φορᾷ πινὶ καὶ ῥύσει ὁ πῦρ, ἀεὶ δὲ τῶν ῥεόντων εἰς ἔλαττον ἡ ἀποτελεύτησις· μὴ γινομένης ἄλλοθεν ἐπιῤῥοῆς, ἀναγκαῖον εἰς ὀξὺ στενὸν τόπον λήγοντα, καὶ τὸ συνεχὲς, λήγειν ποιοῦντα μᾶλλον. ὥστε τοῦτο αἰεί καὶ τῆς φλογὸς αἴτιον εἰς ὀξὺ σχηματισμόν.

Sed cum semper agitetur, & fluat ignis, fluentia autem subinde in minus desinant, nisi aliunde quid affluat, necesse profectò fuerit, eum longius porrectum continuationemque seruantem tandem coarctari, atque ista sanè fuerit in figura flammæ causa.

Cum suprà Democriti, aliorumque sententiam refutasset, modò affert ipse quæstionis responsionem. probat autem ex Hypothesi. Nam si flamma ferri & fluere dicitur, eadem eius debet esse conditio, quæ fluentium omnium; atqui illa, quæ fluunt in angustum exiguumque desinunt: igitur & flamma acuminabitur necessario. πῦρ autem flamma, igniue propriè dicitur.

Digitized by Google

Nam & Aristoteles scitè, in libro de iuuentute, ac Senio, ῥέον ὥσπερ πλαγιαν, dixerat, & in secundo Meteororum: τὸ τῆς φλογὸς ῥεῦμα. sanè non omittenda est hoc in loco causa à Iulio Cæs. Scaligero reddita de ignis figura in exercitationibus ad Cardanum; putat enim ille propterea flammam acuminari, quòd subtus propter crassitudinem lata sit, quò verò magis ad suam naturam transeat ab aliena vt tenuis naturæ est, ita & figuram accipiat tenuem, & acutam. Verùm opinio hæc, vt plausibilis fortasse sit, est tamen omninò reiicenda. primùm enim à corporis substantiæve tenuitate, crassitieve argumentum sumere ad figuram ineptum est. Nam ita elementa crassiora essent latæ figuræ, tenuiora in acutum tenderent, & nulla mixta essent tenuia, quæ eadem non & acutæ figuræ, quæ somnia sunt Democriteis similia. deinde summa flammæ pars crassior est, quàm media, quæ omnium purissima est. nam in illam caligo, & fumus colligitur, qui potest igitur illa acutior, hæc esse latior, si quæ tenuior est eadem etiam acutior.

" καὶ γίνοιτ' ἂν, εἰ μὴ παρεμποίποιεν ἔξωθεν ἕτερα ῥεῖθρα.

hoc & superius dictum est. quam verò hic vocat παρέμπτωσιν, vocat ibi, ὑπόῤῥοιαν.

" ἐὰν μή πῃ τὸ ποιὲς ἔγκλιλες ὠὴ ἢ καὶ ἄλλως ἀϊωμαλὲς, ἀθεσμὸν ἢ ἀφ' ὑσιν εἰς πλείω ποιήσει.

Excipit quæ possint aquæ riuulum, aut latiorem reddere, aut in gurgite colligere: id quod in flammæ riuo non est, tùm sui ratione, tùm aeris, per quem fertur: aer enim nunquam non æqualis. flamma verò propter trepidationem non eundem locum semper habet. semper tamen locorum habet inclinationem, quocirca acutior subinde fit, donec desinat in metæ formam. locorum inclinationem vocat, quod in aere non est, aut quod colligat, aut quod effundat, sed libera est inclinatio à multitudine. & copia ad paucitatem, & inopiam. Turnebus locum non videtur assequutus. Hac propter locorum inclinationem eandem non tenente viam. græcè sic. flamma verò non eadem fertur viâ, sed per locorum inclinationem.

" μέχρι ὅτου ἀρχὰς ἑτέρας ἐν αὐτῇ λαμβάνουσα ποιήσηται τῶν ὄζων καὶ κλάδων ἔκφυσιν.

Quo ad aliquod à se principium nactus ramorum, & flagellorum agnationem moliatur.

De nodis arborum, quos ὄζους appellat Theophrastus egit & in quinto libro, & in primo de plantarum historia, atque cum naturale sit plantæ sursum crescere, crescit sanè ea ratione, qua dicit donec ad nodum perueniatur. fit ille alimenti inopia, contortione, frigore, succi, crassitie. superato verò nodo rursum incipit augeri. Nam ἀτροφοῦν καὶ αὐξανόμενον ἀναλαμβάνει. an non de nodis hic intelligit, sed de ramis, & quos græcè dicimus ἀκρέμονας. sunt autem hi maiores rami, quos Virgilius aliquando vocauit brachia, minores enim dicuntur κλάδοι, hoc est rami. eadem autem, vtro modo sumantur οἱ ὄζοι, sententia. tendit enim arbor donec ad brachia, & ramos perueniat, à quibus rursus nouum incrementi principium. Turnebus πὺς ὄζους conuertit flagella, nescio quo consilio. flagella scio in vitibus esse tenuiores palmites, grandiores verò ramos in arboribus flagella dicere, nescio an probandum sit. notanda verò vox ἔκφυσις, quæ significat ortum, & vt propriè dicam, eruptionem, aut plantæ totius, aut ramorum à caudice. Turnebus agnationem vocat, qua voce significatur potius ἡ παίσφυσις sed hæc & ἔκφυσις. aliquandò pro eadem re sumitur in libris de stirpibus.

" φθοραὶ δὲ γίνονται πλείους τοῦ πυρὸς· πειρατέον δὴ εἰς ἑκάστων τούτων ἀνάγειν τὰ καθ' μέρος, οἷα καὶ τὰ τοιάδε.

Multiplex autem cum sit ignis interitus, ad vnumquemque singula referre tentandum est, velut ista.

Cum de ignis extinctione, ac interitu loquutus esset superius, hæc ibi dicenda erant fortasse melius, non partienda diuersis locis. Nam etsi particulares hic quæstiones declarantur: tamen longè videbatur aptius post vniuersalem interitum, & particulares afferre quæstiones, quam post flammarum affectiones, quas paulò antè declaraui. & sanè vbi de interitu flammarum egit, multa problemata non dissimilis argumenti discussa sunt. Poterant hæc cum his commodissime collocari. quinque verò sunt, quæ dicit referenda ad causas esse, quibus ignis extinguitur, atque euentum illud, quod non vratur ventet, & os, ad compressionem referendum est. Compressus enim ignis suffocatur, ac perit. Sic deuorati carbones extinguuntur. ildem subinde commutati manibus, ad eandem compressionem referentur & alia, vno excepto, quod omnium postremum est, quod ad illam causam referetur, qua probatum est, minorem flammam à maiore fatiscere & interire.

" αἱ δὲ

Digitized by Google

[68] αἰ δὲ τῶν ὑγρῶν δυάμεις σβεστικώτεραι τοῦ παρεῖσδύεσθαι μέλιτα εἰς τὸν ἀρχόν, ὥστε καὶ ἐλέχθη περὶ τοῦ ὄξους.

Cæterum illa humidorum materia ad extinguendū multò accommodatissima est quę ad principium maximè peruadit, quemadmodum de aceto diximus.

Hæc & superius dicta sunt aliquo modo, nisi quod lentoris non est ibi mentio. Notandum autem, vbi penetrandi vis est, & simul lentor, atque tenacitas, ibi facilius extingui flammam, quod simul & ad ignis principium peruenitur, & simul expiratio impeditur ignis. quò enim lentior humor est, eo minus potest ab igne diuidi, ac superari. Superat ille magis & abolet. Nam si non superatur, certè is superat. περὶ ταὶς ἐμπρήσεις τῶν μηχανημάτων. incendia, vt opinor, significat, quæ fiunt militibus intra testudines aliasue huius generis machinas clausis, ad quos extinguendos aptissimum acetum oui albo commistum inuentum est, propter rationem, quam attulimus. ait porrò. Si humor non modò lentus sit, verum etiam frigidus, maiorem habiturum vim ad extinguendum. ratio non ignota est. Nam si tenuitate partium penetrat, lentore impedit, & obstruit, & contraria qualitate corrumpit, sine dubio citissima, & facilima sequetur extinctio. Sed notandum difficilimum esse, tenuitatem partium in frigida re, eademque lenta, ac viscida reperiri: & tamen agnoscit in salamandra facultatem hanc. illam Dioscorides calidam memorat, falsumque tradit esse, quod fertur, illam igne neutiquam vri. Aristoteles libro quinto historiarum scriptum reliquit, salamandram igne non vri. imò illum extinguere. refert & Olympiodorus in quarto Meteoron, suo tempore solitos fornacarios papyri fasces excutere, vt salamandras decuterent, ne ignem in caminis extinguerent. quod ad humiditatem attinet, quæ stillat ex illius corpore. Nicandri interpres in illo versu.

Σίνηται ἀσβέστοιο, ῥαχὺν δέρος ἄκρα τε γυῖα.

adnotat cutim salamandræ scissam esse, ex scissuris autem sudorem manare, qui ignem perimit. mihi non videtur à ratione alienum frigidam esse temperamento salamandram, ichorem tamen eius tenuiorem, calidū esse, qui propter partium tenuitatem intimius penetrat, & ignis perimit principiū. aut si verum est illam ignem extinguere, non frigiditate id facit, sed succi crassioris lentore, & tenuioris acrimonia quemadmodum acetum, si oui candido commistū sit. aut crassus iure humor viscidusq; frigidus est, cōbustus tamen cinis calidus, à quo tēperamentū iudicat Dioscor. Aristotelesque de viua salamandra loquitur, ille verò de mortua, pro vt in vsum medicum adhibeat; quomodo & Galenus libro simplicium medicamentorum vndecimo, & Paulus Ægineta libro septimo. Cæterum temerè quærendum non est, an igne comburatur; vritur enim, & eius cinere vtuntur pro philthro, errauitque Dioscorides, qui sic prodidisse veteres existimauit, qui non negarunt quidem illam comburi, sed per exiguum ignem non modò illæsam incedere, verum etiam sudore illum extinguere. modò nihil vetat eandem exiguum ignem perimere, & à multo tandem comburi, & in cinerem redigi.

[69] σημεῖον δὲ, τὸ τὰ ὕδατα ὀλέθρια γίνεσθαι καὶ τοὺς καρπούς, ἐὰν καταμιχθῇ, καὶ μᾶλλον τεθνεώσης. ἔτι δὲ καὶ ὁ νωθὴς τῆς πορείας συνεργεῖ.

Argumento est lethales reddi aquas & fructus, si misceatur, magisq; ea mortua.

Salamandræ venenum perniciosissimum est, quod vel populos potest, vt ait Plinius libr. 29. cap. 3. interimere. Nam si irreptit arbori, omnia poma veneno inficit, & illos, qui ederint, necat. de hoc autem veneni genere legendus Dioscorides, & Nicander. an autem ex illo possit frigiditatis argumentum sumi videndum est. certè enim cum deleteria omnia aut frigiditate necent aut calore putrefaciant, atque corrodant, salamandræ succus ad ea, quæ calore putrefaciunt, referendus est, summa enim eius acrimonia, vis autem manifestò calida. Plinius frigida vi necare tradidit, parumque ab aconito differre. sed aconitum calidum est temperamento, siquidem putrefaciendo corrumpit, & necat, quod nemo vnquam medicinæ scriptorum non affirmat, neque Theophrastus negat id, qui efficaciæ veneni ex eo sumit argumentum, quòd citissimè & aquas inficit, & fructus venenat.

[70] σύμφωνον δὲ τούτῳ τὸ τὰ ἰξώδεα μὴ καίεσθαι.

Eandem in visco rationem esse docet, nisi quod in hoc vis non est, quæ penetret intimius. frigidum enim esse, ac viscidum & lentore impedire ignis ardorem, frigore perimere. Verum vt id de lentore verum sit, de frigiditate tamen falsum est. siquidem viscum, vt Galenus tradit in 6. libro simplicium, ex plurima aerea, aqueaque substantia constat, minima autem terrea, plusque in eo saporis acris est, quàm amari. adde effecta manifestum calorem arguere, Nam & ex intimis partibus humores attrahit, & attractos dissoluit, ac digerit. Cum hæc ita sint, dicendum est, viscū lentore, ac densitate ignem impedire, ne mearus penetret, humiditate verò perimere. quæ cum non superetur ab igne, illum superat: nisi longior sit ignis actio, illeque multus, ac vehemens qui tandem exurat. sumitur ex Aristotele ratio libro quarto Meteoron, vbi de iis, quæ cremantur in hunc modum: ἐπὶ δὲ καυστὰ ὅσα ἔχει πόρους δεκτικοὺς πυρὸς καὶ ὑγρότητα ἐν τοῖς κατ' εὐθυοδίαν πόροις ἀδυνατοῦσαν. ὅσα δὲ μὴ ἔχει ἢ ἰσχυρὰν οἷον χρυσὸς καὶ τὰ σφίδρα χλωρὰ ἄκαυστα. hoc est, cremari autem pos-

Digitized by Google

sunt, quæcunque meatus habent, qui ignem excipiunt, & in rectitudinis meatibus humorem debiliorem. quæcunque autem aut non habent, aut validiorem, vt glacies, & ligna valdè viridia neutiquam cremari possunt.

71 τῶ μὴ ἐπαίρεσθαι τὰ καλαχαύματα.

Verborum sententia plana est, non dissimilis eius, quæ est in prima sectione problematum. quæritur ibi cur calidum vrit, & idem sedat ambusta. ratio breuissime redditur ὅτι αὐτὸ σωστικὸν ποιῶ καὶ παύει ξηραῖνον. hoc est, quòd idem colliquando facit, siccando mitigat.

72 Διατί δὲ ἐκ μὲν ξύλων γίνεται πυρῖα, καίπερ οὐκ ἐκπιδώντος ἧττον γίνεται. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθές. ἐκ πολλῶν γίνεται μᾶλλον ἢ ἧττον.

Quid est quamobrem igniaria ex ligno conficiuntur. quamquam cùm ex eo ignis non prosiliat malignius gignitur. immo vero istud verum non est, cum præsertim ex plurimis materiis & melius & celerius concipiatur.

Post explicata, quæ de ignis extinctione quærebantur, modò quærit nonnulla, quæ pertinent ad igniaria, ignisve fomites. Hæc autem pars cum generatione ignis videbatur aptius cohærere. Nam ignis aut natura, & per se oritur, aut arte, & hominum industria excuditur, & concipitur. atque veteres quidem alia quoque ratione quam silicis ignem concipiebant. terebrum faciebant ex ligno solidiore, cui suppositа tabella ex leuiore materia attritione quærebant ignem suscitare. hanc appellabant ἐχάραν. Theodorus conceptaculum in quinto de plantarum historia. Meminit huius moris Simplicius in tertio de cælo his verbis: ἀπὸ ξύλων δὲ ἀναβάλλουσι πῦρ, θάτερον τῶν ξύλων, ὡς τέρεθρον, ἐν θατέρῳ σβέσιν φοντες, hoc est, à lignis ignem eliciunt alterum ex lignis, vt cerebrum in altero circumuertendo. Sex. Pompeius de vestalibus quibus mos erat tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret. hic mos hodie seruatur apud siluestres nonnullos homines, & apud Americæ incolas. Videntur autem monstrante id rei natura imitatione inuenisse, qui vsum hunc concipiendi ignis primi in vitæ commoda retulerunt: quandoquidem & Lucretius ignis inuentionem arborum attritioni tribuit in quinto de rerum natura.

Et ramosa tamen, cum ventis pulsa vacillans
Aestuat in ramos incumbens arboris arbos.
Exprimitur validus extritus viribus ignis,
Et micat interdum flammati feruidus ardor,
Mutua dum inter se rami stirpesq; teruntur.

Πυρῖα vocabant ligna illa ex quibus ignis concipiebatur. Plato in 4. de rep. καὶ πάλαι αὖ παρελήλακε σκοπεῖντες, καὶ τελοῦντες, ὅτι ἄρ' οὐ πυρείων ὀλάμψαι ποιεσαιμεν πλὴ δικαιοσύνην. Plinius igniaria vocat. quod verò ait Theophrastus, hoc est: quærit cur è lignis fiant igniaria, cum tamen ex attritione lignorum scintilla non saliat. quæ ratio concipiendi ignis longè videtur expeditior, vt in silice vsu venit: respondet verum id non esse. Nam ex multis aliis rebus & citius, & facilius ignem cõcipi, quam ex silice. ex lignis autem attritis facilius, quod illa natura ad ignem cõcipiendum sint aptissima, secumque ipsum gerant flammarum fomitem. id quod in silice non est, quippe qui siccissimus est, ex quo salienti scintillæ si non statim adponatur fomes, flamma non concipitur. καίτοι οὐκ ἀκπιδῶντος intelligo τοῦ πυρός. quod verò paulò post legitur, διὸ καὶ ἀκπιδῶν εὐθὺς πεπυρωμένον παρασχεῖν. vereor ne mendosum sit. sententia tamen plana est, & fortasse sic legendum, διὸ καὶ τῷ ἀκπιδῶντι εὐθὺς ὑπέκκαυμα πεπυρωμένον παρασχεῖν.

73 ἄρεισα δὲ οἱ μὲν ἐκ κιττοῦ φασιν.

Modò docet, quæ ligna ad igniaria sint apta. in quinto de plantarum historia pro conceptaculo laudatur ἀφράκνη, quæ vitis siluestris genus est. Nam Adrachne, quæ & potulaca dicitur, solidissimæ materiæ lignum est, & huic vsui satis ineptum. nisi fortè pro terebro vsurpetur. legendum itaque hic est ἀφραγίνης. huius enim lignum rariusculum, & aridum est, quod si cum solidiori conteratur, ignem concipit, quemadmodum & Rhamni & hederæ. Plinius libr. 16. cap. 40 teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facilimè conceptum. sed nihil hedera præstantius, quæ teratur lauro, laurumque terat. probatur & vitis siluestris alia, quam labrusca, & ipsa hedera modo arborem scandens, τὸ δὲ τείρανον δάφνης. solidius lignum id est. præterea calidum, quorum alterum ad attritionem, alterum ad ignis conceptum maximè potest. eadem sententia iisdem etiam penè verbis in extremo quinto de plantarum historia. legitur ibi corruptè εὐθύδη. emendandumque aut ὠθὺς δὴ. aut εἴη πρὸς δὲ τὴν ξηρῶ καὶ χυμὸν εἴη. nulla in his verbis sententia, nisi emendemus, vt est in quinto de plantarum historia, πρὸς γὰρ τὸ ξηρὸν καὶ ἄχυμον εἶ) redditur ratio cur Rhamnus foco, aut conceptaculo sit idonea. quod cum arida sit, & exsucca, rariori etiam constat substantia. miror Turnebum doctissimum hunc locum inemendatum reliquisse, cum mendosus manifestò sit, & ex libro illo historiarum facilè restituatur. latina versio sic emendanda, præterquàm enim quod arida est, & sine succo, rari tatem etiam habere necesse est.

74 ἐπεὶ

74 ἐπεὶ δὲ αὐδ' ὑγρότητος ἢ ἀναθυμιάσεως τινὸς οὐκ ἔστι θερμότης, διὰ τοῦθ' ἡ κονία καὶ ϕᾶλλον ἢ ἁπλῶς ὕδατος ὑπερχομένου.

Cum autem absq; humore & exhalatione calor non sit, idcirco calx infusa aqua magis vrit quam sola.

Post igniaria de nonnullis agit, quæ aut ex se ignem accendunt, aut insperſione augent calorem. calcem vocat κονίαν, quàm posteriores græci vocarunt ἄσβεστον. eadem dicitur ἄσβεστος, viua scilicet, & nondum extincta. seruat illa ignem in meatibus occultatum, vt si tangas sentiatur frigida, si aquam inspergas facilè ferueat. causam propter quam calx incalescit, Theophrastus existimat vaporem, aut humorem, qui igni in calce latitanti tanquam materia suggeritur. sic enim calorem apparere magis, quippe qui sine vapore, aut humore esse nequeat. Galenus in primo libro de febrium differentiis in hecticæ febris declaratione calcis, quæ aqua incalescit exemplum attulit, causam autem cur incalescat calx, non attulit, quod magis spectat ad philosophos. tetigit tamen iis verbis: τρεφομένης ὡς ἔοικε τῆς αὐχμώδους ἑαυτῆς θερμασίας ὑπὸ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, hoc est, cum ab humida substantia vaporosa caliditas alimentum sumat. neque mihi videtur à Theophrasti discrepare sententia. statuendum igitur absumpto omni lapidis humore, ignem inesse quidem in calce, vix verò exeri sine materia. hanc præstari ab aqua vapore, & humore communicato. quibus tanquam in actum calor educitur. siquidem calcis calor propterea non sentitur antequam aquam infundamus, quod tactum non afficit sine vapore, qui si ab aqua suggeratur, & exhalet manifestò, & calefacit, & exurit. recentiores aliam commenti sunt causam, & inter illos Petrus Aponensis, quod scilicet cohibitus calor antiperistasi humoris frigidi vehementior euadat, quàm prius. Iulius Scaliger libro exercitationum ad Cardanum de calcis calore ita disserit, vt non videatur à conciliatore discrepare. ait enim in calcis meatibus consumpta genuina humiditate ignem inesse. quod & nos nõ negamus. addit verò illum aquæ ingressum fugere, in solidas partes sese induere, stipareq; se ipsum, atque acuere condensatione. sed hæc, pace doctissimi viri, ne probabilia quidem sunt. siquidem in calce non accidit, vt pars aquam habeat, pars ignem. peruadit enim aqua, repletque vsquequaque cuncta foramina, neque potest hæc condensatio, siue stipatio tanquã in arce in penitiori parte fieri. neque valet exemplum calcis, quæ media in aqua sit, media autem supereminеat. Nam eadem & huius, & illius, quæ tota madefiat, & imbuta sit, debet esse ratio, iam verò in illa non valet illa stipationis ratio. non igitur valebit in hac, quæ partim immersa sit, partim minimè.

75 ἔστι γὰρ ὕλη ὃ ἐγκαλελειμμένον πῦρ.

Nescio quomodo ignis, qui in calce latitat, materia sit. neque confirmat hæc ratio auctoris propositum, quem vaporem humoremve ignis esse materiam probare oportebat. mendum potius subesse arbitror, sanandumque si legamus: τῷ ἐγκαταλελειμμένῳ πυρὶ, vt sit sententia, quam diximus, vaporem, humoremve igni, cuius in calce reliquiæ sunt, esse materiem; quod sequitur ὥσπερ οἱ λύχνοι, aut ego maximè fallor, aut emendandum ὥσπερ ἐλλυχνιον. sic autem constat sententia. nam vt in lucerna ignis materia ellychnium est, ita in calce ignita vapor, & humor.

76 ἔοικε δὲ καὶ ὃ περὶ τὸν γύψον τὸν Φοινικικὸν λίθον εἶναι. Φασὶ γὰρ καὶ ἐκείνῳ ἐναφυσωμένῳ καῦσιν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει σύμφυτον ἢ ἔπακτον ἔξωθεν ἔχειν ὃ θερμόν.

Idem etiam in Phœnicia gypso euenire prædicant. Nam dum subigitur vrere narrant. nihil enim refert, natiuus ne an aduentitius & oblatus sit calor.

De gypso Phœnicio dictum est in libro de lapidibus. calorem autem in illo naturâ insitum excitat afflatus. cum veluti materia suppeditetur, quo is se exerat & sensus magis afficiat. crudum Gypsum (vt opinor) hoc in loco licet intelligere, propterea in eo non ἔπακτον θερμὸν, ait esse, sed σύμφυτον. innatum autem in gypso calorem non alium licet intelligere, quàm subterraneum. id genus gypsi è terra foditur, & calci viuæ pro portione respondet. Plinius lib. 26. plura eius agnoscit genera. nam & è lapide coquitur, vt in Syria, ac Thuriis, & è terra foditur, vt in Cypro ac Perrhæbis, & è summa tellure petitur, quale Tymphaicum est.

77 ἐμφαίνει δέ πως καὶ ὃ νίτρον ὃ κεκαυμένον ἐν τῇ ὀρύττεσθαι τὴν τοιαύτην δύναμιν.

Nitrum quoque vstum talem quodam modo dum effoditur potestatem significat.

Nitrum aliud est natiuum, aliud factitium, illud effoditur, hoc in Nitrariis fit, illius spuma, quæ efflorescit aphronitrum, huius ἀφρὸς νίτρου, hoc est, spuma Nitri vocatur. postea autem terræ calore subtectum nitrum, cum effusum sit aqua infusa magis incalescere.

78 καὶ ἡ θάλαττα, ὅταν σβεννύουσιν.

Et mare cum restinguunt.

Digitized by Google

Plutarchus in quæstionibus naturalib. μετέχει δὲ πολὺς ὁ θαλάττιος παχύτητος. διὸ συνεξάπτει. καὶ παραντοῦμεν εἰς τὰς φλόγας μὴ ἐμβαίνειν θαλάττιον ὕδωρ, hoc est, mare multæ pinguitudinis est particeps, quare ignem suscitat, præcipimus autem, ne in flammas aqua marina iniiciatur. traditum id est prius ab Aristotele in 23. sectione, vbi quærit, διὰ τί ἐμὴν θάλασσαν καίεται τὸ δὲ ὕδωρ οὔ. cur mare comburitur, aqua minime.

[79] ψόφος δὲ γίνεται πυρουμένου, διὰ τὸ μάχεσθαι τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν· ὅπερ συμβαίνει καὶ ἐν τῇ σβέσει.

Quo igneſcente flamma crepitat calore, & humore pugnantibus: quemadmodum & in extinctione accidit.

Vbi humidum excrementum est, quod cum calido pugnat, fit in flamma crepitus. quod si multum sit, vix erumpit flamma, imò aliquando ne erumpit quidem. humidum enim in halituosum spiritum eleuatum calido in illud agente crepitat. id fit in foliis cremiorum viridibus, in ipsis etiam stipulis. nonnunquam si in oleo aut aqua, aut amurca sit, flamma crepitat. quin & in candelis, quæ ex seuo fiunt, idem euenit. in aere humido, ac pluuio, idem euentus in lucernis, in quibus, & qui vocantur fungi concrescunt.

[80] καὶ τὰ φύλλα δὲ τὰ τῆς δάφνης καὶ τοῦ κιττοῦ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα σηπεδᾶ, διὰ πυκνότητα, καὶ διὰ τὸ ἔχειν πολὺ τὸ ὑγρόν.

Iam folia lauri, & hederæ, & alia similia dissiliunt, propter densitatem & humoris copiam.

Arborum frondes quæ sua natura siccæ sunt & densæ, humidam tamen habent incoctam propter viriditatem, si ad ignem admoueas, vruntur quidem, sed crepitanti flamma, talia sunt lauri folia, quercus, ilicis, arbuti, hederæ, cerri, atque de lauri frondibus elegantissime Theocritus.

Δάφνις ἐμέ, αἴθασιν· ἐγὼ δ' ἐπὶ δάφνιδι δάφνιν
Αἴθω, χὠς αὐτὰ λάκεῖ μέγα κατπυέσπετα,
Κὠ ξαπίνης ἄφεν, κὠδὲ σποδὸν εἴδομεν αὐτᾶς
Οὕτω τοι καὶ δάφνις ἔνι φλογὶ καίρια μαίνεται.

[81] καλοῦσι δὲ οἱ μὲν, γελᾶν τὸν Ἥφαιστον, οἱ δὲ, ἀπειλᾶν.

Quod nonnulli Vulcanum ridere, alii minari dicunt.

Totum hunc locum ex Aristotele secundo Meteorolog. facilius intelligimus, quod verò ad Vulcani risum, sic ille: γίνεται μὲν οὖν ἡ πληγὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ εἰκάσαμεν μείζονι μικρὸν πάθος τῷ ἐν τῇ φλογὶ γινομένῳ ψόφῳ, ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν Ἥφαιστον γελᾶν, οἱ δὲ τοῦτο εἶναι, οἱ δ' ἀπειλῶν τύπον. fit autem ictus eodem modo vt parua maioribus conferamus, sono, qui in flamma fit, quem alii Vulcani risum, alii Vestæ vocant; nonnulli horum minas.

[82] ὁ δὲ καπνὸς, ἧττον λυπεῖ, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πῦρ ᾖ. διὸ καὶ οἱ ἐν τοῖς σπηλαίοις, πολιορκούμενοι τῷ καπνῷ, πῦρ ἐὰν ἔχωσιν, οὐδὲν πάσχουσιν.

Fumus autem minus infestus est, cum eodem in loco ignis est. proinde in speluncis, qui obsidentur fumo, si ignem habeant, nihil læduntur.

De fumo agit in præsentia post absolutas quæstiones igniariorum: illorum quæ ignem augent: & crepitus, qui in flamma fit. est fumus expiratio quæ fit ab humido, dum ab igne vritur, maior autem, & minor eleuatur, crassior, tenuiorque mordacior, ac leuior pro materia ipsa, quæ succenditur. Nam si multum humidi sit, exigua verò flamma, multus expirat fumus, quod nondum exarsit. quandoquidem, vt dictum est, flamma fumus accensus est. cum verò flamma calidius ardeat, humidumque non multum in materia sit, fumus non multus expirat, idemque fortasse tenuior. crassior autem fumus fit, & in ipsa flammæ conceptione, vel in arida materia, vt in paleis, & in viridi, aut humecta: præterea in pingui, & oleosa, vt in tæda, in pice; tenuior verò fumus ab aridiori materia oritur, & rariori. Quamobrem & ligna aliqua arida, ac rara, propterea dicuntur ἄκαπνα. fumus autem cum sicca sit exhalatio in exustione orta, & aucta oculos lædit, quod molliores natura sint, & vt ita dicam aquei: non tamen quiuis fumus eodem modo. nam qui ab acrioribus lignis exoritur, acrior est, & mordacior; qui à siccioribus, ac dulcioribus lenior, & mitior. sic differt lignorum penè omnium fumus, ac primum eorum quæ adstringendi vim habent, vt quercus, Myricæ, Arbuti, Ilicis, ab illo, qui à lignis expirat, mordacioribus, qualis est ficus præsertim. sed & Morus. vterque autē à lignorum fumo, quæ mitis saporis sunt, & aquei. sic salix arida, Populus Arundo, atque similia fumum expirant, nullius penè mordacitatis, aut acrimoniæ. lædit autem fumus nòn modo, quia mordet oculos, verum etiam quia anhelitum occupat, & si multus sit in angusto loco, animam suffocat. est tamen & in hoc differentia: nam aliter crassus, aliter tenuis, nec eodem modo, qui propè est, & qui longè abest. præterea aliter illum qui ad ignem sit; aliter illum, qui longè steterit. atque hæc de fumo in vniuersum. nunc annotabimus obscuriores sententias.

[83] Σβέσις-

83 Σβέννυσι γὰρ ὃ ἐν τῷ καπνῷ θερμὸν ὁ πῦρ.

Ignis fumum attenuat,ac dissipat,qui ab alio igne exortus sit. nam calorem absumit,quod maior calor minorem attrahit,& extinguit.præterea crassum eius, atq; terrenum digerit:sic autem necessariò fumus interit. τὸν δ' ἐνίκμῳ fumũ intelligit;qui facilè sũperatur, & ardenti igni proximus est, ac ideò succenditur facilè,& flãma fit. καὶ γὰρ τῷ πυρὶ. redditur ratio,cur qui prope ignẽ sunt, non adeò infestãtur à fumo. ἧσσον γὰρ ἂν πλέον τὸ καιόμενον. hoc superi⁹ probabam⁹ in paleis anteq̃ ignẽ cõcipiãt.

84 καὶ ὅτι τῶν ξηρῶν ξύλων τὰ τυκνὰ σωτιθεμένων.

Si sũper lignorum strues apponantur carbones, non facilè expirat fumus; intercipitur enim ab igne,qui suprà est & succenditur,facilè autem excipitur propter densitatem, & facilè succenditur,quod proxime ad flammæ naturam affectus est.

85 δύσκαπνα δὲ τὰ ξύλων τά τε, χλωρὰ καὶ τὰ σχολιὰ, καὶ τὰ ταινιώδη, καθάπερ ὁ φοῖνιξ.

Fumi sunt molesti,ligna viridia, tortuosa , tænias habentia, qualis est palma.

De his & in quinto de plantis.molestum autem fumum edere docuit non modo ligna viridia,sed & humida,qualia palustria sunt,vt Platanus,salix,Populus alba,& nigra,dum scilicet humida sunt.nam cum inaruerint,& exiguum fumum edunt,& tenuem,& satis mitem,palmam sua natura fumosam & δύσκαπνον. dicebat ibi,vnde est & versus Cheræmonis.

Τοῦ, τε δύσκαπνα πάπυρ,
Φοίνικος ἐκ τῆς γῆς ῥιζοφοιτήτις φλέβας.

Hic verò ratio redditur,quòd illa ταινιώδης sit.tenuæ autem intelligendæ sunt crassiores illę fibræ in longum porrectæ,quæ in ligno palmæ sunt.quas Cheræmon venas appellauit, fortassè verò melius dicemus neruos.cur autem cum neruea sit,fumosa propterea dicitur,non aliam causam existimo,nisi quod humor non arescit,sed contumaciter inhæret in fibris,vnde fit, vt palmę lignum fumosum sit.adde rationem, quam apponit ipse, quod ignis difficilè penetrat propter neruorum contumaciam,vnde fumus.multus enim ille donec ardens flamma euicerit,extiteritque.addit porrò & tortuosa ligna fumosa esse,quod accidit propter inæqualitatem partium, nodosa enim & tuberosa sint,oportet,hæc at in his inæqualitas ligni est,partimque ardent facilè,partim difficilè.hinc verò fumus copiosus oritur.

86 Ὄπιον γὰρ ἀεὶ καὶ δυσδιαίρετον εἶναι τῇ φλογί.

Turnebus hæc nõ assequitur,vertit autem.esse enim infirmissimam oportet materiam,& quam flamma facilè carpat, vt à contrario reddatur ratio.legit igitur ἄπονον καὶ εὐδιαίρετον.at sensus optimè constat, neque opus est emendare,quod rectũ est,redditur enim ratio,cur palma difficilè ardeat, quod sit ξύλον ὤπιον καὶ δυσδιαίρετον. lignum validum,& difficilè partibile,& summo iudicio dixit,q. εὐνωτάπιον, quod neruosum sit palmæ lignum,neruos autem veteres appellarunt πόνους.verum cum in his verbis sit vox εἶναι, aut delenda est, aut addendum δηλὰ τὸ,vt sit δηλὰ τὸ εὐνῶτον ἀεὶ καὶ δυσδιαίρετον. Sic autem tolletur τὸ γάρ.

87 τὰ δὲ μὴ καίεσθαι παρασπώντα τοὺς ἄρτι τοῦ πυρὸς, ἀλλ' ὅσα κατὰ εἶν.

Sic lego,quæ ligna summota sunt,& transposita partim extinguuntur,partim non statim ardent,quamobrem necessario fumum emittunt,& quod extincta sunt: multus enim in extinctione fumus oritur,& quod nondum ardere cœperint. Solet enim antequam flamma corripiat exhalare fumi copia,quod supra declaratum est.

88 ἐνίαις τῶν ἀκαύστων περιλοιδόρητα πολυκαυστότερα γίνονται.

Legendum existimo εὐκαύστων.vt sit sententia,nonnulla etiamsi facilè cremantur:tamen si corticem adimas prolixius ardere;forte quod cortex fomitis instar sit in iis, quæ vocat εὔκαυστα, cuius auxilio citior fit vstio,verum quoniam difficile creditu id est,& repugnat superiori sententiæ, placet Turnebi emendatio,vt legamus περιφλοιόδητα,hoc est circumustulata.ratio verò erit,quod vstulata densiora reddita sunt,vnde fit,vt propterea ignis diuidat,& comburat longiori interuallo.si ἀκαύστων legamus,intelligemus δύσκαυστα,quomodo Turnebus est interpretatus verum quid esset mirum,quæ difficile incenduntur circumustulata prolixius ardere, cum & simpliciter ardere difficilè queant,præterquam quod de oleaginis lignis fit mentio,quæ sine dubio εὔκαυστα sunt non ἄκαυστα.

89 ἡ δὲ δεμώτης τοῦ κατὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ἐκάστου. δηλ καὶ ἀπὸ τῶν συκίνων δεμμύς· ὀπωδέστατον γάρ.

Iam acrimonia fumi prouenit ex cuiusq;humore: proinde è ficu acris est, lacte plurimo suffusa.

Si fumus ab humore ligni exhalat,talis sit,necesse est,qualis humor àquo excitatur.in quinto de plantarum historia,δεμώτατος δὲ ὁ καυτὸς συκῆς καὶ ἐρινέου,καὶ εἴπ ἄλλο ὀπώδες. μάλιστα δὲ ἡ ὑγίτης. maximè acris fumus ficus,& caprificus,& si quid aliud lacte abundat.in causa autem humor est.ὀπὸν.hoc in loco lac intelligimus,quale in ficu est,in caprificu,in tithymalis, ac aliis plantis,quæ propterea dicuntur ὀπώδεις.

90 ὅτι δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς ἅπτεται τῇ ἀνακλάσει ἀπὸ τῶν λείων, τί δ' ἄπορον. συμμιγνύεται δὲ ὁ ἐκκαυμα. ἀπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὐχ' ἅπτουσιν, ἄτιον δ' ὅτι λεπτομέρεια.

Digitized by Google

Cur aũt à ſole ignis accendatur leuium refractione (admiſcent autem & fomites) ab igne non accendatur, in cauſa eſt partium ſubtilitas.

Hæc quæſtio poſſet fortaſſe commodius explicari, vbi de ignis ortu diſputabat. Nam & hoc genus concipiendi ignis inter ignis origines recenſetur. ſanè vulgare erat apud Veſtales in ſcaphio, ex ſolis radiis ſacrum ignem extinctum renouare. erat autem ſcaphium vas vitreum cõcauum, quod ſoli oppoſitũ, ita radios excipiebat, vt hinc inde ad centrum reflexi appoſito fomite ignem conciperent. id autem non in vitro modò concauo ſuccedit, verum & in plano, modò ſolidum ſit, quamobrem & phiala aqua plena, & plana ſpecula ignem accendunt ex ſolis radiis in centrum vnum coniectis. Commodius autem id faciunt caua ſpecula, cuius euentus ratio ab (opticis) optimis ſcriptoribus petenda eſt. in iis, quemadmodum in aliis quoque mathematicis excelluit Archymedes Syracuſanus, cuius & in hoc argumento commentarii editi ſunt. illius inuentum fuerunt caua ſpecula, è quibus certo quodam ſpacio ignis emicans, incendebat, qui è regione fomites non longè aberant. imò cum Galenus libro tertio cap. 2. de temperamentis ſcriptum reliquerit, Archymedem, vt aiunt. hoſtium triremes combuſſiſſe. διὰ τῶν πυρείων. ſunt qui πυρεία comburentia ſpecula interpretantur. qua in re miror Linacrum interpretem doctis viris impoſuiſſe, è quorum numero eſt Cardanus Mediolanenſis, & Cœlius Rhodiginus. ſiquidem πυρεία igniaria apud Galenum intelliguntur, ſiue, vt Solinus vocat, ignitabula, qualia quæ ex pice, reſina, ſulphure, ac bitumine conſtabant. quale erat etiam Medeæ inſigne illud ex variis, quæ facilè ardent, compoſitum. Nec ſanè propterea nego id genus ſpeculorum ab Archymede vſurpatum. de hoc enim non agimus in præſentia. Sed nego Galenum illa voce ſpecula intellexiſſe. poterat enim διὰ τῶν ὀπτήρων dicere, aut διὰ τῶν καιόντων ὀπτήρων. erant autem in vſu apud veteres mixta quædam igniaria, quibus iniectis hoſtium aut caſtra, aut triremes comburebant. hæc & Theophraſtus ſuprà innuit, vbi quoſdam aduerſus illa oui candido, & aceto uti ſolitos dictum eſt. Plinius libro ſecundo in Comagenes vrbe Samoſata ſtagnum eſt emittens limum (maltham vocant) flagrantem. cum quid attigit ſolidi, adhæret. præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatque Miles armis ſuis. hoc genere materiæ, quæ facilimè ignem concipit, credibile eſt, & Archymedem vſum & excellentiori artificio compoſitæ ad incendendas hoſtium naues. quam Galenus ſub πυρείων nomine intelligit. διὰ τῶν λείων. & leuia oportet eſſe, & ſolida, è quibus ignis concipitur, qualia præſertim ſpecula ſunt vitrea, argentea, ærea, ex chalybe.

91 ὅμοιον δ' ἤτε λεπτομερεία.

Emendatum eſt ἄτοπον δὲ ἤτε λεπτομέρεια. Solis radii ſubtiliſſimi refracti coeunt in centrum, vel diſiiciuntur: quamobrem fomitem ſine negocio incendunt appoſitum. in igne neque radii validi, neque ſubtiles, & refracti facilè diſſipantur, ac pereunt. quocirca inepti etiam ſunt ad concipiendam flammam. ἀνομοιότητα. diſſimilitudinem intelligit in refractis ignis radiis. cum enim illi inæquales ſint, neque ſimul coeant, mirum non eſt, ſi non accendunt.

92 ἐξάπτεται δὲ ἀπὸ τῆς ὑέλου καὶ ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου τρόπον τινὰ εἰργασθέντων.

Accenditur porro vitro, ære, argento, certo modo fabrefactis.

Materiã oſtendit modo, ex qua conſtant ſpecula, à quibus ſoli oppoſitis ignis accenditur. Omiſit verò chalybem, ſiue ſtomoma. fiunt tamẽ & ex illo non abſimilis facultatis, ac viriũ. non tamen materia id tantum facit, ſed & ſtructura. Nam caua ſpecula magis accendunt ignem, quàm plana.

93 οἱ δ' ἐρριγότες κατὰ μικρὸν θερμαίνονται, καὶ οἱ λουόμενοι χλιαρῷ καταχέονται πρῶτον, ὅπως εἰσδυόμενον θάλπῃ.

Qui algent ſenſim fouẽtur, calefiuntque, & qui lauant etiam primum tepida perfunduntur, vt ingrediendo diffundat.

De iis, qui perfrixerint, loquitur, quos non ſtatim feruenti aqua dicit calefieri, ſed paulatim temperata, ac tepida, quod feruens cutim contrahit, meatuſque occludit, temperata meatus aperit, humoreſque diffundit. præterea tantum abeſſe, vt rigori remedio ſit aqua nimium calida, vt potius illum efficiat. balneum ex aqua valde calida ἐκτηκουσία Galeno dicitur libro tertio de Valetudine, quod refrigeratis non conuenire, ex eo manifeſtum eſt, quod vt idem ait libro ſeptimo de ratione medendi, & tertio de Valetudine; aqua valdè calida meatus corporis conſtringit, ac denſat, ac propterea in ſecundo de ſymptomatum cauſis ſi confeſtim, vel in ſanum corpus iniiciatur horrorem efficit. egent autem refrigerati calore blando, qui reſtrictum corpus, ac rigidum molliat, humores diffundat, apertiſque meatibus, & internum calorem reficiat, ac reuocet ad partes extimas. Quam obrem Paulus Ægineta libro primo, & Oribatius Sardianus libro ſecundo ſynopſeos medicinæ, refrigeratos in calidiore loco recũbere præcipiunt cyprino, aut irino oleo præunctos. deinde verò paulum recalefactos calida medicamenta ex vino, aut aceto bibere. κατὰμικρὸν. paulatim, aut confertim. id enim dolorem efficit, non aliter, atque ſi quis refrigeratam manum igni admoueat; vnde dolor

Digitized by Google

dolor in radicibus vnguium persentitur, vt Galenus in libello de inæquali intemperie testatus est.

* Καὶ οἱ λουόμενοι χλιαρῷ καθαχόνται πρῶτον ὅπως εἰς δυόμενον ἄλαχῆ.

Lauabantur in balneis ægroti, sani, qui exercebantur, & sani, quibus non licebat exerceri. Ægroti balneo lauabantur, quod εὔκρατον græcis dicitur, nonnunquam tepido. In his duplex propositum, aut euacuandi, si quid erat reliqui excrementorũ, aut alterandi corpus, vt in septimo & decimo de ratione medendi facit Galenus: sani qui exercebantur detergendi sudoris causa, & lauandarum sordium intrabant balneum. nam his, quæ commoda parari solent à balneo, ab exercitatione comparabantur. qui verò non exercebantur, balneo vtebantur, tum lauandi causa, tum sudandi & euacuandi recrementa, quæ aut nolebant, aut nequibant exercitatione educere. ad hæc emolliendi corporis causa, & meatus aperiendi. hi primum lauabant tepida aut temperata, deinde si largius placebat sudare, calida, postremò frigida. id significat Theophrastus, dum ait ὅπως εἰς δυόμενον ἄλαχῆ. Galenus libr. 10. de ratione medendi à balneis docet, comparari χάλασιν τῶν συνεστραμμένων & χύσιν τῶν πεπληρωμένων. hoc est intensarum partium laxationem, constipatarum diffusionem.

* Ἀλλὰ τὸ μὲν πρόσεκαυθαι, τὸ δὲ κατεψύχθαι.

Extimæ partes aqua feruenti exuruntur, rigor verò crescit in intimis propter meatuum occlusionem, quæ fit à calida.

* Διὸ καὶ μαλακότητα, καὶ συμμετρίαν τινὰ ζητοῦσι πρὸς τὴν ὄπτησιν, καὶ ἐργωδέστερον φασὶ τὸ καλῶς ὀπτῆσαι, καὶ μᾶλλον τέχνης ἢ τὸ ἑψῆσαι.

Itaque mollitudinem aliquam, & temperamentum ad assandum requirunt, maioriſque operis, & artis esse prædicant, ritè assare, quam elixare.

Hoc propterea dicit, quod nisi moderatio adhibeatur in assatione extimæ partes deuruntur, cum intimæ vix calefactæ sint. Omnino verò de assis loquens Aristoteles in quarto Meteorolog. intus illa humida, foris sicca propterea iudicat, quod magis coquat foris ignis, quàm intus.

* Οἱ δ' ἄνθρακες γίνονται μὲν μέλανες, ὅτι ἐγκατακλείεται ὁ καπνὸς ἐν αὐτοῖς, ὃς μέλας ὢν φύσει, καθάπερ βάπτει, διὸ μελάντατοι οἱ σκληροί.

Carbones autem nigri sunt, qua fumus suapte natura niger in iis includitur, qui tanquam suffecti tinguntur, omniumque nigerrimi sunt factitii.

De carbonibus agit modò. quærit verò cur nigri sunt. Auctor libri de coloribus, quem aliqui Stratonem Lampsacenum arbitrantur, nigrum calorem docet fieri, quando aer & aqua ab igne combusta sit, ac propterea, & carbones nigros esse humido aqueo, aereoque combusto. hanc sententiam & suprà laudauimus, vbi mentio carbonum obiter facta est, quando quærebatur, cur ignis laterẽ denigrat, nõ cutẽ. quod verò dicit carbones nigros esse, quia in eos fum⁹ intruditur, qui denigrat, quòd ille sua natura ater est, non est à ratione alienum, & si dici posset ab vstione nigros esse carbones, vnde etiam fumus niger est, eundemque nigroris vtriusque esse causam. illud potius turbat animum, quod subdit ὁ δὲ καπνὸς μέλας ὅτι σύγκειται ἐξ ὑγροῦ ἀτμώδους εἰς πνεῦμα, καὶ γῆς. Sic enim legendum est, non γῆν. non enim fumus niger ideo est, quod ex humido constat halitu ac terreo, sed quod ex humido constat, ac terreo deusto, & ignis opera sursum elato. torquet verò magis illud, quod ait vaporem nigrum esse. Nam & aerem natura sua nigrum existere. nam vt simplicia corpora per se nullo sint colore prædita: tamen si colorata sunt, alba potius quam nigra sunt existimanda, quod placuit auctori libri de Coloribus. adde Aristotelem libro quinto de generatione animalium aerem album affirmare. ait enim αἴτιον δὲ ὅτι τὰ μὲν σπερμὰ πλεῖον ἔχει πνεύματος ἢ ὕδατος, ὁ δὲ ἀὴρ διαφαινόμενος, λευκότητα ποιεῖ, καθάπερ καὶ τὸν ἀφρόν. hoc est, causa est quod quæ calida sunt, plus habẽt spiritus, & aquæ, aer autem transparens candorem facit, vt etiam spumam. quo in loco annotat Michael Ephesius interpres vaporosum aerem sua natura calidum, & album esse. Cæterum vt his dubitationibus occurramus adnotandum est, aerem perspicuum esse sua natura, ac propterea per se illustrabilem, vt ita dicam, solis, & cœlestium corporum lumine, lumen autem cum album potius, sit, quam alio colore præditum. etsi non reuera album, sed albo propterea simile, quod illud multũ habet luminis, idcirco aerem album dici ab Aristotele, & à Stratone in li. de colorib. quod si aerem priuatum lumine accipimus, nec modo priuatum lumine, sed vaporibus, & expirationibus terreis commistum, non dubitabimus nigrum affirmare, quemadmodũ Theophrastus hoc in loco accipit. Sed vrgebit adhuc aliquis repugnare duos hos auctores sibi inuicem, hunc nostrum, & illum de coloribus, quòd ille sua natura album dixerit aerem: hic sua natura nigrum. nam si quatenus perspicuus est, & illuminabilis esset albus, non esse sua natura diceretur candidus. Deinde si niger est, quatenus est obductus caligine, & priuatus lumine, non diceretur niger natura propria. Respondebimus aerem sua natura perspicuum esse, & lumen recipere, & illustrari. Igitur quidquid illi secundum id conuenit sua natura conuenire, ac per se; conuenire autem

Digitized by Google

album esse,igitur per se,& natura propria.rursus aer vapores recipit propria natura, & vaporibus commiscetur,& caligine,quia cum mare,& terram ambiat, vapores, halituſque excipiat, necesse est.igitur & illud aeri conuenit,quod propter caliginẽ,ac vapores tribuitur, illud aũt est nigrũ:erit igitur natura propria aer niger. Hæ duæ sunt diuersæ rationes, propter quas album & nigrum vocant aerem,Theophrastus,& Aristoteles,addendum verò Aristotelem non dicere aerem album esse,sed διαφαινόμενον πιεῖν λευκότητα. modo vero maximè differunt album esse, & candorem facere, neque simpliciter candorem facere,sed pellucidus cum sit. Eustathius apud Homerum non semel significat Homerum,vbi multo aere cohopertum,aut hominem,aut Deum significat,aerem intelligere αἰνὰ τοῦ σκότους καὶ τῆς ἀφανείας, ὅπερ καὶ ἀὴρ μέλας. hoc est tenebrarum loco & priuationis aspectus, nam & aer niger est.Homeri versus inter alios libro 5. Iliados.

ῥεῖα μάλ' ὥστε θεὸς ὀκάλυψε γὰρ ἠέρι πολλῇ.

Proinde constat propter diuersas rationes & nigrum,& candidum aerem posse dici. Theophrastus vero hoc in loco nigrum aerem potest appellare propter vapores & halitus terrenos, qui cum illo commiscentur,à quibus fit,vt vel lumen ipsum propterea appareat ex nigro rubens,aut purpureũ, quod dicit inferius.

97 ὁ δὲ καπνὸς μέλας.

Docet modo,cur fumus niger est,quod ex humido constat in halitum mutato, & terra ipsa. Subintelligendum verò ex humido per combustionem mutato. iam verò vstio nigrorem efficit absumpto humido,sed nondum prorsus abolito. διὰ δὲ τοῦ μέλανος τὸ λευκὸν φαίνεται φοινικοῦν. Confirmauimus id paulò ante ex Aristotelis Meteoris. Alexander Aphrodisiæus in secundo quæstionum naturalium solem,& ignem albos esse tradidit,verum propter vapores, & halitus rubescere, ac flauescere, ignem quidem propter fumum & humidũ,cui permiscetur,solem verò propter vapores,qui in causa sunt, vt mane videatur purpureus,confirmat id & Theophrastus dum ait: ὥσπερ οἱ ἥλιοι διὰ πάχους καὶ ἀχύρου.

98 διὸ καὶ ὁ ἄνθραξ.

Carbo siue pruna magis rubescit,quàm flamma,quod in carbone terreum humidum est integrius,in flamma iam attenuatum atque solutum.

99 ὅταν δ' ἀποσβεσθῶσι πνιγῇ συναγαλθομένου καὶ ἀναπεσβεννυμένου τὸ καπνοῦ, μέλανες γίνονται διὰ τὰν λεχθεῖσαν αἰτίαν.

Pòst vbi extincti sunt, strangulatu inclusi, & in eis extincti fumi nigri euadunt ob eam causam, quam memorauimus.

Non tantum,quod in carbones intrudatur fumus credendum est illos nigrescere, quantum quod combusti sunt.vnde necessario nigricant,quæ ratio est, vt fumus etiam niger sit,nigrior autem,quo plus habet humidi plusque terrei,imò etiam,quo plus pinguis,&oleosi.proinde & pices, & tedæ carbones atriores sunt,qui & atramenti vicem præstãt. τὰ δ' ὑπολείμματα. ἔκκαυμα vocat fumum ab eo,quod ἐκκαίεται. dicemus propriè,quę verò secernuntur,propterea remanent. Turnebus vertit excrementa. sententia videtur esse,fumum in carbone remanere,quod ignis exhalatio intercipitur,& intercluditur. Nam exhalatione plenum esse ignem, immo illum ignitam esse exhalationem.ita verò halitum interpretabimur.si cui placet Turnebi versio sententia non obscura est.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΟΣΜΩΝ.

THEOPHRASTI DE ODORIBVS.

ADRIANO TVRNEBO interprete.

1 Ἀ ὀσμαί, ὅ μὲν ὅλον ἐκ μίξεώς εἰσι, καθάπερ οἱ χυλοί· ὃ γὰρ ἄμικτον ἁπλῶς ἄοδμον, ὥσπερ ἄχυλον. διὸ καὶ τὰ ἁπλᾶ, ἄοδμα· οἷον ὕδωρ, ἀήρ, πῦρ· ἡ δὲ γῆ, μάλιστα μόνη ὀδμὴν ἔχει· διὸ μάλιστα μικτή. 2 τῶν δὲ ὀδμῶν αἱ μὲν, ὥσπερ ἀνθῆς καὶ ὑδαρῆς, καθάπερ ὅπερ τῶν χυλῶν. αἱ δὲ, ἔχουσαί τινας ἰδέας. αἱ δὲ ἰδέαι, δοκοῦσι μὲν ἀκολουθεῖν ταῖς τῶν χυλῶν· οὐ μὴν ἔχουσί γε πᾶσαι τὰς αὐτὰς προσηγορίας. ὥσπερ ἐπὶ τοῖς πρότερον εἰρημένοις· οὐδ' ὅλως οὕτω διωρισμέναι τοῖς εἴδεσιν, ὥσπερ οἱ χυλοί· 3 ἀλλ' ὡς δὴ τοῖς γένεσιν· ὅτι τὰ μὲν εὔοσμα, τὰ δὲ, κάκοσμα. τῆς δὲ εὐωδίας καὶ κακωδίας, οὐκέτι τὰ εἴδη κατωνόμασται, καίπερ ἔχοντα διαφορὰς μεγάλας. ὅτι γὰρ τῶν γλυκέων καὶ πικρῶν μᾶλλον· 4 ἀλλὰ δριμέα λέγεται, καὶ ἰσχυρά· καὶ μαλακὴ, καὶ γλυκεῖα καὶ βαρεῖα εὐωδία. καὶαι δ' ἔνιαι τούτων, καὶ τῶν κακωδῶν. 5 ἡ δὲ καθόλου καὶ ὥσπερ ὅτι πᾶσι τοῖς διαφθειρομένοις, σαπρότης. ἄπαντα γὰρ τὸ σηπόμενον, κακῶδες· εἰ μή τις τὴν ὀξύτητα λέγει τὴν οἷον σαπρότητα, τὴν ὁμοιότητι τῆς φθορᾶς· ὃ ἄπασι δ' ὅτι ἡ τοῦ σαπροῦ κακωδία, καὶ ὃ φυτοῖς, καὶ ὃ ζώοις, καὶ ὃ τοῖς ἀψύχοις. ὃ ἅπασι δὲ διαφθειρομένοις. 6 ὧν μὴ ἡ σύστασις ὑθὺς ἐκ τοιαύτης ὕλης. ἔχει

1 Odores admixtione quadam omninò constant, vt sapores. Quod enim admixtionis expers, protinus etiã omni vacat odore, vt & sapore. Quò fit vt simplicia corpora, velut ignis, aqua, aer, odoris expertia planè sint: terra quod mixta sit maximè, potissimum quoque sola odore prædita cernatur. 2 verum odorũ partim inertes sunt, & diluti, quemadmodum in saporibus: partim suapte quadã specie censentur: eorum autem species, quamquàm saporum formas æmulari videntur, non tamen omnes eadẽ vocabula habent, quemadmodum anteã diximus: nec sunt ita formis odores distincti, vt sapores, 3 sed tantum generibus: cum præsertim bene olentia quædam, nonnulla male olentia dicantur, cæterùm suauis tetrique odoris species vocabulis notatę non sint, quamquam in magno alioqui discrimine. Nã dulcia & amara formis magis designata sunt. 4 Verum acris dicitur, vehemens, mollis, dulcis, grauis odor. atque cum istorum nonnulli communes quoque sint rerum male olentium, 5 tum verò propè perpetuus est, in omnibus quæ vitiantur putor. quicquid enim putrescit, malè olet: nisi fortè quis acorem, vini putorem esse dicat ex vitii similitudine. in omnibus autem stirpibus, animãtib., inanimis illa putoris fœditas àpparet, in omnib. inquã, quę vitiãtur, 6 quibus

Digitized by Google

ex iſta ſtatim materia cõcretio non ſit: quamuis enim etiam horum nonnulla materię virus referant, id tamen haud quaquam omnibus euenit: multa quippe ex putrib. orta male non olẽt, vt fungi è ſtercore naſcentes. verũ quę ex rerum tabe naſcũtur, & proueniũt, viroſi ſunt & fœdi odoris omnia. [7] igitur ne multa, ſuaue olentia ſunt omnia, quæ ſunt cocta, ſubtilia, minime terrena, cũ præſertim in halitu ſitus ſit omnis odor: maleolentia cõtraria. [8] pleraq; vero quẽ admodum in dulcibus nonnulla guſtũ quendam amaritudinis habent, itidem quoque in ſuaue olentibus odoris grauitatem obiiciunt aliquam. [9] Habent autem ſtirpes, animantes, inanima, quę quidem olent, ſuum quæque, propriũque odorem: ſed multa nobis olere nõ videntur, quòd ſenſum odoratus lõge deterrimum habeamus, cum vel quæ odoris prorſus expertia cenſentur, aliis tamen odoris ſenſum adferant, vt veterinis hordeum cedropolitanũ, quo, quia olidum eſt, abſtinent. Nos quoque fallunt odores in animantibus, qui redolere videtur. [10] ac nullum quidem odoris iucunditate per ſe ferè delectari videtur, ſed paſtus tantum cibique fruendi gratia: cum etiam nonnullis odor eiuſq; ſuauitas offẽſioni & noxæ videatur eſſe, ſi verum eſt, quod de vulturiis & ſcarabæis narratur, quod vt vniuerſè complectar, ex eorum numero perſpicue eſt, quæ aduerſaria efficiuntur naturæ repugnantia: ſed ſigillatim excutienti vnà cuiuſq; temperamentũ & vis odoris ſumenda eſt. [11] ac nonnulla quidem odoris iucunditas eſt etiam in alimentis, velut baccis, pyris, malis, qui vt non veſcaris, tamen iuuat, tantoq; prope dixerim, gratior eſt: verum vt breuiter tamen diuidã, odores quidã per ſe cẽſentur, quidã ex cõſecutione. Saporũ & alimẽtorũ ex conſecutione, anhelitus, & auræ per ſe. Nã magna ex parte quæ fragrant, vt ante dictũ eſt ſaporis ingrati ſunt, acerbi ſubamari: [12] Sed & nonnulla ſciti ſaporis, odoris fœditate prædita ſunt, vt ficus Ægyptius qui vocatur guſtu dulcis: idq; ſi non vbiq;, aliquotfariã tamen. [13] Iuniperus etiã dũ mãditur quẽdã fœtorẽ obiicit, alioqui dulcis, vrinãq; bene olẽtẽ reddit. [14] Sed quoniã odores partim in ſtirpib. ſunt,

γὰρ ἔνια καὶ τῶν τῆς ὕλης ὀσμῶν. οὐ μὴν ὅτι πάντων γε τοῦτ' ἀκολουθεῖ. πολλὰ γὰρ οὐ κακῶδη τὰ ἐκ τῶν σαπρῶν, ὡς οὐδὲ οἱ μύκητες οἱ ἐκ τῆς κόπρου φυόμενοι· τὰ δὲ ἐκ σήψεως φυόμενα καὶ σαπρίσματα κακώδη. [7] Εὔοσμα μὲν οὖν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ πεπεμμένα καὶ λεπτὰ καὶ ἧκιστα γεώδη. ὃ γὰρ τῆς ὀσμῆς ἐν ἀναπνοῇ. κακώδη δὲ δηλονότι ταὐναντία. [8] πολλὰ δ' ὥσπερ τῶν γλυκέων ἐμφαίνει τινὰ πικρότητα, καὶ τῶν ἡδέων βαρύτητα ταῖς ὀσμαῖς. [9] ἔχει δ' ἕκαστον ὀσμὴν ἰδίαν, καὶ ζώων καὶ φυτῶν, καὶ τῶν ἀψύχων ὅσα ὀσμώδη. πολλὰ δ' ἡμῖν οὐ φαίνεται, διὰ τὸ χείριστον ἔχειν τὴν αἴσθησιν ταύτην, ὡς εἰπεῖν. ἐπεὶ τοῖς γε ἄλλοις καὶ τὰ παντελῶς ἄοσμα φαινόμενα, δίδωσί τινα ὀσμήν· ὥσπερ αἱ κεῖθαι τοῖς ὑποζυγίοις αἱ ἐκ τῆς κεδροπόλεως, ἃς οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὴν κακοδίαν. ἡμᾶς δ' καὶ αἱ τῶν ζώων λανθάνουσι τῶν ὀσμωδῶν ὄντων. [10] Ἡδονὴν μὲν οὖν οὐθὲν φαίνεται καθ' αὑτὸ χαίρειν, ὡς εἰπεῖν· ἀλλ' ὅσα πρὸς τὴν τροφὴν καὶ τὴν ἀπόλαυσιν· ποιεῖ δ' ἔνια φαίνεται) τὰς ὀσμὰς καὶ τὰς ἡδονάς, εἴπερ ἀληθὲς ὅ ὅτι τῶν γυπῶν, καὶ τῶν καθαρῶν. τοῦτο δ', ὡς [μὲν] ἁπλῶς εἰπεῖν, δῆλον ὡς διὰ τὴν σωτηρίαν τῆς οὐσίας φύσεως· ὡς δ' καθ' ἕκαστον ἅμα δι' ἃ τὴν τροφὴν καὶ τὴν ἑκάστου καὶ τὴν ὀσμὴν λαμβάνειν διαμιν. [11] εἰσὶ μὲν οὖν ἔνιαι τῶν ἡδυόσμων καὶ ἐν ταῖς τροφαῖς· οἷαι αἱ τῶν ἀκροδρύων καὶ ἀπίων καὶ μήλων· ἔστιν γὰρ αὐτῶν τῆς τροφῆς ἡδεῖαι καὶ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν· οὐ μὴν ἀλλ', ὡς γ' ἁπλῶς διελεῖν, αἱ μὲν εἰσι καθ' αὑτάς, αἱ δ', καὶ συμβεβηκός. αἱ μὲν τῶν χυλῶν καὶ τῆς τροφῆς, καὶ συμβεβηκός· αἱ δέ, ὥσπερ τῆς ἀναπνοῆς, καθ' αὑτάς. ὡς γὰρ ὅπιππον, τὰ ἡδύοσμα, καθάπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, δριμύχυλα καὶ θρυφνά, καὶ εὐστόμαχα. [12] ἔνια δὲ τῶν ἡδυχύλων καὶ κακώδη· καθάπερ καὶ τὸ αἰγύπτιον καλούμενον σῦκον, γλυκὺ ὄν· καὶ εἰ μὴ πάνυ ἔχει, ἀλλ' ὀνίναται. [13] καὶ ἡ ἄρκευθος ἐμφαίνει τινὰ τῇ μασήσει κακοδίαν, γλυκέα ὄσα. ὃ δὲ οὖρον ποιεῖ ἡδῶδες. [14] ἐπεὶ δὲ τῶν ὀσμῶν αἱ μὲν ἐν φυτοῖς καὶ τοῖς τούτων μορίοις, οἷον κλωσί, φύλλοις, φλοιοῖς, καρποῖς, δακρύοις. αἱ δέ, ὥσπερ διείλομεν, ἐν ζώοις καὶ φυτοῖς, καὶ τοῖς ἀψύ-

χοις

χοις· αὗται μὲν φανερὸν ὅτι πέψιν ἕκασαι λαμβάνουσι τὸ τοῖς οἰκείοις, αἷς καὶ ὧδες καὶ κακῶδες ἀκολουθεῖ τῇ οἰκείᾳ φύσει· ἡ δὲ πέψις τῷ οἰκείῳ θερμῷ. ἐν δὲ τοῖς ἀψύχοις τὸ τῶν ἁπλῶν δυνάμεσι καὶ γένος καὶ μυθίζανται, καθάπερ οἱ χυλοί.[15] ὅσαι δὲ δὴ τῇ τέχνῃ καὶ ὀπίνοιαι γίνονται, περὶ τούτων πρατέον εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν χυλῶν. τὸ ἀμφοῖν δ' ἦλον, ὡς ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἰὼ ἡμῖν ἡ διαφορά· πᾶσα γὰρ τέχνη σοφίζεται τοῦτον· εἰσὶ μὲν οὖν καὶ τοῖς ἀμίκτοις ὀσμαί τινες.[16] περὶ δὲ συνεργεῖν πειρῶνται καὶ τὸ εὐδοκιμεῖν ὡς καὶ ταῖς τῶν χυλῶν εὐσομίαις †

οὐ μὴν ἀλλ', ὥς γε ἁπλῶς εἰπεῖν, τὸ μίξαι τὸ πλέον, καὶ οὕτως αἱ † δυοῖν μὲν ὡς τὸ ψυχρὸν λαβεῖν ὑγροῦ καὶ ξηροῦ· τεῦχος δὲ γίνονται ὅταν ἢ ὁμοχυμὸς ὁμοχυμὲς παρὰ μᾶλλον τὸ αἰτιατὸν μᾶλλόν τι, ἢ ὑγρῷ ὑγρόν, ἢ ξηρῷ ξηρόν. ἐκ δυοῖν γὰρ τούτων καὶ ἡ τῶν χυλῶν καὶ τῶν ὀσμῶν μῖξις.[17] ὡς μὲν οἱ τὰ ἀρώματα καὶ τὰ ἀλλαπάσματα συντιθέντες ξηροῖς πρὸς ξηρά· ὡς δὲ οἱ τὰ μύρα κεφαλαιοῦντες, ἢ τῷ οἴνῳ ὑγροῖς πρὸς ὑγρά.[18] ὃ δὲ τρίτον, ὃ καὶ πλεῖστόν ἐστιν, ὡς οἱ μυροψοί, ξηροῖς πρὸς ὑγρά· πολυτὸς γὰρ μύρῳ καὶ χρίσμασιν ἡ συνθεσις αὕτη. δεῖ δὲ εἰδέναι, ποίαις ποίοις δύνασθαι, καὶ ποίᾳ ποίοις συνεργοῦσιν εἰς ὃ πρᾶξαι μέλλει. ὥσπερ ὅτι τῶν χυλῶν. καὶ γὰρ ἐκ ταὐτὸ τοῦτο ζητοῦσιν οἱ μιγνύντες, καὶ οἷς δεῖ τοῦτο ποιοῦντες. ταῦτα μὲν οὖν ἐν οἷς καὶ ὡς αἱ τέχναι ποιοῦνται τὰ τέλη μίγνυσι δὲ τὰ μὲν αὐτῆς τῆς ὀσμῆς ἕνεκα, καὶ πρὸς τοῦτο τὴν αἴσθησιν.[19] τὰ δὲ ὡς ἂν ἡδυσμάτων βουλόμενα τὴν γεῦσιν. οἷον ὡς οἱ τὰ μύρα τοῖς οἴνοις ὅταν χέοντες, ἢ τὰ ἀρώματα ἐμβάλλοντες. αἱ γὰρ αἰσθήσεις, συνεργὸς οὖσαι, ποιοῦσί τινα ἀπόλαυσιν ἀλλήλων. ὅθεν καὶ αὐλοῖς τοῖς γευστοῖς ζητοῦσι τὰς εὐσομίας.[20] Ἀπορήσειε δὲ ἄν τις ἴσως, διὰ τί ποτε μύρον καὶ τἆλλα εὔοσμα, τοὺς μὲν οἴνους ἡδύει, τῶν δὲ βρωμάτων, οὐδέν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ λυμαίνεται, καὶ ἀπύρωτα καὶ πεπυρωμένα. ὃ δὲ αἴτιον ἐστὶν εὐπολεμότερον, ὅτι συμβαίνει τῶν μὲν ξηρῶν ἀφαιρεῖσθαί τε ὑπὸ οἰκείου χυλοῦ διὰ τὸ ἰσχύειν, καὶ ἅμα συνεπιφαίνειν ὑπ' αὐτῶν ὄντα τρυφερὸν καὶ εὐπικρατον ἄπλω

sunt,& earum partibus, ramis, foliis, libro, lachrymis: partim, vt distribuimus, in animalib.& inanimis, perspicuũ profecto est, eos coctione quadã matures cere in suis quẽq; sedib. itaq; odoris gratiã,& iniucũditatẽ pro naturæ proprietate cõsequi. Coctio autẽ natiuũ colorẽ sequitur. in inanimis simpliciũ corporũ potestates: generãturq; ac mutãtur non secus quã sapores.[15] Sed qui artificio solertiaq; odorat' habẽt suaues, de iis quo que, vt de saporib. fecimus, demus opã, vt aliq̃d dicamus. atq; in vtroq; sane nobis sẽper optimi rationẽ esse habẽdã ducimus, qd' ars omnis spectare solet. sunt igit' in nõ mixtis etiã q̃dã odores,[16] quos adiuuare apparatione nitũtur, vt & sapo rũ suauitates; verũtamẽ vt paucis cõplectar, magnã partẽ p̃mixtione tẽperatione q; cõstãt. atq; ita duab. illi q̃dẽ in reb. cernũtur, vt in genere loquar, humido, & sicco, triplicitertamẽ tẽperatis, cũ vel cognata cognatis, vel diuersa diuersis miscẽtur, eaq; aut humida humidis aut sicca siccis. in iis. n. duob. omniũ saporũ & odorũ causa,& origo sita est.[17] vt qui aromata& diapasinata cõponũt, sicca siccis: q̃ vnguẽta miscẽt, aut vino infũdũt, humidis iũgũt humida:[18] tertiũ gen⁹ est õiũ frequẽtissimũ, quo vnguẽtarii vtũt', siccis humida admiscẽtes. omniũ n. vnguẽtorũ & chrismatũ, idest, vnguinũ ista cõpositio est. vidẽdũ aũt. q̃ quib. vnguẽtis,& chrismatis aptè miscẽatur, qui quib. adiumẽto sint, ad vni⁹ velut odoris corp⁹, quẽadmodũ in saporũ cõditione. Nã & in iisdẽ studẽt, q̃ miscẽt, mergẽtes que cõdiũt. ista igit' fere sũt, in quib. & quorũ ope artes illæ suũ mun⁹ præstant. Sed nõnulla miscẽtur odoris ipsius gratia,& vt odorat⁹ moueat':[19] nõnulla gust⁹ velut cõdimẽta quædã, vt qui vino vnguẽtũ infũdũt, aut aromata iniiciũt. Nã horũ sensuũ vicinitas mutuo quodã vsu fruit'. idcireo lautitiis odoris cõmẽdationẽ quærũt.[20] Quæret aliq⁹, q̃d sit, cur cũ vnguentũ,& reliqua odorata vinum condiant, cibum tamen nullum cõmendent, sed omnem corrũpãt, siue igne domita, siue ab eo intacta sint. cui⁹ causa cẽsenda est, q̃ non modo siccorũ saporẽ vi sua p̃stringũt, verũ etiã suũ simul obiiciũt acerbitate,& amaritudine suffusũ. Nã q̃ cq̃d bene olet, huiusmodi est idq; magis mãdẽdo sẽtit', q̃ cõficiat',

Digitized by Google

& diuidatur, idque lõgiuscula mora: at in vino neutrum fit, cum & eius succus acerrimus sit, & vberrimus, vt superari non possit, & nihil fere temporis in gustatu insistat, sed leuiter attingat: vt sensui quod gratum iucundumque est, offerat, quod amarum & triste, gustui nõ significet: verum plane eueniat vt odor velut condimentum potus efficiatur: dulci quidem vino vel maxime; quòd odorem, cuius est expers, præcipue desiderat: aliis generibus, quod miscendo ex ambobus velut vnus confundatur odor. vinum enim, vt ante dictum est, ad imbibendos odores accommodatissimum est. [20] illud etiam quæstione non vacat, cur flores, & coronamenta, odoris alioqui imbecillioris, procul etiam oleant: Iris & nardus, reliquaq; sicca odoramenta multo vehementiora è propinquo: nonnulla etiam commanducari, quædam teri, & comminui, quædam incendi quoque necesse sit, vt myrrham, thus, omniaq; suffimenta. Ratio est, quòd flores in sũmo causam odoris habent, rari præsertim neq; crassi: radices omniaq; solida, in profundo. [22] exteriora autem retorrida atque densa. quocirca illa halitũ lõge iactant: hæc viarum quadam patefactione indigent. proinde comminutæ tusaque fragrantiora fiunt omnia: [23] flores contrà triti deterius olent: cum illa vim suam ostendant: hi etiam imbuantur aliena. Thus autem & myrrha densiore etiamnum natura concreta molliorem desiderant ignem, quo sensim cõcalefacta exhalãtur. Nam si quis vel tũdat vel terat, odorẽ illa quidẽ obiicient, non tamen perinde iucundum, neq; quem facile reponas. atque istarũ rerum in his fere causæ versantur. [24] cæterum vnguentorum compositio omnis & confectio, velut ad odorum conseruationem plane comparata est. quo fit vt in oleo condãtur, quod & ætatem diutissime ferre potest, & ad vsum opportunissimum est: alioqui suapte natura omnium minime odorem concipit, propter densitatem ac pinguitudinem: eorumque pinguissimum quodque, vt ex amygdalis: è sesama autem & oliuis velocissime. vtuntur autem frequentissime oleo è glande Ægyptia & Syriaca. minime enim omnium pingue est. Nã

ex o-

γὰρ ὃ ὀδωδὸς μόνον τοιοῦτον. ἀλλ' ἁπλῶς μὲν οὐδὲν [οὐ] μᾶλλον ἐμφανὲς, ἀλλά τε τῷ θλίβειν καὶ τέμνειν, καὶ ἔτι τῷ ἐξαιρεῖσθαι. ὃν δ' οἶνον οὐδέτερον ποιεῖ. καὶ γὰρ ὁ χυλὸς ἰχῳρόπαλος καὶ πλείων εἰς ὃ μὴ κρατεῖται· καὶ ὀδενὰ τῇ γλώττῃ χρόνον ὑπεδιατρίβων, ἀλλ' ὅσον ἀποθιγγάνων. ὥστε ὃ μὲν ἡδὺ, ἐνδιδόναι τῇ αἰσθήσει. ὃ δὲ πικρὸν καὶ δύσχυλον τῇ γλώττῃ μὴ ἐμφαίνων. ἀλλὰ συμβαίνει τῷ ὄντι καθάπερ ἥδυσμα γίνεσθαι τῷ πόματι τὴν ὀσμήν. ὃ μὲν γὰρ γλυκὺ, καὶ μάλιστα δεόμενον, διὰ ὃ μηδὲν ἔχειν. τοῖς δ' ἄλλοις, ὥσπερ μιᾶς ἐξ ἀμφοῖν γινομένης, ἁρμόττει μίξιν. ὁ γὰρ οἶνος, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, δεκτικὸς δέξασθαι τὰς ὀσμάς. [21] ἔχει δ' ἀπορησαι καὶ τόδε· διὰ τί τὰ μὲν ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματα ἀσθενέστερα ὄντα τὰς ὀσμὰς, καὶ πόρρωθεν ἵζησι· τὸ δ' ἶρις καὶ ὁ νάρδος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ εὐόσμα τὰ ξηρὰ, ἰσχυρότερα ἐγγύθεν· καὶ ἔνια γε τούτων καὶ μιγνύμενα; ἔνια δὲ καὶ πτίσεως δεῖται καὶ διαιρέσεως τὰ μὲν καὶ πυρώσεως, ὥσπερ ἡ σμύρνα, καὶ ὁ λιβανωτὸς, καὶ πολλῶ ὃ θυμίαμα. αἴτιον δ' ὅτι τοῦ μὲν ἄνθους, ὀλίγη πολλῆς ὃ ποιῶν τὴν ὀσμήν. ἅτε μανῶν ὄντων, καὶ οὐκ ἐχόντων βάθος. τὰ δὲ ῥιζῶν καὶ πολλῶν τὰ στερεῶν, ἐν βάθει. [22] τὰ δὲ ἔξωθεν ἀπεξηραμμένα καὶ πεπυκνωμένα· διὸ καὶ ἀφιᾶσι πόρρω τὰς ἀποφοράς· τὰ δὲ, οἷς αἰσθήσεως δεῖ τὰς πόρους. ὅθεν καὶ διαιρήσεως καὶ κατακόμματα, πάντ' ἐνδεέστερα. [23] τὰ δ' ἄνθη, μᾶλλον ἐνδεέστερα βιάζεται. τὰ μὲν γὰρ, ἐκφαίνει ὁποῖά τὰ ἔστιν· τὰ δὲ, προσλαμβάνει ὃ ἀλλότριον. ὁ δὲ λιβανωτὸς καὶ ἡ σμύρνα, πυκνότερον ἔτι πρὸς φύσιν ἔχοντα δέονται πυρώσεως μᾶλλον· ἢ καὶ μικρὸν ἐκθερμαίνουσα, ποιήσει πρὸς ἀναθυμίασιν· ἐὰν γὰρ κόπῃ τις ἢ τρίβῃ ταῦτα, προσοίσονται μὲν ὀσμὴν, οὐχ ὁμοίως δ' ἡδεῖαν οὐδ' εὐώδη. τούτων μὲν δὴ τοιαῦτά τινες αἱ αἰτίαι. [24] τὴν δὲ μύρων ἡ σύνθεσις καὶ ἡ κατασκευὴ ὅλον οἷον εἰς θησαυρισμὸν ἔοικε τῶν ὀσμῶν. διὸ καὶ εἰς τέλειον τίθενται· τοῦτο γὰρ χρονιώτατον καὶ ἅμα πρὸς τὴν χρείαν μάλιστ' ἁρμόττον. ἐπεὶ φύσει ἥκιστα δεκτικὸν ὀσμῆς διὰ τὴν πυκνότητα καὶ τὸ λίπος. αὐτῶν δὲ τούτων τὸ λιπαρώτατον, οἷον τὸ ἀμυγδάλινον· τὸ δὲ σησάμινον καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐλαίας, μάλιστα. χρῶνται δὲ μάλιστα τῷ ἐκ τῆς βαλάνου τῆς αἰγυπτίας καὶ

συείας

συελίας· ἥκιστα γὰρ λιπαρὸν ἐπεὶ καὶ τῶν ἐκ τῶν ἐλαιῶν μάλιστα χρῶνται [25] τῷ ὠμοτριβεῖ τὸ φαυλίου· δοκεῖ γὰρ ἀλιπέστατον ἔχειν καὶ λεπτότατον· καὶ τούτῳ νέῳ καὶ μὴ παλαιῷ. ὃ γὰρ ἂν σηραῖον, ἀχρεῖον. παχύτερον [γὰρ] καὶ λιπαρώτερον γινόμενον. ἔλαιον μὲν οὖν ὃ τοιοῦτον, οἰκειότατον ἀνδρίζεσθαι γάρ· φασὶ δέ τινες καὶ ἐν ἰῷ χρίσματι τῶν ἐκ τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων. πολλαὶ δ' γίνεται περὶ χιλιχίδι, καὶ ποιοῦσιν ἐξ αὐτῆς χρίσμα. φασὶ δ' καὶ εἰς τὰ σπουδάματα τῶν μύρων ἁρμόττειν, ὥσπερ καὶ ὃ ἐκ τῶν βαλανίων καὶ τοῦτο. ποιεῖ δ' καλύφη αὐτῶν δύσοσμα, εἰς ὃ ἔλαιον ἐμβαλλόμενα· ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν πικρῶν· ἤδη δέ τινες οὐκ εὐαπτον. ἅμα μὲν ὃ ἀοσμότατον ζητεῖν, ὥσπερ καὶ ὃ ὠμοτριβὲς ἐκ τῶν φαυλίων. ἅμα δὲ καὶ τούτοις ποιεῖν. δριμύτητα γὰρ ἔχει τὰ τῶν ἀμυγδάλων, εἰ μὴ ἄρ' ὅτι ὃ ἔλαιον ἐφθόμενον κακῶδες. ταῦτα μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. [27] χρῶνται δὲ πρὸς πάντα τοῖς ἀρώμασι· τοῖς μὲν, ὑποστύφοντες ὃ ἔλαιον· τοῖς δ', καὶ τὴν ὀσμὴν ἐκ τούτων ἐμποιοῦντες. ὑποστύφουσι γὰρ πρῶ εἰς ὃ δέξασθαι μᾶλλον τὴν ὀσμὴν, ὥσπερ τὰ ἔρια τὴν βαφήν. ὑποστύφεται δ' τοῖς ἀσθενεστέροις τῶν ἀρωμάτων· εἶθ' ὕστερον ἐμβάλλουσιν ἃ δὴ βάλλονται τὴν ὀσμὴν λαβεῖν· ἐπικραθὲν γὰρ εἰς ὃ ἔλαιον ἐμβαλλόμενον, καὶ αὐτὸ ἔλαττον ἢ οἷον ἐὰν εἰς κοτύλην σμύρνης ἐμβληθῶσι κινάμωμα δύο δραχμαί. [28] θαυμάσειε δ' ἂν τις ἴσως οὖν τοῦτο τε καὶ διὰ τί ποτε τὰ ἀρώματα προσεμβαλλόμενα δεκτικώτερον ποιεῖ τὸ ἔλαιον ὀσμῆς ἔχοντα. δεῖ γὰρ ἀῶδες εἶναι ὃ δεξόμενον. ὃ γὰρ κατεφθαρμένον ὑφ' ἑτέρων οὐκ ἀῶδες. ὥστε ἧττον ἐχέτω εἶναι δεκτικὸν. αἴτιον δ' ἀμφοτέρων ἢ πάντων, ὃ αὐτό. ξηρὰ γὰρ οὖσα, ὃ λίπος ἕλκει πρὸς ἑαυτὰ, καὶ ἀναδέχεται. δεῖ δὲ καὶ τὸ συνέχεσθαι δεῖσθαι. [29] μανὸν δ' γιγνόμενον καὶ τῆς λίπους ἀφαιρεθέντος, ὅτι ᾧ καὶ ἡ οἰκεία μάλιστα ὀσμὴ, δεκτικώτερον ἐγγίνεται αὖ τοῦ ἐπεμβαλλομένου, δεῖ δὲ μὴ αἴτιόν τι δ' ἀπὸ τῶν ἀρωμάτων ὀδμὴ, καὶ ἀσθενὴς, ἅτε εἰς ὃ λιπαρὸν ἀπολωλυῖα, καὶ ἔλαττον ἔχεται τούτῳ, δεῖ δὲ πληρῶσαι τὰς πόρους. ὥστε καθ' λόγον, καὶ ἔλαττον ἢ ὃ ἐπιβαλλόμενον, ὑπερβαλεῖν τὸ τοῦτο ὀσμὴν. εἰς ἀσθενέστερον γὰρ ἐμπίπτει καὶ δε-

ex oliuis potissimũ quoq; [25] vtuntur viridi è phaulia, quæ & liquidissimũ fundit, & minime pingue. eoque recenti, nõ veteri. quod enim anniculum superat inutile est, vt iusto crassius & pinguius. igitur oleum tale accommodatissimum est, vt odoris penitus expers. Chrismati, id est, vnguini etiam nonnulli prædicant oleum ex amaris amygdalis conuenire: vberrime autẽ fit in Cilicia, ex eoq; chrisma conficiunt. aiunt, & nobilibus vnguentis idoneum esse, vt & balaninum. Nam & hoc glandiũ putamina in ipsum conjecta odorata reddit, quãdo & amygdalis amaris expressum idẽ facit. [26] verum qui iam obsecro istud consentaneũ est, oleum quærere quam inolentissimũ, vt viride è phaulia, & in istis tamen condire, cùm amygdalinum acrimonia affectum sit? nisi quia oleum fortè dum coquitur rancescit. Hæc igitur animaduertenda, & consideranda sunt. [27] Vtuntur autem aromatis in omnibus vnguentarii, partim his oleũ adstringẽtes, partim odoris medicamento imbuentes. Oleũ enim omne adstringunt, vt odorem magis combibat, velut vellera infecturam. Adstringitur porrò imbecillioribus aromatis, deinde id postea iniicitur, cuius odorem concipi velint. Quicquid enim nouissimum additur, quamuis minus potentissimum est: vt si in heminam libra myrrhæ, deinde eodem cinamomi drachmæ duæ mittantur: [28] quod mirum fortasse cuipiam esse videatur, vt & illud, quid sit, quod aromata, quę ante iniiciuntur, quamuis odorata, oleum tamẽ ad odorem ducendum accommodatius præstant. Nã quicquid concipere debeat, nullo odore medicatum esse oportet: quod autẽ ab alio iam occupatũ est, id inolens non est, vt proinde ad imbibẽdum esse deterius oporteat. sed vtriusq; aut etiam omniũ eadẽ causa est. sicca.n. illa pinguitudinẽ oẽm alliciunt ad sese & receptant: ex quo & perpetuũ eius lẽtorem discutiunt: [29] ita eliquatũ ad raritatẽ, & pingui liberatum, in quo maximè eius cõsistit odor, iã nihil refragans, prõptius quicquid iniicitur, haurit: odor aũt aromatũ fluxus & euanidus redditur, vtpote in pingui cõsumptus, quo ẽt cõtinetur vndiq; vias oẽs obsidente, vt meritò quãuis minus q̃ nouissimũ adiicitur, odore tamen exuperet, cũ præsertim in imbe-

Digitized by Google

cillius incidat, & ad concipiendum paratius.[30] Quinetiã cuiuſque diuturnitas & aduerſus ignem firmitas proportione reſpondet, & cætera eiuſdem generis. nullum enim hauſtus auidiſſimum, vt balaninum, non idem protinus diuturniſſimum eadẽ de cauſa eſt. vt enim quidque maximè quid recipit, ita vnũ efficitur, & coaleſcit maximè: quod ſemper etiam inprimis durabile eſt. quo fit, vt igne adflatum quàm minimum offendatur: quod idem ex aliis & in ſeſamino valet etiam longè capaciſſimo. Amygdalinum autẽ ocyſſimè ſeneſcit, & breuiſſimè durat cõtrariã de cauſa. Nam quod minimum recipit, etiam celerrime remittit.[31] Rhodinum egregiè concipitur ſeſamino ob pinguedinem, quod tamen dum igne vaporatur coquiturq; velut quando conſumitur, ſeſamam obolet. Genera igitur olei ac poteſtates huiuſmodi ferè ſunt. [32] Cæterum aromata propemodum omnia & odoramenta floribus duntaxat exceptis, ſicca ſunt, calida, adſtringentia, mordacia, nonnulla etiam amaritudine quadam affecta, quemadmodum iam ante diximus, vt iris, myrrha, thus, deniq; etiam vnguenta. ac ſanè vires adſtringẽdi & calfaciendi peruagatiſſimæ ſunt, quas etiam perſpicuæ præſtant.[33] igitur adhibito igne coquendoq; adſtringuntur omnia, odores contrà præcipuos frigida ſine ignis ope ducunt.[34] ac quę in floribus, quorum alii frigido liquore, alii calido merguntur, eadem in odoribus eſſe ratio, & conditio videtur. [35] omnia porrò coquuntur, ſiue iis adſtringendis, ſiue præciputis odoribus indu~~c~~endis operam naues, depoſitis in aqua vaſis vt nulla ſit cũ igne cõtagio, [36] & blandũ eſſe calorẽ oporteat, nimiaque deceſſio futura ſit vſu flammæ, & vſtionis velut nidorẽ obolere ſoleãt.[37] minus decoquũt quæcũq; poti[b] feruẽtia nobiles odores hauriũt, quam quæ frigida, & quæ coquuntur, partim mero fragrãti, partim aqua ante macerẽt. minus. n. cõbibunt: frigida cõtrà quòd ſicca ſint vberi[a],[38] vt iris ſuſa. Cũ. n. quadrãtal iridis tuſæ medimnũ & ſextariũ capiat, plũrimũ decedere prędicãt: modice macerãti ad duos congios deſiderari, multos autẽ macerare minus. ſed præſtantius omninò irinum fit, ea ſicca

κτικώτερον.[30] ἀνάλογον δ' ἔχει καὶ ἡ πολυχρονιότης ἡ ἐν ἑκάστῳ, καὶ ἡ πρὸς τὸ πύρωσιν ἀνθέκτικα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. τὸ γὰρ δεκτικώτατον, οἷον τὸ βαλανῖνον, καὶ χρονιώτατον, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸ αἴτιον. μάλιστα γὰρ ὥσπερ ἓν γίνεται καὶ συμφυὲς, ὃ μάλιστα δεχόμενον. ἀεὶ γὰρ ὃ τοιοῦτον διαμονώτατον. διὸ καὶ πυρούμενον μάλιστα ἀπαθὲς. ὡσαύτως δ' καὶ τὸ ἄλλων ὃ σησάμινον. τοῦτο γὰρ δεκτικώτατον. ὃ δ' ἀμυγδάλινον, τοῦτο μάλιστα ταχὺ, καὶ ὀλιγοχρονιώτατον, διὰ τοῦτο σαπρίας αἴτιον. ὃ γὰρ ἧκιστα δεξάμενον, πάντα μεθίησι.[31] τὸ ῥόδινον δ' μάλιστα δεκτικὸν ὃ σησάμινον, διὰ τὸ λιπαρότητα· πυρούμενον δ', διόζει σησάμου, καθάπερ ἀναλυόμενον. αἱ μὲν οὖν τῶν ἐλαίων φύσεις καὶ δυνάμεις, τοιαῦται.[32] τὰ δ' ἀρώματα πάντα, σχεδὸν [δ'] καὶ ὄσμα, πλὴν τῶν ἀνθῶν, ξηρὰ καὶ θερμὰ, καὶ στυπτικὰ καὶ δηκτικά· τὰ δ', καὶ ἔχοντά τινα, πικρότητα, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴπομεν, ὥσπερ ἴριες, σμύρνα, λιβανωτός· ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τὰ μύρα. χυλόται δ' τῶν δυνάμεων τό τε στυπτικὸν καὶ ὃ θερμαντικόν· αἱ δὲ καὶ ἐργάζονται.[33] ὅπως δ' ἕψονται μὲν οὖν πάντα πυρούμενα· τὰς δ' ὀσμὰς τὰς καθαρὰς ἔνια λαμβάνει ψυχρὰ καὶ ἀπύρωτα.[34] καὶ ἔοικεν ὥσπερ τῶν ἀνθῶν τὰ μὲν, ψυχρόβαφῆ· τὰ δὲ, θερμόβαφῆ· πάντα πλησίως ἔχειν καὶ ὅτι τῶν ὀσμῶν.[35] πάντων δὲ ἥ ἕψησις εἴς τε τὸ ἐπισύρρυφιν καὶ τὰς καθαρὰς ὀσμὰς ἐπισταμένων, ἢ τῶν ἀλείων ἐν ὕδατι γίνεται, καὶ οὐκ αὐτῷ τῷ πυρὶ χρωμένων.[36] τοῦτο δ', ὅτι μαλακὸν εἶναι δεῖ τὸ θερμότητα, καὶ ἀποσία πολλὴ γίνοιτ' ἂν τῇ φλογὶ χρωμένων. καὶ ἐπικαύσιν ὄζει.[37] ποτῷ δ' ἐλάττω τὰ ἀποσίαν, ὅσα πυρούμενα λαμβάνει καθαρὰς ὀσμὰς μᾶλλον, ἢ ὅσα ψυχρά, διὰ τὸ προσφύεσθαι τὰ πυρούμενα, τὰ μὲν, οἷον ῥώνδει· τὰ δ' ὕδατι ἧττον γὰρ διατείνει.[38] τὰ δὲ ψυχρὰ, ξηρὰ ὄντα, μᾶλλον, καθάπερ εἴρηται λαμβάνοντος γὰρ τὴν ἀμφορέως ξηρᾶς ἴριδος κεχρημένης μέδιμνον. καὶ δύο ἡμίεκτα, πολλαὶ ποιοῦσιν ἀποσίαν· ἐὰν δὲ μετρίως φυρήσῃ, λείπειν ὅσον δύο χοᾶς· τοὺς δὲ πολλοὺς, ἔλαττον γίνεται δὲ τὸ βέλτιον τὸ ἴριον, ἐὰν ᾖ ξηρὰ καὶ ἀπύρωτος ᾖ ἶρις. ἀκεραιοτέρα γὰρ ἡ δύναμις,

Digitized by Google

ODORIS naturā non eodē modo veteres cognouerūt, qui propterea varias habuere ſententias, quod odor ſit diuina res; obſcura tamē & inuoluta. Nā à prima hominum origine odoribus ac ſuffimentis Deos ad vota ſua facilius euocare priſci crediderunt; nullaque religio extitit cui non odores in colendis Diis eſſent admodum familiares. at obſcuritas vel eo præſertim maior eſt, quod homo cæterorum pene animalium peſſimum habet odoratus ſenſum, quodque raro ſine defluxione, aut ſenſu percipitur, aut animo cogitatur Odor. Vnde non iniuria diuinus Plato ſtatuiſſe videtur, illum eſſe fumum, aut caliginem, quod non niſi cum exhalatione eſſe videatur. quæ ſententia Platonicis etiam arriſit maximè & à Galeno fuit acceptata. Nā & ipſe Odorum ſubſtantiam vaporoſam eſſe fatetur, & Odorem non ſine effluxu poſſe fieri, qui à re odorata proficiſcitur. ſubſtantiam igitur illi ſtatuiſſe videntur odorem, potius quam accidens; niſi fortè dicat aliquis, quod & veriſimilius videtur, odorem eſſe quidem accidens, ſed non niſi in exhalatione eſſe, aut effluxu odori corporis, cumque illa ad olfactum accedere. quamobrem & propter hanc cauſam, & corpus à quo odoratus halitus exurgit aliquando tabefieri, & corrugari, quod odoratis pomis accidit, modumque quo olfactus fit, non aliter eſſe, quam quod halitus ille quaqua verſum nares ferit, ſentiturque tantum ibi, quo acceſſerit. Hæc Platonis opinio, quæ quod ad defluxiones pertinet, quas ἀπορρίας vocabāt veteres à Democriti, Epicurique ſententia non adeò videtur diſcrepare, reiecta eſt ab Ariſtotele, qui non halitu odorem conſtare exiſtimauit, ſed illum in aere, aquave quatenus humida ſunt corpora, inprimi à corpore ſicco quidem illo, ſed ſaporis non experte, quod aptiſſimè vocat χυμόν: quodque in aqua ſit, alioue humido à ſicco, quod percolatum ſaporem efficit, illud idem à ſicco ſapido fieri, in aere præſertim medio, qui propterea quatenus odoribus eſt peruius, διοσμος appellatus eſt: quamobrem & ſaporem & odorem ſimul penè eſſe, ſenſuſque ipſos horum ſenſibilium affines eſſe, cum etiam ſaporibus ſint indita nomina ab odorum ſimilitudine. Cum itaque diuerſæ ſint duorum philoſophorum ſententiæ, quorum vterque primum apud ſuos locum tenuit, difficilimum eſt inter illos arbitrium ponere. Nam & Platonis opinio, & ſenſu nititur in ſenſibilibus rebus acer-

Digitized by Google

rimo iudice,& rationes habet non contemnendas. Aristotelis verò etsi verior esse videatur,suspecta tamen est, nisi Platonica confutetur. ac primum quod sensu constet odorem halituosam rem esse,planum est tam in rebus quæ θυμιατὰ dicuntur græce,hoc est suffumigabiles,vt vno verbo dicã, simulque cum fumo odorem emittunt,quàm in aliis carnibus,omnino verò in iis,quæ aliquo modo concalefacta odorẽ emittũt.à calore.n. cietur halitus,in quo odor,qui si crassiusculus sit in aspectũcadit,si tenuior aspectũfugit,&ab aere nõ secernitur.accedit &ratio,quæ eadẽ &à sensu sumit, cuius & in Timæo Plato meminit.Nã si in odorato, fætidove halitu nares obturemus, aerẽ qui dẽinspiramus,vaporem tamen non admittimus, quòd aer quidẽ potest persuadere,halitus vtpote crassior omnino nequit.Deinde aiunt odoratum fieri,qua potest exhalatio permeare, & non amplius;non igitur sine exhalatione odorẽ esse:illã verò pro animalis natura, quod olfacit, aut non nisi prope crassãq; percipi, aut disiectam aut paulò tenuiorẽ.ita sues non olfacere nisi quæ propè sunt,quippe quibus obtusior odoratus est,imò etiam cœnũ cõmiscere ad suscipiendum halitum inde excitum. homines & paulò longius odorem percipere,& tenuiorem halitum cum odore, cõtrà canes, Vultures,aliaque animalia,quibus est maxima odorandi vis,&disiectum,&penè dissipatum vaporem accipere. accedit quod nisi in halitu odor sit, qui ab odorato exhalat corpore, absurdum non possumus effugere, quòd ab vno subiecto ad alterum transiret accidens. Nam integro odorato corpore odor exhalat, & subiectum mutat, quod nisi effluxus quidam sit ex eodem corpore decisus non est, quomodo ad absurdum respondeamus: postremò odores animalem spiritum enutriunt, non igitur esse queunt nisi halitus, aut in halitu contenti,quippe & à substantia & à simili fit nutritio. His rationibus si veterum physicorum addamus auctoritatem, confirmabimus fortasse magis. illorum alii exhalationem,vaporem alii, quidam vtrumque esse odorem voluerunt. sed nos in præsentia inter vaporem & halitum non magnum esse discrimen volumus, ac proinde eandem penè physicorum veterum, & Platonis esse sententiam. verùm enimuerò etsi illa tot rationibus confirmata sit, assertoremque Galenum habeat, non tamen propterea vera est. Nam vt rationes Aristotelis,quas habet in libro de sensu prætermittamus, si odor esset halitus,non nisi propè fieret olfactus. iam verò constat, quam longissimo fieri spacio, & vndequaque. præterea quod Auerrhoys in secundum de Anima adnotauit,quando constat Vultures quàm longissimè odorari, necesse esset halitum ita extendi per aerem, vt ab illo tanquam à centro semidiameter secundum longitudinem linearum protenderetur, & ita ad nares animalium accederet. id verò absurdum est, & quod vndequaq; olfaciunt animalia: nec modo per semidiametrum,& quod nõ potest adeò extendi vapor, aut halitus, vt quingenta, aut amplius passuum millia prætervolabatur.rationes verò quibus aut Plato,aut qui illum secuti sunt, sententiam illam confirmarunt, difficile non est refellere. Nam,quod aiunt sensu constare, odorem exhalationem esse, aut fumum argumento sumto à rebus, quæ suffitiuntur & à tostis carnibus non est,quod mouere nos debeat. Nam etsi in suffumigiis tollatur halitus, in eoq; etiam odor sit, quemadmodum & in subiecto, non tamen odor est halitus,qui nihil aliud est,nisi passio,quæ ita per aerem defertur ad nares,quemadmodum & color ad oculos. Aer enim vt est perspicuus,coloresq; hac ratione recipit,ita etiam peruius est odoribus, qui non corpore intrudũtur in illum,pelluntq; vndiq;,sed eo modo,quo & sonitus,& colores,eminẽtiori scil. ac spiritali.Ratio verò illa,quã affert Plato in Timæo,nescio an admitti debeat. Nã etsi obturatis narib.odor non excipitur,nõ tamen propterea dicendũ est aerem excolari,secerniq; ab odorato halitu,quin potius inspiratione fieri, ac propterea odorem non persentiri. opus enim est, quando præsertim infirmum olfactus habemus sensum, absoluta fiat aeris attractio inspiratione, vt ita demum sensum afficiat.quæ si non fiat,potest quidem homo inspiratione tàm modica refrigerari,non tamen odorem percipere,ad cuius perceptionem, & spatio certo opus est, & spiratione non impedita.alia ratio leuis est. Nam sensu constat vel longissimo interuallo animalia quædam olfacere,quo non accedit exhalatio. sed aiunt animalium quædam nõ olfacere nisi propè illaque crassum adhuc halitum percipere,nonnulla tenuiorem redditum spatio remotiori, alia verò penè disiectum.subtiliter quidem,& ingeniosè,non tamen verè meo iudicio.ita enim dissicitur halitus, vt omninò pereat, & absumatur. Quamobrem,& eius qualitas nullo pacto reliqua sit, vel si maxima odorandi vis adsit. Cæterum absurdum illud transitus accidentis ab vno subiecto ad aliud male,& vitiosè colligunt:Nam odor in odorato corpore inest tanquam in subiecto,& efficiente. in aere aut aqua reuera tanquam in medio,non aliter atque color,qui in colorato inest corpore,& idem acceptus ab aere perspicuo defertur ad oculum. Alia igitur est ratio. qua in humido medio odor est. Alia,qua in odorato subiecto,corpore.illa ratione accidens est in subiecto. hac sensibile in medio spiritaliter, vt loquuntur,quod & Auerrhoys adnotauit doctissimè in secundo de Anima.neque vllus effluxus fit ab odoratis rebus propter odorem. quoniam etsi corrugantur odorata quædam,& tabescunt,non tamen propter emissum odorem,sed propter humidum,quod exhalat. hunc autem insensibilem halitum si quis effluxum vocat,per me licebit quidem illi, non tamen id propter odorem accidit,quæ affectio est mera à sicco sapido in humidum medium facta, per quod in olfactum defertur.Quod ad nutritionem animalis spiritus, pertinet,rem declarauimus in librũ de spiritu,& negari potest à peripateticis. Nam & Aristoteles valide confirmauit odores nutrire nõ posse.qualitate enim sola, qua odores sunt, recreant,atque reficiunt,non autem alunt substantia. Hæc cum ita sint,rationes Platonicorum(nisi fallor)reiectæ sunt. restat igitur, vt Aristotelis sententiam & afferamus,& explicemus.Odorem enim ille naturam sicci sapidi in humido esse voluit, propterea quod quemadmodum à sicco,quod per humidum percolatur sapor fit, ita ab eodem sa-

poris

Digitized by Google

poris non expertè odor. Sapor excipitur in liquore, odor in medio, quod potest siccum sapidum abluere & abstergere. tale præcipuè aer est, sed tamen & aqua, quando constat & pisces olfacere. Verum cum dicat Aristoteles odorem esse naturam quandam & eius genus incertum sit. quęri debet meo iudicio. Nomen enim illud naturę latissime patet, neque satisfacit curiosioribus. atque odor accidens est sine dubio sub qualitatis genere positum. debet igitur habere genus, aut qualitatē aut sub qualitate, habetque quatenus est in corpore odorato. est enim passiua qualitas, quemadmodum & sapor. in aere non videtur aut qualitas esse simpliciter, aut passiua qualitas. & tamen etiam in corpore à quo emanat odor, non ita est, quemadmodum sapor. in illo enim sapor est, vt in materia, odor vt in efficiente. à sicco enim sapido fit in medio, estque efficiens siccum illud ἴχνυμα odoris, qui reuera, ac proprie in aere est, aut in communi Diosmo, quod appellant: & tamen etsi modo quodam insit in aere, qui spiritalis dicitur, tamē non potest illa receptio non esse passio, seu affectio quæ ab Aristotele πάθος dicitur. Dicet aliquis eandem esse debere rationem medii, qua odores recipit, & qua lumen, aut colores, illam verò rationem esse potius habitudinem, aut vt græce dicam σχέσιν. respondendum, odorem à sicco misto fieri, ac propterea affectionem in aere recipi, quæ fit à passiua qualitate, veramque esse affectionem ac πάθος. spiritalem tamen propterea dici, quod species sit, quæ excipitur nihil habens corporatum, nihil ex materia, non aliter atque sonus in eodem aere sumptus, ac genitus. Neque probanda Plotini sententia, qui medium aerem ab odorato corpore ita censuit immutari, alterarique vt odorem ita suscipiat, quemadmodum qui igne calefactus est aer calorem suscipit. Nam odor nō nisi in aere est. Sic cumque illud ἴχνυμα quod odorem facit, odoratumque corpus in quo est, ideo odoratum dicitur, quod facit odorē: ac calor magis in igne est, quā in aere, calidior enim flamma, quam aer calefactus quidem; sed non ignitus. minus probandus Ammonius philosophus in Aristotelis Categorias, qui olfactū fieri non vna ratione censuit, sed ab aliquibus animalibus exhalatione odores percipi, à nonnullis aeris commutatione, ab aliis autem vt sagacioribus transmissione, quam apte διοσμίαν dicere possumus. debet enim vna eademque esse ratio, qua olfactus fit, neque in aliis, aliisque variari. quemadmodum alia ratio nō est videdi, alia audiendi in diuersis animalib. sed eadē est noctuę aspectus ratio, atq; aquilę. Nā quod nō nisi cōmisto cœno odorētur sues, Vultures, vel à remotissimis partib. ,non debet diuersitatē odorandi arguere sed temperamēti sensorii. aliter enim affectum in suæ, aliter in Vulture: quemadmodū noctuæ, & aquilæ oculi diuersæ naturæ sunt, ratio tamen aspectus vna. His declaratis genus odoris manifestum est, quamobrem & non ignota definitio, esse scilicet odorem affectionem, quæ in medio humido fit à sicco sapido. Verum etsi differentias in generis declaratione explicauimus, tamen dicendum adhuc est saporem gigni mistione sicci cum humido. nihil enim siccum simpliciter, aut humidum saporosum est, quamobrem neque elementa ipsa pura, ac simplicia: odorem autem à sicco quidem fieri, non tamen simplici, sed cum humido misto, ac propterea saporis participe. hoc illud est siccum, quod & Aristoteles & Theophrastus vocant ἴχνυμον, quod in humido, in quo sit, saporem efficit, saporis verò particeps odorem facit in aere, sine quo olfactus nō potest fieri, quemadmodum nec aspectus sine medio perspicuo, quod defert aspectabilem speciem. Hinc est, quod saporem, & odorem & eandem esse pene affectionem scripsit Aristoteles, & in textu de plantarum causis Theophrastus his verbis: ὡς ἀπὸ χυλοῦ πῶς γίνεται καὶ ἔκ ὅτου ἀπηρτημένου τὸ τῆς ὀσμῆς: hoc est, quod odor quodammodo à sapore fit, neque ab illo separatus est. Hinc etiam est, quod quæcunque saporem habent, & esui sunt, odore suo afficiunt animalia cætera, quæ non nisi propter pastum odorem sentiunt. Nam homo & propter sese, in cuius tamen odoribus, etsi non sit siccum, quod possit alere, non tamen expers saporis est. atque hęc de odoris natura dicta sunt, in qua & ortus ratio & efficientes declaratæ sunt causæ. quoniā autem odor olfactus obiectum est, olfactus sensus, sensus animę facultas, propterea fit, vt odor in tractatione de Anima præcipue consideretur, & tamen quoniam & sensus & sensibilia separatim à physicis pertractantur, propterea & in libro de sensu accuratius explicatur. Idem quoniam & in plantis est præcipuè, & in fructibus per se, ideo non iniuria in sexto de plantarum causis, quemadmodum & de sapore, ita & de odoribus egit Theophrastus. agunt & medici de odoribus in simplcium pharmacorum inquisitione. Nam à sapore & odore qualitates primas non obscurè deprehendunt, egitque de iis Galenus accuratè in li. de simplicibus medicamentis. est tamen & alia odorum tractatio, quatenus artificio comparātur, seruanturque aut in vino, aut in oleo, aut inuicem commiscentur, habentque non inutiles quæstiones. quam tractationem noluit intactam relinquere Theophrastus, qui in separatis commentariis particularem illam physicen, cuius maior pars problematice declaratur, explicauit. ex quibus cū nonnulla opuscula reliqua sint, inter illa autem & liber de odoribus, non tamen & ille meliorem, quam alii fortunam nactus est. lacer enim & hic & mutilus, ac mille fortasse locis depranatus ad nostram ætatem seruatus est. in quem ab Adriano Turnebo viro doctissimo translatū breues cōmentarios parauimus. ante quos hæc de odoris natura præfari volui, quod non sim nescius locum hunc philosophiæ & vtilissimum esse cognitu, & perobscurum. Cæterum in hoc libro de odoribus agit non omnibus per sese: Sed primum de iis, qui artificio comparantur. ii autem non nisi mistione fiunt. Nam, & natura mistione odores procreat, & naturam imitatur ars. quoniam vero quæ miscentur aut arida sunt, aut liquida, ideo tres sunt commistionis modi. nam aut liquida cum liquidis, aut liquida cum aridis, aut arida cum aridis. primus modus est vnguentorum, ac vini. inuenit id antiquorum luxus, vt natiuum odorem vini vnguentis corrumperet. Alter est vnguentorum, quæ ex oleo, ac aridis rebus componuntur.

Digitized by Google

tertius Diapasmatum, quæ & smegmata odorata dicuntur medicis. de his agit singillatim post vniuersalem apparatum, in quo docetur odoris natura & species.

[1] αἱ ὀσμαὶ, ὧν μὲν ὅλον ἐκ μίξεώς εἰσι, καθάπερ οἱ χυλοί· ὧν δὲ ἄμικτον ἄπαθυ ἄοσμον, ὥσπερ ἄχυλον.

Odores admixtione quadam omninò constant, vt sapores. Quod enim admistionis est expers, protinus etiã omni vacat odore, vt & sapore.

Propositio hæc in libris naturalibus probata est. siquidem & in libro de sensu & in sexto de plantarum causis demonstratum est, ex sicco, terreo, atque humido simul commistis saporem fieri. ex sicco autem, succolo, ac sapido odores, ac propterea vtrosque esse pene congeneres. τὸ δὲ ἄμικτον. propositionis ratio ex contrario: sequitur autem omnino, vt vbicunque sapor sit, sit etiam odor. Nam mare cum admistione sicci terrei saporem habeat, expers odoris non est. Aristoteles in libro de sensu: πάντα γὰρ τὰ στοιχεῖα ἄοσμα οἷον πῦρ, ἀὴρ, ὕδωρ, γῆ, διὰ τὸ πάντα ξηρὰ εἶναι ἢ ὑγρὰ ἄχυμα εἶναι ἐὰν μὴ τι μιγνύμενον ποιῇ. διὸ καὶ ἡ θάλαττα ἰσμὸν ἔχει. ἔχει γὰρ χυμὸν καὶ ξηρότητα.

Hoc est. Nam elementa sine odore sunt, vt ignis, aer, aqua, terra: nam & quæ ex iis aut humida sunt, aut sicca sine sapore sunt, nisi quid commistum illum faciat. quare & mare odorem habet: habet enim & saporem, & siccitatem. Quod ad terram pertinet, illa omnium elementorum est impurissima, quamobrem multis modis admista humido sapores etiam varios comparat. Nam vt omittam terras insignes, & metallicas, quæ manifesto sapores habent & odores proprios. terra etiam illa, quæ ob frugum prouentum laudatur odorata est. Plinius libris decimo septimo. quod si admonendi sumus, qualis sit terræ odor ille qui quæritur, contingit sæpe etiam quiescente ea sub occasu solis, in quo loco arcus cœlestis deiecerit capita sua, & cum à siccitate continua immaduerit imbre, tunc emittit illum suum halitum diuinum à sole conceptum, cui comparari suauitas nulla potest.

[2] τῶν δὲ ὀσμῶν αἱ μὲν, ὥσπερ ἀνδρὸς καὶ ὑδαρὴς, καθάπερ ὅπου τῶν χυλῶν. αἱ δὲ, ἔχουσαί τινας ἰδέας.

Verum odorũ partim inertes sunt, & diluti, quemadmodum in saporibus: partim suapte quadam specie censentur.

Species odorum inquirit, quas vel eò colligere difficile est, quod innominati sunt, nisi quatenus proportionem saporum retinent. ἀειδεῖς autem, aut tales, quæ speciem non constituunt, quod genus in sapore vocant ἄπιον: aut etiam ἀνδεῖς, iniucundæ. omninò enim, quoniam ἀνδεῖς. sensum vix afficiunt aqueum autem illud, quod græce dicimus ὑδατῶδες, vt saporem obruit, ita etiam odorem extinguit. Nam in sicco tam odores sunt, agente calido, aut innato, aut externo. in sexto de plantarum causis: ἴσασι γὰρ ὑδαρῆ ὄχυλα καὶ ἄοσμα, ὡς ὁπόταν. ὅτι δυσὶ γὰρ τούτοις ὡς εἰπεῖν ἄοσμα τῇ τε πρὸς χυλὸν ὑδαρῆ πρὸς ἔχειν φύσιν καὶ τῇ πολὺ τὸ ὑδατῶδες.
Quæcunque enim aquea sunt, & saporis sunt expertia propemodum. in his. n. vt ita loquar, duobus odoris priuatio. quod & sapor natura quædam aquosa est, & humor aquæ nimium reddit. quod ad species attinet, illæ vt sapores consequuntur, ita & eorum nominibus donatæ sunt. in secundo libro de Anima. quemadmodũ sapor dulcis est, & amarus, ita & odor. odoribus verò eadem nõ esse posita nomina, aut propterea dicit, quod manifestè nõ est, aut salsus odor, aut pinguis, aut quod nonnulla cum amara sint, odorem tamen habent dulcem, suntq; vt loquitur Aristoteles πρὸς ἀνδεῖς. præterea quod dicimus odorem grauem, mollem, vehementem. quæ nomina saporibus non tribuuntur. Notandum verò ἰδέας διορισμένας τοῖς εἴδεσι. ideas sumemus pro formis constitutis, εἴδη pro rationibus, quæ constituunt. vocarunt Barbari formalitates aptissimo vocabulo. his autem fit, vt altera species ab altera diuersa sit.

[3] ἀλλ' ὡς μὲν τοῖς γένεσιν· ὅτι τὰ μὲν εὔοσμα, τὰ δὲ, κάκοσμα. τῆς δὲ εὐωδίας καὶ κακωδίας, οὐκέτι τὰ εἴδη κατωνόμασται, καίτοι ἔχοντα διαφορὰς μεγάλας.

Sed tantum generibus: cum præsertim bene olentia quædam, nonnulla male olentia dicantur, cæterùm suauis tetrique odoris species vocabulis notatę non sunt, quamquam in magno alioqui discrimine.

Genera constituit odorum εὔοσμον & κάκοσμον, hoc est odoratum, & fœtidum. per hæc autem ait, euidentius odores distribui, sub quibus sunt quidem species aliæ, verùm aliquanto ignotiores, ac propterea & innominatæ. Odores igitur aut diuidentur ita, vt sapores, & habebunt etiam eadem nomina, etsi non in vsu omnia, aut manifesta. aut distribuentur per vniuersales differentias, quas & genera diximus τῆς εὐωδίας καὶ κακοσμίας, hoc est probi odoris, & fœtidi. Verum quæri potest, an sub his generibus omnes species contineantur. respondendum non videri necessarium cõtineri. Nam neque odoris probitas, neque fœditas vniuoce, vt aiunt, de dulci odore dicitur, aut de acido, aut de acri. Nam non est dulcis odor omnis εὔοσμος; neque acris omnis κάκοσμος. Nam & dulcis

Digitized by Google

dulcis potest esse mali odoris, & acris non mali. potest enim ille esse grauis, ac molestus; hic suauis. An in vniuersum verum est dicere, quod quemadmodum omne alimentum aut dulce est, aut dulcedinis nō expers: sic etiam omnis odor, qui cerebro confert, & olfactui gratus est, probus est, & odorus. contrà verò fœtidus, & malus, qui & olfactum lædit, & cerebrum aut aggrauat, aut illi aliquo modo molestus est. potestque seruata saporum proportione odoratum dici dulce, fœtidum amarum, quod & Aristoteli placuit in libro de sensu. καὶ τοῖς πικροῖς αὖ τὰς σαπρὰς ὡς ἄλογον εἶναι. quod & Galenus docet in quarto simplicium medicamentorum, vbi illi de odoribus sermo est. ὅτι μὲν γὰρ τῶν γλυκέων. in priori diuisione, quæ fit per saporum vocabula, manifestiores ait esse species. posuit autem dulce, & amarum, quod odores isti extremi sint, atque contrarii.

4 ἀλλὰ δριμεῖα λέγεται.

Aristot. libro de sensu. καὶ γὰρ δριμεῖαι καὶ γλυκεῖαι εἰσὶν ὀσμαὶ αὐστηραί, καὶ τρυφεραί, καὶ λιπαραί, καὶ τοῖς πικροῖς αὖ τις τὰς σαπρὰς ὡς ἄλογον εἶναι. hoc est, nam & acres odores sunt, & dulces, & austeri, & acerbi, & pingues. Amaris autem fœtidos proportione respondere dicet aliquis. Galenus contrà docet: acidū odorē, & acutum, siue acrē dici solitū; verum austerū, acerbum, aut salsum in vsu sermonis nō esse. quid igitur? repugnat Aristoteli Galenus? nolim id dicere. Sed Aristotelem de rei ipsius natura loqui, Galenum de sermonis vsu. Cæterum ex his nominibus quæ hic ponit philosophus, acutus ac dulcis à saporibus sumpti sunt. mollis, vehemens, ac grauis metaphorā nuncupati. mollem videtur vocasse Plinius dilutum, quamuis possit esse & λιπαρὸς, qui non multum discrepet à dulci. grauis odor, ac vehemens ad commune illud genus fœtoris referri possunt. Nam quod grauiter, aut vehementer olfactum afficit, propter hanc causam, vt Galeno placet, fœtidum est. vnde est, quod ex iis differentiis, quas nominauit, aliquas & fœtoris communes esse Theophrastus existimat. Verum potest esse quidem odor probus vehemens, & acris nimium, qualis muschi est; & tamen ad fœtidū non pertinere; nisi fortè lata significatione, qua quidquid olfactum lædit, fœtidum dicitur, & tamē eadem ratione malus odor potest esse grauis, ac vehemens.

5 ἢ δὲ καθόλου καὶ ὥσπερ ὅτι πᾶσι τοῖς διαφθειρομένοις.

Vniuersalem, ac specificam differentiam fœtoris statuit τὴν σαπρότητα, hoc est putrefactionē. Vniuersalem autem illo significato, quod in primo de demonstratione declaratum est. Vnde sequitur vniuersalis propositio. omne quod putrefit olidum est. cōuertitur autem, omne quod est olidum, putrefactum est. Verior autem videtur hæc altera. Nam prior non omnino vera videtur aliquibus. Videntur enim esse, quæ putrescant, quæ tamen non male olent. verum putredinem decet hic accipere, non inchoatam, sed quæ amplius progressa sit; fœtorem autem si non minimum ac intolerabilem, non bonum tamen odorem. quo significato & acidum in vino fœtidum est. acescit enim vinum putredine, cui & propterea acrimonia, & partes calidæ, quod retinet caloris externi, à quo putredo inducta est, prima vestigia. videtur autem vbi ait εἰ μή τι, aciditatem vini à putore secernere, & tamen quemadmodum & in vino corruptio, ac putredo, ita & aciditas fœtor censebitur.

6 ὧν μὲν ἡ σύστασις ἐκ τοιούτων ὑλῶν.

Excipit quæ ex putri constant materia, quorum aliqua non malè olent, aliqua vero materiæ seruant putorem. ex iis, quæ non olent, sunt & fungi, qui in stercore oriuntur, τὰ ἐκ σήψεως φύόμενα. intelligit illa, quorum ortus ipsa putredo est. putredo enim corruptio est, corruptio vnius rei, alterius est generatio: ergo quæ ex ipsa putredine, ac corruptione oriuntur, propterea olida sunt, quod putredo virus habet atque fœtorem. Notandum autem aliud esse ex putri materia oriri, aliud ex putredine fieri, aut constare: illo modo nihil vetat, quod oritur putidum non esse; hoc alterum necessarium est.

7 εὔοσμα μὲν οὖν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ πεπεμμένα καὶ λεπτὰ καὶ ἥκιστα γεώδη.

Suaue olentia omnia, quæ sunt cocta, subtilia, minime terrena.

Non satis est coctio ad bonum odorem conciliandum, sed & tenuitas partium sit oportet, quod enim odorem facit siccum est, quod quo tenuius sit, ac terrenis, aqueisque partibus liberius, eo odoratius esse solet. talia sunt præsertim Aromata; sed totus hic locus ex sexto de plantarum causis declarandus. necessitas tenuitatis, quod odor in spiratione. Animalia enim, quæ spirant in spiratione olfaciunt: debet igitur odor purus esse, ac tenuis, vt citissimè aere traiecto ad olfactum per spirationem accedat.

8 πολλὰ δ' ὥσπερ τῶν γλυκέων ἐμφαίνει τινὰ πικρότητα, καὶ τῶν ἡδέων βαρύτητα τοῖς ὀσμαῖς.

Pleraq; vero quēadmodum in dulcibus nonnulla gustū quendam amaritudinis habent, itidem quoque in suaue olentibus odoris grauitatem obiiciunt aliquam.

Digitized by Google

Hoc & ſuperius dicebamus,& ſenſu euidens eſt. Sunt enim multa,quæ etſi optimè alioquin oleant,habent tamen grauitatem odoris aliquam. talia ſunt,quæ humorem habent excremẽtitium, & craſſum,quem calor non vſquequaque potuit attenuare. TVRNEBVS in tralatione huius particulæ. ſed tantum generibus,cum præſertim malim hanc clauſulam à ſuperiori diſtinxiſſet ita. Sed & generibus diſtinguuntur odores,quod alia benè alia malè oleant;rem enim nouam auſpicatur. Quamquam in magno alioquin diſcrimine. Non ſatisfacit hæc verſio philoſopiæ ſtudioſis. dicendum potius,vt ait Theophraſtus. Quamquam magnas habeant differentias. atque cum iſtorũ nonnulli,malim diſtinxiſſet. Communes autem ex his & fœtidorum ſunt aliqui. in vniuerſum verò vt in iis,quæ vitiantur putredo eſt. Nã cum odorum dixiſſet aliqua nomina,licet ex iis nonnulla & male olentibus tribui ſoleant,ad fœditatem odoris tranſit,quæ eſt in putredine. Cum præſertim in halitu ſitus ſit omnis odor: ſi halitum intelligit πνοὴ ἀναθυμίασιν, non male ex Platonis & Galeni ſententia. at non id voluit Theophraſtus,ſi verò πνοὴ ἀναπνοὴν, obſcurè, & ambiguè, proprie enim ἀναπνοὴ reſpiratio eſt,in illa eſt odor. quod non niſi reſpiratione olfactum afficit.

ἔχει δὲ ἕκαστον ὀσμὴν ἰδίαν, καὶ ζώων, καὶ φυτῶν, καὶ τῶν ἀψύχων ὅσα ὀσμώδη. πολλὰ δὲ ἡμῖν οὐ φαίνεται, διὸ δεῖ χωρὶς λαβεῖν τὴν αἴσθησιν ἑαυτῶν, ὡς εἰπεῖν.

Habent autem ſtirpes, animantes, inanima, quę quidem olent, ſuum quæque, propriumque odorem: ſed multa nobis olere nõ videntur, quòd ſenſum odoratus longe deterrimum habeamus.

Cum & genera,& ſpecies odorum ſuperius declaraſſet,affert modo,quænam illa ſint,in quibus odores inueniuntur. Omnino enim & animata,& miſta omnia ſuos habẽt odores proprios,etſi propter olfactus infirmitatem hominibus ignoti ſint. atque quod ſcribit de Animalibus,quod & ipſa peculiari ſunt odore prædita,videatur fortaſſe repugnare ſententiæ, quæ eſt in ſexto de plantarum cauſis. docet enim ibi nullum animal benè olere. Verùm nulla repugnantia eſt: de odore enim ibi loquitur ſuaui,& probo; hic de peculiari,& proprio cuiuſque animalis,quem eſſe omnibus neceſſe eſt. Nam ſic ſeſe quærunt inuicem,quæ aut eiuſdem ſpeciei ſunt, aut quæ natura conſociantur; ſic nonnulla inſidiantur iis, quæ videntur propter naturale odium perſequi, verius autem fortaſſe,propter cibum. ἄψυχα vocat ligna, metalla,foſſilia,quod etſi ligna in cenſu ſint animatorum antequam excidantur,tamen viridia quædam aut nihil, aut malè olent, exciſa,& arida ſuaue olentia ſunt: inanimata autem,quæ odorem habent non omnia licet intelligere,ſed quæ miſtionẽ, & alterationem paſſa ſunt. hæc enim & ſapore & odore ſunt prædita. niſi dicat aliquis eſſe omnia communiter intelligenda. nam etſi nobis nihil olere videantur, olere tamen, quòd omnibus proprius inſit odor, ſentireque animantes alias,quæ nos nequimus. at cum addat ὅσα ὀσμώδη: non niſi illa intelligit,quæ dicimus. διὰ τὸ χωρὶς λαβεῖν. dictum id & in ſexto de cauſis,& in ſecundo de Anima, & in libro de ſenſu. Leniit autem ſuperlatam vocem philoſophica modeſtia. de hordeo cedropolis eadem ſentẽtia in libro de admirabilibus. eſt autem cedropolis Thraciæ pars olim vocata ſuper Amphipolim. ἡμᾶς δὲ καὶ αἱ τῶν ζώων καταλήψεις τῶν ὀσμῶν διαιροῦσιν. mendum hic inhæſiſſe certum eſt. lego τῶν ὀσμωδῶν ὄντων. erroris autem occaſio nemini non eſt manifeſta. vocat ὀσμώδη, quæ odore prædita ſunt. qualia & Animalia,& plantæ. & ὀσμώδη dixit non εὔοσμα. illud enim certum eſt,hoc in quæſtione poſitum, imò & ab Ariſtotele,& Theophraſto apertiſſime negatum. Nam Pantheram quod aiunt benè olere, vt verum ſit, non tamen bene olet homini. Sed animalibus,quæ odoris ſuauitate allicit,& vorat; vt autem omnia animalia odorem aliquem habeant, tamen & aliqua ſuauiter olent,quæ veteres non agnouerunt. talia felis, cuius ſtrigmentum ſudoris zibetum vocant. Gazela, cuius vomica moſchus eſt, murium genus, qui moſchum olent corcopitheci. quorum cauda introrſum curuatur: adhæc ſebellinæ vulpeculæ,& ſiquid aliud, quod nondum agnouimus.

ἡδονὴν μὲν οὖν οὐθὲν φαίνεται καθ' αὑτὸ χαίρειν, ὡς εἰπεῖν· ἀλλ' ὅσα πρὸς τὸν ἔδεσμα καὶ τὸν ἀπόλαυσιν· ποῖα δὲ ἔνια φαίνεται τῆς ὀσμῆς καὶ τῆς ἡδονῆς, εἴπερ ἀληθὲς ὅτι τῶν γυπῶν, καὶ τῶν κανθάρων.

Ac nullum quidem odoris iucunditate per ſe ferè delectari videtur, ſed paſtus tantum cibique fruendi gratia: cum etiam nonnullis odoris ſuauitas offẽſioni & noxæ videatur eſſe, ſi verum eſt, quod de vulturiis & ſcarabæis narratur.

Suauitate odorum nullam dicit animalium ſpeciem per ſeſe delectari. Sed odores tantum cibi gratia appetere, quin & Animalia aliqua ſuauibus alioquin,& iucundis odoribus offendi. quibus verbis ſimul ſignificat ſpecies odoratorum, quæ Ariſtoteles vocat ὀσφρητικὰ: illa enim aut per ſeſe sũt, aut ex accidenti. odorata per ſeſe ſunt,quæ non niſi ſui cauſa olfacimus. ex accidenti, quæ cum in cibo ſint,odorem habent ſaporis comitem. illa hominis propria ſunt,quem decuit & reficiendi animalis ſpiritus cauſa,& cerebri calefaciendi odores habere proprios. Hæc altera cum brutis ſunt cõmunia,quæ non niſi paſtus odore delectantur. πολλῶν δὲ ἔνια φαίνεται τῆς ὀσμῆς non modo bruta non delectantur odoribus per ſeſe, verum & aliqua lædunturex iis. in ſexto de cauſis ratio redditur, quòd

Digitized by Google

quòd alii odores aliis apti ſunt, alii contrarii adeò, vt & ab iis, qui per ſe homini ſuauiſſimi ſint, nonnulla interimantur. vt vultures ab vnguentis, à roſis ſcarabæi. eandem ſententiã affert & hic. eſt enim in temperamento, primaque conſtitutione aut ſimilitudinis aut contrarietatis poſita ratio. cõſtat autem ſeruare ſimilia, contraria interimere. quod autem duobus locis Theophraſtus de vulturibus & Scarabæis litteris tradidit, ſcriptum etiam reliquit Clemens Alexandrinus libro ſecundo pædagogi.

11 εἰσὶ μὲν οὖν ἔνια τῶν ὀσμῶν καὶ ἐν ταῖς τροφαῖς· οἷς αἱ τῶν ἀκροδρύων καὶ ἀπίων καὶ μήλων· αὗται γὰρ αὐτῆς τῆς τροφοφόρου ἡδεῖαι· καὶ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν· οὐ μὴν ἀλλ', ὡς γ' ἁπλῶς διελθεῖν, αἱ μὲν εἰσι καθ' αὑτάς, αἱ δ', καὶ συμβεβηκός· αἱ δ', ὥσπερ τῆς ἀναπνοῆς, καθ' αὑτάς.

Ac nonnulla quoque odoris iucunditas eſt etiam in alimentis, velut baccis, pyris, malis, qui, vt nõ veſcaris, tamen iuuat, tantoque prope dixerim, gratior eſt: verum vt breuiter tamen diuidam, odores quidam per ſe cenſentur, quidam ex conſecutione ſaporum, & alimentorum ex conſecutione, anhelitus, & auræ per ſe.

Quoniam quæ ſunt per ſe odorata, hoc vnum habere dicet aliquis, vt olfactum oblectent, guſtui alioquin inepta, & eſui ideo nonnulla eſſe ait, quæ & alimenta ſunt, & odorata per ſe, verum cum nondum attulerit Ariſtotelis diſtinctionem, apponit modò, confirmatque ab eo, quòd multa alioquin ſint, quæ cum fragrantiſſima ſint, ſapore tamen ſunt ingrata. Contrà aliqua, quæ benè ſapiant, inodora tamen. Sanè locus hic ſexto libro de plantarum cauſis eſt ſubalternatim ſubiectus. in quo probantur prolixa oratione, quæ hic tanquam demonſtrata ſtatuuntur. Probat autem, quæ ſicciora ſunt, ſapore quidem eſſe ſub aſpero, odoratiora tamen, taleſque ſylueſtres eſſe fructus, qui acerbiores & inepti eſui. fragrant tamen non inſuauiter, imo & de vinis. οἱ ὀρεινοὶ δὲ τῶν οἴνων, ὀσμὴν μὲν ἔχουσιν, ἁβροὶ σκληροὶ δὲ καὶ οὐκ εὔχυλοι. hoc eſt, Vina montana odore quidem prædita ſunt aliqua, aſpera tamen & ſaporis non probi. ſi quis autem huius euenti rationem petat, non alia eſt, quàm quod odor in ſicco eſt, quo magis autem aliquid humido liberum, eo fragrat etiam ſuauius. Cõtrà ſapor in humido eſt à ſicco, quo igitur plus ſicci ſit, deficit humidum, ac propterea & ſapor ſubhorridus, & ingratus. non tamen negandum eſt alia alimenta nonnullis ſapere quæ aliis ingrata ſint, quemadmodum aliqua aliis animalibus optima ſunt alimenta, quæ aliis aut aduerſa ſunt, aut inepta, ſed hęc in ſexto de cauſis videnda ſunt, & apud Galenum in libris de temperamentis, & in libris de medicamentis ſimplicibus.

12 ἔνια δὲ τῶν χυλῶν καὶ κακώδη· καθάπερ καὶ ὁ αἰγύπτιος καλούμενος σῦκον, γλυκὺ ὄν· καὶ εἰ μὴ πάνυ ἁβρόν, ἀλλ' ὀπιαρόν.

Sed & nonnulla ſciti ſaporis, odoris fœditate prædita ſunt, vt ficus Ægyptius, qui vocatur guſtu dulcis: idq; ſi non vbique, aliquotfariam tamen.

Vt quædam odorata ſunt ingrati ſaporis, ita nonnulla, quæ ſapore optimo ſunt prædita male olentia. inter hæc autem ponit ficum Ægyptium, quem & Sycomorum appellant, aliqui etiam Sycaminum. in eo ſapor eſt dulcis quidem ille, ſed ignauus, vt ait Dioſcorides, propter humoris copiam, propter quam & grauiter olet in vmbroſis locis, & vuidis. vix enim concoquitur humor ad ſaporem ſculpto fico aut vngue, aut ferramento; ad odorem generandum, & pauciori humore opus eſſet, & caloris opera prolixiore. Athenæus libro primo, non modo, vt aiunt Dioſcorides, Theophraſtus. Plinius, ſculptum ficum matureſcere, ac dulceſcere tradidit. Verum etiam odoratum fieri. putarim tamen ego ſaporem Athenæum inſpexiſſe, & addidiſſe etiam odorem ex abundanti. aut illum intellexiſſe ficum, qui in apricis, & ſiccis locis prouenit. Nam reuera grauis odor eſt ſycomori, & dulcedo ſatis inſulſa.

13 καὶ ἡ ἄρκευθος ἐμφαίνει τινὰ τῇ μασήσει κακωδίαν, γλυκάζουσα ὅσα. ὁ δὲ οὖρον ποιεῖ εὐῶδες.

Iunipertus etiam dum manditur quendam fœtorem obiicit, alioqui dulcis, bene olentem reddit..

Iuniperi fructum ἀρκευθίδα vocari ſolitum teſtatur Galenus libro ſecundo de alimentorum facultatibus. huius duo genera, maior, & minor. nam & Iuniperi duo ſunt genera, vt Dioſcorides ſcriptum reliquit, in medicamentorum compoſitionibus vtriuſque Iuniperi fructus apud Galenũ frequens eſt mentio. illum autem eſſe ſatis acrem cum mediocri dulcedine, ac minori adſtrictione, & habere neſcio quid ex Aromate. fœdus igitur odor, quem in eo agnouit Theophraſtus, dum mãditur aut nullus eſt, aut exiguus, & fortè in Aromatico grauitas quædam: cum verò fructus hic calidus, & ſiccus natura ſit, acri ſapore, & Aromatico vrinam ciet, communicatoque odore odoratam efficit. id quod faciũt non pauca alia, quæ non modo vrinam cient, verum etiam odorem impertiũt. Sic Aſparagi, larigma, reſina, terebenthina odorem vrinæ conciliant, ſunt & alia, quæ etiamſi odo-

Digitized by Google

rata sunt, fœtidas tamen vrinas mouent, vt Anisum, & cyrenaicus succus. Nam de fœtidis mirum non est, vt alliis, poris, cœpis. huiusce effectus causæ inquisitio non huius loci est.

14 ἐπεὶ δὲ τῶν ὀσμῶν αἱ μὲν ἐν φυτοῖς καὶ τοῖς τούτων μορίοις, οἷον κλωσὶ, φύλλοις, ἄνθεσι, καρποῖς, δακρύοις. αἱ δὲ, ὥσπερ διείλομεν, ἐν ζώοις καὶ φυτοῖς, καὶ ἀψύχοις ἅπασαι μὲν φανερόν ἐστι πέψιν ἔχασαι λαμβάνουσιν ἐν τοῖς οἰκείοις. αἷς καὶ ὁ ἰὼδες καὶ κακῶδες ἀκολουθεῖ κατὰ τὰς οἰκείας φύσεις.

Sed quoniam odores partim in stirpibus sunt, & earum partibus, ramis, foliis, libro, lacrymis, partim, vt distribuimus, in animalibus, & inanimis. perspicuũ est profectò eos coctione quadam matuescere in suis quemque sedibus, itaque odoris gratiam, & iucunditatem pro naturæ proprietate consequi.

A perfecta coctione fit odor, ab eadem vitiata fœtor, vt in libro de sudoribus annotauimus. fit verò coctio in animalibus, præsertim ab innato calido, quod animæ instrumentum non semel diximus. in plantis, plantarumque partibus, & præsertim in fructibus, non modo ab innato calido, sed etiam à solis calore. in iis quæ anima carent diuersa ratio, nam nulla in iis coctio, nulla natiui caloris opera est, tantum à mistione prima sicci, & humidi agente præsertim calido odor, & sapor cõciliantur. dixit autem γίνονται καὶ μεθίστανται. quo plerunque agente extremo calido, aut frigido mutantur sapores, & odores, diuersique fiunt ab iis, qui in prima generatione orti sunt. Turnebus. τῶν ὀσμωδῶν δένδρων. quæ redolere videntur, quæ odorem habent, vt emendauimus. εἰσὶ μὲν οὖν. Sunt etiam odorata nonnulla inter alimenta. Turnebus. ac nonnulla quoque odoris iucunditas est etiam in alimentis. verum id non voluit Theophrastus, qui non aliquam odoris iucunditatem in alimẽtis esse docet: sed alimentorum nonnulla suaue olentia esse, quæ etiam affert inferius. ὄρμενος. Iuniperus. Turnebus rectè sanè, si vocem inspicias. Sed de fructu loquitur, quem ἀρμενίδα vocabant Galeni tempore.

15 ὅσαι δὲ δι' τέχνην καὶ ἐπιτηδειότητα γίνονται, περὶ τούτων πρατέον εἰπεῖν.

Sed qui artificio, solertiaque odoratus habent suaues, de iis quoque vt de saporibus fecimus, demus operam vt aliquid dicamus.

Cum in vniuersum de odorum natura, generibus, ac speciebus locutus esset, aggreditur modo, quòd sibi propositum est de vnguentis artificiosis agere. est autem propositio Aristotelico more πρατέον εἰπεῖν. dixit vero κατὰ τέχνην καὶ ἐπιτηδειότητα. quod & in arte ipsa industria & solertia inuenit plurima. πρὸς τὸ βέλτιον πρᾶον. recte deleuit Turnebus τὸ πρᾶον. Videndum vero, an ἥδιον legendum, an ἰδίως: vt alterum referatur ad εὐαφορεῖν: alterum per se sit aduerbium. placet verò magis vt legamus. ἥδιον hoc est iucundius, imo ita contenderim initio scriptum esse. est autem sententia, artes non modo, quod melius est aspicere, sed etiam quod iucundius, ita dicebat Galenus ex Hippocrate non modo tuto medicinam esse faciẽdam, verum etiam iucunde. propterea sequitur, & vniuersalis propositio. omnem artem duo hæc sibi proponere melius, & iucundius. τέχνων enim si desit ἥδιον locum non habet. Nam πρὸς τὸ βελτίονος tantum locutus est supra.

16 ὡς ἂν σωφρονῶν πειρῶνται καὶ τὸ ἥδιον.

Æsculapio esset opus in hoc Hippolyto, adeò lacera omnia & mutila sunt. videtur verò id velle, odores non ex plurium mistione tantum fieri, quod faciunt vnguentarii; verum etiam esse in iis, quæ mista nõ sunt, atque composita, admistione tamen adiuuari. nam vt est in secundo physicorũ. ἡ τέχνη τὰ μὲν ἐπιτελεῖ ἡ φύσις ἀδυνατεῖ ἀπεργάζεσθαι, τὰ δὲ μιμεῖται. in vnguentaria igitur est naturæ imitatio. Siquidem vt hæc facit odores commistione elementorum, ita illa odoratorum mistione iucundiores odores, & diuturniores studet facere. quod facit etiam culinaria, seu quæ ὀψοποιικὴ græce dicitur, quæ cum sit, vt ait Plato in Gorgia χαρίζεσθαι καὶ ἡδονὴν ἐπιτηδεύσασα. hoc est gratiam, & iucunditatem faciat, propterea ex commistione studet sapores gratiores, & iucundiores palato reddere.

17 ὡς μὲν οἱ τὰ ἀρώματα καὶ τὰ διαπάσματα συντιθέντες ξηροῖς πρὸς ξηρά.

Vt qui aromata, & Diapasmata componunt sicca siccis.

Diapasmata siccis odoribus constant (vt ait Plinius) libro decimo tertio. Sic etiam latinis aliquando vocata. Martialis;

Quid quod olet grauius mistum Diapasmate.

Meminit & Dioscorides non vno loco. οἱ τὰ μῶλυ κεραυνοῦντες, ἢ πρὸ οἴνου ἐπιχέοντες ὑγροῖς πρὸς ὑγρά. altera compositio, quæ ex humidis tantum fit, vt si vnguenta inuicem commisceãtur, aut vnguenta vinis. quod veterum luxuria faciebat. Plinius. at Hercule iam etiam in potus addunt, tantique amaritudo est, odore prodigo fruantur, & vtraque parte corporis.

18 τὸ ὑγρὸν, ὃ καὶ πλεῖόν ἐστιν, ὡς οἱ μυρεψοὶ, ξηροῖς πρὸς ὑγρά.

Tertium genus est omnium frequentatissimum, quo vnguentarii vtuntur siccis humida admiscentes.

Tertia

Tertia hæc est aridorum,& liquidorum commistio, ita fiebant vnguenta, tam quæ veteres vocabant χείματα, quàm quæ μύρα. illa simpliciora fuerant, hæc operosiora. Icesius libro secundo de vnguentorum materia altera vocauit χείματα, altera ἀλείμματα. Paulus Ægineta libro septimo, duo & ipse vnguentorum refert genera, altera simplicia, ἁπλᾶς τὰς ἐξ ἑνὸς ἑκατέρου τῶν ἐλαίῳ. altera cõposita ex pluribus, hęc ἀπλῶς πως σύστασιν hoc est, substantia oleum referre tradidit, quæ si corpus crassius nanciscantur aut cerâ, aut resinâ adpositâ, μυροκόπα dici, qualia sunt Decamyron,& Amaracinũ, & alia, quæ Galenus describit libro septimo medicamentorum per genera. μύρον Eustathius ἀπὸ τῆς μύρου dictum existimat ex Chrysippo, cuius sententiam refert Athenæus libro decimo quinto. alibi ἀπὸ τῆς μύρρης quod est fundi, ac liquescere, quod prima Myrrhæ lacryma sic vocata est. Myrrhæ, in quam, illius Thoantis filiæ. Idem tradit id nomen ab Homero nunquam vsurpatum, rem tamen illi satis fuisse cognitam. Versus Homeri potissimum, in quibus vnguenta innuit, sunt in septima Rhapsodia Iliados.

Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἴμαρόεντος
Αἵματα τ' ἀπόβα καθῆρεν, ἀλείφατο λίπ' ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ ἑδανῷ ῥά οἱ πνυόμενον εἶεν.

Fuerunt igitur vnguẽta vel antiquissimis temporib. in vsu hominũ, siue simpliciori, siue maiore labore,& industria cõposita, de quibus dicemus suo loco. Nunc illud dicere satis erit, non vnguenta modo ex liquida & arida materia videri confici, verum etiam quæ συμάματα dicebantur, qualia erant Ægyptiorum illa, quæ & κυφεισῆ & κῦφι appellabantur, quorum descriptio est apud Paulum Æginetam libro septimo,& apud Damocratem in secundo Galeni de Antidotis,& apud alios veteres medicos. est & cyphios cuiusdam descriptio apud Plutarchum in libro de Isidę,& Osiride, in huius autem generis suffimentis,& vinum,& mel admiscebatur. Cæterum quod exigua esset illorum quantitas, nec fortè nisi propter aridorum coagmentationem, propterea non possunt illa meritò dici ex aridis, atque liquidis constare, quod proprie vnguentis & vino Aromatiti conuenit. verum cum dicat Plutarchus, τῷ δὲ κύφει χρῶνται καὶ πόμασι καὶ κράμασι, hoc est vtuntur cyphi,& potu,& mixtura, cognoscitur cyphi liquoribus admiscẽri solitum, etsi illud forma esset solida. quemadmodum Theriaca, Mythridatum, Athanasia, Esdra liquoribus temperantur,& bibuntur,& quoniam eius loci Plutarchi mentio est, obiter notabo in confectione illa mendosè legi λαπάθου pro λακάνου. est autem λάκανον cortex pinus, qui quidem suffiri potest. λάπαθος adeò ad suffimenta ineptum est, vt nihil ineptius.

[19] τὰ δ' ὥσπερ ἡδυσμάτων βαλλόμενα τῷ γλύκει. οἷον ὡς οἱ τὰ μύρα τοῖς οἴνοις ἐπιχέοντες, ἢ τὰ ἀρώματα ἐμβάλλοντες.

Nonnulla gustus velut cõdimẽta quædã, vt qui vino vnguentum infundunt, aut aromata iniiciunt.

Huius moris præter Plinium libro decimo tertio meminit Aristoteles libro de sensu. nam qui miscent vinis vnguenta illos βιάζεσθαι τῇ συνηθείᾳ τῷ ἡδονῷ, ἕως ἂν ὑπ' ἀμφοῖν γένηται τὸ ἡδύ, ὡς ἓν καὶ ἀπὸ μιᾶς. hoc est, consuetudine vim inferre voluptati, donec ex duobus sensibus tanquam ab vno voluptas percipiatur. Lucianus in Nigrino dicit: πύθοι τις πῶς καὶ τὰ μύρα πίνουσι. ὃ καὶ μάλιστα δέδοικεν αὐτῶν. ὅπως μηδὲ χρῆσθαι ἴασι ταῖς ἐπιθυμίαις: hoc est, hos esse, qui & vnguenta bibant. quare & eos maxime carpebat, quod neque cupiditatibus vti nouerint. meminit & Plutarchus in septem sapientum conuiuio adolescentis cuiusdam, qui vnguentum Thrasybulo allatum in cratera infudit, vinoque affuso petulanter ebibit.

ἐν ἀμφοῖν δίκῃ. Turnebus. atque in vtroque sane nobis semper optimi rationem esse habendam dicimus. repone, vt nos videmur emendasse. atque in vtroque sanè nobis & melioris,& iucundioris rationem habendam ducimus. hæc enim omnis ars spectare solet. καὶ ταῖς ἕξεσι, *reposuit Turnebus ἕξεσκευαῖς. malim ego ἑξάμιξιν. est autem ἑξάμιξις propriissima vox in re, quo de agitur. ἡνίχ' ὑγιὲν ἢ ξηρὸν ξηρῷ. adnotandum deesse ἢ ξηρὸν ὑγρῷ. quod erat tertio loco propositum, quod miror fugisse virũ doctissimũ. ὅθεν καὶ αὐτοῖς τοῖς γευσεῖς. idcirco lautitiis. Turnebus non exprimit Auctoris sensum. Nam hic lautitiarum nulla mentio. esto quidẽ, vt non nisi in lautis conuiuiis vinis vnguenta funderentur: hoc tamen non hic dicit Theophrastus. γευσεῖς sunt quæ gustum afficiunt. interpretatio fida, idcirco & iis, quæ gustum afficiant.

[20] Ἀπορήσαι δ' ἄν τις ἴσως, διὰ τί ποτε μύρον καὶ τἆλλα ὀσμὰ, τὰς μὲν οἴνους ἡδυοῖ, τῶν ὑδρωπικῶν, οὐδέν, ἀλλὰ πηγὰ λυμαίνεται, καὶ ἀπύρωτα καὶ πεπυρωμένα.

Quæret aliquis quid sit, cur cum vnguẽtum,& reliqua odorata minus condiant, cibũ tamen nullum commendent, sed corrumpant, siue igne domita, siue ab eo intacta sint.

Antequam de vnguentis agat, duas quæstiones proponit; quorum altera ad illa pertinet, ex quibus vnguenta conficiuntur; altera ad mistionem vnguentorum, quæ aut cum vino fit, aut cum

Digitized by Google

cibis. Hunc primo loco declarat. quæritenim cur si cum vino vnguẽta quis commisceat, vinum & odoratum fit; & iucundi saporis. Contrà cum cibis commista corrumpunt pristinum saporem, & amara reddunt cibaria. rationem in duobus esse præcipuè, & quod vinum potentissimum est, nec admittit facilè alienos sapores, & quod si quem admisit, non adeò persentitur, quando illud affatim bibitur. in cibariis rem sese aliter habere: nam iis potentiora proprium illorum saporem extrahere, suum prodere; deinde in iis commãsis iniucundos sapores facilius percipi, qui bibendo vino propter paucam moram neutiquam sentiuntur. καὶ πάντα εὔοσμα. non omnia odorata licet intelligere. Nam cinamomum, crocus, piper, odorata semina, tantum abest, vt iniucunda reddant cibaria, vt potiùs gustum alliciant addita, & vehementer oblectent. quapropter iubet Oribasius libro quarto collectaneorum; eduliis, quæ aqueum saporem habent admiscenda esse acria, acida, salsa, ni insuauia sint, & nauseam faciant. odorata igitur intelligit, quæ etiam subamara sunt, & adstringentia, qualia myrrha, Thus, Bdellium, Styrax, succus cyrenaicus, cyperus, nux Myristica, Nardus, Acorum, Costus, & alia huiusce generis, quæ significat, cum ait hæc saporem suum obiicere acerbum, & subamarum extracto humido à siccis. ξηρὰ autem intelligit cibaria. verũ cum in elixa edulia cõmodius vnguẽta fundantur, elixa autem humida sint, suspecta mihi vox est, an & elixa sicca sunt. nã etiãsi propter aquam humida sint, habent tamẽ coniunctam siccitatem, à qua sapor prouenit. est enim siccitatis sapor. δηλωσόμενον. alteram ratio. notanda autem in mandendo πιὼ, θλῖψ, & omnino χρόνος, hoc est, incisio, pressio, tempus. πότερον δὲ οἶνον. vtrumque negat in vino. nam illud potentissimum est; igitur non reiicitur. deinde bibitur, non manditur; igitur cum nulla in eo sectio, nulla compressio, nulla mora, si malus etiam sapor sit, non persentitur. Suauitas itaque vini percipitur, amaritudo, quæ ab vnguentis est, deglutientibus non apparet, vt propterea odores, veluti condimentum in vino sint, in aliis saporem immutent, ac deprauent. hæc igitur est solutio, quam attulit ad quæstionem Theophrastus. agit tamen adhuc accuratiori declaratione nam cum cibaria aut sicca sint, aut humida, vtraque ab vnguentis saporem amittunt. Nam sicca siccitate illorum ab vnguentis aucta insuauia fiunt. quo magi senim augetur siccum, crescit odor, sapor imminuitur, ac perditur humida cum aquea sint facile saporem admittunt alienum, quod in secundo de alimentorum facultate docet Galenus, vbi illi de cucurbita sermo est, vtcunque igitur sint cibaria, non possiunt ab vnguentis non amarescere, & insuauem saporem accipere Contrà vinum cum acre sit, odoratum, nonnunquam dulce, admistis vnguentis magis acuitur, saporque eius efficacior fit. & tamen si etiam amarus sit aliquis, à vini sapore & odore facile domitus in bibendo non persentitur.

ἔχει δ' ἀπόρησιν καὶ τόδε. διότι τὰ μὲν ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματα ἀοδενέστερα ὄντα τῆς ὀσμῆς, ἢ πόρρωθεν ἔζη· ἡ δὲ ἶρις καὶ ὁ νάρδος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὄσμα τῶν ξηρῶν, ἰσχυρότερα ἐγγύθεν·

Illud enim quæstione non vacat, cur flores, & coronamenta odoris alioqui imbecillioris procul etiam oleant, Iris, & nardus, reliquaque sicca odoramenta multo vehementiora è propinquo.

Alterã quæstionẽ proponit modo, in cuius solutione diuersitatẽ obseruat in odoratis: flores. n. in superficie odorẽ continent, q̃obrẽ si fricentur nõ modo non halãt odorẽ, sed & graueolẽtiã quãdã, sed radices cõcocto humido, & arefacto vix odorẽ exerũt, nisi ꝑpè olfacim⁹. at quę in intimis partib. odorẽ habẽt, & frangi & secari, & vri necesse habent. στεφανώματα vocat, quæ Plinius coronamẽta, de quib. hic libro sexto de de plantarũ Historiis, Plinius lib. 21. plectebantur autẽ apud veteres coronæ, aliæ ex floribus, aliæ ex foliis, erantque aliæ plectiles, aliæ sutiles, de quibus legendus Plutarchus libro tertio sympoſiacon. Athenæus libro decimo quinto, & Plinius libro citato memi nit & Clemens in secundo Pædagogi, & Iulius Pollux libro sexto cap. 19. & libro octauo cap 4. quod ad rem ipsam pertinet, Aristoteles in sectione problematum duodecima non semel quærit. cur suffimẽta & flores propè non oleant sed è longinquo. reddit verò rationẽ, quod certo aeris medii spacio amissis crassis terrenisq; partib. puritatem nanciscantur; proinde suauiter oleant. putabit verò quispiam contraria dicere Theophrastum, quod flores longe olere dicat, radices propè, suffimenta nonnulla non nisi secta, & frustatim concisa, & calefacta, & incensa. verum nulla inter hos repugnantia. Siquidem vt de radicibus nihil dicamus, quas certum est non nisi propius odorem mittere, suffimenta certè etsi vix nisi incensa suauiter oleant, certum est tamen eminus olere suauius, quam cominus. neque id negat Theophrastus, sed aliud est, quod ipse dicit. Nam flores cum imbecillimi sint odoratorum, olere quidem è longinquo, quod in densioribus non accidit, vt radicibus, foliis, lignis, quorum odor propter densitatem non percipitur, nisi aut admoueatur naribus aut concidantur, fricentur, manducentur. Suffimẽta verò quædam etiam prunis iniici & incendi opus est, vt fumo quasi vehiculo quodam longius odorem exhalent. Neque negat Theophrastus odorem à longè percipi melius, sed aliud est, quod docet, nempe enim facilitatem odoris considerat, quæ maxima est in floribus, parua in radicibus, corticibus, lignis, ac foliis: minima verò in suffimentis; causa verò densitas, ac raritas partium.

Digitized by Google

[22] τὰ δὴ ἔξωθεν ἀπεξηραμμένα καὶ πεπυκνωμένα.

Mendum hic inhæsisse suspicor, legendumque καὶ γὰρ ἔξωθεν. redditur enim ratio densitatis. διὸ καὶ ἀφιᾶσι hic τὰ αὐτὰ subaudienda. ὑποπνοίας vero vocat, quas Aristoteles ὑποῤῥοίας. profectò autem ἡ ὑποπνοια Platonicorum est. ἡ ὑπόῤῥοια Democriti & Leucippi. mirum autem non est ex alienis Dogmatis philosophos loqui. iam enim id & sæpè factum, & non temerè demonstratum est.

[23] τὰ δ' αὖθη, καὶ κωδέτερα τριβόμενα.

Aristoteles, διὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀπόλλυσι τὴν ὀσμήν. Hoc est, propterea & flores si fricentur odorem amittunt. ratio in promptu est. cum enim in superficie sit odor, exhalat facilè: frictione verò grauitas quædam ex succis intimis percipitur. contrà in aridis, ac densis latius odor suscitatur. ὁ δὲ λιβανωτὸς καὶ ἡ σμύρνα. tertius hic gradus odoratorum, in quo sunt, quæ dicimus θυμιατὰ. Sunt verò illa, vt ait Aristoteles in quarto Meteoron, quæcunque humiditatem habent quidem, sed non exhalant, nisi incendantur, atque calefiant. notandum autem suffimenta molli calore indigere, qui sensim ex calfactione faciat exhalationem. Nã si vehemẽs sit absumpto statim humido vret penè, antequã odoratus halitus cieatur, blãdus enim vaporem sensim excitat, in quo odor est suffimentorum. εὐταμίευτον. Turnebus. neque quem facile reponas. ταμιεύεσθαι significat hoc in loco dispensari seu diribi, vt veteres latini loquebantur. Odor enim, qui difficile exhalat, idem difficilè spargitur, & per aerem dispensatur. qualis ille suffimentorum est, antequam ad ignem admoueantur. iure igitur negatur esse εὐταμίευτος.

[24] τῶν δὲ μύρων ἡ σύνθεσις καὶ ἡ κατασκευὴ ὅλη οἵα εἰς θησαυρισμόν ἐστι τῶν ὀσμῶν. διόπερ εἰς τὰ λιπαρὰ τίθενται.

Cæterum vnguentorum compositio omnis, & confectio, velut ad odorum conseruationem planè comparata est, quo fit, vt in oleo condantur.

Cum de odoribus superius in commune locutus esset, modò aggreditur ad vnguenta, quorũ primum declarat finalem causam. Conficiuntur enim vnguenta reponendorum odorum causa, quando oleũ aptissimũ est ad conseruandũ, tũ propter durationem, tum propter naturã peculiarẽ pinguedinis, ac densitatis, quibus fit, vt cum proprio odore careat, sumat tamen atque conseruet alienos. in sexto de stirpium causis redditur ratio, cur aqua suscipiendis odoribus apta non sit; vinum vero ac oleum suscipiant facilè, ac seruent. subdit autem. καὶ οἱ μυρεψοὶ δὲ ταῖς ὀσμαῖς εἰς τὸ ἔλαιον τίθενται· καὶ γὰρ ἄλλως ἁρμοττόν πρὸς τὴν χρῆσιν καὶ ἅμα διώσεται μάλιστα θησαυρίζειν, διὰ τὴν ἀμεταβλησίαν. hoc est vnguentarii odores reponunt in oleo. nã alioquin, & ad vsum aptum est, & simul quod difficile commutatur potest facile conseruare. ἐπὶ φύσει. reddit rationem cũr olei substantia odores suscipiat, & seruet, quàm maximè, quod scilicet densum est & pingue: sic enim fit vt ne exhalet. densitas enim ac lentor facile continent. id quod dictum est & in sexto illo de causis. mendum autem arbitror, contaminasse locum hunc. nam τὸ ἥκιστα videtur transpositum, emendandumque ita, nisi me fallit animus, ἐπὶ φύσει δεκτικὸν ὀσμῆς διὰ τὴν πυκνότητα καὶ τὸ λίπος. αὐτῶν δὲ τούτων τὸ λιπαρώτατον ἥκιστα. Verum dicet aliquis, si lentor, ac densitas & suscipiendi & seruandi odoris est causa. ergo quò pinguius, densiusque oleum sit, eo magis imbuitur. Sciendum tamen est in densitate, ac pinguetudine requiri mediocritatem aptaque vnguentis esse olea, quæ densa, ac pinguia mediocriter sunt. Pinguissima autem omnium minime. declarauit id in sexto illo de causis. τὸ στοματωδέστερον ἢ πυκνότερον εἰς τὸ δέξασθαι. τὸ τηρεῖν εὐφυὲς πρὸς ἄμφω συμμετρίαν ἔχον. hoc est densius, ac corpulentius oleum ad suscipiendum & conseruandum aptum est, in vtroque tamen moderatum. Plinius libro decimo tertio mendosum, & ipse locum fortasse legit, aut quem adduximus, ex sexto de causis nõ animaduertit. nam de oleo vnguentis apto loquens, quod inquit, diuturnitati eorum tanto vtilius est, quãto pinguius, vt ex Amygdalis. aut igitur contrariam Theophrasto sententiam habere voluit, aut si illum sequitur non bene animaduertit, quod dicit. aut locum mendosum habuit, quòd multo credibilius est.

[25] τῷ ὠμοτριβεῖ τῷ φαυλίου.

Omotribes oleum, idem & Omphacium dicitur Galeno & Dioscoridi. quod quantum habet acerbitatis, tantum etiam frigiditatis. ex immaturis autem oliuis exprimitur. Dioscorides de hoc eodem loquẽs libro primo. χρήσιμον τὸ τοιοῦτον καὶ εἰς τὰ μύρων κατασκευάς. hoc est, huiusmodi oleum ad conficienda vnguenta commodum est. de oliuis phauliis Plinius libro decimo quinto, præsertim cum magnitudine copiam olei non constare indicio sint, quæ regiæ vocantur. ab aliis maiorinæ, ab aliis Phauliæ grandissimæ: alioquin minimo succo. Iulius Pollux libro sexto & κοτυλάδας, & τραμβίλας testatur vocari solitas. Idem agnouit & poma phaulia vocata. καὶ τούτῳ νέῳ καὶ μὴ παλαιῷ. hinc constat noui, & omphacii differentia. optimè autem nouum eligit. vetustate enim pinguescit oleum, & subinde calidius fit. de quo Galenus libro secundo de simplicibus medicamentis, & Plinius libro decimo quinto; quod verò ἀωδέστατον eligit, rationem habet ex physico pronunciato, quod est in tertio de Anima. quidquid recipit, eius quod recipit natura denudatum esse oportere.

[26] ἤδη δέπως.

Optimè emendauit Turnebus, quod antea male legebatur. ἰσῶν. quærit cur si oleũ inolentissimũ aptum ad vnguenta censetur, vsurpari solet ad optima, balaninum, & Amygdalinum ex amaris

Digitized by Google

nucibus. respondet in coctione fœtorem contrahi, quapropter odorata olea meliora; minus enim corrumpi; ac ideo melius imbui. Viride autem quod immaturum non corrumpitur, & omnium aptissimum, quod nullo est odore præditum.

[27] χρῶνται δὲ πρὸς πάντα τοῖς ἀρώμασι· τοῖς μὲν, ὑποσύφοντες τὸ ἔλαιον· τοῖς δὲ, καὶ τὴν ὀσμὴν ἐκ τούτων ἐμποιοῦντες. Ὑποσύφουσι δὲ πᾶν εἰς τὸ δέξασθαι μᾶλλον τὴν ὀσμὴν, ὥσπερ τὰ ἔρια τὴν βαφήν.

Vtuntur autem aromatis in omnibus vnguentarii, partim his oleum adstringentes, partim odoris medicamento imbuentes, oleum enim omne adstringunt, vt odorem magis combibat, velut vellera infecturam.

Latini vocarunt spissare non in vnguentis modò, verùm & in aliis condituris, quod græci ὑποσύφειν, καταυσύφειν. Vnguentorum autem alia spissamenta accipiebant primum, deinde odores, quos vocabant ἡδύσματα, alia simul vtraque. Omphacinum, leucinum, & alia simpliciora simul & spissantur, & imbuuntur suis odoribus apud Dioscoridem: spissantur alia compositiora priusquam nouissimos odores accipiant, vt cuique licet apud illum legere. Plinius de Narcissino libro decimo tertio. Narcissinum quoque ex flore Narcissi desiit componi. ratio faciendi duplex succus, & carpus ille olei generib. ferè constat, hoc odorum. Hæc stimata vocant, illa hedysmata. Dioscorides de eodem, ἔλαιον ναρκίσσινον σύφειν οὕτως. deinde enumerat aromata, quibus spissatur. postremò addit Narcissi florem pro hedysmate. ἀσπαλαθῶδες, Plinius inter omnes, potentissimus odor quisquis nouissime additur.

[28] θαυμάσειε δ' ἄν τις ἴσως διὰ τοῦτο τὸ καὶ ἄλλοτέ ποτε τὰ ἀρώματα προσεμβαλλόμενα δεκτικώτερον ποιεῖ τοῦ λαίου ὀσμῆς ἔχοντα. δοκεῖ δὲ ἀῶδες εἶναι τὸ δεξόμενον. τὸ γὰρ καταλειφθὲν ὑφ' ἑτέρου ἤκιστα ἀῶδες. ὥστε ἧττον ἔχειν εἶναι δεκτικόν.

Quod mirum fortasse cuipiam esse videatur, vt & illud, quid sit, quod aromata, quæ ante iniiciuntur, quamuis odorata, oleum tamen ad odorem ducendum accommodatius præstant. Nam quicquid concipere debeat, nullo odore medicatum esse oportet. quod autem ab alio iam occupatum est, id inolens nõ est, vt proinde ad imbibendum esse deterius oporteat.

Huius quæstionis hæc est occasio. cum aromatis nonnullis adstringi, spissariue vnguenta suprà declarasset, dictumque esset paulò antè oleum, quod est imbuendum odoribus, inodorum esse oportere. spissatum autem odores contrahat; quoniam duo hæc repugnare videntur inuicem, propterea dubitat in præsentia. ἄπορον δὲ ἀμφοτέρων. affert solutionem. ἀμφότερα verò sunt, & quod odores adstrictum oleum suscipit, & quod ita redditur aptius ad vlteriorem perfectionem.

[29] μᾶλλον γὰρ ἡδύσθαι καὶ τῆς λίπους ἀφαιρεθέντος, ἐν ᾧ καὶ ἡ οἰκεία μάλιστα ὀσμὴ, δεκτικώτερον ἐγίνετ' ἂν τοῦ ἐμβαλλομένου, σχεδὸν δὲ μὴ αἰσθάνεσθαι.

Ita eliquatũ ad raritatem, & pinguitudine liberatum, in quo maximè eius cõsistit odor, iã nihil refragans, promptius quicquid iniicitur, haurit.

Odoramenta, quæ plurimum sicca sunt, & humorem, & pinguitudinem imbibunt, qua imbibita, destitutum oleum, vel odore proprio magis imbuitur illo, qui nouissimus additur, quem eo validius attrahit, quo rarius redditum est diffupta continuitate pinguitudinis, & signatè dixit διὰ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι. Odor enim primus refragatur, atque repugnat ne alius hauriatur. ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀρωμάτων ὀσμὴ. prior ratio sumebatur ab oleo, quod dissecto pingui, vel odore proprio destituitur, ideoque ad hauriendum auidius: altera ab odoramentis inspissantibus, quod & illa dissipata sint in pingue ipsum, & illo veluti conclusa in meatibus, quos infarserint. quare postremus odor facilè superat, & quod refractæ sint vires odoramentorum, quæ prius iniecta sunt, & quod ita oleum redditum sit aptius ad concipiendum. Hæ sunt Theophrasti rationes, quæ probabilitatem habent aliquam, non tamen videntur esse veræ. Nam separatio illa pinguis, & humidi, meatuum aromatum obturatio, rarefactio continui, corporis non videntur verisimiles esse in corpore continuo, & æquabilis naturæ. adde quod aromata, quæ adstringendi causa adiecta sunt à pluribus vnguentis extrahuntur, extractisque iis postremò adiicitur id cuius odor præcipuus quæritur. quomodo igitur extractis aromatis meatu ũ oppletio, aut pinguitudinis fit separatio? Videtur igitur alia esse ratio, qua oleum, quod accepit spissamentum recipit facilius odorem vltimum, licet inodorum non sit. Nã quæ odores acceptura sunt, debent esse aut odore vacua, aut si odorata sunt, nõ diuersum odorem nacta esse ab illo, quo recens imbuenda sunt, sed talem, qui postremi sit velut inchoatio, ita fit, vt spissamenta odorem quidem concipiant oleis, sed quod nondum absolutè oleant, requirantque in eodem odoris genere vlteriorem accessionem, propterea a recto nouissimo odoramento olea optime

optimè, & suauissimè fragrare videantur. id quod, quoniam constabit inferius, vbi plurium erit vnguentorum mentio, non est, quod in præsentia demonstremus. satis est odorem facilè concipere, aut quæ inodora sunt, aut quæ inchoata sunt, & indigent perfectione, quam à postremis odoribus nanciscuntur.

[10] αἰάλωγον δ' ἔχει καὶ ἡ πολυχρονιότης ἡ ἐπὶ πλέον, καὶ ἡ πρὸς τὸ πύρωσιν εὐδιάπεια, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα.

Quinetiã cuiusque diuturnitas & aduersus ignem firmitas pro portione respondet, & cætera eiusdem generis.

Quod ait non obscurum est, optimè autem coniicit Turnebus, legendum esse potius εὐδίνεια, ἀδίνεια. dat exemplum in balanino, quod est ad suscipiendum aptissimum, & ad perdurandum. Idem etiam ab igne minimè omnium commutatur. eadem harum affectionum est formalis ratio. nempe enim optimè concipit, quod vndequaque peruium est, neque aut lentor obstat aut pinguedo, ideo autem & benè seruat & durabile est, quod optimè commiscetur. ab igne autem minimè patitur, quod earum partium expers est, quibus rancor, & maleolentia in coquendo comparatur. Notandæ verò voces, ὥσπερ ἑνὶ καὶ συμφυΐς. Vnio enim atque coniunctio sunt causæ durationis. τὸ δ' ἀμυγδάλινον. hinc constat, cur Amygdalinum ineptissimum ad vnguenta. Nam pinguissimum cum sit, malè suscipit, malè seruat, rancorem contrahit.

[11] τὸ δὲ ῥοδίνου δὲ μάλιστα δεκτικὸν τὸ σησάμινον διὰ τὴν λιπαρότητα. πυρέμβυον δὲ, ὀξύζει σησάμου, καθάπερ ἀναλυόμενον.

Rhodinum egregiè concipitur sesamino ob pinguedinem, quod tamen dum igne vaporatur coquiturq; velut quando consumitur, sesamum obolet.

Rosaceum ex oleo oliuarum conficit Dioscorides. mirum verò cur hic propter pinguedinem sesaminum laudat, cum illa ineptum reddat oleum, & ad suscipiendum, & ad seruandum. nisi pinguetudinem mediocrẽ accipimus rosæ succo susciplendo appositam. humidiuscula enim rosa est, ac propterea vt Theophrastus libro sexto de plantarum causis scriptum reliquit, ab vnguentariis paulisper antequã poneretur ad vnguenta exiccari solita est: quod non ignorauit Dioscorides. omnino vero mediocris pinguitudinis sesaminum est. non aliter atque simplex oleum, mediocris autẽ pinguitudo, ac densiras aptissima est ad odores suscipiendos, & conseruandos, vt ostensum est. ac propterea illud tanquam capacissimum laudatur. ὥσπερ ἀναλύμενον. Turnebus. velut quando consumitur verbum è verbo tanquam euanescens. sensus autem est sesaminum, dum coquitur tãquam exhalet, sesamum olere, ex quo confectum est, modum conficiendi sesamini docet Dioscorides lib. 1. & ex illo Paulus Æginetа libr. 7.

[12] τὰ δ' ἀρώματα πάντα σχεδὸν καὶ ὄσμα πλὴν τῶν ἀνθῶν, ξηρὰ καὶ θερμὰ καὶ στυπτικὰ καὶ δηκτικά. τὰ δὲ ἔχοντά τινα πικρότητα, καθάπερ καὶ τὸ ἶρις τὸ περὶ Ἰλλυρίδα, ὥσπερ ἶρις, σμύρνα, λιβανωτός.

Cæterum aromata propemodum omnia & odoramenta floribus duntaxat exceptis, sicca sunt, calida, adstringentia, mordacia, nonnulla etiam amaritudine quadam affecta, quemadmodum iam ante diximus, vt iris, myrrha, thus, deniq; etiam vnguenta.

Declarant modo facultates aromatum, quæ ad vnguentorum confectiones vsurpabantur, deinde conficiendi rationem. docetque primo qualitates primas: calida enim ait esse ac sicca. penè enim talia sunt aromata, si sandalos excipias & caphuram, quæ ambo Theophrasti tempore, imò & Galeni non erant cognita. Cum verò addit στυπτικὰ καὶ δηκτικά, sapores tangit, quorum alter frigiditatem arguit in crassiori materia, alter caliditatem in tenui. nec tamen absurdum est calidũ alioquin medicamentum, & acre partes habere & crassas, & frigidas. talia sunt cassia, cyperus, nux myristica, Agalochum. postremò quæcunque præter calefaciendi vim linguam adstringunt, & partem cui apponuntur corroborant. de quibus consulendus Galenus est in libris de medicamentis. habent verò nonnulla & amaritudinem, quæ calorem arguit in crassa materia; talia sunt myrrha, aloe, iris, thus, galbanum, & alia; vnde etiam vnguenta plurima amara sunt. Communissimas vero facultates vnguentorum esse ait adstringendi & calefaciendi, quod ex simplicibus, ex quibus vnguenta conficiuntur multa sunt, quæ calefaciunt, & adstringunt. non tamen ideo aliqua etiam non refrigerant. alia enim laxant & molliunt. Rhodinum, oenanthinum, melinum refrigerant, Narcissinum, Glencinum, crocinum molliunt, & concoquunt, & penè omnia, quæ dicuntur μυξάκανθα.

[13] Ἀποσύφονται μὲν, οὗτω πάντα πυρέμβυα· τὰς δ' ὀσμὰς τὰς κυρίας αἰτιλεμβάνεται ψυχρὰ καὶ ἀπύρωτα· καὶ ἔοικεν ὥσπερ τῶν ἀνθῶν τὰ μὲν ψυχροδαφῆ· τὰ δὲ θερμοδαφῆ πολλαπλασίως ἔχειν καὶ ὅτι τῶν ὀσμῶν.

Digitized by Google

Igitur adhibito igne, coquendoque adstringuntur omnia. odores contra præcipuos frigida sine ignis ope ducunt. ac quæ in floribus, quorum alii frigido liquore, alii calido merguntur, eadem in odoribus esse ratio & conditio videtur.

Docet modos, quibus spissantur vnguenta, postremosque odores recipiunt. spissabant igitur vnguenta ad ignem. Sic enim attenuato olei corpore fiebat maior spissamentorum penetratio. id quod in operosioribus vnguentis licet intelligere. quod patet ex Dioscoridis compositionibus. κυρίας ὀσμὰς vocat τὰ ἀπὸ σκευασμάτων. quæ adiiciuntur nouissimè, ex iis enim proprius, principalisque vnguentorum odor accedit.

34 Καὶ ἔοικεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῶν ἀνθῶν.

Supra flores excipiebat à communi Aromatum facultate (etsi etiam flores nonnulli calidi, & sicci sint, quibus vtebantur in vnguentis veteres, vt cyperi, cypri, narcissi, serpilli, sitymbrii) hic non videntur habere locum. eadem enim erat ratio confectionis vnguentorum, in quibus è floribus parabantur hedysmata, & illorum, in quæ nouissime ponebantur Aromata. adde similitudinem obscuram esse, qui sunt enim flores ψυχροβαφεῖς καὶ θερμοβαφεῖς. (sic enim emendandum est vt Turnebus animaduertit) postremo similitudinem à floribus sumi absurdum est, quasi & flores non sint in odorum sensu præcipui. Cum ita res habeat, locum mendosum esse contenderim, & pro ἀνθῶν, aut ἐλαίων, aut ἱματίων esse reponendum. ἱματίων autem potius. agnoscit enim Iulius Pollux. ἱμάτια, ὑγροβαφῆ & ψυχροβαφῆ libro 7. quare possunt eadem ratione esse & θερμοβαφῆ. est autem optima similitudo, vt quemadmodum panni in cortina tinguntur aut calida, aut frigida; sic vnguenta aut calida aut frigida odores concipiant. supra tincturæ similitudine vsus est, quando de vnguentorum adstrictione loquebatur. quare non est, quod meo iudicio quis dubitet de huiusce loci correctione. latinè autem sic legendum. ac quæ in vestimentis, quorum alia frigida tinctura, alia calida inficiuntur, eadem in odoribus est.

35 Πάντων μὲν ἡ ἕψησις εἴς τε τὸν ἰσχὸν ψύλλιν καὶ τὰς κυρίας ὀσμὰς ἐπισαμένων, ἢ τῶν ἀγγείων ἐν ὕδατι γίνεται, καὶ οὐκ αὐτῶν ἐν πυρὶ χρωμένων.

Omnia vero coquuntur siue iis adstringendis, siue præcipuis odoribus inducendis operam naues, depositis in aqua vasis, vt nulla sit cum igne contagio.

Sic parabantur vnguenta, vt in aqua calida vase posito decoquerentur, quod genus duplex vas dicitur officinis, græcis veteribus δίπλωμα. Dioscorides huius coctura non meminit. fortè quod esset omnibus notissima. Paulus Ægineta libro septimo de Irino vnguento loquens ἔψει ἐπιδιπλώματι ἐπὶ ὥρας καὶ ἀποτίθησιν. coque in duplici vase ad horam, & reponito. Galenus in libro septimo medicamentorum ad locos de Diplomate loquens, καθάπερ οἱ μυροψοὶ τὰ μύρα σκευάζουσιν εἰς μέγα τινὰ λέβητα, θερμὸν ὕδωρ ἐγχέοντες, δεύτερον ἐπισάντες ἔχοντα ἐν αὐτῷ τὸ ἑψόμενον φάρμακον. εἶτα πεδιακεκαυμένοις ἄνθραξιν ἢ ξύλοις ἀκάπνοις ἐπικαίοντες, hoc est, quemadmodum vnguentarii, vnguenta componunt calida aqua in lebetem immissa, alterumque lebetem apponunt, in quo est medicamen, quod coquitur, deinde aut carbonibus prius factis, aut lignis fumi expertibus decoquunt. nihil excogitari potest, quod Theophrasti mentem clarius explicet. notanda verò vox ἐπισαμένων, qua eadem, in eadem re declaranda Galenus vtitur.

36 Τοῦτο δ' ὅτι μαλακὸν εἶ δεῖ τὸν θερμότητα, καὶ ἀπουσία πολλὴ γένοιτ' ἂν τῆς φλογὶ χρωμένων.

Quod blandum esse calorem oporteat, nimiaque decessio futura sit vsu flammæ.

Reddit rationē cur in Diplomate vnguenta decoqui soleant. ἀπουσίαν vocat olei decessionem, siue absumptionē, quæ absumptione fit aromatū. ἐπὶ καύσεσιν ὄζει. Galenus quarto de tuēda valetudine propter hanc rationem in diplomate coquit acopa medicamenta. Calor enim ignis acer, ac vehemens. si liquorem alium oleo non admisceas, aut in lebete aqua calente pleno non deponas vas, in quo oleum est, vrit illud facilè, & corrumpit. imo & libro octauo de ratione medendi vnguentorum facultatem vitiari facilè tradidit, nisi duplici vase calefiant, quando iis calefactis opus est.

37 Ποιεῖ δ' ἐλάττω τὴν ἀπουσίαν, ὅσα πυρώμενα λαμβάνει τὰς κυρίας ὀσμὰς μᾶλλον, ἢ ὅσα ψυχρὰ μᾶλλον ἐστὶ θερμοφυέσθαι τὰ πυρώμενα, τὰ μὲν οἴνῳ δεύσει, τὰ δ' ὕδατι· ἧττον γὰρ ἀναπίνει.

Minus decoquunt, quæcunque potius feruentia nobiles odores hauriant, quā quæ frigida, quod quæ coquuntur, partim mero fragranti, partim aqua ante macerentur, minus enim combibunt.

Iam dictum est spissamenta decoqui solita, præcipua verò odoramenta nouissime frigida adiici. modo verò dicit minus absumi, quæ præcipuos odores calida sumunt, quàm quæ frigida; sibique vi-

Digitized by Google

que videtur pugnantia dicere, & tamen nouissimos odores omnes in frigida vnguenta adiici dicendum est, ex his tamen aliqua paulo ante calefacta, deinde frigentia postremos illos odores sumere, alia simpliciter frigida, etsi in spissatione, siue adstrictione decocta sint antea. illa igitur, quę calefacta nouissimos odores suscipiunt decet intelligere: neque sibi aduersatur philosophus. animaduertendum autem non omnia vnguenta decocta spissari solita. Nam quædam ne ad ignem quidem admouebantur. Nam melinum, oenanthinum, sampsucinum, & nonnulla alia, quæ Dioscorides enumerat, simplici maceratione fiunt. Turnebus. minus decoquunt. affectata metaphora à decoctoribus. parit autem obscuritatem, quod nescias, an de vnguentis loquatur, an de vnguentariis, & an metaphoricè an propriè, simplex locutio, minus absumunt, πυρέμενα autem malim calefacta, quàm feruentia, διὰ τὸ θερμαίνεσθαι τὰ πυρέμενα. reddit rationem quare minor fiat decessio in vnguentis, quæ coquuntur, quod macerentur prius simplicia odoramenta aut vino, aut aqua, sic autem minus sunt bibula. vnde non magna olei iactura.

[38] καθάπερ ἶρις κοπεῖσα. λαμβάνοντος γὰρ τῆ ἀμφορέως ξηρᾶς ἴριδος κεκμμένης μέδιμνον καὶ ἡμίεκτον, πολλῶ ποιεῖν φασιν ἀπουσίαν.

Vt iris tusa. Cum enim quadrãtal iridis tusæ medimnũ & sextarium capiat, plurimum decedere prędicant.

Rem confirmat exemplo Iridis, quæ si in oleum frigidum adhibeatur, non autem macerat[a] plus absumit olei si macerata in oleum calefactum longè minus. olei autem mensura in compositione, quam refert, est Amphoreus, hoc est congii sex. capit enim metretes atticus, qui & κεραμιον dicitur, duos amphoreos, congios autem, vel choas 12 Iridis verò tusæ mensura est medimnus & duo semisexta. capit autem medimnus atticus chœnicas quadraginta octo, chœnix autem sesquisextarium; libras verò duas, & quadrantem, sexta autem medimni pars, quæ ἑκτεὺς dicitur, chœnicas duodecim semisexta duo. singula autem semisexta sunt duodecima medimni pars. cumque Amphoreus sit dimidia metretis pars, metretes autem capiat congios duodecim, quorum singuli libras capiunt mensurales nouem, fit vt metretes centum, & octo libras contineat, Amphoreus quinquaginta quatuor. ita superat iris oleum, in quo imbuitur dimidio, & sexta parte, quod ex iis, quæ posuimus, clarum est. mensuras autem hic intelligimus puras atticas, quibus vtebantur & medici. Nescio autem an hoc modo tota iris tusa oleo possit cooperiri vt commodè imbuatur. apud Dioscoridem duplex componendi ratio. Nam primum in libris olei septuaginta tribus, & quincunce ponit spathæ minutissimè contusæ sex libras, & bessem. atque in æreo vase additis decem aquæ heminis incoquit, quod odorem accipiat. postea in craterem melle oblitum colat. mox in hoc oleo sic spissato iris additur, & maceratur, donec odorem accipiat. altera compositionis ratio, in olei libris septuaginta & quincunce incoquuntur, xylobalsami librę quinque, & dextans. deinde detracto xylobalsamo calami odorati tusi libræ nouem, & myrrhæ gleba, quæ prius in vino odorato maduerit. in huius olei ita Aromatis perfusi, atque spissati quatuordecim libris totidem tusæ iridis madefiunt binis diebus & noctibus aç vehementer exprimuntur. apud Æginetam libro 7. sic componitur. Iridis, Aspalathi, cyperi, singulorum libras quinque opopanacis vncias tres. Anchusæ vncias duas, olei sextarios triginta, aquæ sextarios quindecim. nonnulli addunt schænathi vncias sex. casiæ vncias tres, xylobalsami vncias sex. Nardi Celticæ vncias sex. Hæc omnia tusa, & prius aqua, & oleo imbuta dies quinque, postea in diplomate coquuntur ad horas sex. deinde vnguentum reponitur. in his compositionibus tantum abest, vt arida superet oleum, vt manifesto plus olei sit, longè autem plus aquæ addita. Quamobrem quid dicam de hac Theophrasti compositione, maxime dubito, in qua iris tusa longe superat oleum ipsum, vt dictum est, neque corruptum esse locum audeo dicere, quando emendare in promptu non est. an non de oleo loquitur, sed de vino, in quo prius imbuitur Iris, antequam ponatur in oleum? sed primum eadem esset ratio. Nam & vini, quod satis est ad imbuendum requiritur. deinde hic sermo est de Iride, quæ sicca in frigidum ponitur oleum, in quo plus absumi olei dictum est, quàm si misceatur vino perfusa. ἐκ τῶν προπυουμένων. lego προπυρεγμένων. est autem sententia ex simplicibus maceratis tanquam extrudi, nec admitti oleum, quamobrem vnguenta non adeò odorata fieri, minus tamen absumi. Turnebus. cum enim quadrantal. Amphora Romana vocatur, & quadrantal. Amphora attica tres vrnas capiebat, hoc est, sexquiamphoram Romanam. Amphoreus autem duobus congiis erat minor Romanâ Amphorâ. non decebat igitur hæc confundere.

[39] τοῖς ἕκαστον ὑπῶν μύρων ἐμβάλλουσι τὰ προσφορα τῶν ἀρωμάτων, οἷον εἰς μὲν τὸ κύπρον, καρδάμωμον, ἀσπάλαθον, ἀναφυρόντες τῷ οἴνῳ δει.

Et cuique vnguento sua sibi idoneaque odoramenta adiiciunt, vt cypro cardamomum, Aspalathum, odorato vino macerata.

Οἷον εἰς τὸ κύπρον. Vnguentum cyprinum intelligit, cuius extat compositio apud Dioscoridem. Cuius apud Galenum, & medicos passim crebra mentio. spissabatur autem aspalatho, calamo odorato, myrrha, cardamomo. postremo vero flores cypri apponebantur, quibus vehementer

Digitized by Google

expreſſis vnguentum ſeruabatur. licebat autem & bis, & ter recentes flores ponere, & iis expreſſis odoratius, & efficacius reddere. cyprus vero arbor eſt oleæ foliis, liguſtrum latinis dicta, Plinius etſi id libro 12. ex aliorum ſententia potius, quàm ſua referat, tamen libro 24. cap. 10. id affirmat ex ſua ſententia. ſunt eius verba ex libro 12. cyprus in Ægypto eſt arbor ziliphi foliis, ſemine ceriandri, flore candido, odorato. coquitur hoc in oleo, premiturque poſtea quod cyprus vocatur. quibus verbis colligitur non cyprinum modo, ſed & cyprum vnguentum appellari ſolitum, nec infundi tantum, ſed & incoqui, quomodo parat Poſidonius apud Paulum libro ſeptimo, cuius & compoſitio, & modus non parum à Dioſcoridis diſcrepant.

40 εἰς δὲ ῥόδινον, ἀμάρακον, ἀσπάλαθον, κάλαμον. ἡ δὲ ἀναφύρασις ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ δεῖ τὰ ἁρμόττοντα.

Rhodino iuncum, Aſpalathum, calamum eadem maceratione, aliiſq; accommodata ſunt.

Rhodinum non vno modo apud veteres componebatur. Plinius lib. 13. ſed diuulgata maximè vnguenta crediderim roſa, quæ plurima vbique gignitur. itaque ſimpliciſſima Rhodini mixtura diu fuit, additis omphacio, flore roſæ, crocino, cynnabari, calamo, melle, iunco, ſalis flore, aut Anchuſa, vino. operoſior apud Dioſcoridem confectio eſt. Paulus non vnguentum Rhodinum deſcribit, ſed roſaceum oleum: τῷ δὲ ῥοδίνῳ μιξάλοντας καὶ ἄλες πολλοί. Dioſcorides ἔνιοι προσπάσσουσι τὸ ἔλαιον, κάλαμον, καὶ ἀσπάλαθον προσβάλλοντες. οἱ δὲ καὶ ἄγχουσαν ἕνεκεν εὐχροίας καὶ ἅλας πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι. Hoc eſt nonnulli ſpiſſant prius oleum adiecto calamo, & Aſpalatho, nonnulli & Anchuſam addunt, vt bene coloratum ſit, & ſales, vt ne corrumpatur. menſura quam ponit Theophraſtus ſalium nimia eſt ſine dubio, neque vllam ſeruat rationem. Nam duo medimni, quadrupli proportionem habent ad Amphorea, quem dimidium continere dixi Atticæ Amphoræ, hoc eſt metretis ſiue ceramii. fortaſſe ſic erat olim ſcriptum hac nota μ'. qua mina ſignificatur. librarius autem pro medimno intelligens cuius eſt nota μ'. ſic ſcripſit. aut μῦ. pro Myſtro, quod malè intellectum erroris tam magni præbuit cauſam. Myſtrum autem menſuræ genus fuit ex minimis, quæ duo cochlearia, & dimidium capiebat. Myſtrum autem nunc paruum intelligo. Nam erat & Myſtrum maius. vtrum autem intelligamus nihil refert. πολὺν ἑαυτῆς μὴ παχέως. notauit id & Dioſcorides in Rhodino, δεῖ δὲ ὀπμελῶς τὸ ἔλαιον τοῦ χυλοῦ χωρίζειν. ὀπληφθὲν γὰρ τὸ λεπτὸν τὸ μοῦρον φθείρει. oportet autem diligenter à ſucco ſeparari oleum. Nam relictus ille : el minimus vnguentum corrumpit.

41 ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἐπεργασία καὶ τῶν μηλίνων. προστυφέντες γὰρ ἐλαίῳ καὶ τὰ μῆλα ἐμβάλλουσιν εἰς ψυχρόν.

Similis apparatio quoque melini. Nam oleo prius ſpiſſato mala cotonea refrigerato iniiciunt.

Sic paratur apud Dioſcoridem. olei congius decem aquæ ſextariis admiſcetur. adiicitur elatæ palmarum quadrans, & iunci odorati vncia, quæ die vno macerata coquuntur. Mox in vas plumbeum excolatur oleum, & impoſita arundinacea crate, aut tegete. Cotonea mala ſuperponuntur, & veſtimentis operta tantiſper inibi reſident, dum malorum vires ad ſe oleum alliciat. apud Paulum & alios veteres eſt melinum ſimplex ex cotoneis, & oleo Omphacino, quod triginta diebus ſoli exponitur, quod in frequentiſſimo eſt medicinæ vſu. κατὰ πάντας τοὺς ἐμβολάς. ſemel iniiciuntur cotonea apud Dioſcoridem, neque ideo tamen non licet prioribus extractis, alia recentia addere. porrò ἐμβολὴ vox eſt medicis in hoc genere vſurpata pro iniectione odoramentorum, à quibus vnguenta præcipuos odores concipiunt.

42 ἄπρητα δὲ συντίθεται τὰ μύρα· τὰ μὲν ἀπ' ἀνθῶν τὰ δὲ ἀπὸ φύλλων.

Cæterum omnia vnguenta componuntur partim è floribus, partim foliis.

Cum de vnguentorum confectione locutus eſſet, modo diuidit vnguenta ab iis, ex quibus conficiuntur præcipuè. enumerat autem celebriora. affertque eorum vires, nec non aliquorum Aromatum. λευκοΐον eſt viola alba, ex qua vnguentum conficiebatur, quod hic appellat floris nomine. Athenæus libr. 15. λευκοΐνον ἴαπον græcorum nonnulli. eſt & iaſme, & iaſmenum, & iaſminum violaceum. vnguentum exquiſitius. ſuſinum autem liliaceum eſt à loco denominatum ; laudatiſſimum enim fiebat Suſis Perſiæ vrbe nobiliſſima, vnde & ſuſinum dictum eſt. Chares & Ariſtoteles apud Athenæum lib. 12. Suſa græco ſermone lilia vocari tradunt, à quibus in Perſide vocata Suſa propter loci amœnitatem, quod confirmat & Stephanus Byzantius. ſuſini vero compoſitio eſt apud Paulum, & Dioſcoridem. Plinius libr. 13 ſuſinum tenuiſſimum omnium eſt. conſtat ex liliis, Balano, Calano, melle, cinamomo, croco, aſpalatho, myrrha. differt verò phœnicium ab eo quod fiebat in Ægypto, vt auctor eſt Dioſcorides. differre etiam ſuſinum à liliaceo, etſi vtrumque conſtaret ex liliis, nonnullorum opinio eſt. Galenus in linguarum Hippocratis expoſitione Ægyptium album, & κρινόμυρον, & ſuſinum vocari tradidit, aliud tamen Ægyptium eſt Theophraſto à ſuſino. etſi Ægyptium Suſinum à nonnullis vocatum ſit. ἴπα δὲ τὸ σισύμβριον. ſiſymbrinum, & ſerpyllum inter coronarias plantas numerat in ſexto de plantarum hiſtoria, de quibus & Athenæus libro 15. vbi de coronis verba facit. ex illis vnguenta conficiebantur ſerpyllinum & ſiſymbrinũ.

Antipha-

Digitized by Google

Antiphanes apud Athenæum sui sæculi luxum notans sisymbrino brachiis vngendis aliquos vti solitos tradit. serpyllino, ceruice, & genibus. porrò crocinum fuit, vt ait Plinius in solis Ciliciæ diu maximè laudatum, mox Rhodi conficiebatur, vt cyprinum.

43 ἀπὸ μὲν τῶν φύλλων, οἷον τὸ τε μύρινον καὶ τὸ οἰναίθινον. αὕτη δὲ ἐν κύπρῳ φύεται ὀρεινὴ καὶ πολύοδμος. ἀπὸ δὲ τῆς ἐν τῇ ἑλάδι, οὐ γίνεται λιπαρὸν ἄοδμον.

E foliis vt Myrteum, & oenanthinum, oenanthe autem in Cypro nascitur montana, odorisque plurimi, è Græca propter odoris inertiam, & ignauiam non paratur.

Τὸ μύρινον fiebat & ex Myrti foliis, & ex baccis. quamobrem duobus locis eius fit mentio. Oenãthinum etiam duplex, quod ex flore labruscæ parabatur rosaceo viribus simile, & quod ex Oenanthes foliis. est enim Oenanthe herba ex coronariarum numero, cuius meminit & primo de plantarum causis & sexto. an verò eadem sit, quam Dioscorides describit libro tertio. Pastinacæ foliis flore candido, caule crasso, radice magna, ac tuberosa, incertus sum. Nam vt Mathæolo non assentiar facit, quod Dioscorides odoris non meminit. Nisi dicamus illam non vbique odoratam nasci, sed in Cypro maximè. sunt & alia vnguenta οἰναν θήλεια & οἰναν θίνα vocata, non ab oenanthe, sed à vino, quod οἶνος dicitur, quorum compositio est apud Paulum libro septimo.

44 ἀπὸ ῥιζῶν δὲ, τό τε ἰρινον καὶ τὸ ἀμαρακινον ἐκ τοῦ κόστου, οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὴν ῥίζαν· τὸ δὲ ἔγχρισμα τὸ ἐρετρικὸν ἐκ τοῦ κυπείρου.

E radicibus Irinum, & Nardinum, & Amaracinum ex costo, sic enim appellant radicem, chrisma autem eretricum ex cypero, qui ex Cycladibus affertur.

Sequuntur vnguenta, quæ ex radicibus parabantur. de Irino dictum est suprà. Nardinum fiebat ex Nardi spica. spica autem nardi radix est spicæ similis, ac propterea sic vocata, si Galeno credimus libro primo de Antidotis. constabat ait Plinius, Omphacio, balanino iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Galenus passim foliati, & spicati meminit, quæ Romæ à delicatis mulieribus, & opulentis magno parabantur impendio. cum verò Plinius nardinum vocet etiam foliatum, quærat aliquis an idem sit. mihi dubium non est & spicatum, & foliatum ex nardo parari solita, vocataque à spica spicatum. à folio malabathri. quod ita simpliciter dicitur foliatum. nego tamen nardinum foliatum, & spicatum eadem fuisse, quod miror virum doctissimum Hermolaum Barbarum non animaduertisse. Nardinum enim, quod, vt ait Dioscorides, variè parabatur, simplicius erat, spicatum ac foliatum longè operosiora, & pretiosiora. constat id ex Galeno libro 6. de Valetudine. ταῖς δὲ πλουσίαις γυναιξὶν ὑπάρχει νάρδου κρεῖττον χρῖσμα φυλλάτου τε καὶ τὰ καλούμενα σπικᾶτα. hoc est, diuitibus mulieribus est & nardo vnguentum melius foliatum, scilicet & quæ vocantur spicata. in tertio etiam medicamentorum ad locos, ad dolores auris commendat nardinum. Paulo post pretiosiora vnguenta, quæ diuites mulieres Romæ conficiebant spicatum ac foliatum. Constat igitur diuersa fuisse nardinum proprie vocatum & foliatum, ac spicatum. hæc autem duo cum simul vbique coniuncta nominet, non tamen non erant diuersa, etsi non adeò diuersa fuisse arbitror. Verum cum in Euangelio nardini mentio sit, quod in seruatoris Christi pedes effudit mulier, crediderim aut spicatum illud, aut foliatum fuisse vt pote pretiosissimum. Nardinumque vocatum impropriè, quamobrem & Iudas ægrè tulit, quod tam pretiosum vnguentum non esset venditum. τὸ ἀμαρακινον ἐκ τοῦ κόστου. Amaracinum parabatur Theophrasti tempore sine Amaraco. hoc enim non vtebantur vnguentarii, vt idem affirmat paulo pòst. Amaracinum vero, cuius meminerunt Galenus, Dioscorides, Paulus, & alij, præcipuè ex Amaraco constabat. spissabatur enim Xylobalsamo, iunco, & calamo complebatur autem Amaraco, costo, Nardo, Myrrha, carpobalsamo. Pauli Amaracinum semen recipit Amaraci, cætera à Dioscoridis diuersum. laudatissimum fiebat in Cyzico. ibi enim odoratissima gignitur Amaracus. in Coo etiam Insula quod Hedichroum appellabatur. Galenus liber tertio medicamentorum per genera Amaracinum nigrum agnoscit, in quo pix brutia, ac pontica miscebatur. desiisse tamen illud suo tempore componi, & sine pice subalbum fieri solitum. licet autem Amaracus & sampsucus eadem herba sit; sampsucinum tamẽ & Amaracinum ita differunt compositione, vt etiam nomine. nõ tamen ideo nequeas aut illud Amaracinũ, aut hoc sampsucinũ dicere. quod facit Plinius, vbi dicit è sampsuco oleum fieri, quod sampsucinũ vocatur, aut Amaracinum. Chrisma eretricum non memini apud quemquam veterum legisse. fortasse à loco sic vocatum est. est enim Eretria Eubœæ vrbs, in qua & terra eretria, cuius meminit Dioscorides libro quinto. est & alia in Thessalia eodem nomine, vt ait Stephanus.

45 ἀπὸ ξύλου δὲ ὁ φοινίξ καλούμενος. ἐμβάλλουσι γὰρ τὸν ὀνομαζομένον πλάτανον ξηράναντες.

E ligno palmeum, quod vocatur siccata palmæ spatha, quam elatem appellant, & iniecta.

Digitized by Google

In nono de Plantarum hiſtoria enumerat illa, quibus ad vnguenta vtebantur veteres. ſunt autem caſia, cinamomum, cardamomum, nardus, narum, balſamum, aſpalathus, ſtyrax, narta, coſtus, panaces, crocus, myrrha, cyperus, iuncus, calamus, amaracus, lotus. (lego autem metilotus) Anethum. hæc omnia radices, eſſe cortices, ramos, ligna, ſemina, lachrymas, flores, incenſu lignorum odoratorum ſpathem palmæ non poſuit. & tamen illam ad vnguenta adhiberi ſolitam Dioſcorides auctor eſt. vbi de elatino vnguento, & de palma elate loquitur. eſt verò elate ſiue ſpathe pars palmæ, ex qua pendent palmulæ, Theophraſtus lib. 2. hiſtoriarum: διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων καὶ ἡ μὲν ἄρρεν κῦδος μεσοῦν φέρει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. idem confirmat & Iulius Pollux libro primo. Dioſcorides verò operimentum, ſiue inuolucrum eſſe tradit palmularum florentium. Plinius quod φοίνικι καὶ ἐλάτῃ græcis auctoribus nonnullis vocari legiſſet, re non animaduerſa arboris genus exiſtimat, quàm alii elatem vocant, latini abietem, alii palmam. & tamen quantum differat abies, & palmæ ſpatha, nemo eſt tàm rudis, qui neſciat. τῇ ὀνομαζομένῃ πλάτῃ aut ἐλάτῃ legendum eſt, aut etiam πλάτῃ. eſt etiam πλάτη lata remi pars, cui non abſimilis eſt, quæ ſpatha dicitur in palma. cęterum Hermolaus ſpatham lachrymam palmæ elates eſſe tradit, adhiberique ſolitam pro ſpiſſamento in vnguẽta. eſſe enim elatem abietis genus, cuius lachryma vnguentis apponeretur. atque viri doctiſſimi commentum id eſt à Plinio ſumptum. nullius enim veterum auctorum teſtimonio, aut auctoritate nititur, quod ego ſciam.

[46] Ὁ δὲ αἰγύπτιον ἐκ πλφόνων, ἔκ τε τοῦ κινναμώμου καὶ ἐκ τῆς σμύρνης, καὶ ἐξ ἄλλων.

Et ex multis Ægyptium, cinamomo, myrrha, aliis.

Quod nam eſſet vnguentum Ægyptium maxima eſt eruditorum quæſtio. Galenus in Gloſſis Hippocratis. Ægyptium vnguentum album, quod & Mendeſium vocatum eſt, quod ex liliis, & Aromatis componebatur. quocirca & vnguentum non oleum dicitur. idem & liliaceum, & ſuſinum vocatum eſt. in ſecundo de medicamentis ad locos. Ægyptium vnguentum non ita modo ſed & mendeſium appellatur. Nonnulli id & Megalium vocari aiunt à Megalo qui compoſuit. rurſus in linguis. Ægyptium vnguentum, quod ex ſpina Ægyptia conficiebatur. quod & Metopium vocatum eſt. quæ cum ita ſint, vnguentum Ægyptium, & Mendeſium, & Metopium, & Megalium, & liliaceum, & ſuſinum vocatum eſt. nec mirum. cum enim multum in Ægypto ſtudii conficiendis vnguentis poneretur, facile fuit quodlibet vnguentum accurate in Ægypto compoſitum, Ægyptium appellare. Verum de vnguentis Ægyptio, Mendeſio, Megalio, & Metopio, ſic arbitror. Vnguentum Ægyptium duplex ab Hippocrate memoratur, alterum album, alterum ſimpliciter Ægyptium. Theophraſtus hic de albo loquitur, quod & Mendeſium, & Megalium appellabatur. quamquam & aliud vnguentum erat, quod Megalium vocabatur tantum. de quo paulo pòſt. alterum verò, quod ſimpliciter vocabatur Ægyptium propter ſpinam Ægyptiam, & Metopium à nonnullis vocatum eſt. non idem tamen atque Metopium. cuius Dioſcorides, & Paulus meminerunt. in quibus non eſt Ægyptia ſpina, liliaceum, & ſuſinum alia fuere ab Ægyptiis, non tamen nequiuerunt Ægyptia, ſic etiam nonnulli dicere propter lilia, quæ & κρίνα & σούζα dicuntur. verùm quoniam ſunt, qui hæc non ita facilè admittunt, primum componant animum, deinde Ægyptia vnguenta plura & fuiſſe, & eſſe potuiſſe conſiderent aliis etiam vocata nominibus. Deinde mirum non eſſe vnguenta eodem vocata nomine compoſitione diuerſa eſſe. quando conſtat pauca eſſe, quæ eodem modo apud Dioſcoridem, atque alios conficiantur, etſi nomine diuerſa non ſint. qualia cyprinum, irinum, amaricinum, crocinum, & penè omnia. quid igitur mirum Metopium aliud Dioſcoridem, & Paulum agnouiſſe, aliud Galenum, in quo ſpina poneretur Ægyptia, quod & propterea Ægyptium vocaretur? Hinc factum eſt, vt in Aegyptio albo, quod & Mendeſium, & Megalium, lilia ponerentur, in Mendeſio Dioſcoridis, ac Pauli liliorum nulla ſit mentio. nihil tamen vetat album illud Aegyptium Mendeſium, & Megalium appellatum. quin & Megalium hoc Theophraſti diuerſum ab Aegyptio eſt. forte etiam non idem, atque Dioſcoridis quippe hoc Theophraſti cinamomum habet, Dioſcoridis illud Amaracino ſimile eſt adiecta reſina. in Amaracino autem, quod deſcribit ipſe, cinamomum non eſt. Hæc cum ita ſint, nõ eſt quòd veteres auctores inſcitiæ inſimulemus, ſi iis in vnguentorum, atque adeò in medicamentorum compoſitionibus non exactè conuenit. cæterum qui de vnguento Aegyptio plura deſiderat, conſulat Hieronymi Mercurialis doctiſſimi lectiones varias lib. 2. cap. 19. & Melchioris Guilandini eruditiſſimi omnigenaque lectione inſtructiſſimi diſputationem, quam libro de Papyro adnexuit.

[47] Ἔτι δὲ ἐκ πλειόνων τούτου ὁ μεγαλφον. καὶ γὰρ ἐκ κινναμώμου.

Et porro pluribus megalion. Nam & è cinamomo.

Megalium vnguentum à Megalo, qui primus compoſuit, vocatum eſt. fuit ille Siculus, vt tradit Sotibius apud Athenæum libr. 15, alii Athenienſem volunt. Plinius. poſtea multo ſucceſſit propter gloriam appellatum Megalium ex oleo balanino, calamo, balſamo, iunco, xylobalſamo, caſia, reſina. huius proprietas, vt ventiletur in coquendo donec deſinat olere, rurſum refrigeratum odorem ſuum capit. Dioſcoridis tempore componi deſiit, eſt tamen ab illo conſcripta confectio

Digitized by Google

fectio Amaracino non absimilis. Quamobrem à Plinij descriptione aliquantum discrepat. quominus mirandum est fuisse Ægyptium, quod & Megalion vocabatur, aliud à Megalio, quod hic memorat Theophrastus. imò ausim affirmare illud, quod describit Dioscorides, hoc Theophrasti, aliud Plinij non inter se conuenire, potuisseque quod vocabatur Ægyptium album ab his etiam diuersum esse. Iulius Pollux libro sexto Megalesium vnguentum nominat à Megalo Siculo, idem & vnguenti Ægyptii meminit nigri, quod sine dubio alterum est ab illo Hippocratis, & Theophrasti: καὶ γὰρ ὁ κ ναμώμ. mutilum ego locum existimo deesseque Aromata, quæ Megalium vnguentum conficerent, id quod etiam notauit Turnebus.

48 καὶ ἐκ τῆς σμύρνης κατατομῆς ἔλαιον ῥεῖ. στακτὴ δὲ καλεῖται, ἀφ' ὧν μικρὸν ἀπόζει. ὃ δή μύρον τινὲς φασιν ἀπολωῦ εἶναι, καὶ ἀσώδετον τῶν μύρων.

Elachryma stacte. Nam è Myrrha tusa fluit oleum, quod quia minutatim stillat, stacte vocatur. hoc nonnulli ex vnguentis omnibus vnum simplex, nec compositum tradunt.

Stacte Myrrhæ gutta erat odoratissima. Plautus curculione. Tu mihi stacte, tu cinamum, tu rosa. illam volunt aliqui vnguentum fuisse Ægyptium, nec nego, atqui non erat aut Ægyptium illud, cuius hic est mentio, aut ex iis, quorum meminit Hippocrates in libris de Natura muliebri & de mulierum affectibus. vtcunque non inuenio apud veteres scriptores stactem communiter vnguentum Ægyptium vocari solitum, etsi iure fortasse dici posset. Vnus locus Athenæi confirmat tantum, neque is tamen absolute. is est libro decimo quinto. vbi cum Alexidis, vel Achæi poëtæ allata verba sint, in quibus Ægyptiorum chrismatum est mentio: Didymus quærit an per illa stactem intelligat, quippe cum illa ex Myrrha constet, quæ in Ægyptum aduecta inde in Græciam transportetur. propter illam potuisse poetam stactem vnguentum Ægyptium appellare. id quod vt lubenter concedamus, nihil vetat tamen præter stactem alia fuisse vnguenta Ægyptia, quorum habita mentio est. cæterum de stacte Dioscorides ita tradit pinguedinem esse recentis Myrrhæ exigua aqua tusæ & expressæ organo. quod ait etiam Theophrastus. quod verò subdit de alio expressionis, aut confectionis genere non ignorauit Dioscorides, quamquam superiorem modum magis probet. Lucretius hunc modum videtur respexisse in iis versibus, quos habet libro secundo.

Si Amaracini blandum, stacteque liquorem
Et Nardi florem, nectar, qui naribus halat
Cum facere instituas, cum primis quærere par est.
Quod licet ac possis reperire inolentis oliui
Naturam, nullam quæ mittat naribus auram.

49 τὸ δὲ μεγαλῖον, ἐκ τῆς ῥητίνης κεκαυμένης σκευάζεσθαι καὶ ἐλαίου βαλανίνου, μίγνυσι δὲ καὶ κασίαν, κινάμωμον, σμύρναν. πλείστῳ δὲ τραγματείῳ δεῖ τὸ μεγαλῖον καὶ θαυμασιωτάτῳ εἶναι. πλείστων γὰρ μίξιν ἔχει πολυτελεστάτων.

Megalium autem è resina vsta componi, & oleo balanino, admisceri quoque casiam, cinamomum, Myrrham, plurimumque negocii, & operæ, in Megalio, & Ægyptio esse, cum plurima, & multo clarissima in iis misceant.

Ponit Aromata, quæ supra desunt sed non omnia. Plurima enim ait esse tam in hoc, quam in Ægyptio, quærendum verò an Dioscoridis Megalium idem sit atque hoc. iam verò diximus non esse, vt ex hoc cõstet quàm incerta res sit taxare veteres, & de vnguentis ferre iudicium. Ægyptium quod Galenus in secundo de medicamentis ad locos Mendesium, & Megalium à quibusdam tradit vocari solitum, etsi fortasse possit esse Dioscoridis Megalium, non tamen idem: propterea quod lilia non recipit, quæ recipiebat illud, vt in expositione linguarum traditum est. adde Mendesium, & Megalium diuersa esse apud Plinium & Dioscoridem. & tamen Æyptium illud tàm Mendesium quàm Megalium discrepat.

50 τὸ δὲ ἀμαρακῖνον ὂν χρηστὸν, ἐκ τῶν βελτίστων ἀρωμάτων σκευάζεται χωρὶς ἀμαράκου. τούτῳ δὲ ὁ χρῆται μόνῳ τῶν ἀρωμάτων τοὺς μυρεψοὺς ὅδε εἰς ἓν μύρον· ἀλλὰ νεωτερικὸς ὁ τοιοῦτος ἐστὶν ὁ ἐπίκλησις.

Amaracinum autem nobile ex optimis quibusque odoribus componi sine Amaraco tamen. hoc enim odoramento seplasiarios nihil vnquam in vnguentis vti, sed falso vocabulum increbuisse.

Dictum est Amaracinum, quod describit Paulus à compositione Dioscoridis discrepare. hoc vero ab vtraque diuersum est. quod non habeat Amaracum, à qua illa & nomen, & odorem accipiunt. Nigrum illud cuius Galenus meminit, in quod pix brutia miscebatur, aliud est ab his omnibus. Οὗτος δὲ οὐ χρῆται τῶν ἀρωμάτων τοῖς μυρεψοῖς. in nono de plantarum Historia, Amaracum inter simplicia memorat Aromata, ex quibus vnguenta componebantur. Galenus in libro primo de Anti-

Digitized by Google

dotis in Amaracino ſui temporis non Amaracum, ſed marum miſceri ſolitum tradit in Cyzico.

[11] ποιοῦσι δὲ καὶ ἀχρωμάτιστα τὰ δι' κεχρωματισμένα.

Sed & alia tingunt, alia nullius coloris pigmento fricant.

Cum de ſtymatis, & hedeſmatis vnguentorum locutus eſſet, modo de colore, qui, vt ait Plinius, tertius eſt multis neglectus. tingebantur igitur nonnulla vnguenta, illaque præter ſtyma, & hediſmata recipiebant fucum & tincturam. nonnulla nullo colore tingebantur. διὰ τὸ μὴν αἰγύπτιον καὶ πῶν κύπριον. reddit rationem cur etſi hæc eſſent precioſa, tamen nullo colore inficiebantur. quod ſcilicet alba eſſe mallent vnguentarii. eſt igitur albus color in his non arte comparatus, ſed natiuus, iuuatque candor in cyprino & Ægyptio, in melino luteus. Nam vilia tanti non ſunt, vt in iis tingendis ponatur opera.

[12] χρωματίζουσι δὲ, τὰ μὲν ἐρυθρᾷ, τῇ ἀγχούσῃ· τὰ δὲ ἀμαρακίνοις, τῷ καλουμένῳ χρώματι. τοῦτο δ' ἐστὶ ῥίζιον ὃ ἄγουσιν ἐκ συρίας.

Iam rubra inficiunt Anchuſa, Amaracinum, chromate quod vocatur, ea radicula è Syria adfertur.

Anchuſa foliis eſt lactucę ſimilibus, denſis, aſperis, copioſis, quæ quaquauerſum ad terrã funduntur, ſpinis horrida, eius tres numerat ſpecies Dioſcorides libro quarto. primæ tamen radice vnguentarios tradit vti ſolitos ad vnguentorum ſpiſſamenta. imò eadem radice ait Plinius libro 22. & fullones præparare lanas precioſis coloribus, verum adſtrictione, qua maxime pollet Anchuſa, ſpiſſat vnguenta, rubore verò inficit, ſuccum enim habet rubentem, quo & contrectantium manus tingit. Plinius de vnguentis. tertius inter hæc eſt color multis neglectus, huius cauſa adduntur cynabaris & Anchuſa. ſal aſperſus olei naturam cohercet, quibus Anchuſa adiecta eſt, ſal non additur. τὸ δὲ ἀμαρακίνον. Amaracinum rubens non erat, ſed alio colore tingebatur. ſi quid intelligat per Syriam radiculam notum eſſet, de eius colore fortaſſe non eſſet dubium. ſi verò Struthium eſt radicula Syria, vt Turnebus doctiſſimè coniectatur; quærendum reſtat adhuc, quo colore inficit ſtruthium; imò qualis herba ſtruthium eſt. atque cum Theophraſtus ſtruthium inter aculeatas plantas numeret, quem Plinius ſequitur. Dioſcorides verò nullos aculeos, nullas ſpinas ſtruthio tribuat, manifeſtum eſt aliam eſſe herbam illorum, huius aliam Imò Plinius ſtruthium Dioſcoridis, ac Theophraſti, ita mihi videtur confundere, vt ex vtroque vnum faciat. Verum Dioſcoridis ſtruthium eſſe herbam illam, quæ vulgo Italorum hodie dicitur Guadarella docuit certiſſimis rationibus Melchior Guilandinus totius encyclopædię, atque herbariæ cognitionis eruditiſſimus. vocant verò illam hodie in Syria, Phœnicia, Iudæa, Ægypto, & Arabia Gazul. inficit autẽ, quæ cum illa decoquuntur colore luteo. ac propterea Ioannes Ruellius luteã herbã, cuius Plinius, & Vitruuius meminerunt, illam eſſe contendit, etſi reuera alia ſit lutea, quæ non lanis, ſed terris tingendis commendatur. hoc idem ſtruthium hodie in Græcia vocatur χυλίνη, adhibeturque ad eoſdem fullonum vſus. eius meminit hoc nomine Actuarius libro de vrinarum differentiis, quod cum interpres non intelligeret locum illum male cõuertit, ſic autem ſcribit Actuarius. ἀλλ' ἐπεὶ αὖ βαφλόν τινα, τὰ οὖρα δίκην τοῦ πολλοῦ τῆς ἀπυρίας ἀκριφυῆ ὑπάρχει μὲν τὰ πρῶτα γίνεται. προϊόντα δὲ εἰς ὠχρὰ, ἀλλὰ τὰ μὲν μετρίως ζεσάσης χυλίνης χυλῷ, ἰώδη. ἐκεῖνα δ' αὖ καὶ πάνυ ζεσάσαν. id eſt, ſed cum infici vrinæ cœperint à nimia cruditate recedentes ſubpallidæ fiunt, amplius autem coctæ pallidæ, atque aliæ quidem ſimiles ſucco herbæ, quæ χυλίνη dicitur, quæ mediocriter efferbuerit, aliæ eiuſdem ſucco, quæ omnino incocta ſit. fecit igitur nominis vulgò hodie græcorum notiſſimi ignoratio, vt interpres aliud quid eius loco commentus ſit, id quod & iis, qui Simeonem Sethum, & Nicolaum Myrepſum latinos fecerunt, accidit frequẽtius in nonnullis ſimpliciũ nominib., quib. vtitur Græcia barbaris alioquin, & vulgo familiarib. Sed vt redeamus ad Theophraſtum, radiculam Syriam ſtruthium; illud Dioſcoridis fortaſſe vocat, quod colore luteo Amaracinum vnguentum inficeret. eſt enim herba hæc, ſi cui alii maximè Syriæ familiaris. quamobrem Columella in horto aſſyriam radicem nominat, in libro verò 11. cap. tertio Syriacam. fullonibus forte Theophraſti tempore χρῶμα vocabatur à coloris præſtantia. ſcio eſſe, qui χρῶμα hoc Theophraſti illud radicis genus exiſtimant, quæ Mauritanis vocatur curcuma, eſtque Dioſcoridis cyperus Indicus, quæque commanſa croceum habet ſuccum ex calidorum, & acrium numero. Verum vt ne iis facilè credam, in cauſa eſt, quod non Indicam, ſed Syriam radicem vocat Theophraſtus, eſt & radix gingiberi non abſimilis, quæ croci loco in vſu eſt apud Indos, propterea-que crocus Indicus appellatur à nonnullis. vocatur autem in Canara Indiæ prouincia Alad & in Malauar, etiam Moniale, à Perſis Darzard, & ab Arabibus Habet. poteſt & hanc radicem Theophraſtus intelligere, niſi eadem ſit, atque curcuma communis officinarum. verum ego lubentius primam ſententiam amplector. Eruditi verò libere iudicent, quod magis conſentaneum ſit.

[13] συνεπιφέρειν δὲ δοκοῦσι πρὸς ταῖς ἡδυσμοῖς οὐχ αἱ ὀδμαὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ δριμύτητες· καὶ αἱ θερμότητες οἷόν.

Cæterum palatum iuuare non ſolum odores videntur, verum etiam acrimonia, & calor quorundam.

Cum

Digitized by Google

Cum de confectione vnguentorum loquutus esset, modo transit ad alia. primum verò docet generatim Aromatum non odorem tantum, verùm & acrimoniam sapores velut suscitare, & iis vim addere. deinde ponit singulorum facultates optima verò, & signatissima similitudo ὥσπερ κίνημα ἐμποιοῦσι. Sapori enim tanquam inertiori ac hebeti stimulus additur ab odore, vt palatum magis oblectet. Legendum autem pro μνίων quod sine dubio corruptum est, οἴνων: nam μύρων non habet locum (nisi fallor) nam vinorum exemplo in vnguentis verum id esse confirmat. quomodo autem in vinis id verum sit, declarabimus suo loco.

" ἡ δὲ κασία τούτων ὑπερβάλλῃ θερμότητι καὶ δριμύτητι καὶ σύψει.

Casia calefaciendi adstringendique potestate & acrimonia ista exuperat.

Casia calida est, & sicca excessu tertio, tenuis, acris, moderatè adstringens, non tamen his facultatibus cinamomum superat. quod cum tenuissimum sit, & acrius est, & calidius, longè etiam odoratius. postremo duplum casiæ vix æquat cinanomi vires. Vnde in primo de Antidotis apud Galenum volebat Quintus Medicus in defectu cinamomi duplum addi casiæ. Iridem autem, calida cum sit, tenuis, amara, subacris, nescio cur συστολὴν agnoscat. negant enim in Iride adstrictionem medicorum filii, fortè igitur legendum δηκτικὴν ἀφίλησι, quoque corruptum est. reponendumque eius loco ἀφίησι. quod verbum medicis in vsu est, cum de medicamentis loquuntur valide extergentibus. Dioscorides libro quinto de Thapsia: αἴρει δὲ καὶ ἔφηλιν σὺν μέλιτι καταχριόμενος καὶ λέπρας ἀφίησι. idem libro primo de pice. κηρῷ δὲ ἴσῳ μιγεῖσα ὄνυχας λεπρώδεις ἀφίησι.

* δηκτικὸν δὲ καὶ τὸ καρδάμωμον μετὰ θερμότητος. τοῦ δὲ βαλσάμου ὁ μὲν ὀπὸς καὶ τὸ κάρπιον αὐθρώτερα τοῦ ἀμφοτέρα ταῦτα.

Mordax quoque cum calore est cardamomum. Balsami succus, & semen ad vtrumque viliora & efficaciora, lignum imbecillius, cui viribus cinamomum simile est.

Calidum est cardamonum ordine tertio. Verum aliud esse græcorum Cardamomum, aliud Arabum, & aliud commune pharmacopolarum, volunt nonnulli non obscuris nixi rationibus. in illo cuius Galenus meminit non modo est acrimonia, verum & amaritudo quædam, qua lumbricos necat. Balsamum autem succum ex se mittat, qui dicitur opobalsamum, fructum edat, qui carpobalsamum ab his & caliditate, & odore, & partium tenuitate superatur. est enim, ait Dioscorides, præcipua auctoritas succo, secunda semini, minima ligno. Verum de Balsamo legendus Plinius lib. 12. Theophrastus lib. nono de Plantis, Strabo lib. 16. & Iustinus Historicus lib. 36. quemadmodum de cinamomo Dioscorides libro primo, & Galenus lib. 1. de Antidotis, & de Theriaca ad Pisonem.

" ὁ δὲ σχοῖνος, δηκτικώτερον μὲν τοῦ καλάμου καὶ θερμότερον. σύψει καὶ δὲ ὁμοίως.

Iuncus odoratus mordacior calamo, & calidior, alioqui in vtrisque adstringendi potestate pari.

Florem intelligit iuncì. Nam radix, vt ait Galenus libro septimo de simplicibus medicamentis, adstringendi vi magis pollet, flos autem calefaciendi. Aspalathum autem εὐώδη decet legere. illo enim vtebantur in vnguentis. duo eius genera εὐώδης καὶ ἄοσμος, hoc est odoratus & inodorus. ille in Syria præsertim, & Rhodo nascitur hic in Creta, in Cycladibus & in tota Græcia vulgatissimus. εὐώδης δὲ ἡ ἀσπάλαθος. Dioscorides; ἀσπάλαθος ᾧ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰ μύρων σύψεις.

καὶ τὸ χρῶμα. id siue sit radicula Dioscoridis, siue curcuma, aut crocus Indicus, sine dubio acre, & calidum est.

" νέα μὲν οὖν ὄντα τὰ ἀρωματικὰ ἔνια, δυνάμεως μὲν δὴ θύος ἔχει βαρείας καὶ δριμείας.

Atque aromatum etiam recentia nonnulla virium grauitate & acrimonia pollent.

Habent id radices præsertim ex odoratorum genere, quæ cum excrementitio humore recentes scateant, & grauius olent, & gustum ingratæ mordent, at concocto succo & sapor, & odor leniores sunt, qui tandem arefactis radicibus euanescunt, & exsoluuntur.

" ὅσῃ ἥδεως, εἰς μὲν τὴν ἐργασίαν ἀκμάζει μέχρι τοῦ συλλογὴν γίνεσθαι. καὶ ἔστι μὲν ἐτῶν τριῶν· πλεῖστον δὲ χρόνον ἓξ ἔτη.

Vt iris ad confectionem, posteaquam collecta est, triennio viget: ac cum plurimum, sex annis durat.

Mirum id de Iride videatur, quæ vix biennium durat integra. Sed optimam & è sicco loco collectam licet intelligere, qualis Illyrica est. Plinius libro 21. contrarium de Iride videtur tradere. Teredines non sicca modo, verum & in terra celerrimè sentit. in nono de Plantarum Historia cum multarum radicum scribat durandi facultatem, Iridem prætermisit. ait verò helleborum vel ad triginta annos vtilem. Aristolochiam quinque, aut sex annis manere integram. Chamalconem

Digitized by Google

nigrum quadraginta, Centaurium decem, ac duodecim, Pencedanum quinque, vel sex, Vitem syluestrem annum tantum durare, non amplius.

58 τὰ δὲ πλησίως ἔχει τούτοις, ἡ τῆς ἀκμῆς ἔχουσιν ἡ τὸ κιναμώμῳ, ἡ τὸ κόστῳ, ἡ τῆς κασίας.

Itidem vt istis, cinamomo, costo, casiæ suus permanet vigor.

Cinamomum ait Galenus in libro de Antidotis multos fuisse, qui vix senescere existimarint: se vero expertum esse manifestò, vel triginta annorum spacio illius vim minui. idque accidisse cinamomo, qui Traiano, Adrianoque Imperatoribus Romam delatus sub Seueri tempora multum pristini vigoris amiserat. costus verò officinarum cum legitimus non sit, facile teredine consumitur. Germanus ille veterum durabat magis. probat Dioscorides, recentem, album, plenum, calidum, à teredinibus non erosum, qualis erat præsertim Arabicus.

59 τὰ δὲ, ξηρανθέντα, καθάπερ ὁ κρόκος καὶ ὁ μελίλωτος. χλωρὰ γὰρ, ὑγρότερα.

Quidam cum exaruerunt, vt crocus, & melilotus, quòd dum virent, humidiora sunt.

Melilotus, qui & sertula campana latinè dicitur, odoris similitudinem habet cum croco, amboque olim in coronis, & in vnguentis commendabantur, & tamen quo sicciores sunt. fragrant suauius. quamobrem ex montanis aridisque locis collecti odoratiores. iidem cum inaruerint suauius olent. libr. nono de Plantarum causis de hac eadem re, πεπεμμένα γὰρ ἤδη οὐκέτι μᾶλλον καὶ ἔνια ξηραινόμενα ὄζει. χλωρὰ δὲ οὐκ ὄζει, καθάπερ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος, τὰ δὲ ἔμμονα ὀζὴ ξηραινόμενα, καθάπερ ἴρις καὶ μελίλωτος: Id est, concocta enim vtique & nonnulla exsiccata magis olent, quæ cum virida sint, non bene olent, vt calamus, & iuncus odorati, nonnulla & exsiccata magis odora sunt, vt Iris, & Melilotus. Vides quod huius sententiæ ratio ex iis libris sumitur, vbi plãtarum, earumque affectuum reddũtur causæ, quibus diximus hunc libellum esse subalternatim subiectum, siue vt loquuntur, subalternatum.

60 δοκεῖ δὲ μεγάλιον ἀφλεγμαντον εἶναι πάντων τραυμάτων.

Videtur autem megalion vulnerum omnium inflammationes lenire.

Cum Aromatum separatim facultates declarasset, modo & vnguentorum vires explicat. τραυματικά. medicamenta vocabant veteres græci, quæ recentibus vulneribus apta sunt, quale est etiã Megalium. est enim illud mediocris siccitatis, in quo genere est myrrha, thus, aristolochia, aloe, argenti spuma quæ exsiccando sanguinem fluentem reprimunt, atque ab inflammatione vulnus tuentur; id quod non ignorauit hic. subdit enim ἄπαντα δὲ ταῦτα συστατικὰ καὶ ξηραντικά.

61 Τὸ δὲ ῥόδινον ἄριστον πρὸς τὰ ὦτα. ταῦτα δὲ οὐκ ἀλόγως.

Rhodinum autem auribus est salutare, quod sale audito paratur.

Rhodinum aurium dolorem sedat, & inflammationes cohibet. est enim refrigerandi adstringendique vi præditum, quæ facultates incipientes inflammationes cohibent. sales verò laudantur ii quidem in aurium dolore ex aceto. prosuntque tum exsiccata materia, quæ fuit tam leni adstrictione corroborata particula. acetum autem tenuitate penetrat, crassoque flatus incidit, ac discutit in tertio libro de medicamentis, ad locos, in iis, quæ propter aures sunt instituta, & nitrũ, & Aphronitrum, & nitri flos, & sal Ammoniacus vsurpantur. Notandum verò, quod ait Rhodinum calefacere, verum non esse, nisi Rhodinum accipimus, in quo magna salis vis posita est. sal enim moderate calefacit, exsiccat verò vehementer.

62 ἀλλὰ ὃ τῆς παραστάσεως, λόγου δεῖται. καὶ γὰρ ταύτῃ λέγουσι μάλιστα βοηθεῖν.

Verum quod de substillo narrant, rationem desiderat, cui egregiè prædicant opitulari.

Nunquam apud veteres obseruare potui Rhodinum vnguentum in vrinæ stillicidio commendari, & sane quando illud ab acribus, calidisque succis fit. rosaceum illitum potest & acrimoniam obtundere, & attemperare caliditatem. fortè & bibitum idem efficit, illud tamen, quod commendat Theophrastus, in quo multi salis est copia, tantum abest, vt iuuet illos, qui stranguriam à succis calidis, intemperieque calida patiuntur, vt symptoma magis exasperet, reddatque subinde validius. atuerò cum & frigida intemperies, & succi crassi, ac frigidi stranguriam efficiant, in hoc casu salis vis in vnguento calefacit, & attenuat. quamobrem potest sublata causa leuare symptoma. τῶν τὸ μᾶλλον, restituit Turnebus πάντα μᾶλλον, & subaudiendum censet βοηθεῖν. cuius opinio mihi non displicet. optimè autem, αἱ ἀλύσαι. quod crassi ac viscidi succi liquandi sunt, & incidẽdi. Odor autem non dat vrinæ motum aut impetum, sed odoris causa, calor scilicet, & siccitas in tenui substantia, vt in Aromatis. quemadmodum in problematum sectione duodecima, quæstio est, cur odoratæ plantæ ac semina vrinam cieant.

63 Διότι

Digitized by Google

[63] διότι ὃ ἴρινον εὔοσμον μὲν, οὐ ποιεῖ δὲ τῷ ὁρμῷ, ἢ διότι συστλτικόν, καὶ στενάγει τὰς πόρους, ὥστε συγκλίσει κωλύειν τὴν ὁδόν.

Sed quare Irinum fragrantis alioquin odoris nullum impetum ciet? nempe quod adstringit, viasque contrahit, vt angustiis transitum prohibeat.

Irinum vnguentum, quod describunt Paulus, & Dioscorides inter alias, quas habet virtutes. & vrinam ciet. tantũ aũt abest, vt meatus occludat, & adstringat, vt & fœtus eiiciat, & hæmorrhoidas aperiat. facit autem hæc tum propter Aromata, quibus spissatur, tum etiam propter ipsam Iridem, ac Myrrham. iris autem & Aluum mouet, & vomitum ciet aliquando. quamobrem ad vtrumque opus Irinum non ineptum est. Cæterum, quod ait Theophrastus, illud propterea non ciere vrinã, nec iuuare vim expellendi, quod adstringendi facultatem habeat, cum falsum sit, & in problemate, & in causæ redditione fortè aliud Theophrasti Irinum fuisse dicendum est, quod adstringentius cum esset & sine Myrrha, poterat quidem non mouere vrinam. Aluum tamen ideo, quod Iridis succus Aluum soluit valide, nec adeò ab adstringentibus facultatibus impeditur; quin magis non iuuetur ab oleo, sic igitur erit quæstio de rẽ quidem vera, sed aliam habebit causam. an etiam absurdum non est simplicium adstringentium vim, & præsertim Anchusæ radicem vim illam diureticam retinere. facultatem verò Iridis cum ad vesicam non penetret, in sola aluo suas vires exercere. non penetrare autem ad vesicam, quod ab adstringentibus impeditur, quæ non aperiunt meatus, sed constringunt potius atque constipant.

[64] κρᾶσις δὲ καὶ μίξις, οὐκ ἔστιν ὡρισμένη τῶν φαρμάκων. ὥστ' οὐκ τῶν αὐτῶν ἀεὶ χρηστὰ καὶ ὅμοια γίνεται. ἀεὶ δὲ συμβαίνει διὰ τὴν ἀκμαιότητα τῶν δυνάμεων τῶν ἐν τοῖς ἀρώμασι.

Cæterum temperatio, & permixtio aromatum certa non est nec definita, vt ex iisdem perpetuo proba, similiaq; respõdeant vnguenta, quod accidit in aromatis ex virium inæquabilitate.

Cum separatim & de Aromatis, & de vnguentis, quæ ex iis conficiuntur, loquutus esset, docet modo, non ex iisdem semper Aromatis eiusdem probitatis vnguenta confici. imo plerumque dissimilia, ac varia fieri, διὰ τὴν ἀκμαιότητα τῶν δυνάμεων. Hęc causa proxima est, propter quam vnguenta non semper bona. inæqualitatis autem huius prima causa ἡ ὥρα, vt alibi loquitur, hoc est tempus. vtitur autem Hippocratis voce τῇ καταστάσει, qua status temporis significatur. ἐπέρχεται δὲ. altera causa est ἡ συλλογή, hoc est collectio illa si intempestiua sit, aut immaturum colligit semen, lignum, radicẽ, aut victum. decet autem omnia colligi in vigore. tertia causa est secundæ similis, nam cum nonnullis radicibus, aut lignis statim vtendum non sit, sed aliquanto post, si quis aut ante coctum humorẽ superfluum, aut post exsiccatum humorem omnem iis vtitur, illi cetrè non succedit opera. πολυχρονιώτερον. cœpit affectus docere vnguentorum, ac primum dissimilitudinẽ, modo τῷ διαμένειν, hoc est, durationem. durant autem magis vnguenta, quæ operosiora sunt, quæque non habent illa, quæ corruptionem adcelerant. mox quæ spissantur magis, quæque ex Aromatis constant odoratis quorum difficilè exhalat odor. Turnebus. sed è floribus quidam statim in viriditate sua efflorescunt indole, vt rosa. ambitiosa oratio, sic ait philosophus. flores alii virides statim vires habent. alii exsiccati. αὐτὴ γὰρ πολυχρονίους, ἐπὶ δὲ ἀσθενεστέρους. τὸ πολύχρους Turnebus varium interpretatur. verum non est hic de varietate sermo, sed de fructuum robore, ac infirmitate, in libro de causis secundo, πολυχρονίους vocat minuta semina, hòc est fertiliora, ac fœcundiora. hic πολυχρονίους validiores vires videtur intelligere, quæ infirmioribus opponuntur, quasque inferius vocat σφοδροτέρους.

[65] τὰ δὲ ἄνθινα, σαπρὰ ἀθρόα. συμβαίνει δὲ τοῖς ἀνθίνοις, ἀκμάζειν μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μὴ δίμηνον.

Vnguentorum autem genera ἀνθίνων hoc est, floreorum infirma sunt omnia, ac post bimestre ferè vigent.

Docet modo, quæ imbecilla sunt, & citò defluunt. talia sunt, quæ ex floribus componuntur. Nam anno elapso vim amittunt omnem, & penè odoris sunt expertia. contingit autem, vt quo tempore flores vigent, eodem illa, vt ita dicam, defloreścant, iam scilicet anni peracto spatio.

[66] διαφθείρει δὲ τὰ μύρα καὶ ὥρα θερμὴ καὶ τόπος, καὶ ὁ ἥλιος, ἂν τεθῶσι.

Corrumpit autem vnguenta tempestas, locus, sol, si in aprico ponatur.

Quoniam vnguenta vel sua ipsorum natura, aut etiam, quod bene seruantur solent incorrupta conseruari. imo plerunque quæ natura sua solent esse durabiliora, male seruata corrumpuntur, propterea docet hic, quæ ad seruandum, quæue ad corrumpendũ illa apta sint. corrumpunt

Digitized by Google

verò omnia, quęcũque exhalare faciunt, vt calor ſiue regionis ſit ſiue temporis, ſiue ſolis, ſeruant verò quæ cohibent halitum, quęque externum aerem non admittunt facilè. quocirca cauent Seplaſiæ & vaſis genere, & certo aere, vt ne difflentur. vaſa enim frigida eſſe volunt, & dẽſa, aerem vmbroſum ac humidum. fiebant verò præcipuè vaſa ex lapide Alabaſtrite, quæ ideo & Alabaſtra dicebantur, & Alabaſtri, vt vocat hic, quorum etymon volunt eſſe grammatici γραφι ἀπὸ τῦ μὴ δύνασθαι ἀραφίσθαι ἢ ἀπὸ τῦ μὴ λαβὰς ἔχειν, hoc eſt, quòd capi nequeant, aut quod anſas non habent. idem lapis & onyx dicitur. Plinius libro 36. onychen, aliqui Alabaſtritem vocant, quem cauant ad vaſa vnguentaria, quoniam optimè ea incorrupta ſeruare dicitur quem & intellexiſſe putare malim Horatium dum ait. Nardi paruus onyx eliciet cadum. quam vt putauit Dionyſius Lambinus, conchilij operculum, ſiue concham. etſi alioquin non ignorem onycha etiam eſſe conchæ operculum purpuræ non diſſimile. Sed vt ad rem redeamus; quemadmodum ex lapide Alabaſtrite vaſa fiebant ad ſeruandum vnguenta aptiſſima, ita etiam ex plumbo, quod & ipſum, & natura frigidum eſt, & denſum, eidẽque facile ſeruit vſui, cui & Alabaſtrites. verùm de vaſis vnguentariis legendus eſt Pollux libro decimo.

67 κεφαλαλγεῖ τ μὲν πολυτελῶν, ὃ ἄμαρακινον καὶ ναρδῖνον καὶ μεγάλιον.

Caput feriunt è precioſis Amaracinum, Nardinum, Megalium.

Percurrit nonnullos vnguentorum effectus, affertque ſingulatim problemata, quæ declarat ac ſoluit τοῖς δὲ γυναιξὶ. mulieres, quæ voluptariæ magis ſunt, quàm viri, vnguentis precioſioribus vtebantur, qualia erant ſtacte, Megalium, Ægyptium, ſpicatum, & foliatum, & ſimilia. Viri, qui molles non eſſent aut effœminati, iis vnguentis inebantur, quæ & vapores vini in conuiuiis arcerent, cerebrumque iuuarent, præterea nares mediocriter oblectarent. quo in vſu erant & coronæ, vt Plutarchus, & Athenæus memoriæ prodiderunt. at molles, & voluptarii homines non modo precioſioribus vtebantur, verùm & nullam non vngebant corporis partem, vt Antiphanes apud Athenæum ſignificat libro 15. omnino verò quod ait Clemens Alexandrinus libro ſecundo pædagogi.

διαφέρει ὅλως τὸ μυρεψικὸν τῦ μύρου χρίεσθαι. τὸ μὲν γὰρ θηλυδριᾶδες, τὸ δὲ χρίεσθαι τῦ μύρου, καὶ λυσιτελῶν ἐνίοτε, hoc eſt differt vnguento delibutum eſſe, & vnctum, illud enim effœminatum eſt. hoc etiam aliquando iuuat, διὰ τοῦτο τὰ μὲν οὐδενα. Huius euentus cauſa ſuperius explicata eſt, & eſt Ariſtotelis problema decimum in 13. ſectione, non diſſimilis argumenti.

68 τῶν μύρων ὁ αἰγύπτιον, καὶ ἡ σακλὴ, καὶ εἴ τι ἄλλο πολύοδμον, καὶ μιγνύμενα τῷ οἴνῳ τῷ ἡδέι ἡδέα. ἀφαιρεῖται γὰρ ἡ βαρύτης αὐτῶν. ἐπεὶ καὶ ἡ σμύρνα αὐτὴ ποιεῖ τὴν εὐωδμίαν, βρεχθεῖσα δὲ τῷ γλυκεῖ, καθάπερ ἐν τοῖς προτέροις ἐλέχθη.

Ex vnguentis Ægyptium, ſtacte, & ſi quod aliud odoris eſt plurimi, cum vino mixta fragranti ſuauiora, & gratiora redduntur. eorum enim grauitas emendatur, vt & Myrrha quoque in dulci vino macerata ad ſuffumigandum, velut ante dictum eſt.

Vina cum vnguentis commiſta & ſaporem, & odorem gratiorem videbantur adquirere. ſapor enim odore exacuitur, licet autem ſubamarus, mordet tamẽ, & oblectat palatum in ganeis. odor verò Aromatum vino miteſcit, & ſiquid habet aſperitatis amittit, tenuiorq; ferit olfactũ. id quod Myrrhæ præſertim accidere non vno loco Theophraſtus prodidit. non tamen quæuis vina cum vnguẽtis miſcebantur, ſed dulcia & odorata. dulcia (vt opinor) ne Aromatum amarore ſapor omnis amitteretur; odorata verò, vt odores acuerent magis, & illorum eſſet tanquam vehiculum. Quamobrem abſurdum non puto fuiſſe genus dulcis vini Myrrha conditum. quod à Plinio libro decimo quarto traditũ eſt, qui lautiſſima, inquit, apud priſcos vina Myrrhæ odore condita: quod, genus vini murina fuit appellatum, inter dulcia potius, quam inter vina numeratũ à Iulio Polluce, Feſto, Gellio, inter dulcia inquam vina: ſic enim ſimpliciter vocabant veteres, non inter potiones factitias, quæ à vinis diuerſæ fuerant omnino. Non ſum neſcius aut ab vuæ genere dulce illud ita potuiſſe vocari, aut in Plinio legendum fortaſſe à Myro non à Myrrha, fuiſſeque dulcis genus vnguento commiſtum. quod Ælianus lib. 12. de varia Hiſtoria vocat μυρίνην. ſed quod ego verius cenſeo abſurdum non eſt, vt dixi, & Myrrha condiri conſueuiſſe, & potius ſe, ab illaq; Murrhinam appellatum vinum dulce Myrrha conditum. vt Plinius ſignificat.

69 αἴτιον δ' ὅτι λεπτότατον ὂν καὶ προσφιλὲς τῇ αἰσθήσει διὰ τ λειότητα, μάλιστα διϊκνῆται καὶ συμπληροῖ τοὺς πόρους.

Ratio eſt, quod cum tenuiſſimum ſit & ſenſui gratiſſimum, ob leuitatem penitus peruadit, meatuſque obſidet, vt nimirum ſenſus occupatus & oppletus iudicare non poſſit.

Quæſtioni reſpondet propoſitæ de Rhodino, quod illud tenue cum ſit, & ſuaue, penetrat, & occu-

occupat meatus olfactus. quamobrem non potest alius odor persentiri, aut percipi. addit corollarium de modis, quibus impeditur odoratus iudicium. Nam aut tenuiori odore peruaditur, aut potentiori imbuitur, & velut inebriatur, aut suauiori præoccupatur. ex his cum Rhodino primus tributus sit, conuenit tamen & tertius aliquo modo. ὁ δ' ἔχπωμα γὰρ ἡ ἀγδμισις. eadem ratio est, & in gustatu, quæ in olfactu. prudenter igitur vtrumque comparat. καπηχύνειν, lego καπηχάνειν. est autem ἰηχαίνω verbum ἀπὸ τῆ ἴηχω, quod significat premo, arceo, cohibeo, teneo, quemadmodum & ἰηχάνω. sententia autem clara est, & apposita metaphora. rosam nempe alios odores, qui in compositionibus sunt impedire, & occupare, vt ne sentiantur. diximus enim in Rhodino, & alios odores esse, quibus rosa nouissime adiecta ita illos superat, vt comprimere, & occupare videatur. Emendanda igitur Turnebi versio (vt opinor) quando etiam odores compositos rosa cohibet, & impedit. ῥοδίζειν vocat extremam illam rosæ adiectionem, quam diximus græcè vocari ἐμβολήν. satius tamen dicere, solitos fuisse vnguentarios Rhodinum florente rosa conspergere, vt euanescentem odorem restituerent, idque fuisse τὸ ῥοδίζειν. qui supremus odor totius vnguenti odorem euincebat, quem Theophrastus vocat ὁσμὴν συνδετον μεθυσκων πὼ ἀγδησιν καὶ καρηβαρεῖν ποιῶν. Turnebus. cum valentioribus temulentus sensus stupet, τὸ καρηβαρεῖν, non est stupere, sed grauescere, est autem capitis proprium, vt vox significat.

70 ὥσπερ ἐρυθαῖος, ἀλικός πις ὢν καὶ μαλακός.

Velut Erythræum, quod salsum est & molle.

Vinum Erythræum vocatum est ab Erythris nobili Ioniæ vrbe. fuisse autem illud suaue, & inodorum dicit inferius. salsum autem esse potuit à marinæ aquæ mistione. sic enim vina temperabantur, quæ & propterea τεθαλασσωμένα vocata sunt. molle igitur, ac suaue cum esset vinum Erythræum, idemque subsalsum, salsedine gustum acuebat, dulcedine perfundebat, vt propterea qui illud biberat, aliud difficile vellet gustare, omnis enim illa perfusio, quam ἔκχυσιν vocat hic, in causa est, vt cum tam gustus, quam olfactus præoccupentur, aliis difficile afficiantur.

71 τὸ δὲ τὸ ὃ καὶ τῆ ὀσμῆ ἐλαφρὸν, καὶ τῆ θερμότητι σύμμετρον, εἰς τὸ συμπέψαι καὶ διανοῖξαι τὰς πόρους.

Cùm istud & odore sit leue, & calore moderatum ad concoquendum pariter & meatus aperiendum.

Rhodinum odorem habet suauem estque temperatum penè in actiuis qualitatibus, imò potius frigidum aliquantum. Quamobrem dolorem capitis lenit, qui à calidis vnguentis, aut etiam ab ebrietate fuerit. modica verò adstrictione ita olfactum afficit, vt vix aliis odoribus percipiendis locum relinquat. quod verò ait illud concoquere, non adeò probatur medicis, qui illud frigefacere, & adstringere litteris prodiderunt. Concoquit tamen paulò vetustius, & in cataplasmatis vsurpatur. verum meatus, nescio quomodo possit aperire, nisi propter dissimilitudinem partium in rosa, & Aromatum vim, quæ cum illa commiscentur, vt calami, iunci odorati, cyperi, helenii.

72 οἱ γὰρ δὴ πόνοι τῆς κεφαλῆς.

Non omnes dolores capitis fiunt aut ab humiditate, aut à flatu, sed aliqui. & tamen Rhodinum dolores lenit, qui à calidis fiunt vaporibus, à flaue bile, ab excalfactione. postremo ab intemperie calida. illos alios etsi non leuet, non tamen auget. fortè etiam leniter digerit, & concoquit frequenter irroratum capiti, tum propter aromata, quibus constat, tùm propter sales, qui exsiccant, & modice excalfaciunt.

73 καὶ γὰρ διαστομοῦσι καὶ διαλύουσιν οἱ ἅλες.

Vis illa, quæ vocatur διαστομωτικὴ, qua oscula venarum aperiuntur, salibus ea ratione videtur conuenire, quatenus extergent, & rarefaciunt, reuera enim non aperiunt venarum oscula, vt cyclaminum, fel taurinum, allia, cœpæ, & id genus, quæ terrenam substantiam & crassam habent, suntque acria, atque mordacia. impropriè igitur vsurpat Theophrastus hanc vocem, quemadmodum & Dioscorides sæpenumero, vt Galenus annotat in quinto de simplicibus medicamentis.

74 ἀγαθὸν δ' ὅλως καὶ πρὸς τὰς κόπους ἔτι, τῆ θερμότητι σύμμετρον ὂν καὶ τῆ λεπτομερείᾳ καὶ τῆ διαλύσει, πρὸς τὰς ἐντὸς πόρους.

Sed & lassitudini quoque conferre rhodinum videtur, ex caloris moderatione, leuitate, & quadam in intimos meatus insinuatione.

Galenus libro tertio de Valetudine oleum simplex dulce, nullis germinibus commistis, nullo sale, laudat in lassitudinum curatione. in iis enim propositum est siue gymnastæ, siue medico corpus laxare, acria excrementa digerere, inflãmationem temperare. Hæc autẽ nõ eodẽ modo in quouis lassitudinũ genere assequi possumus, vt in librũ de lassitudine adnotauimus. Rhodinũ vnguẽtũ cum moderatè foueat, potest quidem digerere mordaces succos, & inflammationem lenire in lassitudine inflammatoria, sed cum adstringat, & exsiccet tensum corpus laxare non poterit. eget

Digitized by Google

tamen tensio laxatione, nisi fortè ea ratione, quam attulimus paulò antè. & profectò cum Theophrastus tribuat illi moderatam caliditatem, leuitatem, & διαλυσιν, hoc est, vim dissoluendorum excrementorum, lassitudinum curationem, qualis esse debeat, non ignorat: de Rhodini facultate non adeò accuratè videtur decernere.

75 τῦ ῥοδίνου ἡ αἰ μίξεις καὶ ἐν ταῖς ὀσμαῖς καὶ ἐν τοῖς χυμοῖς, ἐὰν ἁρμοσθῶσι τυγχάνωσιν, ἔχουσί τινα χρείαν· αἱ μὲν, ἀφαιροῦσαι τὴν βαρύτητα καὶ τὴν ἰσχύν· αἱ δὲ, εὐοσμίαν τινά· αἱ δὲ, γλυκύτητα ἐμποιοῦσαι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν οἴνων.

Rhodini autem admixtio, & in odoribus & in succis, si commode fiat & apte, vsum aliquem habet, cum odorum grauitatem, atque vim edomet: succis autem modo odoris gratiam, modo dulcedinem adiiciat, quod & in vini generibus accidit.

Non vna est Rhodini cum aliis aut vnguentis, aut liquoribus miscendi ratio, quamobrem mirum non est, varios esse mistionum vsus in odoribus, saporibusque conciliandis. Θάσιον οἶνον. locum hunc adducit Athenæus iisdem verbis in primo libro. Vinum autem Thasium laudatissimum erat apud veteres, cuius meminerunt Galenus, Athenæus, Plinius, alii. de illo sic Archistratus, qui de cœnis scripsit.

Ἔστι δὲ Θάσιος πίνειν γεραίτερος ἐὰν ἦ
Πολλῆς πρεσβεύων ἐπὶ γῆρυ θελκαλέσιν ὥραις. hoc est:
Est Thasium porro generosum, ac suaue bibenti
Quod multis annis mollitum tarda senectus.

Cum itaque odoratum, ac generosum vinum esset Thasium, subasperum tamen, à mellita offa mollescebat, & tenuiorem aquirebat dulcedinem. id quod & in vinis, quorum sapores diuersi sunt potest facile contingere. vt in Erythræo, & Heraclienst vsu venit. τὸ σκληρὸν, in vinis asperitatem quandam saporis significat, quo sensu & in sexto de causis dictum est, καὶ οἱ ὀρεινοὶ τῶν οἴνων ὀσμὴν μὲν ἔχουσιν ἔνιοι, σκληροὶ δὲ οὐκ εὔχυλοι. hoc est, vina montana odorata quidem sunt, dura tamen, & saporis non boni. Plinius libro 14. eadem metaphora vtitur in vinis. locus autem ille ad temperationem hanc contrariorum saporum pertinet. Nec vino molli per se gratia vt vino, sed cuius dulci admixto reliquorum duritia suauitatem accipiat.

76 τόδε δὲ χρηστὸν ὅτι πρώτων ἀπόρημα· τί δή ποτε ἀπὸ τοῦ καρποῦ τὸ χρῶς ἥδιστα φαίνεται. δεῖ γὰρ οἱ μυρεψικῶν χρῆσθαι πρὸς μυρίζοισι τὸ μέρος. τὴν δ' αἰτίαν ἐκ τοῦ ἐναντίου λητέον· ὅτι τὸ θερμὸν δέχεται, οὐτ' ἄλλοιοῦ. ταχεῖα δὲ ἥδη ἡ αἴσθησις τοῖς μύρεσιν ἀναμιγνυμένοις τῷ χρώματι.

Quæstio autem quædam existit ad omnia pertinens, cur à prima palmæ parte suauissima sint, vnde & vnguentarii eã semper partem vnguento tangunt. causa ex contrario sumenda est, quòd calor è statu demoueat atq; mutet. vnguentorum autem omnium satis celer sensus iam est ex cutis commercio.

Quæstio est cur in carpo illito probentur vnguenta, iucundissimeque inibi fragrent. causa, quam reddit perspicua est propterea in brachiali, quæ pars nuda & excarnis est, vnguenta probari; quod si vola manus probaretur calor, qui in ea multus est, vitiaret, atque alteraret. Plinius. experimentum eorum inuersa manu capitur, ne carnosæ partis calor vitiet. etsi verò carpus, & inuersa manus idem non esse videantur, idem tamen vtrobique experimentum. χρῶμα cutim intelligit, vocatur autem cutis coloris voce, quod in illa color efflorescat humorum, qui sunt in corpore, quodque & color superficies quædam sit, vt Pythagorici sunt opinati. Hippocrates in lib. de insomniis, τὸν δὲ καθαρσιν δεῖ ἀπὸ χρωματος συμφερει ποιεεσθαι διότι ἐν τῇ ἔξω διαφορῇ ἐστι τὸ βλάβος.

77 Ἀπορήσαι δ', διότι οἱ μὴ εἰωθότες μύρεσθαι μᾶλλον ἐξόζουσι τῶν συνεχῶς μυριζομένων.

Quæritur etiam cur qui vnguentis madere vulgò non solent, vehementius iis oleant, quos assiduè vnguentatos videmus.

Alia quæstio. cur, qui non solent vnguentis esse delibati, magis oleant, quam qui frequenter delinuntur. cum autem primam rationem attulisset, quæ clara est, nec indiget declaratione, affert alteram ibi: ἴσῃ δ' ἂν καὶ ἐναντίως λαβεῖν. vis rationis in hoc est, quòd corpora, quæ frequenter solent vnguentis lini, non adeò multum vnguenti recipiunt, quòd penè imbuta sint, & madida. corpora verò, quæ rarò vnguntur, tardius quidem odorem suscipiunt, seruant tamen diutius, & amittunt serius. Hæc est (nisi fallor) sententia. quam tamen aliter Turnebus, vt ex conuersione videre licet, intellexerat. Verba igitur sic latinè reddenda sunt. licet igitur, & à contrario rationem sumere, quod minus suscipiat carpus, propter consuetudinẽ, tardius autem cõmista diutius oleant.

78 ἀπὸ τε-

Digitized by Google

78 ἅπλετον δὲ μάλιστα τοῦ χροὸς καὶ κεφαλῆς καὶ τῶν ἄλλων, καὶ πλεῖστον χρόνον ἐμμένει ταῖς ἰσχυραῖς ὀσμαῖς, οἷον μεγαλεῖον, αἰγύπτιον, ἀμαρακῖνον.

Corpus, caput, aliaq; potissimũ feriunt, diuque suis acrioribus valent odoribus, megalion, ægyptium, amaracinum.

Superius quærebat cur oleant, qui frequenter vnguentati sunt, quàm ii qui rarò. Nunc in vguenta, quæ odorem seruant, diutius & quæ citius diffluentur. Seruant verò, quæ cuti magis adhærent, quæque non facile euanescunt. talia sunt ea præsertim, quib. additur Gũmi, & Resina. Plinius lib. 13. Resina, aut Gummi adiiciuntur ad cõtinendum odorem in corpore. Celerrimè is euanescit, atque defluit, si non sint hæc addita. præterea illa, quæ odores habent validos, & fragrantissimos. dixi autem validos. nam quæ ex floribus constant, etsi optimè oleant, imbecilla tamen sunt, & facilè defluunt.

79 ἔνια δὲ καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν.

Vnguentorum aliqua diutius in cõrpore similiter fragrant, nonnulla postridie olente melius. præterea ex his aliqua in balneis, & laconicis cũ sudore commista manent eadem, alia fœtida fiunt, & male olentia. id docet Theophrastus. cum autem verba lacera sint ex illorum contextu non aliud videtur velle, quam quod diximus secundo loco. reddit enim rationem, cur melius oleant vnguenta nonnulla, ibi; διὰ πνεύματος εἴ τις ἰῶ βαρύτης. Nam si graueolentia expirauit iam, synceriorque remansit odor atque fragrantior. Quamobrem si diuinandi datur potestas, coniicio, Theophrastum ita scripsisse. ἔνια δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν οὐ χεῖρον, ἀλλὰ κάλλιον δοκεῖ ὄζειν. nonnulla postridie, non peius, sed melius videntur olere. Aristoteles decima tertia sectione problematum quærit, cur multa vnguenta cum sudore fœteant, alia verò aut iucundiora sint, aut non deteriora. respondet autem illa, quæ motu, & attritione commutantur fieri deteriora. quæ verò commutantur non fieri deteriora, aut etiam fieri iucundiora. Cæterum quæ commutantur illa sunt, quæ imbecilla sunt, & facilè defluũt, & odorem habent, cuius facilis est corruptio. qualia, quæ constant ex violis. Contrà, quæ ex Aromatis confecta sunt. Nam Rhodinum etsi diutius non durat, tamen quo tempore viget, non solum odorem non amittit sed etiam alia vnguenta superat. illud etiam adnotandum, non omnium homi num sudores aliqua vnguenta eodem modo reddere fœtida, sed alioquorum longè magis, vt qui corporum intemperie sudores habent male olentes, quemadmodum & non omnes corporis partes æque possunt eadem vnguenta corrumpere, sed aliæ aliis magis. alarum enim odor vel odoratissima vnguenta corrumpit. Contrà verò capitis, à quo sudor manat nullius penè qualitatis. pedes etiam sudores emittunt plerunque fœtidos, longè tamen minus, quam alę. Hinc est fortasse, quod pedibus vngendis & Baccharinum, & Ægyptium vsurpata legimus apud Athenæum: aliis vero nullum vnguentum fuisse destinatum.

80 ὥσπερ ἡ ναρδος καὶ τὸ ἴρινον.

Vtrumque erat pretiosissimũ, & difficilis corruptionis, vt etiam superius dicebamus. Cephisodorus Comicus apud Athenæum. Irinum vniuerso corpori in vngendo aptum iudicat: nam Nardinum foliatum & spicatum in quanto essent precio, dictum est. ὦ πρὸς λουτρὸν καὶ τὴν αὐτόν. κἀκεῖνα, hoc est animi remissionem intelligit fortè, quæ habebatur in balneis. conueniebant enim eò veteres & exercendi corporis causa, & animi relaxandi.

81 τὰ δὲ καπνώδη, πλείω ποιεῖ δυσωδίαν αὐτῶν τῶν ἱδρώτων, ὡς δυσπέψεώς τινος ἢ διαφθορᾶς γινομένης.

Quædam spurcata sudorum graueolentiam augent, fœtore quodam & vitio incessente.

In decima tertia sectione problematum quæstio est: διὰ τί οἱ τὸ χρῶμα ὄζοντες ὅταν ἀλείφωνται μύρῳ ἡδυόσμῳ ἥδιστοι γίνονται. hoc est cur ii, qui hircum olent, fiunt cum vnguento linuntur olidiores. non tamen hæc corpora tantum hic intelligit Theophrastus, verum & alia, in quorum sudore nonnulla imbecilla vnguenta iniciantur, & fœtorem accipiant.

82 τὰ δὲ περὶ τὴν τῶν ξηρῶν μίξιν, ἐξ ὧν διαπάσματα καὶ αἱ συνθέσεις, οὐκ ἔστι ζητεῖν μίξιν, τῶν δέ τινων ὡρισμένων, ἀλλ' ὅσῳ ἄν τις πλείω καὶ ποικιλώτερα μίξει, τοσούτῳ καὶ ἡ ὀσμὴ λαμπροτέρα καὶ ἡδίων.

Siccorum permixtio, vnde diapasmata, & compositiones conficiuntur, haud quaquam definitam poscit rerum certarum temperationem, sed quo quis plura variaque magis miscuerit, tanto præstantior & suauior odor extiterit.

Triplex est odorum compositio, vt superius notatum est. Nam aut humida miscentur humidis, aut sicca humidis, aut sicca siccis. in prima compositione continentur vina, quæ cum vnguentis confunduntur ad palati delicias. in altera vnguenta, de quibus hactenus disputauit. in tertia quæ dicuntur Diapasmata, quæ, vt ait Plinius, constant siccis odoramentis. hæc non exactè fiebant, sed quo plura essent odoramenta in puluerem redacta, & simul commista eo iucun-

Digitized by Google

dius redolebant notanda autem ὀσμὴ λαμπρότερα. Nam vt lucidum corpus perstringit oculorum aciem, ita odor clarus ferit, atque afficit olfactum. ὥσπερ τὸ ὀξὺ ὄλως. Desunt sine dubio Aromatum acrium, & vehementiorum nomina, quæ verò essent diuinare fortasse possumus, certò affirmare non possumus. non ineptè Turnebus ex Plinio reponit costum, & Amomum. sed sunt & alia acutiora fortasse: qualia cardamomum, cinamomum legitimum, caryophilum. si quis rationem quærat, cur parum acrium, & acutorum in Diapasmatis veteres admiscerent, ea videtur fuisse, quòd cum extemperanea esset confectio, vel minimum pro tempore, quo parabatur confectio, vehementium, & acutorum satis esse videbatur.

[83] Τὰ δὲ οὐ μιγνύουσιν, ὥσπερ ὃ ἐρυσίσκηπτρον, περὶ οὗ καὶ ἄρτιος ἐλέχθη.

Quædam in totum non admiscent, vt erysisceptrum, de quo paulo antè verba feci.

Ex Aromatis [acrioribus alia exiguo], miscebantur pondere ad Diapasmata, alia neutiquam adhibebantur, fortè quòd maius esset impendium, quàm vt pro extemperaneo odoramento opus esset illorum iacturam facere. ἐρυσίσκηπτρον Aspalathus odoratus vocatur, cuius radicem in secundo de muliebribus radicem nigram vocat Hippocrates, vt Galenus in linguis auctor est. Huius erat præcipuus vsus in vnguentorum spissatione. quare mirum non est, si locum non habebat in siccis odoribus. quæ verò hodie planta sit Aspalathus, recentiorum multi contendunt. Vidimus nos sæpenumero eius lignum ex Rhodo allatum odoratissimum. Nam inodorus, vt etiam supra dictum est, in Creta, & Cycladibus passim oritur. Cuius notæ cum Dioscoridis descriptione mirè conueniunt. est autem Aspalathus frutex in sepibus plerunque nascens, & in asperis, ac syluestribus, spinis horridus folio rutæ simili, flore luteo, qui à longè venientibus aura præsertim matutina mirum exhalat odorem, si verò tangas, & olfacias nihil, aut parum redolet; floret sub veris initium, idemque & odorati, & inodori flos est, semen in folliculis continetur corniculatis coloris lutei, lentis penè magnitudine, sed tenuius, gustu subamarum. fruticis inodori, nullus vsus, nisi ad sepiendos hortos, ac vineas, quo & sicco vtuntur sepibus congesto, sicubi difficilè nascitur. ad hunc vsum adhibent Rhodii, & odoratum, quippe qui cum in odoro promiscuè oritur, lignum verò nihil discrepat à Dioscoridis descriptione, sed rarò inde apportatur, nisi quis studiosè quæsierit. esse autem Aspalathum hunc eundem nostrum, atque illum veterum, vel ex Platone constat libro 10. de Rep. narrat enim ibi Ardinum, & alios Tyrannos extra viam super Aspalathos raptari, eorumque supplicium præsentibus aliis demonstrari, vt cognoscerent causam, propter quam tam dirum paterentur supplicium. sed vbi Plato ait, ἐπ' ἀσπαλάθων. Ficinus vertit in tribulis. verum maximè distat tribulus ab Aspalatho, & ignorauit fortè vir doctissimus, qualis esset Aspalathus, quòd nunquam viderit.

[84] Βρέχουσι δὲ, συντιθέντες τῷ οἴνῳ τῷ ὀδοδῷ· ἔοικε δ' οἶνος χρήσιμον εἶναι πρὸς τὰς εὐοσμίας. ᾧ γε καὶ οἱ μυρεψοὶ χρῶνται.

In compositionibus autem ea vino macerant odorato. vinum enim videtur ad odoris conferre bonitatem, cum præsertim eo quoque vnguentarii vtantur.

De vnguentariis loquitur, qui vnguenta cõficiunt, vino prius maceratis Aromatis. suscitat enim odores vinum, & acriores subinde facit. ἡ δὲ χρῆσις. dat vnguentorum, & Diapasmatum differentiam etiam ab vsu, quod iis propter odorem vestium vterentur, his ad lectorum consperſionem. tantus erat veterum luxus, ac molliciés. & tamen non ad vestium tantum odorem, verum ad totius corporis, omniumque eius partium vnguenta fuerant in vsu. testis est Antiphanes apud Athenæum, præterea Clemens Alexandrinus, & Plinius. sed hoc non semel dictum est. de vestium odore paulo pòst, θαυμαστὴν ὀσμὴν λαμβάνει τὰ ἱμάτια εἰς ταῦτα πεφύμενα.

* Καὶ γὰρ ἄρχεται μᾶλλον ἡδύνειν † ἐμμισσὸ

Nam & inceptant magis olere, & fragrant iucundius, atque hoc illius vice faciunt. locus hic pessimo vulnere mutilus est. eius sententia videtur esse, odorem à Diapasmatis magis surgere, & exoriri, illumque etiam fragrantiorem. ratio potest esse, quod odores liberi sunt, neque olei pinguitudine cohibentur.

[85] οἱ δὲ, πρός τε τὸ ἐνέβαλον οἶνῳ κατακόπτοντες ὀδώδη, πρὸς ὃ παραιρεῖσθαι τὴν ὀσμήν. ἔνιοι δὲ καὶ μελικράτῳ. ὃ γὰρ ὅλον, ἄμφω ταῦτα συνεργοῦντα πρὸς εὐοσμίαν.

In compositionibus autem ea vino macerant odorato. Vinum enim videtur ad odoris conferre bonitatem, cũ præsertim eo quoque vnguentarii vtãtur. Antiqui Diapasmatũ seplasiæ antequam contunderent Aromata vino odorato macerabant, aut mulso. πρὸς τὸ παραιρεῖσθαι τὴν ὀσμήν. hoc est, vt odorem auferrent, hoc est, ab intimis partibus euocarent, & veluti suscitarent. sic enim interpretor locum. Turnebus. eodoris emendationem vertit τὸ παραῴρεσθαι. sed odor, cui vires adduntur, non emendatur, sed augetur, & excitatur.

[86] αἱ δὲ τῶν ζώων ὀσμαὶ, καὶ τὰς ἰδίας γίνεται φύσεις. ἑκάστῳ γὰρ ὑπάρχει τις οἰκεία καὶ ἴδιος ὀσμή.

At ve-

Digitized by Google

At verò animantibus odores pro ſua cuique natura attributi ſunt. Nam ſuus cuique eſt pro temperamento.

Cum totus hic liber fœdiſſimis maculis ſcateat, tum ſi vſquam alibi, hic mihi mendoſior eſſe videtur. quæ enim de Animalibus hic dicuntur, poſt omnem vnguentorum tractationem dicenda erant. quæ vero de ſympathia quadam animalium, & plantarum dicuntur inferius, coniungenda omnino cum his, neque vllo modo ſeparata ſunt. reponenda igitur hic eſt meo iudicio pars illa. εὐλόγως δὲ τὰ μύρα φαρμακώδη, vſque ad συμβαίνει δ' ἔτρωσέ που καὶ ἐν ἄλλοις. rurſumque addenda pars hæc de odore animalium, quæ cum iis verbis, in quibus de ſympathia latente agitur, copuletur, quæ nullo modo ſeparanda ſunt. quod ſi quis malit ad ea, quæ proximè dicta ſunt, quæ dicuntur de Animalibus addere, modo non ſeparet partem illam, vbi de ſympathia rurſus agitur, & quod ſuperius dictum eſt, multorum iudicio confirmatur Inductione: illi quidem per me liceat; quandoquidem ſententia auctoris non inuertitur, aut deprauatur.

[87] πλῆσαι δ' ἡ κακωδέσταται πρὸς τὰς ὀχείας καὶ ὅλως συντηκομένων ἡ καμνόντων σωμάτων. δηλ ἡ οἱ τράγοι ἡ οἱ ἔλαφοι ἡ λαγωὶ καὶ πάλλα, τότε μάλιστα ὄζει.

Acerrimus verò idemque viroſiſſimus coitus tempore, atque omninò tabeſcentibus, ægriſque corporibus. itaque hirci, cerui, lepores, reliquaque animalia tum maximè olent.

Hæc euenta declarata ſunt in libro de ſudoribus, & in quarta Ariſtotelis ſectione.

[88] δηλ καὶ οἱ τράγοι.

Animalia, quæ ad Venerem concitantur, excalfacto corpore, & colliquato in ipſo concubitu virus quoddam olent. ex iis autem magis, quæ humidiora ſunt, & excrementis magis redundãtia, aut etiam ſalaciora. De ceruis Ariſtoteles in ſexto de Animalium hiſtoria. καὶ δηλ τὸν ὀσμὴν τὸν περὶ ἀφροδισίων ἕκαστος μαιούμενος βόθρους ὀρύττει καὶ βρώματα ὥσπερ οἱ τράγοι. id eſt & propter libidinis graueolẽtiam quiſque ſolitarius ſcrobes fodit, & fœtent vt hirci & rurſus. καθ' ὃν δὲ χρόνον ἰχεύουσι τὰ κρία γίνεται φαῦλα καὶ λυσῶδη καθάπερ ⊕ τῶν τράγων. hoc eſt caro horum libidinis tempore vitiatur & fœtet perinde quaſi hircorum. eadem eſt & leporum ratio. hoc enim animalium genus, vel ex ipſa ſuperfœtatione ſalaciſsimum eſſe conſtat. De hirco notiſſimum eſt Martialis.

Non ab amore recens hircus non ora leonis,
Non detracta cani transſyberina cutis.

De ægrotis vero, & iis, quorum corpora contabeſcunt non eſt quod quæramus rationem. Certum enim eſt à putreſcentibus humoribus malos, fœtidoſque vapores ſurgere, eoſque ſubinde fœtidiores fieri ſtragulis concluſos. quid plura? intemperatorum hominum & ſudores, & halitus male olẽt; vel etiam ſi ſani ſint, temperatorum aut nihil, aut non male. in decima quarta problematum ſectione quæritur, cur gibborum anima fœteat. ratio verò affertur, quòd horum thoracis cauitas concluſa eſt, atque inflexa, quocirca difficilè exhalat halitus, qui concluſus putreſcit, atque corrumpitur.

[89] θαυμαστὸν δὲ φαίνεται ἡ ἴδιον ὃ συμπάσχειν τὰς τραγέας, ὅταν ἡ ὤρα καθήκῃ τῆς ὁρμῆς.

Sed admirabile prorſus eſt & ſingulare, quod pellibus hircinis vſu venit, vt appetente fœtoris tempore contagio ad eas pertineat.

Hoc inter admirabiles narrationes eſt reponẽndum. atque ſi verum eſt quod ait, coitus hircorum tempore vis illa vel in pellibus ſuſcitatur, viroſæque magis apparent olfacientibus. Emendaui autẽ ὁρμῆς pro ὀσμῆς. Nam hoc loco ſympathiã quandã exponit ex abundanti. Non. n. modo vitus olere hircos concubitus tempore, verum etiam pelles hircinas, quaſi & ad ipſas aliquo modo fœtor, qui à concubitu contrahitur, attineat. ſimilis eſt ſympathia cœparum & alliorum, & quæ de ſeuo hircino hoc eodem in loco ponitur. emendanda igitur ſic & latina verſio, vt pro fœtoris (legatur) concubitus. ἀφ' ἧς ἡ ὀσμὴ. Sententia eſt virulentam quandam vim eſſe in coriis, quæ vt in viuis hircis ſemper eſt. augetur autem coitus tempore, ſic etiam in iis remanet, appetẽnte verò tẽpore, quo capras hirci ineunt, & illa olidiora eſſe ſolere.

[90] εὐλόγως δὲ τὰ μύρα φαρμακώδη διὰ τὸν τῶν ἀρωμάτων δύναμιν, καὶ γὰρ τὰ ἀρώματα τοιαῦτα.

Iure verò vnguenta propter aromatum vim medicata ſunt. ea enim natura ſpẽcies omnes Aromaticæ præditæ ſunt.

Cum de vnguentis, & Diapaſmatis loquutus eſſet, modo facultatem quandam explicat vnguentorum, quatenus illa medicinæ vſui ſunt, quam licet ſuperius etiam attigerit, hic tamen abſoluit ſuo loco.

Digitized by Google

[91] δηλοῖ δὲ τὰ τε καταπλάσματα.

Cataplasmata sunt, quæ pro re præsenti plurimum ex farinis, aut polline subiguntur, addito etiamplerunque oleo, nonnunquam melle, aquâ verò frequentius. non modò autem ex farinis ac polline, verum etiam ex herbis contusis, & radicibus, ex fructibus etiam nonnullis, vt ficubus, vuis passis, palmulis. horum plura genera extant in nono libro Oribasii collectorum. parantur quotidie repellentia, digerentia, suppurantia, mollientia. Malagmata ex aridis tusis constant, oleo, pinguedine, resinis, succis concretis, vt thure, bdellio, ammoniaco, styrace, quorum censum licet legere in septimo Galeni de medicamentis per genera. in vtriusque quidem tàm malagmatis, quàm cataplasmatis proscopo medici, possunt vnguenta commiscere. sed Theophrastus illorum tantùm meminit, quæ digerunt & emolliunt. tale est, quod ex sampsuco paratur, in quo cyprinum & styracinum admiscetur. & Apolophanis, quod cum Irino subigitur. & Nicostrati Anodynum ad podagras, in quod cyprinum ingreditur. φύματα vocabant veteres quoslibet tumores præter naturam per abscessum ortos in quauis corporis parte, ἀποσήματα verò collectiones, quæ in partem aliquam decumbunt, abscessus latini vocant, malè itaque Turnebus φύματα vertit pannos, ἀποσήματα, suppurationes. panni enim sunt, τὰ φύγβλα, quod potuit didicisse vel ex Cornelio Celso libro quinto, ἀποσήματα verò nullibi non vocant abscessus, Plinius, & Cornelius Celsus.

[92] πρώτα δὲ ταῦτα ποιεῖ, καθάπερ πολλάκις εἴρηται, διὰ τὸ φύσει στρυφνὰ καὶ ἰσχνοτικὰ, θερμαντικὰ καὶ διόδια τοῖς τόποις εἶ).

Quæ omnia vt sæpè declaraui, faciunt, quod quæ suapte natura acerba & subamara sint, eadem etiam calfaciant, & recta corporis foramina subeant.

De Aromatum, quæ in vnguenta miscentur, facultatibus diximus in vniuersum, & de nonnullorum vnguentorum viribus. facultates verò illæ, quas superius attulit ad primas quatuor qualitates referuntur. Nam quæ digerunt calore modico, tenui id faciunt: quæ laxant, calida sunt, & humida; quæ suppurant humida non sine calore, quæ euocant, & attrahunt materiã longè aliis calidiora, acerba verò, quæ στρυφνὰ vocant, frigida sunt, & terrenâ materia cõstant, possuntque siccare partem, & fluentem materiam repellere, non tamen aut maturare abscessus, aut digerere. notandumque multa esse Aromata, quæ acerba quidem sunt, & adstringentia. habent tamen ex his plurima partes tenues, ac calidas, crassiori, terrenæque materiæ coniunctas.

[93] τμητικὰ γὰρ ὄντα καὶ θερμαντικὰ, καὶ στύφει ἅμα καὶ θερμαίνειν δυνάμενα, καὶ ἐξάγειν καὶ ἀναπέπτειν δύναται, καὶ ὅλον, ἀλλοιοῦν καὶ μεταβάλλειν.

Nam cum incidendi vi & calfaciendi prædita sint, quod adstringere pariter, & calfacere possint, efficitur vt educere etiam queant, & concoquere, atque adeo interpolare & immutare.

Διατομὴν dicuntur medicamenta, quæ partium tenuitate facilè penetrant. talia sunt aromata, quæ & tenuia sunt, & calida, nil mirum igitur si θερμαντικὰ sunt & τμητικά. at cur eadem quatenus adstringunt, & calefaciunt, possunt ἐξάγειν καὶ ἀναπέπτειν: hoc est extrahere, & concoquere, mirum alicui videatur, quæ enim trahunt ἑλκτικὰ Græcis appellata, calida sunt simpliciter, nõ adstringentia. hæc enim frigida sunt. quæ verò maturant, iam diximus calida esse atque humida. an adstrictio aut ad attrahendum, aut ad maturandum nihil valet. sed calidis medicamentis coniuncta actionem facit stabiliorem, modo tamen non sit, vt partem constipet, & actionem cohibeat.

* αἱ δὲ τῶν ζώων ὀσμαὶ κατὰ τὰς ἰδίας γίνονται φύσεις. ἑκάστῳ γὰρ ὑπάρχει τις οἰκεία κρᾶσις καὶ τροφή.

At verò animantibus odores pro sua cuiusque natura attributi sunt. Nam suus cuique est pro temperamento.

Supra dicebat in libri ipsius exordio singulas, & plãtarum, & animalium species peculiari esse odore præditas, latere verò nos propter olfactus, quam habemus imbecillitatem. Nunc quoniam de odoribus loquutus est, quos à plantis, plantarumque partibus seplasiæ reponunt in olea, de animantium odore loquitur. quoniam autem odor à quatuor qualitatum mistione proficiscitur, consentaneum est pro cuiusque temperamento proprium etiam odorem resultare. temperamentum autem tunc viget præcipuè, quando est animal sanum, & ætate vegeta.

[94] συμβαίνει δὲ τρόπον τινὰ καὶ ἐπ' ἄλλοις τι τοιαύτη συμπάθεια· καὶ γὰρ οἶνος ἅμα τῇ ταφυλῇ δοκεῖ σταφυλῆν τε καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰ κρώμματα τό τε δεύμενον ὄζειν, ὅταν ἐν τῇ γῇ βλαστάνῃ. πλὴν τάπις δ' ἅμα συμβαίνει καὶ αὐτῆς βλαστάνειν.

Huiusmodi autẽ naturæ consensio atque contagio in aliis etiam quodammodo euenit. vinum enim cum vua efflorescens tentari videtur, & allia, cœpeque tum acerrimi sunt odoris, cum in terra germinant. sed istis præterea accidit, vt vnà etiam ipsa germinent.

Hîc quid

Hîc quid afferam, incertus sum. quamobrem Turnebi viri doctissimi coniecturam amplectamur donec aut exemplaris copia, aut felicior emendatio aliquando contigerit.

95 ὅλως δὲ πάντα κινεῖσθαι τὰ φλοιόριζα μὴ ἀπεξηρασμένα κατὰ τὰς βλαστικὰς ὥρας.

Atque omnino omnia quæ tunicata constant radice, modo non exaruerint, germinationis tempore mouentur, cùm insita cuique vis sollicitetur & excitetur.

Ratio reddita in sectione vigesima, problemate 26. & 28. in iis etiam radicibus, quæ humore scatent quales bulborum, liliorum, scillæ, alliorum, & cœparum, quæ omnia φλοιόριζα sunt & κεφαλοειδῆ, humor remanet, qui appetente germinandi tempore germinat excoctus iam & paratus ad genituram. quin & de puligio idem prodidit libro primo de plantis, & Aristoteles in eadem problematum sectione.

96 θαυμασιώτατον δὲ τῶν τοιούτων ὅ ὅτι τοῦ τράγου.

Traditum id ab Aristotele in admirandis auditionibus. porro multa narrantur ex his, quæ omnino, sunt admirabilia, quale etiam illud est, quod aiunt, tympanum ex lupi corio confectum, si quatiatur & pulsetur, disrumpi tympana, quæ facta sint ex agnino corio. in his omnibus natura sibi seruare voluit, quod studiosorum fatigaret animos.

97 τί δή ποτε Δημόκριτος τὰς μὲν χυλοὺς πρὸς τὴν γεῦσιν ἀποδίδωσι τὰς δ' ὀσμὰς καὶ τὰς χρόας, οὐχ ὁμοίως πρὸς τὰς ἰδιοσυγκρισίας αἰσθήσεις.

Verum cur Democritus sapores ad gustatum refert, odores, & colores nõ itẽ ad subiectũ cuique sensum.

Democriti sententia posita est in libro de sensu, & in sexto de plantarum causis. cum enim ille ex atomis constitueret omnia, saporum etiam differentias ex variis atomorum figuris volebat fieri, vt dulcem ex corpusculis rotundioribus, acerbum ex oblongis, acidum ex acutis, asperum ex multiangulis, & non orbiculatis, acrem ex rotundis tenuibus angulatis, & incuruis salsum ex angulatis magnis distentis & æquicruribus: ex quo Democriti dogmate sunt & illa Lucretiana.

Hæc vbi lenia sunt manantis corpora succi
Suauiter attingunt, & suauiter omnia tractant
Humida linguai circumsudantia templa.
At contrapungunt sensum, lacerantque coorta
Quanto quaque magis sunt asperitate repleta.

Cæterum cum ita de saporibus sentiret Democritus, itidemque de odoribus, aliisque sensibilibus, tamen de sensibus, aut parum, aut nihil tradidit, quo nomine & in sexto de causis plantarum reprehenditur, hic tamen de gustus sensu loquutum illum dicit, de aliis sensibus minimè. dicebat tamen, & de sensibilibus, & de sensibus simul agere, quando alterius doctrina pendet ab altero, ὑποκείμενας αἰσθήσεις. subiectos sensus vocat, ideo quod sensibilium videtur actio sensuum passio, siquidem sentire est pati, vt tradit Aristoteles, etsi reuera in receptione sensus perpetiantur in iudicio, & cognitione manifesto agant. λέγει γὰρ ὁμοίως τῶν χυμῶν. figuras vocant atomos, quod illæ variis essent figuris præditæ, quod ex Lucretii poemate præsertim constat. Dicit autem oportuisse ex iisdem figuris, & sensus ipsos constituisse Democritum, quando ille rerum omnium atomos volebat esse principia. οὐδὲ γὰρ πᾶς, lego καὶ γὰρ δὴ ποιοῦς.

98 ἔτι δὲ τὰ μὲν ἄμικτα, τὰ δὲ ἀνάμικτα.

Legendum videtur εὔμικτα & ἄμικτα. Nam & infra sic loquitur, atque vocat ἄμικτα, quæ male, & inconcinne commiscentur. ἄμικτοι χυλοί declarat τὰ ἄμικτον. primum in saporibus, in his enim manifestius est, quam in odoribus. de quibus etiam agit mox. Porrò quid sit mistio, in libris naturalibus est demonstratum. fit autem illa, quando corpora, quorum est mistio ita miscentur, vt neutrum aut nullum possis per se notare. miscentur autẽ facile, quæ εὐδιάκριτα & εὐδιαίρετα vocat Aristoteles. meritò igitur ii succi malè miscentur, qui non ita mutuò diuiduntur, vt ex iis vnus aliàs succus fiat. ponit autem aquam cum oleo, quorum alterum supremam partem petit, imam alterum, & sanguinem, & pituitã, ac pro pituita aut serosam illam partem, quæ in sanguine supernatat, debemus accipere, aut propriè pituitam. Nec licet hic mistionem intelligere, quam natura facit in venis. ibi enim sanguis cum reliquis humoribus optimè commistus est, quemadmodum & lac cum butyro, ac sero, sed illam, quam faciunt homines aut arte, aut experientia.

99 ὅλως παῦρον ὀπτέον ἢ ὀλιγαχοῦ, ὥσπερ ὄξος καὶ γάλα, ὃ γὰρ τῇ σίκερᾳ καὶ τριφυλλίνῳ ἕτερον εἶδος.

Digitized by Google

Omninoque quidquid ſupernatat, aut dirimit, vt acetum & lac. quod enim premendo, terendoque miſcetur alterius cuiuſdam eſt generis.

Quod ineptum eſt ad miſtionem, aut non diuiditur propter lentorem, aut propter leuitatẽ ſupernatat, aut diſpergit, ac diſiicit propter acutiem, & grauitatem, vt acetum in lacte. dicat aliquis eandem & mellis eſſe rationem in mulſa. Nam diſiicit aquam ad fundum vſque. atque ſi commiſceas, ſi ſubigas, fit aqua mulſa, & optimè quidem illa commiſta. Sed tamen hoc μικτὸν. alius eſt generis, quod non ſua natura, ſed ſubactione, & agitatione coaleſcit in vnum. hoc eſt quod ait Theophraſtus.

100 ἄλλον δὲ τρόπον οἱ μὴ ξύμικτοι πρὸς τὴν χρείαν οἱ μὴ λυμαινόμενοι ἀλλήλοις.

Alio modo, qui ad vſum recte temperari non poſſunt, atque etiam corrumpunt.

Hactenus loquebatur de miſtionis ineptudine, quæ à miſcibilium natura fit. modò de illa, quæ vſum recipit. Certè enim etiamſi recte miſceantur aqua marina, & vinum, nulli tamen vſui ſunt. imo omnino ad potum inepta miſtio. Sed quæ ad vſum non facit miſtio aut mala eſt ſtatim, aut temporis interuallo, vt aquæ dulcis, ac vini. Corrumpitur enim ab aqua vinum, niſi miſceatur muſtum in vindemiis, non omni tamen muſto cum aqua conuenit, ſed ignauiori, ac diluto.

101 ὀσμαὶ δὲ.

Quod in ſaporibus, & ſuccis oſtendit, tanquam notius, in odoribus etiam ait eſſe. ac primum declarat, qui odores miſceri nequeant. ὡς ὃ μὴ ἔστι. ſic legendum opinor. ὡς μηδὲν ἐξ ἀμφοῖν ἕτερον εὑρεῖν ἀρωμάτων. aut etiam vt Turnebus emendat. τὰ μὲν ἀφαιρεῖται τὸ εὔκρατον καὶ σκληρὸν. in odorum miſtione proportio quædam & menſura neceſſaria eſt, præterea certorum vnguentorum explorata qualitas, quod & de vinis dicebat antea.

102 οὐκ ἄλογον δὲ.

Dictum id eſt & ab Ariſtotele in libro de ſenſu, & à nobis initio annotatum. συμβαίνει δὲ. id & ſenſui manifeſtum eſt, & cauſa non obſcura, à ſicco enim & humido alteratis ſapores, & odores commutantur. nam ſapor à ſicco fit in humido. odor ab eodem ſicco non ſine humido.

103 ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ.

Hæc omnia aliunde huc irrepſerunt. propterea abolenda omnino cenſui. deſunt autem nonnulla in hoc libro.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΙΔΡΩΤΩΝ.

THEOPHRASTI DE SVDORIBVS.

DANIELE FVRLANO interprete.

Ἱδρῶς πότερον ὑπὸ ὑγρότητος λύθὺς ἐκκρινομένης γίνεται, ἢ πνεύματος. [2] ὡς τούτου διϊέντος ἀφ' ἑαυτῆς σαρκὸς· εἶτ' ἔξω πήγνυται καὶ συνίσταται καταψυχόμενος, ἕτερος ἔστω ἐν ἄλλοις λόγος. διότι δὲ ἁλμυρός, ἢ ὀξύς, ἢ κακώδης, ἢ τὰς ἄλλας ἔχων διαφορὰς, νῦν πρόσκειται θεωρῆσαι. [3] ἁλμυρὸς μὲν οὖν γίνεται, διότι ὃ ἀλλότριον ἐκκρίνει ἐν τῇ πρὸς σάρκα φύσει τοῦ σαρκὸς, ἐξαπλουμένου τοῦ γλυκυτάτου καὶ κουφοτάτου· ὃ γὰρ τοιοῦτον, ἐν μὲν τῇ κατὰ φύσιν τῇ αὐτοῦ κύστιν, οὖρον· ἐν δὲ τῇ σαρκὶ, ἱδρῶς καλεῖται. πλὴν ὅτι συμβαίνει ὃ μὲν αὐτομάτως, καὶ οἷον αὐτῆς τῆς φύσεως ἐργαζομένης ὑφίστασθαι. ὃν ἱδρῶτα δεῖ ἐκκρίνεσθαι ἀφ' ἑαυτοῦ κίνησιν ἢ πόνον· ἢ ἁπλῶς τοῦ θερμοῦ καὶ πνεύματος δύναμιν. [4] διὸ καὶ ὃ μὲν, ἀεί· ὃ δὲ, οὐκ ἀεί. συνεχὲς δὲ ἧττον [ἢ] ἡ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις. ἄφατος γὰρ τῇ αἰσθήσει, καθάπερ ἀτμίζοντος ἀεὶ τοῦ σώματος· ἁλμυρὸς δὲ, ὅτι ἄπεπτος· ὃ γὰρ πεπεμμένον, γλυκύ. [5] ὃ δὲ ἐπιπολῆς, ὑδατώδες, ὥσπερ ὃ φλέγμα καὶ δάκρυον. παχὺ δὲ ταῦτα μὲν διὰ λόγους· ὃ μὲν, ὅτι ἀπὸ τῆς τροφῆς· ὃ δὲ, ὅτι ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ὁ δὲ ἱδρὼς, καθάπερ ἐκ σαρκὸς καὶ φλεβός. ἐν οἷς ἤδη μεταβολὴ τοῦ τροφῆς καὶ τούτῳ τοιαύτη· καὶ οὕτως ὥστε

DE sudore erit nobis alioloco disputatio, an statim cum humore excreto fiat an cum halitu [2], qui cum carnem pertransit extrà consistit, ac cogitur. Nunc enim demus operam, vt inspiciamus, cur salsus sit, curue acidus, aut fœtidus, aut alias quasdam habeat differentias. [3] & salsus quidem est, quod secernit natura id quod carnis adcretioni incommodum est, cum quod dulcissimum, ac leuissimum in alimento est, confectum, ac digestum sit. eiusmodi enim excrementum si in vesica subsidat, vrina est, si in carne, sudor dicitur, nisi quod illa sponte ac natura velut agente subsidat, hic verò vt excernatur motu, aut labore, aut in totum caloris, ac spiritus facultate opus habet. [4] quamobrem & illa nunquàm non est continua, hic verò non semper continuus est, ac minus sanè quàm corporis halitus, qui nec sensu percipitur, quippe semper exhalante corpore. salsus igitur est, quod crudus. dulce enim, quod percoctū est. [5] quod autem leniter coctum aquæ instar, vt pituita, & lachryma: atque hæc vt opinor consentanea, quod ille ab alimento secernitur, hæc verò ab ipso cerebro. Verum sudor quemadmodum ex carne, & venis, in quibus alimenti mutatio, & figura talis, sic manat etiam ex cerebro. quando &

Digitized by Google

ex hoc cum liquatio aliqua sit, aut alius quidam morbus, vt saliua, & lachryma salsiores exeunt. idq; superiorem confirmat sententiã, sudorẽ scilicet omnem salsum esse, salsiorem verò quo magis à longiorib. erumpit partibus. sic enim est adcretioni incommodior. quocirca & à natura secernitur. salsum enim rursus incõmodũ, & alienũ est. atq; de his rebus contẽplandũ est. videtur .n. alius sudor talis esse, alius non item, nisi qđ alius magis alius minus manifestò. [6] ab hac pendet causa (eadẽ enim penè est) quod alius fœtidus, alius odore penè nullo. aliquibus vero acidus odor est; & alii fœtidi sudoris modi, [7] qui vt in genere dicam, cruditatis sunt. cruditatis verò nõnunquãventris impuritas causa est, nõnunquã malus omninò habitus. nonnunquã & nõnulla cibaria, quæ sudoris olidi casa sunt. quod & rutã aiunt efficere. Verũ hęc vt adiuuãtia fortè ponenda sunt. [8] causa verò ad ea, quæ superius diximus, referẽda est. non minimũ autẽ & ad corporis tẽperamentũ. Nam ex iis qui exercitationib. incũbunt, quique salubriter vidẽtur degere, multi sũt qui graues habẽt sudores, ac olidos. nã quod & à malo habitu plerũq; sudoris fœtor proueniat, ægroti argumẽto sunt, & qui reb. Venereis dediti [9] habitũ exinde malũ contraxerũt. [10] & omninò qui curari à graui aliquo morbo nequeunt. cęterũ absurdũ videtur esse alioquin & iis quę in vniuersũ statuimus, repugnare, quod puberum maximè olidi sudores sunt; at eorum, qui prouectiori ætate sunt, minus; minimum autẽ senum: [11] quamquam ætas puberum maximam habet concoquendi vim, (argumentum est incrementum ipsum). [12] minorem prouectiorum, minimam & penè nullã seniorũ. causa aũt est, quod puberes ad Venerẽ maximè cõcitantur, quo tempore iis & meatus corporis relaxantur, & mutatio sequitur corporis, quæ omnia ad sudoris fœtorẽ faciunt. cõtrà virorum certus ac firmatus est habitus. Nam in senibus cutis laxitas & facilis trãspiratio causa est. quocirca & parum excrementorũ in iis est. [13] simul autẽ & facilè corpus trãspirat, & recremẽtis vacuũ est: nihil verò secernit, quod olidũ sudorẽ faciat. [14] Nã propter hãc causã & capitis sudor aut odoris est expers,

κτ' ὀρεξικέφαλον. ἐπεὶ καὶ ἐκ τοῦ ὕπνου ὅταν ἐκ σωτηρίας ἢ ἄλλου τινὸς πάθους, ἁλμυρὸν ὂν τὸ ἰδρὼς καὶ ὁ δάκρυον. ἢ τοῦτο μὲν μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ ὃ πρότερον, ὅτι ἰδρὼς πᾶς ἁλμυρὸς. εἰ δὲ πορρωτέρωθεν, ἁλυκώτερον. ὅτως δὲ μᾶλλον τῇ πρὸς φύσιν δόξειεν ἁλμυρὶς ἢ ἔκκρισις εἶναι. ὁ δὲ ἁλμυρὸν πάλιν ἀλλοτριώτερον· ὥσθ' μὲν οὖν τοῦτον σκεπτέον. ἔοικε δὲ ὁ μὲν τις τοιοῦτος. ὁ δὲ ὑ τοιοῦτος εἶναι τῶν ἰδρώτων. ἢ τὸ γε μᾶλλον καὶ ἧττον φανερῶς. [5] ἀκόλουθον δέ πως τούτων αἰτίας ὄσῃ, καὶ ἡδὺν τὸν αὐτῆς. καὶ ὅτι ὁ μὲν, κακώδης· ὁ δὲ, εὔοσμος. σπάνιος δὲ ὀξὺς τῇ ὀσμῇ. καὶ ἀνῆλοι δὲ ὅσοι τὴν κακωδίας ἄπλουν). [7] καὶ δὲ ταῦτα, ὡς ἔλεγε λακεδ., ἀπεψία· τῆς δὲ ἀπεψίας, ὁ τὲ μὲν ἀκαθαρσία τῆς κοιλίας. ὁ τὲ δὲ ὅλως κακοχυμία τις αἰτία. πολλάκις δὲ καὶ βρωμάτων ἕξεις τοιαῦται. καὶ δὲ ταῦτα ποιεῖ τινας δυσωδίας, ὥσπερ καὶ τὸ πήγανον φασί. πάντα δὴ ταῦτα μὲν ὡς συμβαλλόμενα λεκτέον. [8] τὸν δὲ αἰτίαν τοῖς πρότερον ἀποδοτέον, καὶ τί αὐ τῇ ὅλῃ τοῦ σώματος κράσει. πολλοὶ δὲ τῶν γυμναζομένων καὶ δοκούντων εὖ ἔχειν, βαρεῖς καὶ κακώδεις τοῖς ἰδρῶσιν. ἐπεὶ ὅτι γε τῇ κακοχυμίᾳ, πολλαχόθεν φανερόν. ἔκ τε τῶν καμνόντων καὶ ἐκ τῶν ἀφροδισιαζόντων, πλείω ἕξιν ἐχόντων ἤδη, [10] καὶ τῶν θεραπευτῶν ἤδη ἄλλως. ἄτοπον δὲ αὖ δόξειε τούτοις εἶναι, καὶ ἀναπιώσιν τιν' ἔχον πρὸς ταῦτα καὶ πρὸς τὸ καθόλου λεχθέν. ὅτι οἱ πρεσβύτερον ἥλικα μάλιστα κακώδεις τοῖς ἰδρῶσι. προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας, ἧττον. καὶ οἱ γέροντες, οὐδαμῶς. [11] καίτοι πρεσβυτάτη ἡ ἡλικία τῶν ὄντων. σημεῖον δέ, ὅτι τῆς αὐξήσεως. [12] ἧττον τῶν πρεσβυτέρων, ἧττον. τῶν δὲ ἤδη γερόντων, πανταπασιν. αἴτιον δὲ ὅτι πρὸς τὰ ἀφροδίσια μάλιστ' ἡ ὁρμὴ τῶν ἡβώντων, καὶ τῶν πόρων αἱ ἄνοιξις καὶ μεταβολή. πάντα δὲ ταῦτα σύμεργα πρὸς κακωδίαν. ἢ τῶν πρεσβυτέρων † οἷά τις ἕξις ἤδη καὶ μιμοῦσα. ἡ δὲ τῶν γερόντων, ἀφὴ μανότητα καὶ ὀλιγοσαρκίαν. διὸ καὶ οὔτε πρόσπωματική. [13] ἅμα δὲ καὶ ἄπνουν καὶ ἀπερίπωτον ἔχουσι τὸ σῶμα. καὶ οὐδὲν ἐκκρίνεται τοιοῦτον ἀφ' οὗ γίνοιτ' ἂν ὁ κακώδης. [14] ἐπεὶ καὶ ἀφ' τοῦτο καὶ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἄοσμος, ἢ ἧττόν γε τοῦτ' ἐκ τοῦ σώ-

τῦ σώματος, ὅτι εὔπνους ἡ κεφαλή. δηλοῖ δ' ἡ διὰ τῆς ῥινῶν ἔκφυσις † τῦ μυώδους. δυσώδεις δὲ τόποι εἰσὶν ἐν αὐτοῖς ὅσα μὴ εὔπνοα. σήπεται γάρ. ἡ δὲ κακωδία, σῆψίς τις· διὸ ὁ ἐκ τῶν μαχαλῶν ἰδρὼς, καὶ ὅλως ὁ ἐκ τῶν χείλων, κακωδέστατος· καίτοι μανθάνουσι οἱ τόποι, ἀλλ' ἡ κεκλάσπιξις καὶ ἡ χειλία ποιοῦσι τὴν κακωδίαν. τοιοῦτος δὲ πέφυκεν ὁ τόπος ὁ τοιοῦτος· καὶ ὅλως ὃ σῶμα τροφὸς τῦ κακωδίαν. ἀπεψία γὰρ κακὴ γίνεται. [15] τῦ δὲ διὰ τὸ πήγανον κακωδίαν, καὶ ὑπὸ μύρων οἰῶν ὅταν ἀναδίδωσι· καὶ γὰρ τῦτο συμβαίνει. λεκτέον ὑπὲρ ὧν. [16] γίνεται δὲ, καὶ ὁ μὲν, θερμὸς ὁ δὲ, ψυχρὸς ἰδρώς· ὁ μὲν, ὥσπερ πεπεμμένος· ὁ δ', ἄπεπτος. ἡ δ' ἀπεψία, διαφέρει τὸ εἰς τὴν κακωδίαν· αὕτη μὲν γὰρ ἔοικε κακεργασίᾳ τινὶ καὶ μεταβολῇ, οἵα τις ὑγρότης. ἐκείνη δὲ μεταβολῇ μέν τινι καὶ ἀλλοιώσει, ἣ φυσικὴ δὲ, ἣ δὲ καὶ κακεργατημένη. καθάπερ καὶ τὰ τῆς χειλίας περιττώματα δυσώδη. [17] Διότιμος δ' ἔλεγεν ὁ γυμναστὴς ὅτι τρεῖς εἰσὶ διαφοραὶ τῶν ἰδρώτων εἰσὶν, ἀρχομένων τε, καὶ μεσούντων, καὶ ληγόντων· αὗται μὲν οὖν [αἱ] διαφοραὶ γίνονται, τῇ τε τῶν πόνων ὑπερβάσει, καὶ τῇ τῦ σώματος ἀνομοιώσει· δῆλον γὰρ ὡς ἀπὸ τῆς ἀνομοίας διαθέσεως, ἀνόμοιον καὶ τὸ αἷμα. [18] ἐπεὶ καὶ λεπτότης τίς καὶ παχύτης ὑπάρχει ἐν τοῖς ἰδρῶσιν. ὁ μὲν γὰρ ὑπερπόλαιος καὶ πρῶτος, ὑδατώδης τίς καὶ λεπτός. ὁ δὲ ἐκ βάθους, μᾶλλον παχύτερος, ὥσπερ συντηκομένης τῆς σαρκός. [19] ἤδη δέ τινες φασὶ καὶ αἵματι εἰκάσαι. καθάπερ Μονᾶς ἔλεγεν ὁ ἰατρός. [20] δῆλον ὡς ὑπερβαλούσης πλείονος ὑγρότητος ἐκ τῶν φλεβῶν. ἀπέπλυται, ὥσπερ ἀπαχεχωρισμένης ταύτης· οἷόν τε γὰρ καὶ αὖθις αἷμα γίνεσθαι ἄπεπτον. ἁπλῶς δὲ τῦτό γε ὥσπερ πολλάκις εἴρηται, καὶ ὅτι πάντων ὑπάρχει ἀληθές. ὅτι καὶ τὰς ἕξεις τῶν σωμάτων ἡ ἔκκρισις ἀεὶ τὰ περιττώματα γίνεται. [21] ἐπεὶ διὰ τῦτο ἔνιοι, ὅταν πλείω πονήσωσιν, ἕλκη ἔχουσι. διὰ γὰρ τὴν ἀκαθαρσίαν τῦ σώματος, ἡ κίνησις προσῦσα καὶ θερμήνασα, συνεξικμάζει τὰ περιττώματα μετὰ τῶν ἰδρώτων ὕπερθεν. [22] ὅταν δὲ παχέα ᾖ τὰ καὶ χυμὼδη ἔχοντα μοχθηρὰ, οἷον ὀξέα καὶ ἁλμυρὰ καὶ πικρὰ, ἐκκρίνεται μὲν ὑπὸ διυὰ διὰ τὸ πλῆθος· ἅπτεται δὲ καὶ ἕλκεσι τῶν σαρκῶν διὰ τὴν δριμύτητα τῦ χυμῦ. προσπλησίον δὲ τοῦ

aut minus olet, quàm qui è corpore secernitur. est enim caput eiusmodi, vt halitus per eum facile transmeet, id quod pilorũ ostendit generatio. contrà loci, in quibus non fit bona halitus transpiratio, & ipsi male olent, & quæ in iis sunt. quãobrem & alarum sudor, & omnino partium, quę cauitatem habent fætidissimus. licet enim rariores hi loci sint, tamẽ quod suffocãt halitũ, & caui sũt, fædũ odorẽ efficiũt. idem aũt quod eiusmodi locis accidit, vniuerso etiam corpori tribuendum est in fætore ipso. Nã & in iis cruditas fit. [15] Nam quod ruta, & vnguenta aliqua fæditatem odoris faciant, quando scilicet in corpus immittunt (hoc enim accidit) ratio afferẽda est. [16] fit sudor alius frigidus, alius calid⁹, ille quidem crudus, hic vero tanquam concoctus. differt hæc cruditas ab ea, quæ fædi odoris est. hæc .n. veluti mala quædam elaboratio & mutatio est, certa quædam humiditas, illa vero mutatio quædam, & alteratio videtur, quæ tamen naturalis non est, neque à natura confecta, qualia sunt & olida alui excrementa. [17] aiebat Diotimus gymnastes tres esse sudorum differentias, incipientium, eorum, qui inter sudandum medii sunt, & illorum, qui nouissimi exeunt. verum hæ differentiæ fiunt laborũ vehementia, & corporis affectione. Nam à dissimili affectione, & dissilis causa fuisse intelligitur. [18] quando & sudores alii crassiores, alii tenuiores sũt. Nam qui extimus est, & in superficie tenuis & aquosus est: crassior vero, qui ꝑfundior, & intimior. tãquã si caro soluatur, & colliquescat. [19] iã vero ferunt nõnullos, & sãguini assimilasse, vt Monas medic⁹ dicebat, [20] extracto scilicet multo à venis humore, crudo tamẽ & veluti segregato: nõnũquã .n. & sãguis ipse crudiusculus gignitur. in vniuersũ quod sæpe numero dictũ est, in omnib. verũ esse cõstat: recremẽta sẽper pro corporũ habitu, & temperamento secerni. [21] Siquidẽ ꝑpter id accidit, vt q multũ laboris confecerint, vlcera habeant. fit .n. propter corporis impuritatẽ, vt motus calefaciendo, & expellendo recrementa, si mulattrahat cum sudor ad superficiẽ. [22] quæ cum crassa sint, prauiq; succi, vt acida, salsa, amara, secerniq; nequeãt propter copiã, prorũpũt tamẽ & humoris a-

crimonia carnẽ exulcerant. ſimili ratione fit ſcabies, papulę, lepra, & omninò cæteræ huiuſce generis eruptiones. eſt enim in his crudi humoris, & excremẽti ad cutim expulſio, quam nonnulli & alio modo ſedare nituntur, reuulſione nempe, & in contrariũ auerſione. Verũ de his, quæ, quotque ſint, quibuſq; diſcrepent differentiis, ſeorſum per ſe dicendum erit. [23] quod autem à málo hęc habitu corporis proficiſcantur, ex iis ſanè conſtat, quæ diximus. non enim erumpũt ideò, quòd labore externoq; motu corporis indigeant. Verũ horum aliqua ſponte prorumpunt à validioribus euicta cauſis. (Nam ex iis, quæ ad cutim erumpunt, alia ab anni tempore, alia à motũ, & à calore, qui motu adquiritur, excernuntur.) nonnulla propter copiam excremẽtorum, aut ſucci, qui cauſę locum teneat. [24] Nam quod motiones & labores hæc efficiant, vel ex tuberculis manifeſtum eſt, quæ q̃ iter facientibus accidunt ἐνόδια dicuntur græcè. occupant præſertim illa fæmora, nonnunquam & latius extendũtur, nam nonnullis inflammantur & tibiæ. iuuantur hæc omnia ſi non ſcabendo irritentur, ſed mittantur, vt ſponte definant. motu enim adiuuatur impetus, quod accidit & in corporis tumoribus. [25] Nam ſæpè fit, vt propter ſudoris ſalſuginem pruritu quodam eruptiones oriantur varis ſimiles, [26] quos lędit, qui mouet, ac fricat, quòd ea parte non ſuccedit excretio; & qui molitur reprimere, aut ſuccorum acrimonia, vt acido, acerbo, ſalſo, aut balneo calido, vel frigido, niſi fomento vtatur tepido, eoque non multo. hoc enim ſedat vnum, ac reprimit, cætera mouent, & irritant. atque hæc quidem, vt dictũ eſt, oriuntur & à malo corporis habitu, & à laborum exceſſu. nam in his excretionis modus quidam eſt, quẽadmodũ & in laboribus reliquis. [27] Verùm qui ſibi indulgentes, velut colliquantur, faciunt id, quod Antiphanes Delius & Hyriades. [28] Verum cur pueri difficilius, quàm viri ſudant, præſertim verò ex iis pueruli, quamquàm calidi, ac humidi natura ſunt, vnde ſudoris origo eſt, ea eſt afferenda cauſa, quòd dẽſa puerorum eſt cutis, denſiſſima puerulorum, velut obturatis meatibus. præterquam quod natiuus calor euincit, & concoq-

ποι τινὰ τύτῳ καὶ ὃ περὶ τ̃ ψώρας, καὶ τὰς λιχῆνας, καὶ λέπρας, καὶ ὅλως ὅσα ἐκφύματα γίνε). καὶ γὰρ ἐν τύτοις ἀπέπτε τινὸς χυμ̃ καὶ περιπώματος ἔκκρισις ὃ ὅτι πολλῆς ὄσης. ὧν πειρῶν) καὶ δὴ καὶ ἄλλοι τρόπον αἰτιασώμενοι καὶ αἰτιαθιστάντες, παῦλαί τινα ποιῦσι. ἀλλὰ περὶ μὲν τύτων καὶ τόσα καὶ τοῖα καὶ τί διαφέροντα † καθ' αὑτὰ χρὴ θεωρεῖν. [23] ὅτι δὲ διὰ καχεξίαν τινὰ καὶ ἡ τ̃ τοιύτων ἔκκρισις, φανερὸν ἐκ τ̃ εἰρημένων. ὁ γὰρ ὅτι τῶν πόνοι προσδέονται καὶ τ̃ ἔξωθεν κινήσεως. ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτ̃ διαθέσεται ὑπὸ τ̃ κρατύντων. συμβαίνει γὰρ, τὰ μὲν τ̃ ὥρᾳ κενύμενα. τὰ δὲ, ἐκ κινήσεως καὶ τ̃ ἐκ παύτης θερμότητι ποιεῖσθαι τ̃ ἔκκρισιν· τὰ δ', ἤδη διὰ πλῆθος ἀεὶ αὐτ̃. ἢ τ̃ αἰτίων τέ τι χυλ̃ καθ' ἕκαστον. [24] ὅτι δὲ κινήσεις καὶ οἱ πόνοι ποιῦσιν ἐνίοις τὰ τοιαῦτα, φανερὸν καὶ ἐκ τ̃ ἐνοδίων καλυμένων. ἀγίνε) πολλοῖς, ὅταν εἰς ὁδὸν ἐμπέσωσι· μάλιστα μὲν ὅτι τὰς μηρύς· ὅτε δὲ καὶ ὅτι πλῆθος. ἔστι δ' οἷς καὶ αἱ κνῆμαι πάσχουσι πέμπραν). περὶ ἅπαντα δ' τοιαῦτα συμφέρει ὅμη ἐρεθίζειν μήν, ἀλλ' ἐὰν ἀποκλαῖσαι. συνεκκλύζει γάρ ὅτι κινῦντα τ̃ ὁρμήν. ὅπερ καὶ περὶ τὰ ἐξανεύμενα συμβαίνει. [25] πολλάκις γὰρ διὰ τ̃ ἁλμυρίδα τ̃ ἀπὸ τ̃ ἱδρῶτος γινομένων ἐρεθισμῷ τινὶ κνισμώδει καὶ ἐπάρσεις τινὲς ἰονθώδεις γίνονται· [26] περὶς ἃς ὁ συμφέρει ὅτε κινῆν, ὅτε λαύτῃ ποιύμενον τ̃ ἔκκρισιν, ὅτε δριμύτητι χυλῶν. οἷον ὀξεῖ καὶ γρυφίῳ καὶ ἁλικῷ κατέχειν πεφρόμενον· ὁ δὲ θερμολυσία ἢ ψυχρολυσία χρώμενον, ἀλλὰ πρὸς ἀκαύστῳ χλιαρ ἐᾶν μὴ πολλῇ. καθίστησι γὰρ αὕτη μάλιστα· τὰ δὲ ἄλλα ἐρεθίζει καὶ κινεῖ. ταῦτα μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, διὰ καχεξίαν καὶ δι' ὑπερβολὴν ὁτιοτὲ ποιῶν γίνεται. καὶ γὰρ ἐκ ταύτης συμμετρία τις ὅτι τ̃ ἐκκρίσεως. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τὰς ἄλλας πόρους. [27] οἱ δ' ἄγαν ἐκλυόμενοι ἑαυτύς, ὥσπερ σκυτίνους τοῦτο ποιῦσιν, ὡς Ἀντιφάνης ὁ Δήλιος καὶ Ὑριάδας. [28] διατί δ' οἱ παῖδες ἰσιδρωτικώτεροι τ̃ ἀνδρῶν μᾶλλον. καὶ μάλιστα δὴ τὰ παιδία. καίπερ θερμὰ τ̃ φύσιν ὄντα καὶ ὑγρὰ, καὶ τ̃ ἱδρῶτος ἐκ τύτου πως γινομένης τὸ δὲ τὴν αἰτίαν ἐκθετέον, ὅτι πυκνὸς

ὁ χρὼς τῶν παιδίων· πυκνότατος δ' ὁ τῶν παίδων. ὥστε ῥᾳδίως κεκλῃμένους ἔχων τοὺς πόρους· ἔτι δ' ἡ θερμότης ὀπτικεκαυμένα, πέπλῃ μᾶλλον τὴν αὔξησιν. ἐὰν δέ τι καὶ γίνηται περίττωμα, τοῦτο ἐκκρίνεται καὶ χιλίαν. διὰ μεγάλα γὰρ καὶ ὡς ἐπίπαν ὑγρότερα, τῶν παιδίων. οἱ δὲ γέροντες, μανόχροοι μὲν, ἀλλὰ ξηροί. διὸ καὶ τῷ ἱδρῶτι καθάπερ ὕλῃ τινὶ ὑπάρχειν. ἄλλως δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὕπνου καὶ μόνον, ἱκανὸν ποιεῖ τὴν ἔκκρισιν. ἀεί τε στενοχὼς ὂν καὶ μὴ πολλῶν συμπαρόντων. ὥστε πλειόνων ἡ ξηρότης καὶ τὸ μὴ εὐίδρων. [22] ἡ γὰρ κατ' ἄλλον τρόπον ἀπόφραξις ἢ καὶ ὅτι αὐτὸν ἑκατέρα κωλύει τὰς ἱδρῶτας. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὧν αἱ χιλίαι ὑγραὶ, καὶ [οἷς] εἰς κύστιν ἡ ἐπίῤῥοια, πλέον δυσίδρωτες, ὅτι πολὺ τὸ ὑγρὸν ἐκπαύει ὥρμηκεν. οἷς δὲ πάλιν ἐπίσχεται τὰ τῆς χιλίας καὶ κύστεως, ἤτοι δύσίδρωτες μᾶλλον. ἡ γὰρ ἐπιλαμβανομένη περίττωσις, ἀναφέρεται πρὸς τὰς σάρκας καὶ εἰς τοὺς ἄνω τόπους. [30] ἐπεὶ καὶ ἀπέπτων τῶν σιτίων ὄντων, καὶ ἀγρυπνήσασιν, εὐίδρωτες μᾶλλον· ὅτι συμβαίνει τὴν πέψιν διαμένειν τὴν ὑγρότητα καὶ τὸν ὕπνον ἐκπέμπειν. ἐκ ξηροῦ δ' οὐκ ἔστιν ἱδρώς. ἄτοπον δ' αὖ ἐκφέρει δόξειε, καὶ ὥσπερ ἐναντίον εἰ οἱ γυμναζόμενοι καὶ δὴ ἔχοντες εὐίδρωτες· καὶ πάλιν οἱ ἀγύμναστοι καὶ κακῶς ἔχοντες, καὶ οἱ πεπεμμένοι καὶ ἄπεπτον ἔχοντες τὴν ἕψιν. οὐκ ἔστι δ' ἄτοπον. οἱ γὰρ γεγυμνασμένοι, μᾶλλα τὰ σώματα καὶ διεῳγμένους ἔχοντες πόρους, ἔχουσι τοὺς τοὺς ἱδρῶτας. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ μὲν χρονίως ποιούμενοι τὰς ἀφιδρώσεις, εὐίδρωτες. ἔτι τῶν μὲν διεῳγμένοι, τῶν δὲ συμμεμυκότες οἱ πόροι, διὰ δὲ μὴ χρῆσις. συμβαίνει δὲ τούτοις καταπεπεμμένης τῆς ἕψεως διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν· οἱ δὲ κακῶς ἔχοντες, καὶ μὴ πεπεμμένων τὴν ἕψιν τῷ πλήθει τοῦ ὑγρότητος, δύσίδρωτες· διότι οὔτ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν, οὔθ' ὡσαύτως· ἀλλ' ἐκφύσει μὲν, μὴ πόνῳ καὶ ἀεὶ τὸ σύμμετρον ἀφαιροῦντες ἤτοι δι', καὶ ἀθλήσεως, καὶ ὡς ἂν τύχῃ καὶ τὸ ὅλον ἀεὶ περιττώματος ἔχοντες πλῆθος. [31] δοκοῦσι δέ τινες καὶ ἐν τῷ χειμῶνι μᾶλλον εὐίδρωτες ἢ ἐν τῷ θέρει (εἰ μὴ τὰς ὑπερβολὰς ἐκλέγοι λαμβάνοντες) οἷ ψύχους τε καὶ καύματος· ἡ μὲν γὰρ ῥῖγος ἂν

concoquit propter incrementum, vt si quod etiam excrementum fiat, per aluum secedat: habent enim liquidiorem aluum. senes vero raros habent ii quidem meatus corporis, sed sicci sunt. sudori autem veluti materiam quandam oportet esse, quamquàm & ipsa corporis laxitas, transpirandique libertas satis multam excretionem facit, cum semper continua sit, nec multa suppetente materia, quare & maior siccitas est, & ad sudandum ineptitudo. [22] Nam aut alius generis impedimentum, aut huiusmet vtrumque certè propterea sudorem impedit. Nam & ii difficilè sudant, quorum aut liquidior aluus est, aut quibus in vesicam confluxus fit, quod scilicet in has partes humor omnis defluat. contrà ii facilè sudant, quibus aut aluus, aut vesica adstricta est. Nam quod vtriusque loci recrementum erat ad carnes extimosque locos infertur. [30] quandoquidem & qui crudo sunt ventriculo, & qui vigilarunt facilius sudãr, quod alimenti concoctio humores digerat in corpus, & somnus concoquendi vim habeat, è sicco vero non fiat sudor. & illud absurdum, & veluti naturæ repugnans videatur, si ii, qui exercentur, & sani sunt, facilè sudant, rursus ii, qui non exercentur, & malè habent, & qui alimentum concoxerunt, & qui crudi sunt. non tamen id à ratione alienum est. Nam qui exercentur rariorem habent habitum, & meatus liberos, iidemque sudare assueti, quo fit, vt qui diutinas sudationes faciunt, facilè sudent. ad hæc horum quidem meatus corporis patent, iis contrà occlusi sunt, quod exercitationibus non vtantur. Hoc idem accidit eadem de causa iis, qui cibum concoxerunt. Nã qui male habent, & cibos non concoquunt, ob humoris copiam scatent sudoribus. neque enim ab iisdem cãusis, iisdemque rationibus, sed ii quidem laboribus, semper quod mediocre, ac iustum est extrahunt, hi verò sponte & vt fors tulerit ob copiam excrementorum. [31] videntur nonnulli hyeme sudare facilius, quam æstate (vt tamen excipiamus vtriusq; temporis excessus: frigoris inquam, & æstus. Nam illud rigo-

Digitized by Google

rē inducat potius, hic exſoluat, ac liquefaciat, mediocritatem verò in vtroq; ſumamus.) [32] hanc autem eſſe cauſam putandum eſt, (ſiquidem verùm ſit ſiccum humidi cauſam eſſe, humidum ſicci,) cohibitionem coactionemque caloris quandam eſſe, & ab vtroque cieri ſudorem, ab altero quod efficiat, ab altero, quod patiatur. [33] ad hæc æſtate plurimū veſcuntur humidis, vt conſtet hac de cauſa inæquabiles ſudores fieri. Nam & humidum, & calor & halitus in iis magis eſt, per quæ, & à quibus ſudor oritur. [34] porrò nec qui laborant, ſed poſtquam à laboribus requieſcunt, magis ſudant, nec qui intendunt, aut continent ſpiritum, ſed cum remiſerint. cauſa autem hæc eſt. Nam horum omnium inflatæ venæ ſpiritu meatus cohercent: laxantur autem remiſſæ, & magis excitatur ſudor latioribus iis redditis, atque reclu ſis. & contentio quidem ſpiritus venas implet, vt idcirco humor ne exeat, impediatur, vt è vaſis, quæ clepſydræ dicūtur, aqua, cum illas plenas aliquis ſumſerit. Nam quādo congeſta ſit, tunc exit libere nullo occludente. [35] ad hæc per meatus ex humore vapor à calore ſecernitur ad extimas corporis partes, qui poſt labores calore denſitate frigefit, & in aquam tranſit, quæ ſudor dicitur, & facilius & copioſius ita diffluit. [36] poſt labores etiam & curſus in vmbra magis ſudant homines, quàm in ſole, quòd ſol exſiccet, & denſet cutis foramina. Nam calor externus, qui ſudorē moturus eſt, nec nimius, nec paucus eſſe debet, hic. n mouendi impos eſt, ille arefacit. quocirca & qui ad ignē proximus ſtat, minus ſudabit, & in iis Gymnaſiorū locis, quæ Alipteria vocantur, ſi quis multū ignem affatim incendat, ſudabit minus, ſi mox ſuperingerat, longè magis. Cum enim adaperta corporis foramina ad ſudorem parata ſint, ignis adiectus ſimul adiuuat ſudoris excretionem, id quod non poteſt ob imbecillitatem multus ille facere. eiuſdem rationis eſt, cum iis, quæ declarata ſunt, quod accidit iis, qui dum in curſu ſunt, minus ſudant, quàm cùm quieuerint. impedit enim ſudorem ſpiritus contentio, & aeris motus. [37] & quæ corporis partes in aqua ſunt, idcirco non ſudant, quòd obſtat aqua liquefactioni. eſt enim liquefactio quædam ſudor eorum, quæ malè adcreue-

ποιήσειεν. ἡ ὑ, τῦ καύματος σωτηξις. ἀλλὰ ὃ μέζον ἐν ἑκατέρῳ. [32] τ᾽ δ᾽ αἰτίαν ταύτην ὑπολητπέον; εἴπερ ἀληθές· ὅτι ἡ μὲν ξηρὰ, τῶν ὑγρῶν. ἡ ὑ ὑγρὰ [τ ξηρῶν] εἶ) πεῖσαί δύναται τῦ θερμῦ, κ καλάσαι. ὁ ὑ ἱδρὼς ἀμφοῖν τῦ μὲν, ὡς ποιοῦντος. τῦ ὑ ὡς πάσχοντος. [33] ἔτι ὑ τῦ θέρους κ διαπτῶν) ὃ πολὺ τῦ ὑγρῦ δέχεται ὑ κ αὐξόμενον ἱδρῶσι. ὅπου δύναται, φανερόν· κ γὰρ ὑγρὸν κ ὃ πνεῦμα κ ὁ θερμὸν, ἐνταῦθα μᾶλλον ἐξ ὧν κ δι᾽ ὧν ὁ ἱδρώς. [34] κ γὰρ οἱ πονοῦντες, ἀλλ᾽ ὅταν παύσωνται), μᾶλλον ἱδρῶσιν, ἢ ὑ σωτείνοντες· γὰρ κατέχοντες ὃ πνεῦμα. ἀλλ᾽ ὅταν ἀνῶσιν, ἐν τούτοις ἡ αἰτία. πόνων μὲν γὰρ ὑπὸ [τ] πνεύματος αἱ φλέβες ἐμφυσώμεναι συμμύουσι ποιοῦσι τὰς πόρους. παυσαμένων ὑ, συνίζουσιν ὥστε δι᾽ εὐρυτέρων, καθάπερ αὐλαίων μᾶλλον ἐξέρχεται ὃ ὑγρόν. κ ἡ καθέξις ὑ τῦ πνεύματος πληροῖ τὰς φλέβας· ὥστε κωλύειν, καθάπερ ὃ ὕδωρ ὃ ἐκ τ κλεψυδρῶν ὅταν γε πλήρεις ὦσας τις βουληθῇ. ὅταν δ᾽ συναθροισθῇ, τότ᾽ ἐξέρχεται μηδενὸς ἐμφράττοντος. [35] ἔπεσθαι ὑ κ ἡ ἀπόκρισις ἡ ὑπὸ τ θερμοῦ γινομένη διὰ τ πόρων ἐκ τῦ ὑγροῦ πνεύματος, ἡ κ ἄλλῃ πρὸς ὃ βάσει πολῆς· ὅταν ὑ παύσηται) πόνων, ἅπτεται θερμότης ἅπασα διΐσῃ, κ ὅτι τῦ πνεύματος ἀποψυχομένου γίνεται) ὑγρότης ὁ καλούμενος ἱδρώς· ὥστε κ πλέον κ ῥᾴων ἐκπίπτειν. [36] μετὰ ὑ τὰς δρόμους κ τὰς πόνους ὑπὸ τῇ σκιᾷ μᾶλλον ἱδρῶσιν ἢ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ, διὰ ὃ ὅτι ἥλιον αὐαίνεται κ πυκνοῖ τὰς πόρους. ὅλως γὰρ, ὅτε πολὺ ὃ θερμὸν ἄγαν, ὅτε ὀλίγον δέον ὃ ἐκτὸς εἶ). ὃ μὲν γὰρ, οὐ χωρεῖ· ὃ δ᾽, αὐαίνεται. δεῖ κ εἴ τις ἄγαν ἐγγὺς ἵσταται τῦ πυρὸς, ἧττον αὐ ἱδρώσειεν. κ ὑπ᾽ τοῖς ἀλειπτηρίοις ἐὰν μὲν εὐθὺς ποιήσῃ τις πολὺ πῦρ, ἧττον ἱδρώσειεν. ἐὰν δ᾽ ὕστερον ἐπεισενέγκῃ, μᾶλλον. προοδοποιεῖται μὲν γὰρ κ παρορινοῦται τῷ σώματος, συνεργεῖ, κ ὃ ἐπεισιὸν θόον· ἐκεῖνο δ᾽ οὐ δύναται) ὃ πλέον δι᾽ αὐθέναν. ταὐτὸ ὑ πῶς τοῖς διηρημένοις, κ ὅτι δεῖ χεῖλες, ἧττον ἱδρῶσιν ἢ παυσάμενοι. ὃ μὲν γὰρ ἥτε τῦ πνεύματος καθέξις κ ἡ τῦ ἀέρος κίνησις κωλύει. [37] πᾶν δ᾽ ὑπὸ [ὕ] ὕδατος κάτω φερόμενα μέρη τῦ σώματος, οὐ δι᾽ ἱδρῶσιν. ὅτι κωλύει ὃ ὕδωρ τ᾽ τῆξιν· ὁ δὲ ἱδρὼς, τῆξίς τις ἐστίν. ὥστε

Digitized by Google

τ καιρῶς προσωκοδομημένων τ σαρξίν, ὅταν ἐκκρίνῃ) διὰ θερμόν. [38] οἱ γυμναζόμενοι, ἀφελεῖ πονίλες δ' βέλτιον ἢ παλαίφν, μᾶλλον ἱδρῶσιν ἢ ἐὰν συνεχῶς· ὅτι συναθροίζε) ἡ διαπαύε) ἡ ὑγρότης. εἶτα ταχύτερον ἐξαλῇ ὕστερον ἡ πάλιν ἡ ὁ δρόμος. ἢ γ σωεχὴς, αἰαξηραίνῃ, καθάπερ ὁ ἥλιος ἡ τὰ πνεύματα. [39] ἀφελεῖ μᾶλλον ἱδρῶσι τὰ ὄπισθεν τ ἔμπροσθεν. κρίνει θερμότης ἡ ὑγρότης πλείων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι ἀφέ τε τ πάλιν ἡ τ βίψιν ἧττον κωλύε) ἡ ἀφέπασις ἐκ τ ἄνω μᾶλλον. ὅτι γ ὑ πόνος ἐνταῦθα ἡ ἱδρώς· ἅμα γ ἡ ἀφέπασις ὑ πνεύματος ἔξωθῇ μᾶλλον. ὥστ' ὅταν αἰσθῇ, πλέον ἡ ἀθροώτερος ἐκρέει. [40] ὃ γ πρόσωπον μάλιστα ἱδρῶσιν, ἀσαρκότερον ὂν ἡ ἧττον ποιῶν. ὅτι ἡ κεφαλὴ ὑγρὰ ἡ μανή. ὑγρότητος γ ἡ μανότητος δηλά τε πολλὰ σημεῖα ἡ ὁ ἐγκέφαλος ἡ ῥιχῶν ἔκφυσις. ὁ μὲν, ὃ ὑγρὸν αἰ γ, ὃ μανὸν ἀποδηλοῦσαν· δεῖ ἡ πρῶτον ἡ μάλιστ' ἱδρῶσι ὃ μέτωπον. τοῦτο γὰρ ὑπὸ τὸν ἐγκέφαλον· ἔτι δ' ἡ τ πνεύματος καθέξις ἀφετείνεται πως εἰς τ κεφαλήν. [41] ὅτι γ τὰς χεῖρας βίγονται μάλιστ' ἱδρῶσιν, διὰ πάντα ὁμοιοσχημονοῦσιν, κ τ συμβεβηκός πως τ αἰτίαν λεκτέον. ἰσχύουσι γὰρ μᾶλιστα τ τόπῳ· ὃ γὰρ πνεῦμα τοῦτο καλέχουσι τ ἐνταῦτα ἰσχύοντες. πονοῦντες γ μᾶλλον ἱδρῶσιν. τοῦτο γὰρ μᾶλιστα ὃ πνεῦμα κατέχουσιν. εἶτα ἡ χρεὼ βιαιομένη συμπονεῖν μᾶλλον ἢ ὅταν ἄλλό τι μέρος βιαιώμεθα. τ γὰρ καθέξει τ πνεύματος ἡ γυμναζόμεθα, ἡ βίαιοντες μᾶλλον ἱδρούμεθα. [42] ἡ ὅταν τὰς πόδας ἡ τὰς κνήμας ἐν τ ὕδατι ἔχωσιν, [ἧττον ἱδρῶσιν] ἢ ὅταν ὃ ἄλλο σῶμα· ἀφέτε τὰ προφρηνῆ. κωλύει γὰρ ὃ ὕδωρ ὃν ἱδρῶτα. ἡ ὅτι ἀφεθερμαινομένων τούτων, ἡ ὃ ἄνω σωθερμαίνε). οἱ δ' ἱδρῶτες, ὅτι θερμὸν ἡ ὑγρόν. [43] ἄτοπον δ' ὅτι οἱ ἀγωνιῶντες, τὰς πόδας ἱδρῶσι. ὃ γ πρόσωπον, ἥκιστα μᾶλλον εὔλογον ὃ μάλιστ' ἱδρωτικὸν ἢ ὃ ἧκιστα. ὃ δ' αἴτιον. ὅτι ἡ ἀγωνία ἐστὶν ὑ μεταστασις θερμότητος, ὥσπερ ἐν τοῖς φόβοις· διὰ μᾶλλον αὔξησις, καθάπερ ἐν τ θυμῷ. ἡ γὰρ ὀργὴ, ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν θερμοῦ ἡ ἀγωνιῶντες δ' ὑ διὰ φόβον ὅτο πάσχουσιν, διὰ διὰ ὃ μᾶλλον ἀθερμαίνεσθαι. ξηραίνει γὰρ ἡ θερμότης ἐπιπολάζουσα, [ὃ ἐν ᾧ πρόσωπον ὑγρόν·] ὃ γ ἐν

adcreuerint carnib., quãdo à calore excernitur. [38] porrò qui exercentur, ii si intermittant exercitium, sudant magis quàm si cõtinue exercentur. cõgeritur enim, & conquiescit humiditas, quam mox cursus, & lucta educunt è corpore. cõtrà cõtinua exercitatio arefacit, quẽadmodum & sol, & venti. [39] propterea tergo sudant magis quàm pectore, quãquã plus caloris & humoris in pectore sit, quod in posteriore parte corporis minus impeditur sudor à lucta & compressione corporis. quod autem in his partibus labor non est, sudor erũpit. accedit quod spiritus intensio magis expellit, vt quando remissa sit, & plus excernat exinde, & magis confertim. [40] sudat ex corporis partib. maxime facies, licet & min⁹ carnosa sit; & minus laboret, quod & caput rarũ, ac humidum est. raritatis autem humiditatisq; cum alia sunt indicia, tum cerebrum & pilorum ortus. illud quidem humiditatis, hi raritatis. quamobrẽ & primũ & maxime sudatur fronte, quod hæc secũdum cerebrũ sit. adhæc spiritus contẽtio in caput magis extenditur. [41] Verũ quod qui manus fricãt maxime sudent, cũ tamẽ aliæ partes in situ suo maneant, causa ex accidẽti sumẽda est. robur. n. huic loco maximum est. hoc. n. spiritum cõtinet, quippe quo vt propiori robustiores sunt. Sudãt aũt magis laborãtes, quod hac parte p̃sertim spiritũ cõtinent; deinde dũ manus in labore sũt, totũ corpus vnà fatigatur magis, quã in vllo alio mẽbro. spirit⁹ n. cõtẽtione exercemur, & agitati resudam⁹. [42] sanè dũ in aqua pedes, ac tibias continẽt, minus sudant, quàm si reliquũ corpus, id, q̃ ex iis, quæ superius dicta sunt, cõstare poterit. impedit. n. sudorẽ aqua. Nã & pedes calefacti reliquũ etiã corp⁹ concalefaciunt. Sudor aũt est, vbi humidum, & calidum est. [43] illud videbitur p̃absurdum, quod qui anguntur, & trepidãt, pedib. sudant nõ facie, cũ tamẽ magis videatur consentaneũ sudare facie, quæ omniũ partiũ, maxime ad sudandũ procliuis est. causa autem est, quod angor non est caloris decessio, vt in timore, sed potius incremẽtũ. vt in ira. est. n. ira caloris feruor, qui ad cor est. & qui anguntur non timore id patiuntur, sed caloris excessu. arefacit enim calor extimus, qui est in summa facie. contrà

liquefacit, qui est in pedibus, quod minus eius sit, quam vt arefaciat, plus autem quam innatus. 44 porrò sudantes nonnullos si aut vento, aut aqua refrigerentur, euenit vt infestet nausea. id quod accidit ratione. Nã & humor frigefactus, qui prius nõ quiescebat. cõfertim sistitur, & spiritus transiens in locũ offendit respirationis, & ciet nauseã. 45 cursus, & sudationes & vnctiones ex oleo, si induto fiant corpore, male coloratos reddunt homines: nã coloris probitas à bona trãspiratione fit, malus color à præfocatione. concalefactus enim atque perfrigeratus humor extimus malè coloratũ reddit corpus. id quod tum in cursu accidit, tũ in vnctione. cõtrà cursus, qui nudo fiunt corpore benè coloratum faciunt hominẽ. refrigerat enim atque perspirat aer excrementa, quæ summo corpore consistunt. 46 Cæterũ in sommo magis sudamus, quã vigilantes, quod caloris in intimis partibus cohibitio humidissima, & calidissima reddat omnia, ex vtroque autem sudor fit, vt sæpe diximus.

τοῖς ποσὶ σωτικὴ, ἀφ' ὃ ἐλάττων μᾶλλον ἐστὶν ὥστε ξηραίνειν, πλείων ἢ τὸ συμφύτου ἐν τῷ ποδὶ παρχώσης. 44 ἐνίοις δὲ ἱδρῶσιν αἰ ψυχθῶσιν ἢ πνεύματι, ἢ ὕδατι, συμβαίνει ναυτίαν· οὐκ ἀλόγως, καὶ ὅτι ὃ ὑγρὸν ψυχθὲν ἀθρόον ἔστη, τοῦτο γὰρ οὐκ ἐκρεῖ, καὶ ὅτι ὃ πνεῦμα ὃ διϊὸν ἐν μέσῳ γινόμενον προσπίπτει τῷ ἀναπνευστικῷ τόπῳ, ποιεῖ τὴν ναυτίαν. 45 οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ δρόμοι, καὶ ἱδρῶτες, καὶ ἐλαίου ἀλείψεις, εἰς ἱμάτιον, εὐχρόους ποιοῦσι. δῆλον· ἡ εὔχροια γίνεται δὲ εὐπνοίαν· ἡ δὲ ἄχροια, διὰ τὴν κατάπνιξιν· συνθερμαινόμενον γὰρ ἐν μὴ διαψυχόμενον ὃ ἐπιπολῆς ὑγρὸν, ἄχροιαν ποιεῖ. τοῦτο δὲ συμβαίνει καὶ ἐν τῷ δρόμῳ καὶ ἐν τῇ ἐπαλήψεως. οἱ δὲ γυμνοὶ δρόμοι, ἀφ' ἑναντίου. εὐχροοῖ γὰρ καὶ καθαίρει ὁ ἀὴρ τὰς σωματώδεις ἐκκρίσεις, καὶ ἀφανεῖς. 46 ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις οἱ ἱδρῶτες μᾶλλον ἢ ἐγρηγορόσιν. ὅτι [ἐν] ὑγρότατα καὶ θερμότατα πάντα ἀφ' ἑαυτῶν ἀπολιπείσασιν. ἐξ ἀμφοῖν δὲ τούτοιν [ὁ] ἱδρὼς, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις.

DANIEL FVRLANVS
PAVLO AICARDO S.

DEcimus quintus annus agitur Paule Aicarde, cum Patauii studiorũ causa commorabamur, vbi adeo tui sum amore inflammatus, vt ex omni studiosa iuuentute in te vnum oculos figerem, te vnum obseruarem atque suspicerem, admirabar in te maximam ingenuitatem, singularem modestiam, probitatem, humanitatem, sed præcipue πολυμάθειαν, φιλοσοφίαν, & ardens discendi desiderium. cũ vero te cæpi familiariter vti, nihil mihi aut cõtigisse felicius, aut iucundius exoptari tua potuit amicitia. in te vno videbar priscæ probitatis exemplar agnoscere, & Virtutum omniũ αὐτοκαλόθειαν: doctrinam vero supra ætatem: in omni scriptorum genere excutiendo accuratum iudicium: ingenium natum ad omnia: multa enim in Poesi, multa in historia, multa etiam in bene ornateque dicendi studio obseruaras. In philosophia vero ea fuit tuorum studiorum ratio, vt imitari te vix possit aliquis, superare nemo meo iudicio. attulisti enim ad illa studia optimã τῶν ὁκτυκλίων cognitionem, & medicinam ita cum philosophia coniunxeras, vt te numeris omnibus absolutum medicum, atque philosophum futurum omnes facile speraremus. Hinc illa mihi in te beneuolentia maiora indies incrementa sumpsit, quæ tantum abest, vt post meum in Cretam reditum frigescere aut paulum desinere viderentur, vt eo maiores in me beneuolentiæ stimulos sentiam, quo longius absum à te, quo tempora procedunt vlterius. nec defuit tibi eadem, quam in me semper habuisti, voluntas optima. non enim modo familiariter ad me scribebas, verum etiam per litteras communicabas, qua ad doctrinarũ studia pertinebant. quare cum longe abessem ab Italia, procul ab litteratorum gratissima consuetudine, tamen tua littera adeo & Italiæ & litera-

Digitized by Google

ratorum desiderium leniebant, vt sine iis acerbissimam mihi vitam esse cognoscerem. ego enim etsi assiduis faciendæ medicinæ in hac insula tenear occupationibus, semper tamen ad illa studia rapior, quæ vt nosti fuerunt ab ineunte ætate mihi gratissima. quamobrem cum illas horas, quas alii malè collocant, à quotidianis laboribus surriperem, nihil antiquius habui, quam eos philosophiæ, medicinæque locos tractare, quos alii nescio qua de causa videntur aliquo modo neglexisse. ita post absolutos commentarios, quorum primus adolescenti mihi excidit in libros de partibus Animalium, Theophrasti opuscula cœpi diligenter relegere, & librum illum de spiritu, quem multi tribuunt Aristoteli. mira vero ardebam cupiditate libros hos studiosis omnibus communicandi, quod scirem à multis non legi, aut quod nondum aliqui ex iis in latinum conuersi sint, aut quod ferantur deprauatissimi. quare cum in omnes illos libellos à me conuersos commentarios emendationesque instituerim, tandem periculum temeritatis meæ facere cum velim, tibi dedico scholia in libellū de sudoribus qui in finibus est naturalis scientiæ, & medicinæ, quæ velim, accipias, tanquam amicitiæ nostræ perpetuum monimentum. in eundem aliquot locis emendatum extant Benedicti Grangerii Galli scholia, & translatio, quæ vt non damno, aut improbo, ita non habeo cur me laboris mei vnquam pæniteat. vtinam in eiusmodi libris illustrādis eruditissimi aliqui viri studium omne suum ponerent. quod enim ad me attinet, vt multis me, & ingenio, & doctrina inferiorem esse fateor, ita qui magis cupiant litterarum studia promoueri, à paucis superari arbitror. Vale.

IN LIBRVM DE SVDORIBVS COMMENTARII ET EMENDATIONES.

LIBELLVS hic Theophrasti, qui de sudoribus inscribitur, ex eorum est librorum numero, quos προβληματικὰς appellauimus superius. pertinet autem ad eam philosophiæ naturalis partem, quæ in particularibus naturæ rerum effectibus est occupata, quæque proximè ad medicinam attingit. habet enim problematum explicationem, quæ non minus physico, quàm medico necessaria sunt. Nam etsi sudorem medicina pertractet pluribus modis, vnico autem sibi fine proposito, tamen in eo quod eius ortum differentiasque cognoscit, non videtur alioquin à physica differre, nisi quòd sola cognitione contenta est physice; medicina vlterius progressa ad sanitatem humani corporis, quæ totius & actionis, & cognitionis finis est, omnem cognitionem & contemplationem accommodat. huiusce pene materiæ, ac vt ita dicam, naturæ alii etiam libri ab hoc philosopho sunt editi. Nam præter illos, qui extant de lassitudine ac vertigine, nonnulli alii à priscis auctoribus adducuntur, qui ad nos temporis iniuria non peruenerunt, vt qui de Animi defectione inscribebatur, vt libri de carnibus, & humoribus, de pestilentia, de melancholia, de suffocatione, siue περὶ ἀνιγμοῦ. atque in hoc libello cum de sudore agat, de ortu quidem eius nihil videtur voluisse dicere, etsi ex eius verbis facile elicitur, quid sentiat: differentias tamen multas, earūq; præcipuas explicat, allatis vniuscuiusque causis, quæstioneſq; soluit, quæ penè oēs & in Aristot. problematis declarantur, porro sumuntur sudorū differētiæ à substātia, qualitate, & quantitate præcipuè substantia in crassitie, tenuitateq; fluxibilitate, ac tenacitate maximè cernitur. Qualitas in sapore, odore, colore, frigore, calore. Quantitas in multitudine, paucitateq; has omnes declarat, sed quæ p̄cipuè ad saporē & odorē pertinent. & quoniam de hominum sudore agitur, homines autem natura seu temperamento, sexu, ætate, artibus etiam, & ὁρμῇ animi, præterea actionum, exercitationumque genere inter se differunt, deinde. illorum membra diuersa sunt natura, compositione, formatione. postremo iidem & singuli, à se ipsis differunt, aut diuersis animorum affectibus perturbati, aut aliis variisque modis affecti: ideo quæstiones oēs ad hæc omnia accōmodat, quibus aut homo differt ab homine, aut quibus singuli, aut secundum totum, aut secundum partes à se ipsis diuersi sunt. Hac methodo & differentias sudorum explicat, & quæstiones omnes diluit. Nunc difficiliores solas annotabimus.

ὁ ἱδρὼς πότερον ὑγρότητος λύθεις ἐκκρινομένης γίνεται, ἢ πνεύματος ὡς τούτου διϊέντος ἀραιώσαντος σαρκός. εἶτ' ἔξω πήγνυται καὶ σωΐζεται καταψυχόμενος, ἕτερος ἐστὶν ὁ ἄλλοις λόγος.

De ſudore erit nobis alio loco diſputatio, an ſtatim cum humore excreto fiat an cùm halitu, qui cum carnem pertranſit extrà conſiſtit, ac cogitur.

Non ita cenſendum eſt Auctorem loqui, quòd velit cum humore ſudorem excerni, quaſi alius humor ſit, ſudor alius. Sed quæſtio eſt, an ſudor ex humore fiat, an ex ſpiritu, qui per meatus corporis exhalat, μαθ' ὑγρότητος autem ait, hoc eſt cum humiditate, quòd ſimul ac humiditas excernitur ſudor & eſt, & dicitur. forte etiam legendum ἐξ ὑγρότητος. quod vt magis proprium eſt, ita rationi magis conſentaneum ab Auctore ſcriptum eſſe.

ὡς τούτου διέξιτος διὰ τῆς σαρκὸς. qui cum carnem pertranſit.

Eadem ſententia eſt Auctoris libri de flatibus, ſiue is fuerit Hippocrates ſiue Polybius. ſunt « hæc eius verba, ad quæ videtur Theophraſtus reſpicere. τὸ δὲ πνεύματος θερμαίνοντος διὰ τοὺς πόρους τῶν « σωμάτων οἱ ἱδρῶτες γίνονται. τὸ δὲ πνεῦμα συνισάμενον εἰς ὕδωρ ἔρχεται. ὅταν δὲ διὰ πόρων διεξελθὸν ἔξω πεσὸν τοῦ « αὐτοῦ τρόπου ὑπὸ τοῦ ἐγκαταλειφθέντος ὑδατος ὑπὸ τῶν ἐπιόντων ἀτμὸς ἐκπνεύσῃ: hoc eſt, ſpiritus autem cum ad meatus corporis « irruerit ſudores fiunt. Siquidè ſpiritus cõpactus in aquã tranſmutatur, & per meatus penetrãs extrà « prorumpit, eodem planè modo, quò à feruentibus aquis vapor eleuatus. non abſimilis ſententia eſt & in primo libro de morbis, quo loco de febrium ortu diſputatio eſt. atque hæc veterum phyſicorum & medicorum fuit opinio de ſudoris generatione. quos & Ariſtoteles videtur aliquando probaſſe in problematis, vbi cum probabiliter differat nonnunquam aliena dogmata ſequitur. germana tamen eius ſententia eſt, quam & Theophraſtus eſt amplexatus, ſudorem excrementum eſſe ſanguinis, quippe qui cum veluti alimenti vehiculum ad venas è iecore trãſierit, ad nutritionẽ autẽ ineptus ſit, iamque ſuo perfunctus munere, per corporis meatus educitur, non aliter atque vrina, quæ è renibro per vreteras ad veſicam ſubſidit. Ariſtotelem autem ſequuta eſt elegantium medicorum ſchola, & Galenus præſertim, qui tum pluribus locis ſudoris generationem explicat, tum præſertim libro primo de valetudine, & libro decimo ſimplicium medicamentorum. iecit huiuſce dogmatis fundamenta magnus Hippocrates, qui libello de Alimento aquam τροφῆς ἴχμα appellauit. quæ in ſanguine ſeri locum habet, à renibuſque ſecreta, & ad veſicam ſubſidens vrina eſt, ad cutis meatus traducta ſudor. eadem enim vtriuſque materia, & natura: quare & eadem penè accidentia. ſed quoniam in libro tertio cap. 5. de partibus Animalium ſudorem vocauit τῆς ὑγρᾶς ἰκμαδὸς περίττωμα, & Theodorus Gaza τὴν ὑγρὰν ἰκμάδα vaporem humidum interpretatur. Decepti ſunt nonnulli viri doctiſſimi, tribueruntque Ariſtoteli veterẽ illam ſententiam, hoc eſt ſudorem à vaporibus corporis exiſtere. Verũ ὑγρὰ ἰκμὰς eo loco liquidũ humorẽ ſignificat, hoc eſt ſanguinẽ, qui nutritioni atque τῇ θερμοφύσει aptus & accommodus eſt. Cuius excremẽtum ſine dubio ſudor eſt, qui & propterea ſalſus eſt, quod ſyncerum leueque. quod eſt in ſanguine in membrorum abit nutrimentum, terreum autem ſero permiſtum aut per cutis meatus exit, & vocatur ſudor, aut à renibus ſecretum ad veſicã labitur, & vrina dicitur. quod itaque & in problematis, & in ſecundo Meteoron dicebat τὸ γλυκύτατον καὶ τὸ κουφότατον, hoc eſt, dulciſſimum atque leuiſſimum in Alimento, illud idem in tertio de partibus Animaliũ liquidum humorẽ. præterea quod vocabat τῆς ὑγρᾶς τροφῆς περίττωμα, illud idem liquidi humoris excrementum. vocat autem alimentum ἰκμάδα, & quod reuera ἰκμὰς eſt, & quod ῥοφητιδῶς, hoc eſt rotis inſtar, vt Galenus loquitur, nutriendis partibus apponitur.

ἁλμυρὸς μὲν οὖν γίνεται, διότι τὸ ἀλλότριον ἐκκρίνεται τῇ θερμοφύσει τοῦ σαρκὸς, ἀσύμφορον τοῦ γλυκυτάτου καὶ κουφοτάτου.

Et ſalſus quidem eſt, quod ſecernit natura, id quod carnis adcretioni incommodum eſt, cum quod dulciſſimum, ac leuiſſimum in alimento eſt, confectum atque digeſtum ſit.

Adgreditur ad explicandas ſudoris differentias. harum autem præcipua à ſapore eſt. eſt autem ſudoris ſapor naturalis ſalſus huius cauſam eſſe ait, quod cum à venis, in quibus & ſanguis eſt, & ſeroſus humor, optima alimenti portio ſit in corpus diſtributa, ea pars, quæ ineptior eſt ad nutriendũ remanet. hæc aũt partim vrina eſt, partim ſudor. atque ſudor ideo ſalſus eſt, quòd incoctus eſt humor, & ineptus ad nutriendum. eadem eſt ſententia in ſecunda problematum ſectione problem. 3. iiſdem pene verbis prolata, & in ſecundo libro Meteoron. Non alia enim de cauſa tàm vrinam quàm ſudorem ſalſum eſſe, quàm quòd excrementa ſunt concocti alimenti. quod enim concoquitur dulce eſſe. quòd verò coqui nequit, ſalſum, ac amarũ. porrò ſalſum omnẽ ſaporẽ ex admiſtione fieri. in animatiſque corporibus ex incocti alimenti permiſtione & vrinam ſalſam eſſe & ſudorem. Sciendum autem vtrumque philoſophum ἄπεπτον vocare non modo quod coctum non eſt, coqui tamen poteſt, ſed & illud præcipuè, quod nulla ratione à calore natiuo poteſt concoqui. illud enim propriè ὠμὸν, hoc eſt crudum dicitur, hoc incoctum negata ſcilicet omni poteſtate coctionis & aptitudine. atque hac ratione ſalſum id quod eſt in ſudore, & vrina incoctum vocat hic, Ariſtoteles non ſemel ἀπεπτότατον, hoc eſt, vt ita dicam, incoctiſſimum, quòd ſcilicet mutari non poſſit, atque in alimentum conuerti corporis, atque hæc cum ita ſint, mirari nemo debet, cur amara & ſalſa incocta dicuntur à philoſophis. Non enim dicuntur ideo, quod ὠμὰ, id eſt cruda ſunt. ſic enim

Digitized by Google

enim aliquãdo coqui posſẽt,& corpus alere,ſed quòd õino ad coctionẽ inepta ſunt.atq; illa quidẽ nullius ſaporis eſſe poſſunt & ἄπεπτα vt vocant,qualis pituita naturalis eſt, & crudus vocatus humor à medicis:hæc non modo nihil obſtat ſapore eſſe contrario illi,qui coctione adquiritur (hic autem aut dulcis eſt,aut dulci proximus)ſed pene etiam neceſſe eſt : atque ita philoſophi accipiunt τὸ ἄπεπτον. Hippocrates & Galenus non aliter Nam excrementa,quæ nulli vſui ſunt, quæque ideo educuntur à corpore,ſine dubio nullam coctionem aſſequi dicunt,vt nutrire poſſint.cruda tamẽ, hoc eſt ὠμὰ & ἄπεπτα,non modo illa intelligunt,quæ à calore natiuo poſſunt in ſubſtantiam alendi corporis tranſmutari,etiamſi cruda ſunt,qualem diximus pituitam,crudumque ſuccum, verum etiam alios ſuccos,& excrementa,quæ à naturali ſtatu receſſerint,coqui tamen aliquo modo poſſunt, nõ quidem vt nutriant,ſed vt inſtatum ſuum reſtituantur,talis eſt putris cõcoctio,talis & putreſcentiũ [illegible]orum, etſi propter materiæ ineptudinem nequeunt corpus nutrire. declarat id Galenus in [illegible]eratem libro ſecundo tex. 45. de ratione victus in acutis morbis,& in ſecundo commentario [illegible]ibri epidemion.his autem Ariſtoteles conſentit libro quarto Meteorolog.eorum enim,quæ coquuntur finem eſſe, aut naturam, aut formam quandam. quam cum aſſequuntur dicuntur cocta.Sic autem & abſceſſus coqui,& pus,& lachrymas.hic vides duplicem coctionem.ſi primam inſpicimus excrementa reuera ἄπεπτα. ſi ſecundam, quæ reductio eſt in naturalem ſtatum,quando natiuus calor ſubiectam materiam in officio continet,quemadmodum poſſunt excrementa vocari cruda,ita etiam dici poſſunt concoqui.διὸ,ait Ariſtoteles,& ὑγιείας σημεῖα τὰ τοιαῦτα, καὶ οὖρα, & ὑποχωρήσεις καὶ ὅλως τὰ ἀφεστῶτα, καὶ λέγεται πεπέφθαι. hoc eſt,quãobrem & ſanitatis ſigna talia ſunt,& vrinæ,& deiectiones & omnino excrementa & concocta eſſe dicuntur. dixit autem primũ diuinus Hippocrates concoctiones iudicii celeritatem,& ſalutis ſecuritatem polliceri. vt autem redeamus ad rem noſtram, ἄπεπτον hoc loco primo modo τῆς ἀπεψίας, hoc eſt, cruditatis ſiue incoctionis licet intelligere. Nam altero modo neque ab vrina,neque à quouis excremento negatur coctio.

ὁ δὲ καὶ ὁ μὲν, ἀεί· ὁ δ', οὐκ ἀεί. συνεχὴς δὲ ἦττον [ἢ] ἡ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις.

Quamobrem & illa nunquàm non eſt continua, hic verò non ſemper continuus eſt, ac minus ſane quàm corporis halitus.

Sic emendandum locum arbitror,etſi ſciam eſſe,qui legant συνεχὴς μὲν οὖν ἦττον ἢ ὁ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις. Sententia autem eſt,ſudorem non adeò continuum eſſe, quemadmodum vrina eſt, quòd hæc ſemper naturæ ipſius opera ſecernitur, in veſicamque ſubſidet;ille verò motu violentiaque quadam opus habet. Vrinam autem etſi continuè fere ſecernatur,non tamen ita continuè, quemadmodum tenuia illa recrementa,quæ per inſenſibilem tranſpirationem à corpore exeunt.hæc enim nunquam non exire, vrinam autem non item.vocat autem πνεῦμα,id eſt ſpiritum,vaporem,halitumque corporis,hoc eſt tenue illud, & fuliginoſum recrementum, quod per meatus corporis, tranſpiratur,quemadmodum & Plato vocat in Timæo ſpiritum,tam qui expiratione exit à corpore,quàm qui tranſpiratione.

ὁ δ' ἐπιπολῆς, ὑδατῶδες, ὥσπερ ὁ φλέγμα καὶ δάκρυον.

Quod autem leuiter coctum aquæ inſtar, vt pituita, & lachryma.

Quod bene coctum eſt,illud dulce eſſe ait, quòd verò inchoatã habet coctionẽ aqueum eſſe, nondum ſcilicet aſſequutum vlteriori opera perfectionem.talemque eſſe pituitam,talem & lachrymam.τὸ ἐπιπολῆς.itaque non debemus accipere pro ſudore, qui in ſuperficie corporis ſit hoc enim ridiculum eſt,ſed pro illo,quod leuiter coctum eſt,& vt aiunt,in ſuperficie. eſt autem vſitata vox græcis ſcriptoribus in hoc ſignificato.Hippocrates libro de Alimento ἀκροσαπὴς vocat,quod leuiter putrefactum eſt alimentum.Galenus in Gloſſis ἀκροσαπὴς τὸ ἐπιπολῆς μεταθετικῶς. eſt autem ἐπιπολῆς idem atque ἐπιθερμαχὶ,quod & in aliquibus codicibus Galeni legitur.quòd verò de pituita ait Theophraſtus,ex iis,quæ ſuperius diximus,planum eſt. Lachryma autem ipſa pituitæ liquidioris genus eſt,quod nõ ignorauit Plato in Timæo.etſi ſerum,lachrymam, & ſudorẽ à pituita oriri tradat.Sed dubitarit aliquis,quod & lachryma ſerum eſt,& eiuſdem penè materiæ atque ſudor, præterea excrementum,atque ideo ad nutritionẽ corporis ineptum.qui igitur cocta erit illa ſed leuiter,ſi natura excrementi eſt incoctum eſſe,quatenus ad nutritionem referatur? Reſpondendum.lachrymam quemadmodum & pituitam excrementum eſſe cerebri,illamque eſſe ſeroſam,& aqueam. verum quoniam terreum illud à natura omnino alienum nutrimenti non habet, quemadmodum ſudor & vrina,contrà verò dulce aliquid in ſe continet, etſi excrementum ſit, dicitur tamen leuiter coctum,aut quod habet dulce illud,& alimentare, aut quòd à pituita deſtillat, quæ ſua natura non incocta eſt,-ſed poteſt ad nutritionem apta eſſe à natiuo calore euicta,& concocta. Cum enim manet à cerebro lachryma, quod humidum naturâ eſt, ideo aquea eſt, nulliuſque ſaporis, quòd ſapor à ſicci commiſtione ſit (quare & ſudores capitis non adeò ſalſi ſunt, quò magis autem

Digitized by Google

distant à capite, salsiores subinde exeunt) cur autem etsi aquea sit & nullo sapore prædita, leuiter tamen dicatur cocta, causa non alia est, quàm quæ dicta est. Nam contrà, si à calefacto capite calidisque vaporibus aut humoribus oppleto exeat, acris est, & salsa. imò in epiphoris inflammationibusque oculorum nonnunquam adeò mordax, vt cutim exulceret. huiusmodi autem lachryma sine dubio habet illud excrementum, quod incoctum & alienum à natura diximus. quę eadem quēadmodum & alia excrementa altero significato coctionis potest & cruda & cocta dici, qualis in opthalmiis à medicis cognoscitur. at quæ naturalis est & in bene temperato capite, aliquo modo dicitur cocta nō eo modo quo dicūtur excremēta cocta, sed quo negatur ab illis coctio, quæ scilicet ad alendum corpus inseruit.

ἀκόλουθον δέ πως τούτων αἰτίας ἐστὶ, καὶ ἡ αὐτὴ σχεδὸν τῆς αὐστηρᾶς. καὶ ὅτι μὲν, κακώδης· ὁ δὲ, εὔοσμος.

Ab hac pendet causa (eadem enim penè est) quod alius fœtidus, alius odore penè nullo.

Post explicatam differentiam, quæ sumitur à sapore, ad alias transit, quæ capiuntur ab odore. atque priores quidem differentiæ in genere proponuntur τῆς κακωδίας & τῆς εὐοσμίας, hoc est probi, & mali odoris, aciditas autem in specie. est enim aciditas fœtoris species. acidos autem odores vocat, etsi hæc qualitas saporum est, quod vt Aristoteles tradidit, quem sequitur & Theophrastus, odorum nomina statuta non sunt, sed à saporibus desumuntur. talis est odor acescentis lactis, & cortupræ ptisanæ; talis & æstiuorum fructuum marcescentium. Sunt tamen qui ὀξὺ sudorem hoc in loco, non acidum, sed acutum interpretantur, proindeque Auicennam reprehendunt, qui libro quarto sudores odoris acidi videtur agnoscere. verum illi animaduertere debebāt acrem siue acutū saporem & odorem non ὀξὺ, sed πρυῶδη appellari. ὀξὺ autem ἀπὸ τῆς ὄξους, hoc est ab aceto acidum. præterquam quòd manifestò sudantibus ægrotis, aut etiam à morbo conualescētibus aciditas quędam odoris, qualis in oxygalacte, aut in vinaceis acescentibus persentitur. Sed & confirmat id Galenus in 2. comment. in librum de humoribus Hippocratis. ait enim. vt enim dicamus aliquid odorem acidum, aut acrem habere, certè vel austerum, vel acerbum, vel salsum, vel amarum, vt in humoribus vsu venit, non dicimus. Non ignoro Plinium libro decimo quinto cap. 28. videri diuersum fecisse acutū odorem, ac saporē ab acri. non ideò tamen assentior τὸν ὀξὺ succū, aut odorem alium esse ab acido, etsi in alijs rebus ὀξὺ acutum intelligatur putoque acutū odorem non aliū ab acri esse, sed mitiorem cum aliqua iucunditate. Plinius eodem libro. Malis acutus, persicis dilutus, dulcibus nullus. deinde paulò pòst. quamobrem citriis odor acerrimus, sapor asperrimus potuitq; non tanquam diuersos specie posuisse odores hos, sed, vt loquuntur, secundum magis ac minus.

τὰ μὲν οὖν ταῦτα, ὡς γένος λεχθῆ, ἀπεψία· τῆς δὲ ἀπεψίας, ὁ τὲ μὲν ἀκαθαρσία τῆς κοιλίας· ὁτὲ δ' ὅλως κακοξυία τῆς αἵματος. πολλάκις δ' καὶ βρωμάτων ἴδιαι φοραί.

Quæ vt in genere dicam, cruditas sunt. cruditatis verò nōnunquā ventris impuritas causa est, nōnunquā malus omninò habitus. nonnunquā & nōnulla cibaria.

Vulgata scriptura mendosa est, legendum autem, vt correximus. porrò πρὸ κακοδίου, id est, tetrum odorem, Theophrastus à cruditate (sic enim appellabimus πρὸ ἀπεψίας, quando non licet quēadmodū incoctū dicimus, ita dicere incoctionem) tradit proficisci: cum enim bonus odor à coctione fiat, malus à contrario coctioni fiat, necesse est. est autem coctioni cruditas contraria. Verum nomine τῆς ἀπεψίας & cruditatem licet intelligere, & putredinem ipsam. Coctio enim à natiuo calore vegeto fit, qui humidum excoquit, & cū sicco temperat. Cruditas autē ab imbecillo calore proficiscitur, qui aut per sese imbecillus est, aut ab extraneo calore victus & corruptus. primo modo coctio vera est, secundo corruptio quidem coctioni contraria, quæ putredo dicitur, sed aliquo modo vocatur ἀπεψία. Galenus in libro de differentiis symptomatum optimè distinxit ἀπεψίαν. huius enim primam speciem vocat generis nomine ἀπεψίαν, alteram βραδυπεψίαν facit in cibis. tertiam σύντηψίαν veteres non ita. Nam ἀπεψίαν appellabant & imminutam, & vix inchoatā, præterea etiam vitiatam coctionem, atque corruptam, imò & corruptionem ipsam. His ita positis facile Theophrasti locus intelligitur, qui si cum problem. decimo tertio sectionis quartæ, & problem. quarto sectionis tertiæ decimæ conferatur longè apparebit illustrior. sunt & Theophrasti verba ex libro de odoribus, quæ eiusdem sententiæ sunt. ἡ δὲ καθόλου καὶ ὥσπερ ἐπὶ πᾶσι τοῖς διαφθειρομένοις σαπρότης. ἅπασι γὰρ τὸ σηπόμενον κακῶδες. & paulò pòst. ὡς ἅπασι δῆλον ἡ δ' σαπρότης κακωδία & ἐν φυτοῖς & ἐν ζώοις καὶ ἐν ἀψύχοις. hic habemus fœtorem omnem putredinem sequi, nihilque putrescere, quod etiam putidum non sit. paulò pòst in eodem libro πρὸ σαπρότητα cruditatem quandam esse significat. Nam de rebus odoratis loquens, εὔοσμα μὲν οὖν, inquit ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ πεπεμμένα λέγεται & ἥκιστα χυώδη. τὸ γὰρ τῆς ὀσμῆς ἐν αὐαπνοῇ τὰ δὲ κακώδη ὑγρά. hoc est odorata quidem, vt simpliciter dicam, quæ cocta sunt tenuia, & minimum terrea. odor enim in respiratione. fœtida autem contrario modo se habent. hæc oportuit declarasse pro loci huius intellectione. Cætera breuiter annotabimus. τῆς δ' ἀπεψίας ὅτε μὲν ἀκαθαρσία τῆς κοιλίας ὅτε δ' ὅλως κακοξυία τῆς αἵματος. Cruditatis verò nonnunquam ventris impuritas causa est, nonnunquam malus omnino habitus.

Causas

Digitized by Google

Causas affert frustratæ coctionis; & in quouis cruditatis genere propositio vera est. sanè quē-admodum efficiens causa concoctionis natiuus est calor vegetus, ita eius frustratæ calor exiguus & imbecillus, aut alter extraneus, & alienus, qui putredinis auctor est. sed de frustrata coctione, quæ à debili calore fit, nō loquimur in præsentia, ab hac .n. nō fit malus odor in sudore. nisi accedat extraneus, qui quæ non potest ille concoquere, corrumpit atque putrefacit, vnde in alimentis corruptis, & in excrementis fætor consequitur. quin & natiuus calor quando acrior est, & igneus, hoc est, quando multū habet alieni illius & adquisititij & cibaria torret in ventriculo, vnde nidorosæ illæ ructationes, & excrementa alui reddit olidiora. atque ita de efficiente causa dicendum erat. Theophrastus cruditatis causas materiales duas signat: hoc est, ventris impuritatem, & cibaria nonnulla. malus enim habitus quem καχξίαν nominat efficientis locum habet, nisi fallor: quamquàm potest materiæ. atque impuros quidem ventres cibaria corrumpere manifestum est. quare sapienter, vt omnia, dixit Hippocrates, impura corpora quo magis nutriuntur lædi & male affici. ab hac autem corruptione, & animæ plerumque fœtor est, & sudorum. καχξίαν vocat, non quam appellant medici, quamque Cornelius Celsus inter tabis genera numerat, sed in vniuersum malum habitum corporis aut à morbis contractum, aut à multis, qui in vita committuntur erroribus, nonnunquam & ab ipso vitæ genere quo viuitur. ad hunc autem dyscrasia ipsius corporis maximè potest. malè enim temperata corpora ad malum hunc habitum sunt procliuia, propter quem fit, vt non modo sudores, vt ait Theophrastus, sed & ipsa penè corpora malè oleant, quòd & halitus & vapores tetri odoris emittant.

* πολλάκις δὲ καὶ βρωμάτων τινὲς παρεφοραί.

Sæpè autem & nonnulla cibaria.

Ait à cibis etiam nonnullis accidere, vt sudores malè oleant. rutam autem ex eorum esse numero traditum est & in problemate decimo tertio secundæ sectionis. vbi quæritur cur ruta, & vnguenta nonnulla olidos odores faciant, causaque illa redditur, quòd quæ odoris grauis sunt, illa cum excrementitijs humoribus corporis commixta fædum odorem faciunt. Galenus in libro de attenuante victu, acria quædam cibaria esse tradit, quæ vrinas & sudores graueolentes faciunt, quod & Aristo. in sectione decima tertia scriptum reliquit. talia sunt cœpæ, allia, porri. fœnugræcum tradit Auicennas libro quarto fœtidam vrinam facere, è stercoribus autem malum odorem auferre. id quod tradidit Dioscorides. Plinius certè libro vigesimo quarto ad extremum, decoctum fœnugræci alarum graueolentiam emendare memoriæ prodidit. idem Auicennas libro secundo capite nono laserpitium deuoratum male olentia scribit stercora reddere.

§ τὴν δ' αἰτίαν τοῖς πρότερον ἀποδοτέον, καὶ τὴ αὐτῆ ὅλη τῆ σώματος κράσει.

Causa verò ad ea, quæ superius diximus, referenda est. non minimum autem & ad corporis temperamentum.

Præter causas allatas superius temperamentum corporis non minimum ait posse philosopus· hoc autem cum verum sit in singulis hominibus, verum etiam est in singulis animalium speciebus· vnde enim in eius animalis sudore, à quo zibethum colligitur, tam iucundus odor? vnde in Galezæ vomica? pantheram præter cætera animalia benè olere memoriæ tradidit Aristoteles libro nono de Historia, & Theophrastus libro 6. de plantarum causis. vulpes etiam sebellinas & genus quoddam cercopithecorum optimum odorem emittere, apud recentiores vulgatum est. contrà sunt animalia, quæ malè olent. talia sunt insecta pleraque. inter quadrupeda autem castor siue fiber, hircus, & alia. atque ita se habent animalium species. inter homines autem ipsos diuersos esse singulorum halitus perspicuum est. aliis iucundum, aliis iniucundum, & insuauem. de Alexandri magni corpore vulgatum est, quod Plutarchus tradidit. eodem modo sudores aliis iniucundi ingratique odoris, aliis iucundiores sunt. totum hoc temperamentotum diuersitati refertur acceptum. pro varia enim primarum qualitatum commistione succorumque corporis varietate & halitus & sudores diuersi fiunt. πολοὶ γὰρ τῶν γυμναζομένων. confirmat quod dixit de temperamento. nam in his de quibus loquitur, neque succorum impuritas est propter exercitationes, neque malus halitus propter bonam valetudinem. dicit autem. Qui salubriter vidētur degere. quòd nō omninò perfecta sint bona valetudine, quando non sunt optimo temperamento constituti: non enim alioquin fœterent.

ᵇ πλείω ἕξιν ἐχόντων ἤδη,

Habitum exinde iam multum contraxerunt. ita verti, quod non sim nescius eorum corpora, qui nimium Veneri dediti sunt, quique assiduè concūbunt graueolentiam quandam habere. Aristoteles quarta sectione problematum scriptū reliquit: eorū corpora, qui iam concūbere per ætatē possunt, grauius olere quàm puerorum. longè igitur magis eorum, qui assidue concumbunt, & malum exinde contraxerunt habitum. in libro de odoribus. καλεῖται δὲ κακοδιαιτησία περὶ τὰς ὀχείας τῶν ὅλως σωπτικομένων καὶ καμνόντων σωμάτων. plurimi autem & pessimi odores circa concubitus tempora, omnino liquescentibus, & languentibus corporibus. Martialis de meretrice loquens Thaide facetè illam fœtidiorem qualibet re fœtida fuisse memorat, nulloque artificio potuisse facere, ne semper idem virus exhalaret è corpore. sunt eius versus ex libro septimo Epigrammaton.

Digitized by Google

Tam male Thais olet, quàm nec fullonis anari
Testa vetus, media, sed modo fracta via.
Non ab amore recens hircus, non ora leonis,
Non detracta cani transtyberina cutis.
Pullus abortivo nec cum putrescit in ovo
Amphora corrupto nec vitiata garo.
Virus vt hoc alio fallax permutet odore,
Depositâ toties balnea veste petit.
Psilothrio nitet, aut acida iacet oblita cretâ
Aut tegitur pinguiterque quaterque faba.
Cum bene se tutam per frandes mille putavit,
Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

[10] ἢ τῶν θεραπευτῶν.

Quos intelligat hoc loco incertus sum. fortasse θεραπευτὰς intelligit ægrotorum ministros, qui quòd cum ægris assiduè degerent, iisque assisterent, minimeque exercerentur, retentis in corpore vaporosis excrementis, iisque ab ægrorũ halitu infectis malũ quendã habitũ cõtrahebant & corporis cacochymiã, vnde sudorũ fœdus odor. adde vitæ genus sedẽtariæ & ociosæ, in qua huiusmodi sudores præcipuè solẽt esse propter excremẽtorũ copiam, quæ subinde propter ociũ aceruantur. forte & ministri balnearei posśũt intelligi, quorũ corpora malè olere etiãnũ experimur, quod sub tecto de gãt cõtinuè. an legẽdũ potius ἀθεραπεύτων, vt ęgroti intelligãtur, quorũ morbi incurabiles sũt, quales sunt tabidi hectici, & qui elephantiasin patiũtur. hi. n sicut curari nequeunt, ita sudores habent fœtidos tetriq; odoris. ἀλλ' ἡ ζαρώσης τῷ χρώματος. hæc verba delenda omninò esse arbitror. hic. n interpolata turbãt sententiã. sanè quod hoc loco dicitur, est & in problematũ sectione quarta problẽ: decimo tertio in vniuersum propositum. vbi quæritur cur illorum, qui iam vti Venere incipiunt, malè olent corpora. ibi tamen comparatio est adolescentum, & puerorum. hic adolescentum, & eorum qui prouectioris ætatis sunt, & senum.

[11] καίτι πεπθικωτάτη ἡ ἡλικία τῶν ὠβῶν. σημεῖον δ', ὃ τῆς αὐξήσεως.

Quamquam ætas puberum maximam habet concoquendi vim, argumento autem est incrementum.

Τοὺς ὠβῶν. intelligit, quos Hippocrates tertia Aphorismorũ sectione vocat περὶ τὴν ἥβην μεσάζοντας, quosque græci alii vocant ἡβάσκοντας, latini veteres puberes. sunt hi adolescentes, qui post transactum annum decimũm quartum Veneris compotes esse incipiunt, quo tempre & τραγᾶν dicuntur, hoc est, vt ait Censorinus, hirquilire, quod eorũ vox asperior esse incipiat, & hirci similis. quod autẽm ait, eorum ætatem optimè concoquere, signumque esse incrementum, ex Hippocratis schola videtur acceptum, qui corpora, quæ augentur plurimum habere innati calidi docuit in Aphorismis. quamquàm hac voce infantes, ac pueri apud Hippocratem intelliguntur, quorum maius, & manifestius notatur incrementum, quàm illorum, qui prouectioris ætatis sunt. atque hi, qui in puerili ætate sunt, & optimè concoquunt, & sudores habent, aut nihil, aut malè olentes. habent enim multum innatum calidum. contrà iuuenes & adólescentes etsi calidiores videantur, habent tamen calorem igneum, vt Galenus vocat, & à natiui ipsius probitate degenerem: quo fit, vt & corpora illorum olidiora sint, & sudores etiam grauiores, quod scilitet excrementa caloris illius acrioris vi acriora salsioraque fiant, atque etiam graueolentia. accedit Veneris vsus, propter quem & halitus & sudores grauiores habent. Cæterum cur hæc non magis in viris & senibus sint, hoc illud est, quod quærit philosophus. causa autem, quam affert, non adeò eget explicatione. verba verò, quæ mendosa fuerant & ex Aristotelis problemate, & ex coniectura correximus.

[12] ἢ τῶν πρεσβυτέρων, ἥττον.

πρεσβυτέρους hoc loco intelligit tum eos, qui consistenti ætate sunt, tum illos, qui primum senium attingunt. Hippocrates absolutè senes appellat πρεσβύτας, quos aliqui inter νεανίσκους & γέροντας medios constituunt, quos forte & Theopraſtus intelligit hoc in loco.

[13] ἅμα δ' καὶ ἄπνουν ἔχουσι τὸ σῶμα καὶ ἀπεπίπωτον, καὶ ὅθεν ἐκείνων τοιοῦτον ἀφ' οὗ γίγνοιτ' ἂν ὁ κακώδης.

Simul autẽ & facilè corpus trãspirat, & recremẽtis vacuum est: nihil verò secernit, quod olidum sudorem faciat.

Sic restituendum esse locum hunc lacerum & mutilum existimaui. causam propter quam sudores senum fœtidi non sunt, ait esse illorum corporis raritatem, propter quam cùm εὐπνοια in iis sit, faciliſque transpiratio, nulla remanent excrementa à quibus possit fœdus odor proficisci. paulò pòst siccitatem affert pro causa, dum quærit, cur senes parum sudent. quæ eadem cum frigiditate cõiuncta (senectus enim frigida siccaque est) sine dubio & paucorum sudorum causa est, & nihil olentium. à calore enim extraneo, vbi multi scatent humores, facilè putredo fit, vnde malus odor. temperamentum igitur senum causari potius necesse est, quam corporis raritatem & εὐπνοιαν. siquidem etsi cõsumptis carnib. mollioribusq; partib. exsiccatis, raritas in eorũ corporib. fieri videatur, accedente tamen siccitate, corrugatis vndiq; particulis densitas etiã quædam fit, & ῥύπωσις, vt vocat Hippocrates. quo factũ est, vt Aristoteles & Theophr. μανοχρώτας appellent senes, hoc est raros cuti.

Galenus

Digitized by Google

Galenus verò libro de optima secta densitatem senibus naturalem esse dicat, præter naturam autem raritatem. Scilicet ii ob ariditatem corporis raritatem consequi optimè iudicarunt. hic autem exsiccatum corpus corrugatumque tandem durescere ac densari recte censuit.

14 ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ τῆς κεφαλῆς ἄοσμος, ἢ ἥκιστά γε τοῦτ' ἐκ τοῦ σώματος.

Nã propter hãc causam, & capitis sudor aut odoris est expers, aut minus habet, quam qui ex corpore secernitur.

Sic emendare volui. quod non aliter à Theophrasto scriptum fuisse coniiciam. deest autem ἰδρὼς, quæ vox aut subintelligenda est, aut etiam adscribenda. sententia autem plana est, & eadem in sexto problemate sectionis secundæ, vnde & locum restituimus. δυσώδεις δὲ πάντες ἐκ τῶν αὐτῶν ὅσα μὴ εὐπνοια. hinc accepit Galenus sua principia, vbi putredinem declarabat libro nono de ratione medẽdi. διὸ καὶ τὴν μασχαλῶν. sub alis quorundam malus odor est, quem hircum appellant latini, græci τραγὸν & τραγέα, eos quibus aliæ hircum olent Aristophanes τραγομασχάλους appellat, in pace γραοσσαι, μικροὶ τραγομάσχαλοι. Catullus;

Ladit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle sub alarum, trux habitare caper.

In vniuersum autem odor in axillis grauiusculi odoris est omnibus, propter causas, quas affert Aristoteles & Theophrastus.

15 τὸ δὲ καὶ ὁ πήγανον καὶ κακωδίαι, καὶ ὑπὸ μύρων ἐνίων ὅταν ἀναδίδωσι· καὶ γὰρ τοῦτο συμβαίνει. λεκτέον ὑστέρων.

Nam quod ruta, & vnguenta aliqua fœditatem odoris faciant, quando scilicet in corpus immittant (hoc enim accidit) ratio afferenda est.

Τὸ ἀναδιδόναι, hoc est digestionem intelligit rutæ, & vnguentorum, quæ in venas fit à ventriculo & iecore, quo fit vt serum, quod sudoris materia est, facilè inficiatur. Aristo. in problem. 13. sectionis secundæ, commisceri, ait, rutam & vnguenta cũ excremẽtis, qumaobrẽ maleolentia excerni. quod autẽ in sudore fit à ruta & vnguẽtis, illud idem à multis aliis & medicamẽtis & cibis in vrina & aliis fecibus, atque hîc vnguẽta intelligenda sunt, quæ per os cum cibis ingerebantur. no tum enim est ex Aristotele, Theophrasto, Athenæo, Plinio, aliis, veteres in cibis & vino vnguentis vti solitos. non ignoro autem, quod vnguenta faciunt absolutè per os sumpta facere etiam illita, in iis præsertim, qui hircum olent, vt tradit Aristoteles decima tertia sectione, problemate nono.

16 γίγνεται δὲ, καὶ ὁ μὲν θερμὸς ὁ δὲ, ψυχρὸς ἱδρώς· ὁ μὲν, ὥσπερ πεπεμμένος· ὁ δ', ἄπεπτος.

Fit sudor alius frigidus, alius calidus, ille quidem crudus, hic vero tanquam concoctus.

Aliam sudorum differentiam aggreditur, quæ à qualitate sumitur tangibili. porrò in sanis corporibus sudores calidiusculi sunt. in iis, qui ægrotant aut frigidi sunt, aut calidi. in acutis morbis frigidi caloris natiui significant extinctionem, quamobrem & mortis indicia iudicantur Hippocrati in Aphorismis, in prognostico, in epidemiis, in coacis. in longioribus verò morbis humorum crudorum copiam significant, quos tamen calor natiuus læpe concoquit, propterea quòd morbi longitudo permittit, ideò & morborum longitudinem prænunciant. crudi autem & incocti humores merito dicuntur frigidi, quemadmodum contrà concocti calidi. ἢ ἀπεψία. affert hic distinctionem cruditatis, quam & nos superius afferebamus. altera fit ab imbecillo calore, quæ vera est cruditas, altera ab alieno, & extraneo, quæ corruptio est, & putredo, quam & odoris sequitur fœditas.

Διότιμος δ' ἔλεγεν ὁ γυμναστὴς ὅτι τρεῖς εἰσὶ διαφοραὶ τῶν ἱδρώτων εἰσὶν, ἐν τῷ μέσῳ τε, καὶ μεσοῦντων, καὶ λήγόντων.

Aiebat Diotimus gymnastes tres esse sudorum differentias, incipientium scilicet, eorum qui inter sudandum medii sunt, & illorum, qui nouissimè exeunt.

Sumuntur hæ differentiæ ab exercitationibus intensioribus & moderatis. idem igitur corpus pro exercitationis modo sudoribus potest perfluere. primis quidem tantum si mediocriter exercentur, primis & alteris, si paulò intensius, omnibus si nimium. atque exercitationem docet Galenus in secundo libro de valetudine, eousque faciendam esse, quousque & moles corporis attollatur, & color illius floridus appareat. interim autem motus continuè alacriterque obeatur, sudorq; cum calido vapore permistus appareat. Cum enim exercitationis finis sit natiui caloris incremẽtum & membrorum solidorum robur, tantum abest vt à nimia exercitatione finis hic habeatur, vt & calorem innatũ imminui necesse sit, & membra solida imbecilliora subinde fieri. quod autẽ de sudoribus ait. qui exercitationes ordine quodam sequuntur. Galenus etiam docuit in secundo illo de valetudine ad extremum. si in sudore fiat aliqua mutatio, aut in copia, aut in qualitate. Copiosiorem enim illum fieri necesse est & calidiorem, quo minus intensiores fiant, validioresque. quando igitur aut minor aut frigidior fiat, & exhauritur corpus, & frigescit, succumque plus æquo fit.

Digitized by Google

18 ἐπεὶ καὶ λεπτότης τίς καὶ παχύτης ἔστιν ἐν τοῖς ἱδρῶσιν. ὁ μὲν γὰρ ἔπι πόλαιος καὶ πρῶτος, ὑδατώδης τίς καὶ λεπτός. ὁ δ' ἐκ βάθους, μᾶλλον βαρύτερος, ὥσπερ συντηκομένης τῆς σαρκός.

Quando & sudores alii crassiores, alii tenuiores sunt. Nam qui extimus est, & in superficie, tenuis & aquosus est: crassior vero, qui profundior, & intimior. tanquã si caro soluatur, & colliquescat.

Hæ differentiæ sumuntur ab ipso sudoris corpore siue substantia. de sudore autem loquitur, qui in laboribus erumpit, primumque tenuior est, deinde crassior. in ægrotis & tenuem, & crassum licet inspicere, & glutinosum, quem κολλώδη vocat Hippocrates, præterea κεγχροειδῆ quem vocant milioformem. μᾶλλον βαρύτερος fortè βαθύτερος aut παχύτερος. nam de crassitie sermo est: nisi grauiorem vocet propter odorem. Nam aquosus sudor, quique è superficie corporis exit, grauis non est, crassior, quòd à partibus nimio motu colliquatis effluit, grauius oleat oportet.

19 ἤδη δέ τινες φασὶ καὶ αἵμασι εἰκάσαι. καθάπερ Μονᾶς ἔλεγεν ὁ ἰατρός.

Iam vero ferunt nõnullos, & sanguini assimilare, vt Monas medicus dicebat.

Ita loquitur & Aristoteles in Historiis, quando rei alicuius mentio fit, quæ sua ætate, aut paulo ante contigerit. Sanguineum autem sudorem agnouit tum lib. 3. de Animalium Historia, tum 3. de illorum partibus. ἤδη δέ τίσιν ἰδῶσι συμβῆναι αἱματώδει περιττώματι διὰ κακοξίαν τῆς μὲν σώματος, ῥυάδους καὶ μανοῦ γινομένου, τοῦ δὲ αἵματος ἐξογκωθέντος δὲ ἀπεψίαν ἀδυνατούσης τῆς ἐν τοῖς φλεβίοις θερμότητος πεπέσαι. hoc est, iam verò & aliquibus contigit sanguineo excremento sudasse propter malum habitum fluido & raro corpore reddito, corpore sanguineque facto liquidiori propter cruditatem, cum calor qui in venulis est, nequeat concoquere. iisdem penè verbis in tertio de Historia. sciendum autem sudorem sanguineum à tenui serofoque sanguinis ichore fieri. facilè autem potest contingere, vt quemadmodũ sudor erũpit à serosa sanguinis parte, ita aliquid ei etiã ex ipso sanguine ichoroso præsertim ac tenui permisceatur, sanguineumque sudorem faciat. ac præsertim si vehementissimus labor præcesserit, corpusque rarius sit, sanguinemque habeat tenuem, ac aquosiorem. falsum enim, quod audio quosdam obiicere. sanguinem si coqui nequit, corrumpi, sic autem ichorem fieri ex illo humore, qui cæteros superat. ac propterea sanguineum non posse fieri. Nam etsi cruditas quædam sit in sanguine, non tamen ideò corrumpitur, aut amittit formam sanguinis. cum autem tenuis sit & aqueus, nihil vetat sanguineum quendam ichorem sudorem inficere. in Hippocratis & Galeni libris sudoris sanguinei nulla est mentio, nisi in libro de vtilitate respirationis, qui inter spurios Galeni recensetur, quamquàm Auctoris est eruditi tum in Hippocratis tum in Aristotelis Dogmatis. à poris ille corporis nimium dilatatis sanguinem aliquando exudare tradidit, esse autem poros venas subtilissimas, per quas calorem effluere, & sudorem.

20 δῆλον ὡς ἔστι καὶ διὰ πλείονος ὑγρότητος ἐκ τῶν φλεβῶν ἀποστὰν δὴ ὥσπερ ἀπαχωρισθεῖσα τοῦτο.

Extracto scilicet multo à venis humore, crudo tamen & veluti segregato.

Sic legendum arbitror, non vt prius in mendoso codice. duas videtur hîc attingere causas, alteram quod propter nimium corporis motum aquosus sanguis in superficiem à venis trahitur, alteram quam Aristoteles reddidit, cruditatem scilicet sanguinis & aquositatem, vt vocant. addit ille, & raritatem corporis, quàm hic prætermittit. Verùm vt sanguineus sudor erumpat, necesse est, & corpus rarum esse, & nimio labore agitatum, æstiuo tempore, cælo calido, præterea sanguinem habere tenuem, & ichoroſum, qui ad meatus corporis attrahatur. quæ omnia cum rarò simul sint, fit etiam vt rarò sanguineus sudor sit obseruatus.

21 ἐπεὶ διὰ τοῦτο ἔνιοι, ὅταν πλείω πονήσωσιν ἕλκη ἐκφύουσι, διὰ γὰρ τὴν ἀκαθαρσίαν τοῦ σώματος ἡ κίνησις ποιοῦσα, καὶ θερμαίνουσα συνεξικμάζει τὰ περιττώματα μετὰ τοῦ ἱδρῶτος ὑπόθεν.

Siquidem propter id accidit, vt qui multum laboris confecerint, vlcera habeant. fit enim propter corporis impuritatem, vt motus calefaciendo, & expellendo recrementa simul attrahat cum sudore ad superficiem.

Iisdé verbis eadé sententia in quintæ sectionis problemate vigesimo septimo vnde & locũ hunc emendauimus. sumpta autem est ex Hippocrate, qui sexto epidemion segmento quinto, scriptum reliquit. ἕλκεα ἐκφύουσιν, ὦ ἂν ἀκάθαρτος ἐὼν πονέῃ. hoc est, vlcera erũpũt, si quis impuro corpore laboret. constat autem ex medicorum libris impura corpora si exerceantur, laboreque nimio agitata sint, attractis corporis recrementis ad superficem, aut horrore corripi, aut rigore, nonnunquam aliquo lassitudinum genere. sæpe autem si excrementa multa acria, tenuiaque sint, papularum eruptiones herpetas, vlcera cutis erumpere. si verò crassiora, scabiem, lepram, impetiginemque, aliosque tumores infestare. Cur autem hæc in cutem expellantur, causa est, quòd, vt Galenus in libro de morborum causis adnotauit, cum cutis nullius actionis causa facta sit, sed tantum tegendi

Digitized by Google

tegendi corporis gratia, imbecillima partium corporis est, ad eamque idcirco recrementa corporis ab interioribus partibus expelluntur. prout verò sæpè habuerint excrementa in quantitate, qualitate, corpulentia, motu, immobilitate, ita hos aut illos affectus in cuti generant, de qua re extat præclara Galeni disputatio in extremo secundo de symptomatum causis. σωεξίκμάζει. propriè dictum. Gaza excrementa alia cũ sudore vaporatim distinguit. satis dure & ambitiosè. simplicius videor ego transtulisse, simul attrahit. non tamen sum nescius, nõ assequi potuisse verbi vim, qua significatur intimæ humiditatis ad extimas partes coniuncta distractio.

22 ὅτε δὲ παχέα ὄντα καὶ χυμὸς ἔχοντα μοχθηρὸς, οἷός ὀξὺς καὶ ἁλμυρὸς καὶ πικρὸς, ἐκκεῖνεται μὲν ὑδρώδη διὰ τὸ πλῆθος· ἐξαφᾶται δὲ καὶ ἐξελκοῖ τὴν σάρκα διὰ τὴν πικρότητα τοῦ χυμοῦ.

Quæ cum crassa sint, & prauos succos habeant, vt acidos, salsos, amaros, excerniq; nequeant propter copiam, eleuantur tamen & succi acrimonia carnem exulcerant.

Τὸ ἐκκρίνεσθαι. hoc est excerni, excretionem significat, quæ halitu fit. Nam cum & plura & crassiora sint excrementa, quã vt possint halitu digeri, in cutim impacta pro natura sua ac qualitate, hos aut illos tumores faciunt, & affectiones. nam pauca, tenuia, salsa pruritum faciunt. pauca, tenuia, acria vlcera gignunt. multa, crassioraque, ac salsa scabiem generant, lepram, impetiginem. vocat ἐκφύματα in vniuersum, quæ in cutim erumpunt. Hippocrates in tertio epidemion vocat ἐκθύματα ἀπὸ τοῦ ἐκθύειν, hoc est, ἐξορμᾶν. vt Galenus explicat.

23 ὅτι δὲ διὰ κακοχυλίαν τινὰ καὶ ἢ τῶν τοιούτων ἔκκρισις, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. οὐ γὰρ ὅτι ταῦτα πόνου προσόντος καὶ τῆς ἔξωθεν κινήσεως ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῶν διαθέσθαι ὑπὸ τῶν κρατούντων. συμβαίνει γὰρ, τὰ μὲν τῇ ὥρᾳ κενούμενα. τὰ δ', ἐν κινούσῃ καὶ τῇ ἐκ ταύτης θερμότητι ποιεῖσθαι τὴν ἔκκρισιν· τὰ δ', ἤδη διὰ πλῆθος ἀεὶ αὐτῶν. ἢ τοῦ αἴτιόν γέ τι χυλοῦ καθ' ἕκαστον·

Quod autem à malo hęc habitu corporis proficiscantur, ex iis sanè constat, quæ diximus. non enim erumpũt ideò, quòd labore externoq; motu corporis indigeant. Verũ horum aliqua sponte prorumpunt à validioribus euicta causis. (Nam ex iis, quæ in cutim erumpunt, alia ab anni tempestate, alia à motu, & à calore, qui motu adquiritur, excernuntur.) aliqua propter copiam excrementorum, aut succi, qui causę locum teneat.

Duæ sunt causæ eruptionum cutanearum, altera interna, externa altera, vtriusque meminit philosophus. neque enim extranea ferè quidquam potest nisi & interna sit. interna plerũque sola " potest. quamobrem dicit; Non enim quod labore externoque motu corporis indigeant. ostendit " enim, quòd licet occasione quadam motus, & laboris erumpunt, non tamen ideo non proficiscuntur & ab interiori causa. ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῶν. diuisio τῶν ἐκφυμάτων. τὰ δὲ ἤδη διὰ πλῆθος. altera diuisionis pars. Cætera enim per parenthesim interponuntur. est autem sententia; eruptionum alias aut exercitatione, aut temporis statu (hæc enim vocat κεκαυμένα) in cutem florescere, alias verò propter copiam humorum prauorum, quæ κακοχυμία græce dicitur, & propter malam qualitatem. nec tamen ideo credendum est, vbi aut propter anni tempus, & constitutionem, aut propter laborem excrementa excernuntur in cutim, non adesse & internam corporis affectionem. Sed aliquando cum malorum succorum copia sit, ab expultrice membrorum vi aut multitudine, aut qualitate praua irritata fit expulsio in cutim, aliquando autem excrementa quieta alioquin, & immota, nimio labore motuque corporis excitata, ad extimas corporis partes erumpunt. κεκαυμένα autem hoc est vincẽtia ac superantia vocat anni tempus, & laborem ac motum. Nam quod facit labor & motus attenuandis excrementis, concalefactoque corporis habitu, facit etiam anni tempus, ac propterea videntur superare ac vincere humores ipsos, quòd attenuatos attrahant calefacto corpore. ideoque Hippocrates in tertia aphorismorum sectione scriptum reliquit verè lepram, impetiginem, alphos, efflorescentiasque vlcerosas, præterea tubercula exoriri, propterea quod attenuatis humoribus effusisque à tempestatis caliditate vlcera erumpunt in cutem, non aliter atque ab exercitationibus, laboribusque.

24 ὅτι δὲ αἱ κινήσεις καὶ οἱ πόνοι ποιοῦσιν ἐνίοις τὰ ἰδιῶτα, φανερὸν καὶ ἐκ τῶν ὁδιόντων καλουμένων.

Nam quod motiones & labores hæc efficiant, vel ex tuberculis manifestum est, quæ quod iter longum facientibus accidunt ὁδίτα dicuntur græcè.

Auctoris sententia plana est. quæ verò sint ὁδίτα quærendum est. videntur autem ab eo dicta, quod ἐν ὁδῷ hoc est in itineris labore existant. Plautus in Epidico vocauit flegmina, quæ fiunt à lassitudine in cruribus, quæ fortè fuerint ὁδίτα.

Digitized by Google

——Ita dum te sequor
Lassitudine me miserum ingenua flegmina.

Sex. Pompeius flegmina interpretatur, cum ex labore viæ sanguis defluit circa talos. idem dicit Boas tumores esse viæ labore collectos. Lucillius.

Inguen ne existat papula, tama, ne Boa noxit.

Boam tamen Plinius libro 24. capite 10. vocat papularum morbum, cum rubent corpora, & libro vigesimo sexto rubentes papulas. puto quas Festus crurum tantum esse putauit. Plinium vniuersi corporis esse voluisse. Hæc cum ita sint, sine dubio ausim affirmare πάνδια aut flegmina esse, aut Boas. quin & flegmina ipsa à Bois fortasse diuersa non esse.

[25] πολλάκις γὰρ ἀφ' ἃ ἀλμυρίδα τὴν ἀπὸ τοῦ ἱδρῶτος γινομένην ἐρεθισμῷ τινὶ κνισμώδει καὶ ἐπάρσεις τινὲς ἰονθώδεις γίνονται.

Nam sæpè fit, vt propter sudoris salsuginem pruritu quodam eruptiones oriantur varis similes.

Sic existimaui scripsisse Theoph. ἐπάρσεις autẽ ἰονθώδεις, quæ à sudoris salsedine fiunt, nõ aliæ putandæ sunt, quam quæ vocat Hippocrates ἱδρῶα, latinorum aliqui vocant sudamina. sunt autem illa, ait Galenus, papulæ in corporis superficie vlcerum modo cutem asperantes, fiuntque quemadmodum & nomen ipsum indicat propter multos sudores, qui biliosiores, aut in vniuersum mordaciores fuerint. vellicant enim hi cutem, & pruriginosam faciunt, & vlcerum modo inasperant.

[26] τοὺς οὖς ὃ συμφέρει ὅτε κινῆν, ὅτε λαύειν τοιοῦντα τὸν ἔκκρισιν, ὅτε δριμύτητι χυλῶν. οἷον ὄξει ἢ τρυφίῳ καὶ ἁλικῷ κατέχειν προῄμενον· ὃ δὲ θερμολουσίαν ἢ ψυχρολουσίαν χεῖμενον, ἀλλὰ θερμαίνοντα χλιερῷ μὴ πολλῷ καθίζησι γὰρ αὖτη μάλιστα· πάλιν δὲ, ἐρεθίζει καὶ κινεῖ.

Quas lædit, qui mouet, & fricat, præterquã quòd ea parte non succedit excretio; & qui molitur reprimere, aut succorum acrimonia, vt acido, acerbo, falso, aut balneo calido, vel frigido, nisi fomento vtatur tepido, eoque non multo. hoc enim sedat vnum, ac reprimit, cætera mouent, & irritant.

Παρίησι tangit curationẽ, quod & ab illa papularũ natura melius cognoscitur, multorũ. n. affectuum naturam non adeò clarè cognitã confirmat sanatio. Verum quod attinet ad curationem optima ratione prohibet salsa, acida, acerbaque. hæc enim præterquã quod cutem exasperãt, acerba & acida humores intrò cogunt. damnat etiam frigidas, calidasque lauationes, quòd illæ intrò pellãt humores, hæ magis prouocant. θέρμανσις verò χλιερὸν fomentum intelligendum est, quod medici vocant πυεῖον, atque illud fortè quod humidum Galenus vocat. hoc enim ad acres succos, salsosque accommodum est. Latioribus exanthematis, qualia fuerunt Simonis in libro sexto epidemiorum segmento secundo, & ad ignem iniunctiones & balnea videntur contulisse. sunt Hippocratis verba ex eo loco: „τὰ πλατέα ἐξανθήματα ἃ τὰ χειμῶνι κνησμώδεα, οἷα Σίμωνι εἶχε χειμῶνος· ὅτε ὅτι πρὸς πῦρ ἀλείφατο ἢ θερμῷ „λούσατο ὀνίνατο, ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον, οἶμαι κἂ τις ἐξεπυείσας αὐτίνας αὖ. hoc est lata exanthemata non valde pruriginosa, qualia Simon habebat hyeme, qui cum ad ignem inungeretur, aut calida lauaretur, iuuabatur, vomitus non conferebant. existimo si quis calefaceret, iuuare potuisset. quibus verbis non improbatur vsus balnei, quippe quod experimento cognitum est iuuisse, præterquam quod consentaneum est, quod faciunt fomenta digerendis humoribus, qui intra cutem continentur, idem & balnea efficere. dicendum autem superiorem obiectionem tolli posse, quod Hippocratis scriptura non illa est, quam Galenus agnouit & explicat. ille enim sic legit. οἷα σίμωνι εἶχε χειμῶνος. ὅς ὅτι πρὸς πῦρ ἀλείφατο ἢ θερμῷ λούσατο, ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον. hoc est, qualia Simon habebat hyeme, qui cum ad ignẽ inungeretur, aut calida lauaretur, vomitus non conferebant. est autem sententia. latas pustulas, quæ Simoni hyeme eruperant, quando ad ignem vnctus est, aut lotus calida, vomitionibus nihil iuuatas. altera autem obiectio facilè tollitur, si consideremus non eãdem esse balnei & fomenti facultatem; balneum enim præterquam quòd humectat corpus, vehementer etiam ad cutem attrahit, vt hac de causa augere potius malum possit, quam iuuare. fomentum autem præterquam quòd leniter digerit, simul etiam minus trahit. si puriora sint corpora. Nam impura à fomento etiam ipso nihil iuuantur. imo læduntur manifesto, quod etiam Galenus adnotat.

[27] οἱ δ' ἄγαν ἐαυτοὺς ἐκλυόμενοι ἑαυτοὺς, ὥσπερ συντήκουσι τοῦτο ποιοῦσιν, ὡς Ἀντιφάνης ὁ Δήλιος καὶ Ὑριάδης.

Verùm qui sibi indulgentes, velut sese colliquant, faciunt id, quod Antiphanes Delius & Hyriades.

Sic restitui locum hunc, quòd vix aliter constare videatur sententia. docet autem illos, qui nimiis exercitationibus dediti, valetudini minimè consulunt, sese colliquare ac tabefacere, quod docet & Galenus libro secundo de valetudine & Hippocrates lib. 6. aph. 6. epidẽ. segmento tertio, vbi nimiæ exercitationis, quæ corpus extenuat, signa tradit. ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων καθάπερ ἐκ αὐλίσκων ὃς ἔξισι ὥσπερ ἐξ ἐχεσύρ. ἢ συμπτώσεις ἐξ ἐπάρσιος. hoc est, sudor qui guttatim fluit, qui exit tanquam è canalibus, concidentia ex eleuatione.

[28] Δια-

Digitized by Google

[28] Ἀμφὶ δ' οἱ παῖδες δυσίδρωτες τῶν ἀνδρῶν μᾶλλον. καὶ μάλιστα δὴ τὰ παιδία. καὶ περ θερμὰ τῇ φύσιν ὄντα καὶ ὑγρά, καὶ τὸ ἱδρῶτος ἐκ τούτου πως γινομένου· τοῦδε τοῦ αἰτίου ἐπιληπτέον.

Verum cur pueri difficilius, sudent, quàm viri, præsertim verò ex iis pueruli, quamquàm calidi, ac humidi natura sunt, vnde sudoris origo est, ea est afferenda causa.

Quæstiones aggreditur, quæ cernuntur aut in iisdem hominibus non eodem modo affectis, aut aliis, atque aliis, qui ætate, temperamento, corporis habitu inter se differunt. παῖδας & παιδία pueros, & infantes intelligit, siue puerulos, quorum quidem cutem densam esse, nequeo mihi persuadere. Vnde enim tàm facilis in iis resolutio, vnde carnis mollicies, quæ non nisi raritatem arguunt: nisi quis dicat mollia corpora ideò esse densiora, quod compactiores habeant, angustioresque meatus. in sese enim cedere propter molliciem. ad hæc adipem obstipare meatus cutis ac propterea densiores esse, illumque in huiusce generis corporibus, qualia sunt puerorum, fœminarum, eunuchorum multum esse. quæ ratio etsi videatur alioquin probabilis, non tamen efficiet, quin Galeni sententia vera non sit, qui corporis raritatem naturâ pueris inesse memoriæ prodidit in lib. de optima secta. c. 26. Nam vt mollia corpora in sese cedant, vndique tamen erunt peruia, quòd mollis substantia non habet id, quod densitatem facit, hoc est crassitiem, & corporis, vt vocat Galenus, πίλησιν, id est, stipationem. nam si quid erit, quod constipet corpus, illud reddet & densum. constipantur autem corpora frigore, adstrictione, siccitate, quæ cum naturâ per ætatem aduenient, fit vt quo magis crescunt pueri, eò densiori cute fiât, minusque rari sint. ratio verò, quæ à pinguitudine sumitur, eò & ipsa cadit, quò & superior. Nam nisi pinguitudo viscida sit, quæ fortè in fœminis quibusdam, & in eunuchis, & in mulieribus quibusdam viris & omninò in pituitosis esse potest, in pueris autem minimè, non potest ab illa densitas fieri. adde adipem aereum quid esse, ac leue, ac propterea non posse nisi rarum esse. Hæc cum ita sint, probabilem rationem hanc existimo, & problematicam: quâ etiam non contentus, alteram attulit, quæ vera sine dubio est: quæ tamen adiuuantem habet causam, & corporis puerorum raritatem. Nam cum facilè concoquant pueri, transpirentque: mirum non est, si minimũ sudent. ὥσπερ νῦν κεκλημένους ἔχων τοὺς πόρους. non dixit clausos, sed tanquàm clausos, quòd similitudine & leuior, & verior oratio sit. si ὥσπερ non esset, metaphorica potius, quàm propria esset loquutio. ἐαὶ δὲ μὴ γίνηται ἀπέπτωμα. tollit obiectionem, quæ possit fieri. quod etsi optimè concoquant pueri, vix tamen fit, quin non habeant excrementum serosum. Nam ait in ventrem secedere, quod & lubrica & humida est illorum aluus. οἱ δὲ γέροντες. contrario sunt temperamento, & habitu senes, & tamen propter siccitatem non sudant, quòd nulla in iis materia superat, est enim humor sudoris materia. addebat Hieronymus Mercurialis præceptor doctissimus, senum corpora arefacta humorem exsugere, ac propterea parum sudare, quòd parum humoris reliquum sit ad excretionem. aut etiam humorem in iis glutinosum esse, ac viscidum, & ad excretionem minus aptum. atque hæ causæ vt veræ sint, solæ tamen nequeunt consistere. nisi sit & densitas halitus, quam diximus senum esse naturalem, & propriam. Nam raritatem corporis, & εὐπνοιαν, quam in senibus agnoscit Theophrastus, superius examinauimus.

[29] ἢ γὰρ κατ' ἄλλον τρόπον ἀπέφραξις ἢ κατ' ἀμφότερα κωλύει τοὺς ἱδρῶτας. Ἀλλὰ τοῦτο.

Nam aut alius generis impedimentum, aut huiusmet vtrumque certè propterea sudorem impedit.

Alii legunt πέψεις, & transitum sudoris ad alias corporis partes intelligunt. mihi non displicet ἀπέφραξις vox alioquin huic scriptori familiaris. est enim ἀπέφραξις sudoris interceptio, quando humor per alias vias excernitur, ac propterea fine suo ac termino frustratur. in 2. libr. cap. 17. de plantarum causis ἀπέφραξιν fructuum frustratam maturitatem vocat. ἐπὶ δὲ τῇ πλειώσει ὁ πόνος καὶ ἡ ἀπέφραξις. quippe cum in perficiundo sit potissimũ labor ac difficultas. καὶ γὰρ ὧν αἱ κοιλίαι. hæc est ἀπέφραξις sudoris. nam à corporis superficie auersus humor ad aluum deiicitur, & vesicam. legendum autem, ὁ δὲ πίῤῥια πλείων. ἀμφιδρωτεῖς. mox vbi legitur in mendosissimo codice οἷς ἢ πάλιν ὅτι τὰ σῖτα τῆς κοιλίας καὶ κύστεως. legendum οἷς ἢ ἐπίσχεται τὰ τῆς κοιλίας καὶ κύστεως. & profectò sententia ita postulat: & facilè fieri potuit, vt pro ἐπίσχεται, ἐπὶ τὰ σῖτα scriberet malus ille librarius, qui librum hunc fœdauit tam misere. mitto tempus, quod mutat plurima, delet autem etiam nonnulla.

[30] ἐπεὶ καὶ ἀπέπτων τῶν σιτίων ὄντων, καὶ ἀγρυπνήσαντες, εὐίδρωτες μᾶλλον.

Quandoquidem & qui crudo sunt ventriculo, & qui vigilarunt facilius sudãt.

Hoc adducitur ad confirmandum, plerumque contingere, quando excrementa sua non habeant statuta loca, superficiem corporis petere, exindeq; sudores fieri: in iis autẽ, qui non benè cõcoquunt plures sudores fieri cognouit & Hippocrates, ca. 4. Aphor. 41. vbi scriptum reliquit, sudorẽ multũ ex somno sine vlla causa corpus vti pluri cibo significare. eadẽ impulit causa Dioclẽ Caristiũ ad dicendũ sudores naturales non esse. quã sententiã, vt non omninò probet Galen., nõ tamẽ apertè

Digitized by Google

conuincit. siue autem in somno sint siue etiam in vigilia, satis est sudores à repletione posse contingere. Somnum autem sudores impedire intelligendum est, vbi magna non sit repletio. Somnus enim si quid est crudi modo parum sit, concoquit, concoctum autem digeritur, & in corporis abit alimentum. Contrà idem sudores mouet, quod est in secunda problematum sectione prob. lib. 28. non semel positũ. cuius euentus causa reddita est ab Aristotele, quòd calor innatus intrò cogitur, & humores solutos excernit ad superficiem. verum cum sudor esse possit in somno & propter raritatem corporis, & propter virium imbecillitatem, & propter humorum copiam, aut propter ciborum repletionem: Theophrastus, & Aristoteles non nisi postremas intellexerunt. quas potest quidem comitari prima, non tamen necessario, quæ eadem aliquando sola potest causa sudoris existere. Cętera quæ Theophrastus addit, non nisi distinctione adhibita sunt intelligenda, quamobrem proponit difficultates nonnullas, quas explicat paulò pòst. & propositiones quidem sunt hæ. & qui exercentur, & qui non exercentur, facilè sudant. ad hæc qui benè habent, & qui male. Solutiones petuntur à diuersis causis sudationum. nam in iis, qui exercentur, & bene habent naturales sudores sunt, ac propterea non erumpũt nisi laboribus exercitiisque calefacto corpore. in iis, qui exercitationibus non vacant, ægrique sunt aut malum habent corporis habitum, sudores sunt non naturales, sponte & propter succorum copiam exeunt, & propter virium imbecillitatem, quos ideo Arist. in problem. quadragesimo primo sectionis secundæ minus salubres esse docuit, quòd ἀϋτόματοι hoc est, sponte exeunt. illi enim boni & salubres sunt, qui à laboribus erumpunt. tota autem hæc verborum series cum lacera mutilaque esset, illam prout potuimus, ex ipsa sententia, & ex Hérici Stephani eclogarum editione, consuimus.

[31] δοκοῦσι δέ τινες καὶ ἐν τῷ χειμῶνι μᾶλλον ἱδρῶτες, ἢ ἐν τῷ θέρει εἶναι· μὴ τὰς ὑποβολὰς ἑκατέρου λαμβάνοντων οἷον ψυχούσης καὶ καύματος. ἡ μὲν γὰρ οἷον ῥῖγος αὐτοποιήσει. ἡ δὲ τοῦ καύματος στύψις. ἀλλὰ δεῖ μέσον ἐν ἑκατέρῳ.

Videntur nonnulli hyeme sudare facilius, quam æstate (vt tamen excipiamus vtriusque temporis excessus frigoris inquam & æstus. Nam illud rigorem inducat potius, hic exsoluat, & liquefaciat. mediocratemque in vtroque sumamus.

Maximè naturale est æstate sudare homines incalescente corpore, fusis humorib. & adapertis meatibus, quod & Hippocrates & Aristot. non semel annotarũt. & tamẽ quosdã, ait. hyeme sudare magis quàm æstate, cuius euentus causam nõ aliã esse tradit, nisi quam vocat ἀντιπερίστασιν. hyeme n. calorem cohibitum validius in humidum agere, atque hoc modo sudores ciere. æstate contrà calorem expirare, debiliusque agere, ac propterea sudari minus. hyemem autem non validam illam frigidamque debere accipi, sed temperatiorem. quemadmodum & æstatem non feruidam, & æstuosam, sed moderatam. illam n. maximè corpora frigefacere, hanc autem liquefacere. atque hæc horum verborum sententia est, quæ tamen adeò deprauata sunt, vt ingenue fateri videar, me vix habere vnde tam lacerum locum possim consuere. ponam autem ipsa.

[32] τοῦ δ' αἰτία τούτου ὑπολοιπέον, εἰ ἀληθές· ὅτι ἡ μὲν ξηρὰ τοῦ ὑγροῦ. ἡ δ' ὑγρὰ τοῦ θερμοῦ, καὶ καίασιν. ὁ δ' ἱδρὼς ἐξ ἀμφοῖν· τοῦ μὲν, ὡς ποιοῦντος. τοῦ δ' ὡς πάσχοντος.

Ea sic emendanda fortasse sunt: τοῦτο ἡ μὲν ξηρὰ τοῦ ὑγροῦ, ἡ δὲ ὑγρὰ τοῦ ξηροῦ. vt αἰτία subaudiatur. vt ex mutua cohibitione & antiperistasi humida siccorum causa sint, humidorum sicca. quemadmodum propter eandem rationem frigus caloris, calor frigoris. & tamen non adeo mihi satisfit. Nam in actiuis qualitatibus facilè potest id contingere, in passiuis non item, mox verba hęc ἐξ ἀμφοῖν indicant, superius τοῦ ὑγροῦ mentionem habitam, vt fortè ita fuerit scriptum, ἀντίστασιν πρὸς τὸ θερμοῦ, καὶ κατάσασιν τοῦ ὑγροῦ.

[33] ἔτι δὲ τοῖς θέρεσι καὶ διαιτῶνται τὸ πολὺ τὸ ὑγρόν· ὥστε δῆλον γίνεται ἱδρῶσι ποῦ γίνεται, φανερόν· καὶ γὰρ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ θερμόν, ἐστὶ ταῦτα μᾶλλον ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν ὁ ἱδρώς.

Ad hæc æstate plurimum vescuntur humidis, vt constet hac de causa inæquales sudores fieri. Nam & humidum, & calor & halitus in iis magis est, per quæ, & à quibus sudor oritur.

Sunt quibus hic locus mendosus videtur. placetque si legatur διαπίνουσι. ego vulgatam lectionem probo, modo pro διαπίνουσι legamus διαπίπτει. Nam ad illud respexit Aristotelis, quod est in quadragesimo problemate. ὅτι δὲ τῶν θέρους πολὺ πλεῖστον φερόμεθα τὸ ὑγρὸν. quod autem æstate & multo vescimur humido. est autem sensus. sudores quidem plurimum, plurimisque fieri æstate, non quia humidiora sint æstate corpora, quàm hyeme, sed & propter corporum raritatem & propter viuendi rationem humidã, quæ talis est propter squallores æstusq;. Nã & ideo inæquales sudores existere, quod à cibis humidis potibusque prodeunt. non autem ab humiditate, quæ prius congesta sit,

& ta-

Digitized by Google

& tamen esse aliquos, qui propter causas allatas superius magis hyeme quam æstate sudent. atque huc aliquo modo pertinent, quæ tradit Aristoteles problemate vigesimo primo sectionis huiusce argumenti. quærens enim, vtro tẽpore sudare cõmodius sit, æstate an hyeme, hyeme quidem humidiora dicit esse corpora, ac proinde plus humoris ad sudandum suppetere. Verũ propter frigus concoquendique difficultatem, æstatem commodiorẽ iudicari, quæ calida cum sit & coctiones & putredines magis adiuuat. proble. trigesimo tertio hyeme validiorem calorem natiuum esse tradit, quamobrem & excrementa attenuari in halitusque resolui, æstate imbecillum esse calorem excrementaque minus concoquere. hoc idem & paulò clarius problemate quadragesimo. ex his locis habemus plus materiæ hyeme esse incorporibus, & natiuum calorem esse validiorem, vt facilè possimus concludere, in nonnullis hominibus, in quibus æstate minus humoris est, plus hyeme, facilè posse contingere crebriores sudores hyeme, quam æstate fieri, si præsertim accedat & corporum naturalis raritas.

34 ἡ δὲ οἱ πονοῦντες, ἀλλ' ὅταν παύσωνται, μᾶλλον ἱδρῶσιν, οὔτε συντείνοντες· οὐδὲ κατέχοντες τὸ πνεῦμα. ἀλλ' ὅταν ἀνῶσιν, αἰτία τούτοις ἡ αἰτία. πλήρων μὲν γὰρ ὑπὸ πνεύματος αἱ φλέβες ἐμφυσῶνται συμμύειν ποιοῦσι τὰς πόρους. παυσαμένων δ', συνίζουσιν· ὥστε δι' εὐρυτέρων, καθάπερ ἀνεῳγμένων μᾶλλον ἐξέρχεται τὸ ὑγρόν.

Porrò nec ii qui laborant, sed postquam à laboribus requiescunt, magis sudant, nec qui intendunt, aut continent spiritum, sed cum remiserint. causa autem hæc est. Nam horum omnium inflatæ venæ spiritu meatus cohercent: laxantur autem remissæ, & magis excitatur sudor latioribus iis redditis, atque reclusis.

Hæc eadem & in problematis, vnde restituimus locum hunc. quod autem proponit, primum quærendum, an ita sit, deinde afferenda ratio. certè si res ita habet (vti causas omittamus, quas afferunt philosophi, quæ probabilitatem habent aliquam) aut in laborando tantus est calor, vt exhaleat potius, quam sudorem excitet, aut concalefactum corpus laboribus liquescit postea in quiete, quod magis credibile est. quemadmodum & in febrium accessionibus, dum in summo vigore calor est, nulli sudores consequuntur, in declinatione, ac in ipsa etiam remissione copiosi effluunt. aut etiam à laboribus inchoati ac moti, in quiete exeunt. quod docet & Aristoteles in problemate vigesimo tertio. adde quæstionem non esse, cur qui laborent, non sudent, sed qui à labore quieuerint, sed cur is minus, hi magis. fortè neque in omnibus verum hoc est, sed in iis, qui multò ante laboribus non sunt exerciti, & qui natura sunt ὑγροείδωτες. in his enim motu agitatione que corporis attenuati succi, postquam cessatum est, sudores faciunt. Nam in iis qui facile sudent exercerique sunt soliti, quamprimum laborent, sudor erũpit. τοιούτων μὲν γὰρ. quæstionem soluit eadem, quam Aristoteles affert, responsione. Nam venas spiritu plenas non admittere sudoris exitum, quippe meatus constringere propter inflationem. vacuos tamen illas remisso spiritu meatus laxare, liberumque sudoris exitum permittere. inflari autem venas inter laborandum, considere autem ac remitti in quiete. idem accidere & in spiritus contentione. Verùm quod clepsydrę affert exemplum, mirificè facit ad rem. quod ante hũc attulit Empedocles dum respirandi modum explicaret, vt est in libro de respiratione, vbi elegantissima eius philosophi carmina potest vnusquisque legere. clepsydram autem non oportet accipere vas illud, quo temporis horarumque spacia notabantur, in illo enim plura nõ erant foramina, sed vas, quo irrigandis hortis veteres vtebantur. erat aũt oris angusti in extremo collo, quod protensum erat, fundi autem latioris, quod multis erat foraminibus peruium. id igitur si compresso osculo in aquam mittatur, nihil admittit aquæ, sed aperto illo cedenteque aere aqua statim ingreditur, repletque vas, quæ tamen & ipsa nequit exire, si iterum obstruatur osculum. id autem fit propterea, quod in eodem loco duo non possunt esse corpora, & quod vacuum non potest rerum natura pati, cum in alterius corporis locum succedere alterum necesse sit. quæ igitur ratio in clepsydra est, cum obstructo osculo aquam non eiicit, eodem in venarum est osculis, quando spiritu obsessi sudoris exitum non permittunt. in primo problemate de sudoribus. ὥσπερ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς κλεψύδρας ἐὰν πλήρεις οὔσας ἐπιλάβηται. quemadmodum aqua clepsydrarum, quando plenas illas quis compresserit. quæ verba eadem & in hoc loco reponenda sunt. Theodorus Gaza clepsydram vas interpretatur, quod in mare demissum dulcem in se humorem colligit. sed fallitur vir doctissimus, quando vas illud certum erat, quod insensibilibus quidem foraminibus dulcem aquam recipiebat, nullis autem foraminib., quæ videre quis posset, erat peruium, quod vel ex Aristotele secundo meteoron manifestum est. Theodori lapsum primus ante me quod sciam animaduertit Petrus Victorius libro trigesimo secundo variarum lectionum initio.

35 ἔπειτα ἡ ἀπόκρισις ἡ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἡνωμένη διὰ τῶν πόρων ἐκ τοῦ ὑγροῦ πνεύματος, ἡ μὲν ἄλλη πρὸς τὸ ὅτι πολλῆς· ὅταν δὲ παύσηται πόνων, ἅτε θερμότης ἅπασα διὰ, ἡ ἐκ τοῦ πνεύματος ἀποψυχομένη γίνεται ὑγρότης ὁ καλούμενος ἱδρώς.

Ad hæc per meatus ex humore vapor à calore secernitur ad extimas corporis partes, qui post labores calore desinente frigefit, & in aquam transit, quæ sudor dicitur.

Quod ait Theophrastus planum est. est autem altera ratio ad illud problema, quod primo loco

propositum est. cur inter laborandum non sudetur, sed postquam à labore cessatum est. & videtur sequi illorum sententiam, qui ex vapore concreto sudorem constare existimabant. quod quidē in problematica dialecticaque disputandi docendique ratione absurdum non est. Aristoteles in 20. problemate huius argumenti. ἡ κίνησις ὅτι τὸ συμπεφυκότος ὑγροῦ πνεῦμα καὶ θερμότητα ποιεῖ διὰ τῆς κινήσεως γίνεται τὸ ὑγρὸν πνεῦμα ὑπερῶλες. ὅταν δὲ παύσηται πόνων ἅμα καὶ ἡ θερμότης λήγει καὶ ὅτι τὸ πνεύματος πυκνουμένου ὑγρότης γίνεται. hoc est: an quoniam cum laboratur spiritum ex cohærente humore motus secernit, & calore, qui à motu excitatur, humor in spiritum per summa corporis extenuatur. Cum verò à labore cessatum est, simul & calor desinit, & ex spiritu spissescente humor, qui sudor appellatur, consistit. ex his verbis reposuimus, si quid erat in hoc loco mutilum, aut deprauatum.

36 μετὰ δὲ τοὺς θέρμους καὶ πόνους ἐν τῇ σκιᾷ μᾶλλον ἱδρῶσιν ἢ ἐν τῷ ἡλίῳ. διὰ τί; ὁ μὲν ἥλιος ἀναξηραίνει καὶ πυκνοῖ τοὺς πόρους. ὅλως γὰρ οὔτε πολὺ τὸ θερμὸν ἄγαν οὔτε ὀλίγον δεῖ τὸ ἐκτὸς εἶναι. τὸ μὲν γὰρ οὐ κινεῖ, τὸ δὲ ἀναξηραίνει.

Post labores etiam & cursus in vmbra magis sudant homines, quam in sole, quod sol exsiccet, & denset cutis foramina. Nam calor externus, qui sudorem moturus est, nec nimius, nec paucus esse debet, hic enim mouendi impos est, ille arefacit.

Quæ sequuntur problemata non omninò aliena sunt à superioribus. quærebatur suprà cur post labores sudatur magis, curque remisso spiritu non contento modo quærit, cur post labores magis sudor sequitur in vmbra quam in sole. huiusce vero euenti causam illam affert, quam & Aristoteles: quòd scil. sol absumit sudorē, exsiccatque cutim, & arefacit, ac propterea densat, & adstringit. in vmbra verò nihil est, quod aut sudorem absumat, aut vetet eius exitum. ὅλως γὰρ οὔτε πολὺ τὸ θερμὸν. correxit locū qui prius duob. mēdis fœdatus fuerat. est aūt ex euētu particulari in vniversū lata sētētia. externum calorem aeris ambientis neque nimium esse debere, neque nimis paucum. propter rationes, quas affert Aristoteles in 11. problemate. quærit, cur non confertim igne posito, sed paulatim congesto, & aucto sudatur magis, minus autem, aut multo igne statim posito, aut exiguo. cuius euenti causam non aliam esse tradit, quam symmetriam in actione. Nam multum ignem simul & statim ἀσύμμετρον esse, & immoderatum, paucum nihil penè agere. solum agere tamen illum & præparare, vt si aliæ aliæque addantur particulæ cessante penè prima. agente autem alterâ ea sit proportio, quæ ad ciendum sudorem apta sit. διὸ καὶ εἰ πὺς ἄγαν. superioris sententiæ confirmatio. καὶ ἐν τοῖς ἀλειπτηρίοις. eadem sententia, quæ est in Aristotelis problemate, quod adducebam. irrepsit autem pro πῦρ, ὕδωρ quamobrem falsi sunt nonnulli existimantes de aqua loqui Theophrastum, quæ in Laconicis affatim, statimque bibitur, & quæ mox subinde. sed poterant admonere verba hæc, εἶτ' ὕστερον ὀπτησόμενα. & rursus σωτηρικὸν καὶ τὸ ὀπτᾶσθαι. nempe enim nihil aliud dicit Auctor, nisi quod Aristoteles in problemate 11. dicit autem ποιεῖν πῦρ, atticè ποιεῖν e nim πῦρ. est ignem parare, πῦρ καίειν. ἀλειπτήρια. Alepteria dicuntur loca in balneis in quibus vngebātur, sudabantque, forte eadem atque πυελατήρια, quæ nominat Aristoteles in eadem re declaranda. nisi πυελατήρια illa sint, quæ Pollux vocat ἐφέδρων. balnearum enim partes statuit ἐφέδρων & ἀλειπτήριον libro septimo. laconica vocat Vitruuius & Cornelius Celsus τὰ πυελατήρια. dicta autem laconica sunt, quod, vt Dion auctor est libro quinquagesimo tertio, Lacones in eiusmodi sudatoriis exercerentur. in iis sudabant ex calore sicco, ac propterea sudatoria sudationesque à multis scriptoribus appellantur. sed vt ad rem redeamus, Aristot. problemate 32. eandem habet quæstionem, declaratque clarius & probabilius. Nam multum ignem cutim vstulare, ac ideo densare, sudoresque cohibere, paucum rarefacere euocareque humidum ad superficiem illumq; maiorem subinde redditum tandem sudorem elicere ex humoribus prius emollitis.

37 τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ ὕδατος κείμενα μέρη τοῦ σώματος οὐδ' ἱδρῶσιν, ὅτι κωλύει τὸ ὕδωρ τὴν τήξιν. ὁ δὲ ἱδρὼς τήξις τίς ἐστιν, οἷον τῶν κακῶς πεπεπτημένων τῆς σαρξίν, ὅταν ἐκκρίνηται διὰ θερμότητα.

Et quæ corporis partes in aqua sunt ideo non sudant, quod obstat aqua liquefactioni, est enim liquefactio quædam sudor eorum, quæ male adcreuerunt carnibus, quando à calore excernitur.

In secundo problemate huiusce, quo de agitur, argumenti, sic Aristoteles, διὰ τί οὐχ' ἱδρῶσι τὰ ἐν θερμῷ ὕδατι μέρη οὐδ' αὖ θερμὰ ἢ ἢ διότι τὸ ὕδωρ κωλύει τήκεσθαι. ὁ δὲ ἱδρὼς τῶν κακῶς πεπεπτημένων ἐστὶν ἐν τῇ σαρκὶ ὃ κωλύει πήκεσθαι ὅταν ἐκκρίνηται διὰ θερμότητα. hoc est; cur membra aquæ immersa calidæ non sudant, etiamsi calida sint. an quod aqua nō sinit liquescere. Sudor autem res vitiosè adiuncta corpori est, vt qui per calorem excerni debeat. quærit autem ille, cur membra, quæ in calida mersa sint aqua non sudent. hic absolutè loquitur, & frigidam videtur intelligere. eadem tamen in vtraque ratio. ὁ δὲ ἱδρὼς τήξις τίς. τήξιν appellat sudorem quod veluti liquatione quadam elicitur. Alioquin & Aristoteles multa excrementa τήξεις nominat. Sudor autem ὁ κακῶς πεπεπτημένων dicitur, quod alimenti pars est, quæ ad nutriendum apta non est. Serosa enim illa portio, quæ sudor dicitur, tertiæ

coctio-

Digitized by Google

coctionis est excrementum, vt ex Galeno primo de valetudine afferebamus. in qua alimentum est. οἷον τρέφον, hoc est tanquam alens, vt loquitur Hippocrates in libello de alimento. & signate dixit προσκολλώμενα optimâ metaphorâ. alimentum enim adponitur, adglutinaturque membris, tanquam calx parieti.

38 οἱ γυμναζόμενοι διαλείποντες τὸ πρόσθεν ἢ παλαίειν, μᾶλλον ἱδρῶσιν ἢ ἐὰν συνεχῶς· ὅτι συναθροίζεται καὶ διαπαυομένων ἡ ὑγρότης. εἶτα ταύτην ἐξαίφνης ὕστερον ἡ πάλη καὶ ὁ δρόμος.

Porrò qui exercentur, ii si intermittant exercitium, sudant magis quàm si continue exercentur. congeritur enim, & conquiescit humiditas, quam mox cursus, & lucta educunt è corpore.

Quod dicit hoc est. Athletas, qui exercitationes aliquandiu intermiserint magis sudare, quam qui continuè exercentur. propterea quod qui continue exercentur excernunt indies. qui intermissis diebus aliquot plura colligunt excrementa. iisdem penè verbis est & problema septimum Aristotelis.

39 διατί μᾶλλον ἱδρῶσι τὰ ὄπισθεν τῶν ἔμπροσθεν. καίτοι θερμότης καὶ ὑγρότης πλείων ἐστὶ τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι διά τε τὸ πάλλειν καὶ τὴν θλῖψιν ἧττον κωλύει καὶ διάπασις ἐκ τῶν ἄνω μᾶλλον. ὅτι δὲ ὁ πόνος ἐστὶν ἐνταῦθα καὶ ἱδρώς· ἅμα δὲ καὶ ἡ διάπασις ὁ πνεύμαλος ἔξω θᾶττον μᾶλλον. ὥστ' ὅταν αἰσθῇ, πλέον καὶ ἀθροώτερος ἐκρεῖ.

Propterea tergo sudant magis quàm pectore, quamquam plus caloris & humoris in pectore sit, quod in posteriore parte corporis minus impeditur sudor à lucta & compressione corporis. quod autem in his partibus labor non est, sudor erumpit. accedit quod spiritus intensio magis expellit, vt quando remissa sit, & plus excernat exinde, & magis confertim.

Ex superiore declaratione ductum est tanquam corollarium. Nam ideo & posteriores partes sudare magis, quod minus laborant in luctationibus. Nam anteriores exhalare subinde propter pressionem, laboremque nimium ac propterea sudare minus. Anteriores verò corporis partes calidiores humidioresque esse, quàm terga manifestum est, quod in iis viscera, calorisque ipsius focus est. in his verò ossa ac nerui. pro τείνειν autem reposuimus θλίβειν. Nam luctatoris vis, ait Aristoteles in primo de arte Rhetorica, ἐν τῇ θλίψει καὶ κατέχειν posita est; hoc est in continendo ac premendo. sensus autem est. non impediri terga ne sudent, quod minus laborant, impediri autem pectus, in quo contentio, ac compressio maxima fit. iam autem positum est, vbi plus laboris minus sudoris existere dum laboratur. καὶ ἡ διάτασις ὁμοίως ἄνω μᾶλλον. hæc verba mihi videntur aliunde irrepsisse. quid mirum autem in mendosissimo codice, in quo nihil non cuique licuit, deesse multa, supereresse etiam non pauca? arbitror quæ sequuntur inferius erroris occasionem præbuisse. ὅτι δὲ ὁ πόνος ἐστὶν ἐνταῦθα καὶ ἱδρώς. sic legendum etiam atque etiam contenderim. dicit enim id confirmans in tergo magis sudari, quod illud non laborat in luctando. nam vbi nimius labor non est, ibi sudor erumpit. ἅμα δὲ. altera ratio ponitur, quæ talis est. contentio quæ necessario in lucta fit spiritū retrò pellit, in pectore enim fit compressio, contentioq;. vt ideò consentaneum videatur retrò pelli spiritum ac vaporem, post laxationem autem sudorem inde erumpere. atque oratio quidem satis obscura & concisa est, verùm facilè patet, si quis rectè consideret non aliam esse auctoris mentem. in problemate 14. quæritur in vniuersum, cur magis sudamus tergo, quàm pectore, affert autem ibi philosophus tres causas. primam; quod anterioribus partibus loca sunt, in quæ recipitur humor, in posterioribus minimè. alteram, terga seruare magis sudorem, quòd minus refrigerentur, nam & alas sudore propterea magis affluere. tertiam, terga humidiora esse, vtpote carnosa, ac propterea sudare magis. atque Aristoteles quidem in vniuersum videtur quærere, hic autem de luctatoribus particularis quæstio est. Auctor problematum, quæ sub Alexandri Aphrodisiæi nomine edita sunt, libro primo problemate 25. quærit, cur terga pruritu magis vexantur quàm pectora. respondetque hoc ideo fieri, quòd cum frigidiora sint anterioribus partibus, plus habent pituitæ, quocirca & affectionem hanc esse senibus magis familiarem. hæc eadem ratio potest afferri præter illas, quam habemus ab Aristotele, cur in vniuersum sudor magis exit à tergo, quàm à pectore, quod cum terga frigidiora humidioraque sint, plus habent humoris, vnde sudor effluit, si calefiant, & tamen tertia parum ab hac differre videtur.

40 Τὸ πρόσωπον μάλιστα ἱδρῶσιν, ἀσαρκότερον ὂν καὶ ἥκιστα πονοῦν. ὅτι καὶ ἡ κεφαλὴ ὑγρὰ καὶ μανή. ὑγρότητος δὲ καὶ μανότητος δηλά τε πολλάκισμα καὶ ὁ ἐγκέφαλος καὶ ἡ ῥὶς ὧν ἔκφυσις. ὁ μὲν, τὸ ὑγρὸν· αἱ δὲ, τὸ μανὸν ἀποδηλοῦσαι. διὸ καὶ πρόσωπον καὶ μάλιστα ἱδρῶσι τὸ μέτωπον. τοῦτο γὰρ ὑγρὸν ἐγκέφαλον· ἐπὶ δὲ ἡ τοῦ πνεύματος κάθεξις διατείνεταί πως εἰς τὴν κεφαλήν.

Digitized by Google

Sudat ex corporis partib. maxime facies, licet & minus carnosa sit, & minus laboret, quod & caput rarum, ac humidum est. raritatis autem humiditatisq; cum alia sunt indicia, tum cerebrum & pilorum ortus. illud quidem humiditatis, hi raritatis. quamobrem & primum & maxime sudatur fronte, quod hæc secundum cerebrum sit. adhæc spiritus contentio in caput magis intenditur.

Quoniam de corporis partibus incidit mentio, cur hæ sudent magis, illæ minus, ideò & de facie verba facit hoc loco. ὅτι δὲ ἡ κεφαλὴ ὑγρὰ ἐστὶ μαρτυρεῖ. sic legendum. ducitur autem ratio ab eo, quod in capite & meatuum laxitas est, & humoris copia. Aristot. in 10. problemate, δοκεῖ δὲ σημεῖον εἶναι ἡ κεφαλὴ ὑγροῦ, διὸ καὶ αἱ τρίχες διὰ τὸ πολὺ ὑγρὸν. ὁ δὲ πόρος ἀραιὸς καὶ ἰσχνός. hoc est, videtur autem caput humoris esse fons, ac propterea & pili ibi, propter multum humorem, & locus rarus & gracilis. Hippocrates libro περὶ σαρκῶν· ὁ δὲ ἐγκέφαλος ἐστὶ μητρόπολις τῆς ψυχῆς ἐστὶ κολλώδεος. hoc est cerebrum arx est frigidi ac glutinosi. sed cerebri naturam & Aristoteles in 2. & tertio librorum de partibus animalium, & Galenus in libris de temperamentis copiosè declararunt. ἔτι δὲ ἡ τῆς πνεύματος κάθεξις. altera ratio, propter quam sudatur in facie. Nam spiritus contentio sursum intenditur in caput, quamobrem calore, & spiritu caput petentibus, mirum non est ibi præsertim plus humoris erumpere quam alibi.

41 ὅτι ὑπὸ τὰς χεῖρας ῥίζονται μάλιστα ἱδρῶσιν, διὰ πάντα ὁμοσχημονῶσιν, καὶ συμβεβηκός πως τὴν αἰτίαν λαμβάνον. ἰσχύσι γὰρ μάλιστα τούτῳ τῷ τόπῳ. ὃ γὰρ πνεῦμα τοῦτο καλέχουσι τῷ ἐντὸς τούτῳ ἰσχύουσι. πονοῦσι δὲ μᾶλλον ἱδρῶσιν. τούτῳ γὰρ μάλιστα τὸ πνεῦμα κατέχουσιν. εἶτα καὶ χεὶρ ῥιζουμένη συμπονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ὅταν ἄλλο τι μέρος ῥιζώμεθα. τῇ γὰρ καθέξει τὸ πνεῦμα τοῦτο καὶ γυμναζόμεθα, καὶ ῥίζουσι μᾶλλον ἱδροῦμεν.

Verum quod qui manus fricant maxime sudēt, cū tamē aliæ partes in situ sū maneant, causa ex accidenti sumenda est. robur enim huic loco maximū est. hoc enim spiritum cōtinet, quippe quo vt propiori robustiores sunt. Sudant aūt magis laborātes, quod hac parte præsertim spiritum cōtinent; deinde dū manus in labore sunt, totum corpus vnà fatigatur magis, quam in vllo alio membro. spiritus enim contentione exercemur, & agitati resudamus.

Ad aliud transit explicandum, cur dum manus conterimus assidueque confricamus, etiamsi reliquum corpus immotum sit, sudemus tamen maximè toto corpore. causam huius euenti ex accidenti sumendam ait. Nam manus causa non sunt sudoris, nisi quatenus accidit illas robustiores esse cæteris corporis membris, & in iis confricandis spiritum contineri, sic autem sudorem excerni. atque ex spiritus quidem contentione sudores sequi, non semel superius dictum & probatum est. τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦτο κατέχουσι τῷ ἐγγυτάτῳ ἰσχύοντες. sic legit in quinto problemate Theodorus Gaza, quamuis inexcusis codicibus posteriora hæc verba desint. est autem sententia (vt opinor) pectore cohiberi spiritum, quod proximum est robustissimis membris: in eorum enim agitatione assiduaque confrictione, ea parte contineri spiritum, quæ membris illis proxima est. manifestum autem fieri est in cōfrictione manuum, quam exercitationis causâ facimus, dum in illam intenti sumus cohiberi spiritum, à quo sudorem insequi dictum est, quod humorem pellit ad partes contrarias, aut etiam quod post remissionem eius humor excernitur vicissitudine quadam, quemadmodum in clepsydris fit. simul autem laborare & fatigari, quod ipse vocat συμπονεῖν magis quàm in aliis partibus corpus in manuum confrictione ait. sic igitur mirum non est, si spiritus continetur, si manus robustissimæ membrorum sunt, & robustissimum motum peragunt, si reliquum corpus consentit fatigaturque sudorem cieri. Verùm quærendum est, quænam sit hæc χειροτριβὴ, cuius hoc in loco meminit auctor. quamque & Aristoteles memorat in quinto problemate, quod nuper adduximus. videtur autem ex Aristotelis verbis exercitationis Athleticę fuisse genus, in quo manus exercerentur. ac fortasse illud fuerit, quod ἀκροχειρισμὸν appellabant. cuius meminerunt Galenus in libro secundo de valetudine, & Hippocrates libro secundo de Diæta: præterea Aristoteles in tertio de moribus ad Nicomachum. quo loco græcus interpres declarat quid sit ἀκροχειρίζεσθαι. esse enim ait: τὸ πυκτεύειν ἢ παγκρατιάζειν πρὸς ἕτερον ἄνευ συμπλοκῆς, ἢ ὅλως ἄκραις ταῖς χερσὶ μετ' ἐπιλογῆς γυμνάζεσθαι: hoc est, pugilatum aut pancratium cum altero exerceri sine complexu, aut omnino summis manibus cum altero inuicem exerceri. Non erat igitur luctæ species, sed pugilatus potius, aut pancratij, atque hîc & manus vtrinque conteri, & collidi necesse erat, in hacque manuum consertione athletas intentos adeò spiritū continere solitos, vt propterea facilè sudarent. potest fortasse & illud manuum exercitationis intelligi genus, cūius Gal. meminit in 2. de valetudine, in quo pugnū porrigebat vnus, alter verò nitebatur aperire, quemadmodū ille cōstringere. hîc .n. valida confrictione magnaq; digitorū vi opus erat illi, qui quæreret constrictū pugnū aperire, & illi qui fortiter constringebat, ne alter

aperire

Digitized by Google

aperire posset. Sed præstat alterum exercitationis genus intelligere, quod primo loco dictum est.

42 καὶ ὅταν τὰς πόδας καὶ τὰς κνήμας ἐν τῷ ὕδατι ἔχωσιν, [ἧττον ἱδρῶσιν] ἢ ὅταν ὅλον σῶμα· διάτε τὰ προφρημένα. κωλύει γὰρ τὸ ὕδωρ ὃν ἱδρῶτα. καὶ ὅτι διαθερμαινομένων τούτων, καὶ τὸ ἄλλο συναθερμαίνεται. οἱ δ' ἱδρῶτες, ὅπου θερμὸν καὶ ὑγρόν.

Sanè dum in aqua pedes, ac tibias continent, minus sudant, quàm si reliquum corpus, id quod ex iis, quæ superius dicta sunt, cõstare poterit. impedit enim sudorẽ aqua. Nam & pedes calefacti reliquum etiam corpus concalefaciunt. Sudor autem est, vbi humidum, & calidum est.

Alia hæc quæstio est à superiori. quærebat ibi cur mẽbra, quæ sub aqua sunt minimè sudent, hic cur si in aqua pedes sint, minus sudet corpus. responsio autem clara est, & à contrario confirmatur magis. Nam quemadmodum à calefactis pedibus incalescit corpus, & sudat, sic ab iisdem frigefactis refrigescit, ac propterea sudat minus. in problematum sectione secunda quæstio est, & de capite, & de pedib. cur iis calefactis sudores fiant. causa autem redditur, quod excalefacta pars humorem attrahit, qui cum nequeat ab iis partibus absumi, quod ossea sint foras erumpit. philosophus hic aliud dicit, à pedibus calefactis superiores corporis partes concalefieri, & sudare, sudores enim excitari, vbi calor & humor est. in quibus verbis, etsi videatur aliquid desiderari, potest tamen esse sententia. à pedibus calefactis concalefieri corpus, quod quia humidum est, sudet; quando sudor erumpit, vbi humidum, & calor est. & hoc artificio sudor extrahitur in balneis in calidam immissis pedibus. nonnunquam laterculis aut laminis calidis calefactis pedibus cohopertoque reliquo corpore. Notandum autem Theophrastum duo proponere, & cur in frigidam immissis pedibus min⁹ sudamus, & cur iisdem calefactis sudamus quemadmodum autem à pedibus frigefacto corpore sudor impeditur, ita ab iisdem calefacto erumpit.

43 ἄπορον δ' ὅτι οἱ ἀγωνιῶντες, τὰς πόδας ἱδρῶσι. ὃ οὐ πρόσωπον, ὃ καίτοι μᾶλλον εὔλογον μᾶλλον ἱδρωτικοὶ ἢ ὄψεις. ὃ δ' αἴτιον. ὅτι ἡ ἀγωνία ἐστὶν ἡ μετάστασις θερμότητος, ὥσπερ ἐν τοῖς φόβοις· διὰ μᾶλλον αὔξησις, καθάπερ ἐν τῷ θυμῷ. καὶ γὰρ ὁ θυμὸς, ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν θερμοῦ· καὶ ἀγωνιῶντες δ' ἃ διὰ φόβον ἔπος πάσχουσιν, διὰ διὰ τοῦ μᾶλλον ἐκθερμαίνεσθαι. ξηραίνει γὰρ ἡ θερμότης ἐπιπολάζουσα, [ὃ ἐν ᾧ προσώπῳ ὑγρόν·] ὃ οὐ ἐν τοῖς ποσὶ σωτήκει διὰ τὸ ἐλάττων μὴ εἶναι ὥστε ξηρᾶναι, πλείω δὲ τοῦ συμφύτου καὶ περιυπαρχούσης.

Τὸ ἀγωνιᾶν Latini vix habent, quomodo exprimant propriè. significat autem anxium esse, trepidare perturbari, quidam annumerant inter timoris species, quos sequitur & Nemesius libro de Hominis Natura. & tamẽ propriè timor non est. Sed inter metum & iram media quædam affectio, quod docet Galenus libro secundo de symptomatum causis. cum enim de ira ac metu verba fecisset, subdit hæc. πρὸ τοῦ ἀγωνιᾶν ἐνομαζόμενον ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχον σύνθετον αἰώμαλον ὑπὸ τῶν κινήσεων, hoc est, angi autem quod dicunt, cum ex ambobus compositum sit inæquale motibus est. Nemesius definiuit ita. ἀγωνία δὲ φόβος διὰ πτόησιν ὅτ' ἐστὶν ἀποτυχίας, hoc est, anxietas est metus, ne à voto cadamus, hoc est, ne consequamur. Cum ergo irascimur, & animo concitamur, & tamen de successu metuimus, ac trepidamus anxio animo, tum verè dicimur ἀγωνιᾶν. Sed veniamus ad Theophrastum. quæstiones hoc loco sunt, quæ in iisdem hominibus diuersis corporis partibus non eodem affectis modo considerantur. quare quoniam de pedibus proximè habita est mentio, ideo pergit; atque absurdum sit videri τοὺς ἀγωνιῶντας, hoc est illos, qui anguntur sudare pedibus, non autem vultu, quem non semel dictum est multis de causis esse ad sudandum aptissimum. docet autem in anxietate non ideo sudari pedibus quod metuant οἱ ἀγωνιῶντες, sed quod incalescant magis, magisque. Cum hæc affectio caloris sit incrementum & effusio. Calorem autem nimium in faciem effusum exsiccare humorem, ac propterea sudorem non facere, in pedes verò pauciorem illapsum non posse quidem exsiccare, eò quòd exiguus sit, ac propterea parum efficax, sed liquefacere tantum, ac ideo sudorem gignere. πλείω δὲ συμφύτου. calor sua natura supernas partes petit, quare mirum non est, exiguum in pedibus & copiosum in vultu esse iis, qui anguntur & ἀγωνιῶσι, vt vt tamen exiguus sit in pedibus, tamen quia Agonia caloris est incrementum, & effusio, non potest non esse maior, & copiosior, quàm innatus. in problematis duob. locis proposita est eadem quæstio xxv. & xxvii. & iisdem penè verbis explicatur in xxv. problem. sunt autem ibi hæc verba. Ὁ ἀγωνιῶν ἃ διὰ ψύξιν ἢ διὰ φόβον πάσχει, ἀλλὰ διὰ τὸ μέλλον. Gaza tamen non legit μέλλον, sed μέλος. vertit enim & trepidans ipse non metu refrigeratione que sit ita affectus, sed membri ipsius affectione. equidem si Gazę scripturam probemus, nequeo Aristotelis sententiam assequi, quid enim hoc μέλος est? quasi verò causa non referatur ad calorem, qui sudorem ciet in pedibus, in vultu verò humorem arefacit. audeo igitur dicere locum illum Aristot. corruptũ esse, & reponendũ ita. ἀγωνιῶν ὃ οὐ διὰ φόβον Ⓒ διὰ ψύξιν πάσχει, ἀλλὰ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι. Confirmatq; hanc coniecturam inferioris problematis responsio quærens n. cur οἱ ἀγωνιῶντες erubescũt, respõdet. ἢ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι. Certe eadẽ est causa, & sudoris in pe-

Digitized by Google

dib. & ruboris in facie, caloris inquã copia, qui tamen humorẽ exsiccat in facie, in pedibus liquefacit. mendi verò causam fuisse coniicio, quod prius legeretur διὰ τὸ μᾶλλον abraso scilicet διερμαίνεσθαι temporis iniuria. μᾶλλον autem in μίλλον mutatum est aliquo quidem, sed malo sensu à posteriorib. librariis. in μίλλον autem ab iis, qui aliquid sapere videbantur, & è problemate quidem xxxi. videntur accepisse emendationis rationem. quòd ibi sudoris causa refertur ad pedes ipsos, quos trepidando concutimus, agitamus, loco mouemus, qui propter laborem non intermissum facilè possunt sudore madescere. & tamen malè ab iis factum est, quod in xxvi. problemate nulla alia affertur causa, nisi calor effusus ac nimius, pedum autem aut alterius membri nulla mentio. quid quod in problemate xxxi. cõtraria omnino dicuntur iis, quæ sunt in xxvi. hic negatur ἡ ἀγωνία metus esse. ibi metus quidam esse dicitur. hic erubescere dicuntur, ibi palleſcere. hic negatur ἡ ἀγωνία esse μετάστασις θερμοῦ, hoc est cãloris à summis partibus ad interiora transitio, ibi affirmatur. qui potest igitur problema trigesimum primum vigesimo sexto esse subsidio? in vtroque quidem probabiliter, & cõmunibus rationibus disputatur, diuersis ne dicam contrariis.

44 Ἐνίοις δὲ ἱδρῶσιν αὖ ψυχθῶσιν ἢ πνεύματι, ἢ ὕδατι, συμβαίνει ναυτιᾶν· οὐκ ἀλόγως, καὶ ὅτι ὁ ὑγρὸς ψυχθεὶς ἀθρόον ἔστη, τοῦτο μὲν ἐκ πρόσω, καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐπιὸν καὶ ἔσω γινόμενον προσπίπτει τῷ ἀναπνευστικῷ τόπῳ, ποιεῖ τ' ναυτίαν.

Sudantes nonnullos si aut vento, aut aqua refrigerentur, euenit vt infestet nausea. id quod accidit ratione. Nã & humor frigefactus, qui prius nõ quiescebat, cõfertim sistitur, & spiritus transiens in locum offendit respirationis, & ciet nauseam.

Sudantes nonnulli, si aut aura ventoue, aut etiam aqua refrigescant, nauseam patiũtur. quod euenit propterea, quod cum sudantibus apertiores meatus sint, facile frigus penetrat, affectoque ventriculo nauseam concitat: philosophus humorem dixit sisti à frigore. sudorem scilicet, auramque frigidam offendere in respirationis locum, atque ita facere nauseam. atque id verum quidem est. quomodo autem inspiratus aer, si ad pulmonem offendat, nauseam facit, quæ ventriculi affectus est? Sanè præterquam quòd refrigeratio facilè lædit ventriculum per se frigidum natura: ex pulmone etiam ac thorace per consensum. refrigeratio in os ventriculi potest fieri, cuius propria est affectio nausea. in problemate xviii eadẽ est quæstio, à quo & hunc locũ lacerũ restituimns. ibi tamen non est τῷ ἀναπνευστικῷ τόπῳ ac fortasse melius. fit enim refrigeratio statim in os ventriculi, quod aut λύζει, hoc est singultum patitur, aut ναυτᾷ, hoc est nauseat affectum frigore, quin & nonnunquam præcedit singultus, sequitur autem nausea. quod autem ait sudantibus, si quando refrixerint accidere, accidit etiam à frigore multis, etiamsi non sudent. neque modo affectus hi siue symptomata ob refrictionem accidunt, verum etiam bulimos, & dolor oris ventriculi siue cardialgia.

45 Οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ δρόμοι, καὶ ἱδρῶτες, καὶ ἐλαίᾳ ἀλείψεις, εἰς ἱμάτιον, ἀχρόους ποιοῦσι.

Cursus, & sudationes si induto fiant corpore, male coloratos reddunt homines.

Sanauimus locum hũc ex problematum sectione trigesima octaua, problemate iii. vbi quæstio eadem agitur. sententia cum plana sit non eget explicatione. videtur autem sumpta ex Hippocratis libro secundo de Diæta, cuius verba sunt. οἱ δ' ἐν ἱματίῳ δρόμοι τῷ μὲν θερμαίνειν τῷ αὐτῷ ἔχουσι, μᾶλλον δὲ διαθερμαίνουσι· ὑγρότερα τὰ σώματα ποιέουσιν, ἀχροώτερα δὲ διότι οὐκ ἀποκαθαίρει τὸ πνεῦμα τὸ εἰλικρινές, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ γυμνάζεται πνεύματι. hoc est cursus autem, qui cum indumentis fiunt eandem quidem habent facultatem, magis autem calefaciunt, & humidiora reddunt corpora, minus autem colorata, quod syncerus spiritus incidens illa non depurgat, sed in ipso spiritu exercetur. in secunda sectione idem locus explicatur pluribus.

46 Ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις οἱ ἱδρῶτες μᾶλλον ἢ ἐγρηγορόσιν.

Cæterum in somno magis sudamus, quam vigilantes.

Ex iis, quæ superius dicta sunt de sudore, qui nonnunquam in somno, nonnunquam in vigilia magis fit, locus hic facilè potest intelligi. distinctiones autem, quæ ibi positæ sunt, debent animaduerti.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΙΛΙΓΓΩΝ.

THEOPHRASTI DE VERTIGINE,

DANIELE FVRLANO interprete.

1 Οἱ ἴλιγγοι γίνονται, ὅταν ἢ πνεῦμα ἀλλότριον ἐπὶ τὸ κεφαλὴν ἔλθῃ, ἢ ὑγρότης περίττωμα πικὴ † ἢ ἀπὸ τροφῆς οὐσίας, οἷον ἢ τοῦ οἴνου, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς χυλοῦ· ἢ τρίτον ὅταν κινῇ τις κύκλῳ τὴν κεφαλήν. ὁ γὰρ τόπος ὁ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, φύσει μὲν ὑγρός ἐστιν· ὅταν δὲ ἔλθῃ τι πνεῦμα ἀλλότριον, βιάζεται διῳδυόμενον, καὶ περὶ τὰς φλέβας ὥστε κυκλοῦν τὸ ὑπάρχον ὑγρόν. ὥστε τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐάν τις περαιρέσει κύκλῳ κινῇ τὴν κεφαλήν. ταὐτὸν γὰρ διαφέρει ἔξωθεν ἢ ἔσωθεν εἰ τὸ κινοῦν. 2 ὅσης οἷον δίνης τινὸς τῆς φορᾶς τοῦ ὑγροῦ μὴ συνεχοῦς ὁμοίως. ἀλλ' ἐν τῇ κινήσει τὸ μὲν ὑστερούμενον, τὸ δὲ προτερούμενον, τὸ ὑφιστάμενον ἀντικρούει ἴσῃ. τὸ δὲ ἰσάμενον, διὰ τὸ μὴ ἰσορροπεῖν ὁμοίως αὐτὴν, ἢ αἴρει, ταύτῃ φέρεται καὶ τὸν ἴλιγγον ποιεῖ, καὶ καταβάλλει πολλάκις. 3 αἴτιον δὲ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ ὑγρὰ ῥᾳδίως τρέφεσθαι καὶ δίνεσθαι διὰ τὸ λεχθῆναι αἰτίαν, ὅτι οὐ συνεχῆ. 4 τοιοῦτον γὰρ τὸ συμβαῖνον ὥσπερ ἐν τοῖς ὠοῖς τοῖς ὠμοῖς. διὸ γὰρ ταῦτα δύνασθαι δίνεσθαι διὰ τὴν ὑγρότητα· 5 τὰ δὲ ἔφθα, δύναται, [διότι τὰ μὲν ἀπὸ ὑγρότητος ἀνωμάλου καὶ οὐκ ἰσορρόπου οὔσης σφάλλεται· τὰ δὲ,]

1 VErtigines fiunt, quãdo aut alienus ſpiritus, aut excrementitia humiditas ad caput venerit, ſiue ab alimento aliquo vt à vino, ſiue ab humore quouis alio: aut etiam quando quis caput in orbem agitet. locus enim cerebri natura cum humidus ſit, fit, vt cum externus, & velut alienigena ſpiritus eò venerit, intruſus propellat, & ad venas humorem, qui ibi continetur, circumagat: vt eadem pene ſit ratio, atque ſi caput ex inſtituto rotet aliquis, nihil enim intereſt intus ne, an extrà ſit quod moueat. 2 quandoquidem veluti vortex quidam eſt humoris non eodem modo cohærentis agitatio. cum enim in motione hic præueniat, ille verò poſterior ſit, repugnans ille propellit, & ſiſtit. qui verò mãſit, quod non eodem agatur modo, fertur per illum locum, quem nactus ſit, & vertiginem efficit. 3 etenim quod ea, quæ liquida ſunt difficilè poſſunt in vorticem agi, cauſa eſt, 4 quod in ouis crudis accidit. Nam neque hæc poſſunt in orbem verti, 5 quemadmodũ cocta, propterea quod hæc ab inæquali humore, & in diuerſas partes diſiecto cõturbantur, illa minimè, eo quod non habeant quod turbationis eſt cauſa; cum internus humor vnius naturæ continuuſque ſit. atque euenti huius

Digitized by Google

hæ penè, & tales ſunt cauſæ. [6] quo etiam referēda ſunt, quæ in ſingulis reb. ab his accidūt, de quib. dubitatio eſt. [7] qualia ſunt, cur vertiginē patiuntur, qui in orbē incedūt, & magis qui in minorē orbem, longè verò validius, qui celeriter currūt. & cūr, qui cū multis currūt, magis quàm ſoli: & cur ad læuā ſi currāt, magis quàm ad dexterā. & cur maximè qui procerio-ri ſunt corpore. horū. n. oīum & ſimīlium rationē in ſuperiorib. dictis poſuimus. [8] Nā ſi vertigo fit quādo in eodē ſpacio ſe vertat aliquis, maximè fieri neceſſe eſt, quando proxime & in minori id agat circulo, atq; eo magis, quo celerius. [9] quam obrē qui currūt, magis quā qui ambulāt, & qui celeres, quā qui tardi vertigine offendi ſolēt, currūt. n. ad centrū inclinantes, vt quādo rectæ ferātur eorū lōgitudines ad vnū cōcidāt apicē, exindeq; conū fieri accidat, cui⁹ baſis circulus ſit. fit igitur, pinde ac ſi eodē loco roteretur caput, & eo magis, quò minori id fiat circulo: acutior n. fit conus: & ſi velocius, ſæpius, fiat æquali tempore. eōs verò, qui lōgo sūt corpore magis vertiginē offendere, vel eo cōsētaneū eſt, quod corpus reclināt. [10] Nā propinqui⁹ habet caput, qui maior eſt, coni vertici, vt in eodem loco caput circūagere videatur. ſic aūt maxime vertigo fit. [11] qui verò ad lęuā currunt, longe magis reclināt, & ad circulū acutiorē cō ſtituūt angulum. Cū. n. dextera corporis pars robuſtior ſit, propellit magis, & intrò agit, quippe lęua imbecillior eſt. [12] & qui cū multis currūt magis, & citius vertiginē patiūtur, quā ſi ſoli ſint. nā præter quā quod in orbē ſe circūuertūt, aſpectū etiā ipſe in currētes proiicitur, motūq; alterū, agitationēq; efficit, quippe cerebro cōtinuus. trāſit. n. ab externis ad intima, vt quādo ab alterutro vertigo fiat, à capitis inquā rotatione, & ab intuitu cōtinuo rei, quæ in orbē moueatur, cōſentaneū ſit, & magis, & ocyus ab vtroq; fieri. q aūt ab aſpectus motu vertigo contingat per ſpicuum in multis eſt. [13] Nam & qui nauigant, & magis & citius vertiginem incurrūt, ſi aut fluctus, aut motus ſyderum intueantur, quod vt euitent faciem velant nonnulli. turbantur & ii, qui penſilia & rotas aſpiciunt, & qui oculos circumuertunt. fit enim vt in orbem acti intima moueant, & inæquabili agitent mo-

ἀφ' ὃ μὴ ἔχειν ὃ σφάλλοι ὑφιστάμενον, εἰὸς ὄντος καὶ συνεχῶς. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι σχεδὸν αὗται καὶ τοιαῦται τῶν παθῶν. [6] ἀφ' ὧν ἢ συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς καθ' ἕκαστα περὶ ὧν ἀπορῶσι, τοὺς τοιοῦτον αἰτίαν ἐπισκεπτέον. [7] οἷον διὰ τί κύκλῳ περιπατοῦντες ἰλιγγιῶσι· καὶ ἐπὶ μᾶλλον καὶ ὅσῳ αἱ ἐλάττῳ κύκλον καὶ θᾶττον θέωσι σφοδρότεροι, καὶ μὴ πολλῶν ἢ μόνοι, καὶ ἐὰν ἀριστερὰ θέωσιν μᾶλλον· καὶ οἱ μακρότατοι δὲ μάλιστα. πάντων γὰρ τούτων καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἐν τοῖς πρότερον εἰρημένοις αἰτίαν. [8] εἴωθε γὰρ ὁ ἴλιγγος γίνεσθαι ἐὰν τὸ αὐτὸ στρέφηται, ταχὺς· αἱ καὶ μάλιστα τῶν λοιπῶν ἰλιγγιᾷ ὁ ἐγγυτάτω ἢ ὁ ἐν ἐλάττονι κύκλῳ στρέφων. καὶ ὅσῳ αἱ θᾶττον, μᾶλλον· [9] διὸ οἱ θέοντες τῶν περιπαλαίστων, καὶ οἱ ταχέως τὰ βραδέως. θέουσι γὰρ οἱ [ἐγκεκλικότες] πρὸς τὸ κέντρον. ὡς ὅταν καὶ εὐθὺ τὰ μήκη αὐτῶν ἐκπίπτῃ πρὸς μίαν καρυφὴν συνιόντα, καὶ γίνεσθαι κῶνον, βάσιν δὲ εἶναι τὸν κύκλον. διὸ συμβαίνει καθάπερ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφειν τὴν κεφαλήν· καὶ ὅσῳ αἱ ἐλάττῳ κύκλον, μᾶλλον. ὀξύτερος γὰρ ὁ κῶνος. καὶ ἐὰν θᾶττον πλεονάκις ἐν τούτῳ γίνεσθαι τὸν ἴσον χρόνον, καὶ τοῖς μακροτέροις ἢ μᾶλλον, ὅσῳ ἐγκλίνουσιν· ἐγγυτέρω γὰρ ἔχει τὴν κεφαλὴν, ὁ μείζων τοῦ κώνου καρυφῆς. διὸ σχεδὸν ὥσπερ ἐν τῷ αὐτῷ συμβαίνει ἴσα ἔχοντα τὴν κεφαλὴν. ὅταν δὲ μάλιστα ὁ ἴλιγγος καὶ οἱ εἰς τὰ ἀριστερὰ θέοντες, ἔτι μᾶλλον ἴσως νεύουσι, καὶ ὀξυτέραν ποιοῦσι γωνίαν πρὸς τὸν κύκλον. ἐμβεβηκέναι γὰρ ὄντα τὰ δεξιὰ πρὸς διάζευξιν μᾶλλον αὐξεῖ, διὰ τὸ ἀθεῖσθαι τὰ ἀριστερά. [10] καὶ ἐὰν μὴ πολλῶν θέωσι, μᾶλλον καὶ θᾶττον ἢ μόνοι. πρὸς γὰρ τῇ κυκλοφορείᾳ, καὶ ἡ ὄψις αὐτῶν προσβάλλουσα τοῖς θέουσι, καὶ συνεχὴς οὖσα, τῷ ἐγκεφάλῳ ποιεῖ τινα κίνησιν ἑτέραν καὶ παραχήν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἔξω διαδίδωσι καὶ πρὸς τὰ ἐντός. ὥσθ' ἅπερ καὶ ἑκάτεροι ποιοῦσιν ἰλιγγιῶν, οἵ τε κύκλῳ κίνησις τὴν κεφαλῆς, καὶ ἡ ὄψις συνεχῶς βλέπουσα τὸν κύκλῳ κινούμενον ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον θᾶττον καὶ μᾶλλον γίνεσθαι τὸ πάθος. ὅπερ διὰ τὴν τῆς ὄψεως κίνησιν ἰλιγγιᾷν συμβαίνει, φανερὸν ἐκ πολλῶν. [11] οἵ τε γὰρ πλέοντες, θᾶττον καὶ μᾶλλον ἰλιγγιῶσιν, ὅταν ἐμβλέπωσι τοῖς κύμασι καὶ τῇ τῶν ὅλων ἄστρων κινήσει. διὸ καὶ ἐγκολύπτουσι τοῦτ' εὐλαβούμενοι.

καὶ οἱ

καὶ οἱ τὰς αἰώρας καὶ τὰς ὄχθας θεωροῦντες, ἢ καὶ συμπεφερόμενοι τὸ ὄψιν, ταχὺ σκοτοῦται. συμβαίνει γὰρ κινεῖσθαι κύκλῳ τὴν ὄψιν, κινεῖται τὰ ἐντὸς καὶ ταράττεται αἰῶν μᾶλλον. [14] ἰλιγγιῶσι δὲ καὶ οἱ τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ἀπότομα ἀποβλέποντες, διὰ τὸ συμβαίνειν μακρὰν ἀποβλέπουσι κύκλῳ στρέφεσθαι καὶ κατάγεσθαι τὴν ὄψιν. στομένων δ' ἅττων καὶ κινουμένων, ταράττεται καὶ κινεῖται τὰ ἐντός. [15] τοῖς δ' ἄνω βλέπουσιν ὑ συμβαίνει τοῦτο, διὰ τὸ μὴ ὡς ἀποτείνειν μακρὰν, ἀλλ' ἀποτέμνεσθαι ὑπὸ τοῦ φωτός. [16] γίνεται δ' ἴλιγγος καὶ ὅταν εἰς τὰ αὐτὰ βλέπωσι συνεχῶς καὶ ἐπαλείζωσιν. ὅ καὶ ἐπὶ πορφύρας, διατί πολὺ κινουμένης κύκλῳ τῆς ὄψεως καὶ ἠρεμούσης συμβαίνει τὸ πάθος. ἄτοπον γὰρ τὸ ὑπὸ τῶν ἐναντίων. αἴτιον δ', τὸ μὲν ὑπὸ τῆς κυκλοφορείας, τὸ εἰρημένον· τὸ δ' ἐν τῇ βαπτίσει καὶ τῷ ἀπνιγμῷ, [17] διότι τὰ ὑπὸ τοῦ κινεῖσθαι σωζόμενα, διίστησι καὶ ἡ στάσις τὴν ὄψεως, διαφέρουσις ἑνὸς μείζω· καὶ πάλιν τὰ συνεχῆ ὑπὸ τῷ ἐγκεφάλῳ διίστασθαι. διϊστάμενα δὲ καὶ χωρίζομενα τὰ βαρέα, καταβαρύνει καὶ ποιεῖ τὸν ἴλιγγον. τὰ γὰρ πεφυκότα κινεῖσθαι τῷ δι' αὐτὸ κίνησιν, ἄλλοτε καὶ συμβαίνει ἄλλα ταύτῳ. [18] εἰ δὲ μὴ, καθάπερ Ἡράκλειτός φησι, καὶ ὁ κυκεὼν συνίσταται κινούμενος· εἴη δ' ἂν καὶ τῇ κυκλοφορείᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτ' ἀποδίδοναι. διίστασθαι γὰρ ἡ δίνη. τὰ δὲ βαρέα τοῦ κούφα, δέον ἅμα ἰέναι), τὰ μὲν εἰς τὸ μέσον ἄγουσα, τὰ δ' εἰς τὸ ἔσχατον ποιεῖ δὲ καὶ τὸ κυπτεῖν ἰλίγγους, διὰ τοῦτο. χωρίζεται γὰρ τὰ βαρέα καὶ ἐλαφρά. τὰ μὲν, ἄνω· τὰ δὲ, κάτω. διὸ δὲ ἅμα ἰέναι), καθάπερ ἐλέχθη, [19] ποιεῖ δὲ καὶ ἄλλη τις ἐναντίωσις, ὡς δοκεῖ

† οἷον ἡ τοῦ ἐδέδια καὶ τοῦ πλησμονῆς.

ἡ μὲν γὰρ ἔνδεια, σκότησιν ἢ δὲ πλησμονὴ, πεπλήρωσιν ἐποίησεν. [20] ὥστε πλῆρες γίνεσθαι τὰς πόρους· [21] αἰσθάνεται γὰρ αὐτὴ καταβαίνει καὶ διίστησι τὰς ὁδοὺς. ὅπερ ὄντων ἰλίγγους· ἔστι καὶ αἱ μέθαι καὶ αἱ φαρμακεῖαι, τὰ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ὁμοίως πλησίον, διὰ τοῦτο ποιεῖ τοὺς ἰλίγγους ἔνθεν καὶ ὅ σημεῖον τινὲς ἐπὶ ἀμφοῖν κοινὸν λαμβάνουσιν. [22] ὅταν γὰρ μὴ δυνηταί τις [23] λῦσαι ἐρωτήσεις ἢ [τὰς] δοκεῖς ἀριθμεῖν, τὰ μὲν ὕπω κεκαθάρθαι, τὰ δὲ μεμύσθαι φασίν. ἡ γὰρ ὑγρότης καὶ ἡ ἀλλοτρία ἐμπεπλωκυῖα, ποιεῖ τὰ παραχρῆμα.

tu. afficiuntur & ii, qui alta, magna, & præcipua loca conſpiciunt, quod in longum extenſus labaſcit aſpectus, & contremiſcit, ſic vero affectus turbat & agitat inferiora. [15] Qui vero ſurſum aſpiciũt, ideo non patiuntur, quod in longum nõ ducatur aſpectus; ſed lumine deturbetur. [16] fit vertigo, quando continue eodẽ collimemus oculos, id, quod nonnullis videtur dubium: quãdoquidem etſi circumagas oculos, etſi firmo intuearis obtutu, idem affectus eueniat, cum à cõtrariis, idem euenire abſurdum ſit. & ſane quod circumductis accidit oculis reddita ratione explicauimus. quod autem ab intento, & fixo prouenit intuitu, [17] ideo fieri putandum eſt, quod quæ agitata ſeruantur, ſtatus deturbat, & diſſipat. obtutus enim oculorum alius partis eſt diſiectio; & quæ in cerebro continua ſunt, conſiſtunt. diſiecta ſeparataq; quæ ex iis grauiora ſunt præponderant, & vertiginem inferunt. Nam quæ ad certum motum natura deſtinata ſunt, per hunc cõſociata ſeruantur. [18] ſiquidem vt ait Heraclitus & cyceon agitatione cõſtat. porro idem etiam rotationi tribuendum eſt. diſiicit enim grauia, leuiaque, hæc ad imũ, illa ad mediũ, quę alioquin vnà eſſe conduceret. Contingit etiam à flexione corporis in pronum vertiginem effici, ſeparantur enim à leuibus grauia, quæ cum ſimul eſſe expediret, tamen illa ſurſum aguntur, hæc deorſum. [19] Sunt & aliæ pugnantes, vt videntur, vertiginis cauſæ, inanitio inquam, & oppletio. inanitio enim colliquat, repletio vero excrementa aggerit, [20] vt ab his meatus corporis oppleantur. [21] hæc enim ſurſum educta mox deſcendunt, & circuitus deturbant cerebri, quod eſt vertigo. Siquidem & ebrietates & medicamenta, atque alia his ſimilia hac ratione vertiginis cauſæ ſunt. Vnde & commune in vtraque cauſa ſumitur argumentum. [22] vt quando quis nequeat, [23] trabes & laquearia numerare, aut nondum purgatus, aut ebrius cenſeatur. turbat enim humor alienus, & noxius cerebrum feriens. quamobrem in quibus contigerit, aut humoris, aut flatus excitari copia, aut quæ

δὲ καὶ ἐφ' ὅσων ἄλλων συμβαίνει πνεύματος ἢ ὑγρότητος γίνεσθαι πλῆθος, ἢ καὶ τῶν

Digitized by Google

in cerebro sunt serie sua deturbari, in iis omnibus vertigo fit. [24] porrò addendum & illud, eos, qui surgunt, magis offendi sedentibus. quiescentibus enim humor capitis consistit, & in se permanet, contrà verò iis, qui mouentur, turbatur, & vnum in locum confertim lapsus ciet vertiginem.

ὑπὸ ἀρχόντων ἀλγέουσιν, ἀπὸ πόνων συμβαίνει τοῦτο τὸ πάθος. [24] αἰσθάνονται δὲ μᾶλλον ἢ καθίζοντες ἰλιγγιῶσιν, ὅτι ἠρεμούντων στέλλεται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ πλέον. ὅταν δὲ κινῶνται, σφαλερὸν γίνεται, καὶ εἰς ἓν μέσον ἀθρόον ἄγει, τοῖς δὲ ἰλιγγιᾷ.

NOBILISSIMO, ET ERVDITISSIMO HIERONYMO LOMBARDO FRANCISCI FILIO.

LIBELLVM de Vertigine Theophrasti, à me latinè redditum, & commentariis explicatum mitto ad te mi Hieronyme, ita verò mitto, vt sub tuo nomine lucem aspiciat. Non enim ignoras, quantum virtutibus tuis debeam, quantum doctrinæ, quantum affinitati nostræ, quantum amicitiæ. Nam si quæ mihi præter arctissimam affinitatem cum patre tuo viro nobili, atque magnanimo sint necessitudinis officia, velim recolere, tibi tantum debeo, quantum nunquam aut ego soluere, aut tu poteris exigere. Libellus hic physicus est, explicatque non inutiles quæstiones, quas non ignorare æquum est. arbitror enim te non modo perlegisse libros Aristotelis, in quibus rerum naturæ principia, prima corpora illorumque affectiones declarantur, sed & in libris de Animalibus, & in libris de Plantis operàm aliquam posuisse. postremò nihil à te alienum existimare, quod naturalis scientia complectitur. sunt autem, quæ scientia hæc pertractat, penè innumera (nihil enim est penè in rerum vniuersitate, quod non physice amplectatur, non agnoscat suum, non doceat, itaque eo libentius perlecturum te libellum hunc facilè spero, quo tibi futurus est gratior propter emendationes meas, & scholia. leges autem non hunc modo, verùm & alios libellos huius philosophi, qui iam in lucem prodeunt à me restituti, & aucti commentariis, quorum singulos cum optimis amicorum dicatos vellem; hunc, qui neque sententiis, neque argumenti præstantia cæteris inferior est, tuum esse volui. accipe igitur, & lege, es enim eo iudicio præditus, quo decet esse Piccolomini viri doctissimi, ac præstantissimi discipulum. propterea si probaris librum, non vereor, quin doctis omnibus probandus sit. Vale.

IN LIBRVM THEOPHR. DE VERTIGINE COMMENTARII & emendationes.

DE Vertigine inscribitur hic libellus, græcè περὶ ἰλίγγου. est autem legitimus Theophrasti, quod & ex charactere, & sententiis facile cognoscimus. præterquam quod Diogenis Laertii testimonium, & aliorum veterum id confirmat. Significat vox hæc affectum capitis, quo illud circumuolui videtur, & nonnunquam cum illo, quæ ob oculos obuersantur. Hippocrates in libro de Acutis morbis ἰλίγγους vocat, quos aliàs ἰλιγγώδεις. ὑπάρξουσι, inquit, τοῖς πυρετοῖς δῖνοί τινες ἀπ' ἀρχῆς καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς, hoc est, quibuscunque febribus vertigines ab initio, & pulsationes capitis. posteriores græci medicinæ scriptores non

Digitized by Google

res non modo ἴλιγγον appellant affectum, verũetiã σκῖνον & σκοτόδινον & σκοτωματικὸν πάθος. distinguunt autẽ quod aut maior, aut minor est, minorẽque σκῖνον appellant simpliciter, maiorẽ verò σκοτόδινον. scilicet quòd non modò capitis circumactio est, verum & oculorum obtenebratio, ita vt quicunq; hanc vertiginem patitur, secum quæcunque videt, circumagi existimet. Hippocrates vnum agnouit affectum, & qui illum proximè sequuti sunt. & profectò non differt ὁ δῖνος ἀπὸ τῦ σκοτοδίνε, nisi quod malor hic, minor ille. quod differentiam in essentia rei non facit. Theophrastus de vertigine agit, quatenus est naturalis quædam passio, & intra limites naturalis philosophiæ continetur. neque dico naturalem esse passionem illo sensu, quo accipiunt medici. Nam symptoma præter naturam est, neque potest simul & præter naturam esse, & naturale. sed eo modo quo dicimus effecta omnia, quæ in rerum naturalium ambitu continentur natura constare, & naturalia esse. hoc significato, & morbi & morborum causæ, & affectiones, quæ symptomata dicuntur licet præter naturam hominis sint, quod scilicet incolumi naturæ aduersantur, dicuntur tamen affectus naturales, quod scilicet natura constant naturaliterque homini accidunt. quippè cùm ex quatuor elementorum symetria constet, ex ametria & excessu aliquo potest variis morbis facilè laborare, quibus natura obnoxia est. hac eadem ratione Aristoteles libro de sensu, & sensibilibus, cum de affectibus iis loqueretur, quæ animæ cum corpore communes sunt, de quibus priuatis egit operibus, naturalem philosophiam docet prima principia sanitatis, & morbi cognoscere. quin & libelli cuiusdam extat principium de sanitate ac morbo, quod Aristoteli tribuitur. in libris historiarum post declaratas animalium differentias, partes, ortus, actiones, mores, affectus etiam explanat, quos vocat πάθη. inter hos autem cuiusque penè insigniorum animalium generis peculiares morbos, quod & Theophrastus fecit in plantis. Cum itaque naturalis philosophia inter animalium affectus morbos pertractet, nihil vetat eandem particulatim singulos pene cognoscere, eorumque causas perueſtigare. iecit huiusce tractationis principia quædam diuinus Plato in Timæo, quẽ hic philosophus imitatus de pluribus priuatis affectibus libellos edidit, quos pene omnes, præter aliquot fragmenta, amisimus temporum iniuriâ. Nã & hic vix effugit naufragium. agit autem de vertigine, non vt illius natura cognita instituat curationem, hæc enim medica tractatio est, sed vt eius causis cognitis affectus cognitio simpliciter habeatur, sic enim agere de vertigine possunt physici. Cũ aũt & externæ & internæ causę sint, vtrasq; persequitur philosophus, & externas magis & quoniã libellus problematicus est, cuius penè generis sunt omnes hi libelli, declarat in illo particulatim euenta, quæ ad vertiginem ipsam pertinent, & profecto libellus hic, vt in naturalis scientiæ Encyclopædia exactè intelligẽda, necessarius est, ita in medicina dignus, vt in manib. versetur omniũ. vtinã ita peruenisset integer in manus nostras, vt ab Auctore editus est, & tamẽ quãdo eandẽ & hic cũ aliis fortunã subiit, conabimur eius vulnera si nõ omnino sanare, spleniis saltẽ tegere. & oblinere vt alii possint interim persanare, quibus aut emendatior codex contiget, aut erit felicius ingeniũ.

ὁ ἴλιγξ γίνονται, ὅταν ἢ πνεῦμα ἀλλότριον περὶ τὸν κεφαλὸν ἔλθῃ, ἢ ὑγρότης περιττωματικὴ.

Vertigines fiũt, quãdo aut alien⁹ spirit⁹, aut excremẽtitia humiditas caput petierit.

Multitudinis numero vocauit etiam Hippocrates tertio aphorismorum, quemadmodum in libro de acutis morbis eodem numero vocauit δίνους, fortè autem hac ratione, quod licet vnus affectus sit, constat tamen pluribus rotationibus, conuersionibusque, quas putant aspicere, ac pati; qui vertiginem patiuntur. quod ad causam pertinet, eadem pene tradit Galenus. Nam libro tertio locorum affectorum ex commotis in cerebro humoribus inordinato, inæqualique motu vertiginẽ fieri docet. neque modo ex humoribus solis, verum etiam ex vaporibus, qui aut in capite geniti, aut aliunde delati cerebrum opplent, & turbant. in quarto commentario in librum de acutis morbis, fieri ait vertiginem propter inordinatum motum flatuosi spiritus, qui aut in ipso capite ortum habeat, aut aliunde deferatur. in tertio commentario in Aphorismos, ὑγρᾶ μετὰ παχέος πνεύματος κινουμένου κατὰ τὸν κεφαλὸν, docet vertiginem oriri, hoc est humore aliquo vnà cum crasso spiritu in capite cõmoto. vt igitur vertigo fiat, & humores sint necesse est, & vapores crassi flammosique, qui agitationem faciant. πνεῦμα ἀλλότριον vocat philosopus aut noxium, aut inimicum, aut quod alibi genitum caput impetit. & videtur vertiginem tantum agnoscere κατὰ συμπάθειαν, non autem κατ' ἰδιοπάθειαν. nihil vetat tamen vtramque Nã in ipso capite genitus spiritus motu cietur, & aliquo modo cerebrum impetit. quamquàm absurdum non est, Theophrastum ea, quæ medici exactius considerant, non adeò accuratè tradere, quando etiam Medici non defuerunt, qui non alios flatus spirituſue cerebri turbatores agnouerunt, nisi qui ab inferioribus corporis partibus orti caput impetunt. quod apud Actium Possidonius videtur voluisse. περὶ τὸν κεφαλὸν. lego lubentius ὑπὸ τὸν κεφαλὸν nisi ita dicat vt περιτροφὴν, hoc est, circumuersionem exprimat. ἢ ὑγρότης περιττωματικὴ. Secundã causam ex antecedentibus vocatis numerat, & tamen hæc non est sine flatibus spiritibusue. ὁ γὰρ τόπος ὁ περὶ τὸν ἐγκέφαλον figurate loquitur, hoc est, ὁ γὰρ ἐγκέφαλος. reddit autem rationem, cur caput vertigini sit obnoxium, & mirè exprimit noxii spiritus insidias, quando ait διαδυόμενον. καὶ περὶ τὰς φλέβας ἰέναι κύκλῳ τὸ ὑπάρχον ὑγρὸν Vult spiritum circa venas humorem pellere, quod fieri rationabile est, quando per arterias, aut venas fertur spiritus. Nã & intẽperie inæquali potest, spiritus ille in cerebro gigni, & à ventriculo aliisue visceribus potest rectà cerebrum petere, vt in ipso cerebri corpore, & humor, & spiritus sit. ὥστε τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ συμβαίνει. Galenus eodem modo loquitur libro 3. locorum affectorum. ἔοικε δὲ ὅπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τῶν περιστροφῶν πολλάκις ἐν κύκλῳ, συμβαίνειν τῶν ὁμοίνοις αὖ τῶν περιστροφῶν γίνεσθαι. hoc est videtur autem quod aliis cum circumuertantur, assiduè solet contingere, hoc iis accidere sine vlla circumuersione.

Digitized by Google

[2] ὕσπερ οἷον δίνης τινὸς τῆς φορᾶς τοῦ ὑγροῦ μὴ σωεχοῦς ὁμοίως.

Quandoquidem veluti vortex quidam est humoris non eodem modo cohærentis agitatio.

Notandus locus hic est, vt quæ paulò dicuntur inferius, corrupta esse facilè constet. modum autem, quo vertigo fit hunc esse docet. humores non continuos, sed disiectos, (vt ita dicam), interposito flatu interciſos inæquabili motu cieri, partimque antecedere, partim autem sequi. interiectum verò flatum impedire, vt ne cohæreant. atque ita fieri, vt in diuersas ferantur partes inæquabili motu agitatos. sic autem vertiginem fieri. τὸ ὑφισάμενον αἰωρεῖν ἴσχει τὸ πνεῦμα. hoc est spiritum debemus intelligere, quem, vt dicebat superius, ὠδῖν ita modo ἀντιπρόσω. repellit autem humoris motum in contrarium, atque ita facit vertiginem.

[3] αἴτιον δὲ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ ὑγρὰ ῥᾳδίως τρέφεσθαι καὶ δίνεσθαι διὰ τὸ ἔχεσθαι αἰτίας, ὅτι οὐ σωεχῆ.

Etenim quod ea, quæ liquida sunt difficilè possunt in vorticem agi, causa est quod continua & cohærentia sint.

In vniuersum dat causam, cur liquida siue humida difficile agantur in verticem. quod scilicet cõtinua sint, & simul cohæreant. vertex autem non fit nisi continuitate interciſa, quod in liquidis non adeò euenit. atque hic planum est & ex iis, quæ dixit, verba hæc mendosa esse ὅπου σωεχῆ, expungendamque omninò negandi particulam. quod mendum est etiam in simili, quod affert ab ouo. Nam si supra dixit vertiginem fieri, quando humidum simul non cohæreat, planum est, humida continua difficilè conuerti. est igitur τῆς δίνης causa τὸ σωεχές, quemadmudum τὸ μὴ δίνεσθαι, hoc est ne vertigo fiat τὸ σωεχές, hoc est continuum. quod enim continuum est æquabiliter in vnum locum confluit, quod verò continuum non est, inæquabili diuersoque motu agitatum vertiginem facit. fit enim vertigo ab inæquabili humorum, & spirituum motu, quemadmodum docet Galenus.

[4] οὐδὲ παρόμοιον γὰρ τὸ συμβαῖνον ὥσπερ ἐν τοῖς ὠοῖς τοῖς ὠμοῖς. ἃ μὲν γὰρ ταῦτα δύναται δίνεσθαι διὰ τὴν ὑγρότητα.

Non absimile est quod ouis crudis accidit. Nam neque hæc possunt in orbem verti, quemadmodum cocta, propterea quod hæc quidem ab inæquali humore, & in diuersas partes disiecta conturbantur.

Confirmat exemplo crudorum ouorum quod dicebamus. nempè enim in crudis ouis cohærens, continuaque humiditas, in coctis inæquabilitas quædam flatuumque interiectio, propterea-que mouentur hæc, illa autem moueri nequeunt. Aristoteles in sexta sectione problemate quinto quærit, cur ii, qui surgunt, potius quam qui sedent, tentantur vertigine. Cum autem & ille vertiginem ab inæquali humorum motu dicat fieri, affert exemplum crudorum ouorum, in quibus humidum vnum in locum collectum æquabiliter confluit, propterea que non mouentur. sunt eius verba. διὸ καὶ τὰ ὠμὰ ὠὰ τὰ δύναται δίνεισθαι, ἀλλὰ καταπίπτει, κινούμενον δὲ τὸ ὑγρὸν ὁμοίως ἔχει. Quamobrẽ & cruda oua circumuerti nequeunt, sed decidunt, humor autẽ, qui mouetur, vno modo se habet. quod est quod Aristotelem ὁμοίως, vno modo conuertimus. sumitur autem pro ὁμαλῶς. Gaza æque transtulit apte quidem, ac benè. etsi alioquin Aristotelis mentem non videatur assequutus. vertit enim. mouenti autem humor se æque expandit. quod neque fidè redditum est, & omninò aliud significat ab eo, quod est in græcis verbis.

[5] τὰ δ' ἑφθὰ, δύναται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν.

Locus mendosus est, ac mutilus, quod vel ex eo facilè constat, quòd ratio redditur omninò rei propositæ contraria. in Editione Henrici Stephani locus hic penè integer est, ex illo itaque lacunam impleuimus. διόπερ τὰ μὲν ἑφθὰ τοῦ ὑγρότητος ἀνωμάλου καὶ οὐκ ἰσορρόπου οὔσης σφάλλεται, τὰ δὲ ὠμὰ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ σφᾶλον ὑφισάμενον ἑνὸς ὄντος καὶ σωεχοῦς τῇ ὀπτῇ. primo loco quæ proponuntur, τὰ μὲν, oua cocta licet intelligere, secundo verò τὰ δὲ cruda. hæc enim humorem habent æquabilem, qui in diuersas partes propter æquabilitatem non disiicitur. in his verbis integra videtur sententia, nisi quòd vbi est, τὰ δὲ ὠμὰ διὰ τὸ μὴ, legendum videtur τὰ δὲ ὠὰ διὰ τὸ μὴ, vt intelligatur, τὰ δὲ ὠὰ σφάλλεται. Nam cocta eo quod habent τὸ σφάλλον, hoc est humorem inæquabilem, σφάλλεται, cruda verò minimè, propter contrariam rationem. σφάλλεται autem dixit metaphoricè. est enim σφάλλεσθαι, errare, falli, peccare. qui viam ignorãtes huc illuc discurrant, σφάλλεσθαι dicuntur, hoc est errare in via. idem accidit ouis coctis, quæ à diuersis humoris motib. agitantur, ac propter illã inæquabilitatem rotantur in orbem. τὸ αἰώμενον igitur illud est τὸ σφάλλον, hoc est, quod cõturbat, oua vero ipsa cõturbata, & agitata varie intus σφάλλονται.

[6] ἀφ' ὧν δὲ συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς τὰ καθήκοντα τοῖς ὧν ἀπορροῦσι τοῖς τοῦτο αἰτιᾶσθαι προσῆκον.

Quo

Digitized by Google

Quo etiam referenda sunt, quæ in singulis rebus ab his accidunt, de quibus dubitatio est.

Ab iis, quæ in vniuersum de vertiginis causis dicta sunt; problemata, quæ particulatim quæri possunt, facilè declarari docet hoc loco.

[7] οἷον διότι κύκλῳ θέοντες ἰλιγγιῶσι.

Qualia sunt, vt cur vertiginem patiuntur, qui in orbem incedunt.

Ponit problemata, quæ paulò pòst singillatim, explicantur. καὶ οἱ μακρόβιοι δὲ μᾶλλον, eos qu maximè procero sunt corpore licet intelligere. quod liquet ex solutione, quæ affertur inferius. πάντων γὰρ τούτων καὶ εἴπ ἄλλο τοιοῦτον ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρημένοις αἰτίαν, hæc non esse sine mendo arbitror. videtur enim dura, & non vsitata loquutio. & alibi frequenter non hoc modo vtitur τὸ αἰπᾶσθαι. libro quarto de plantarum causis cap. 9. ἀλλ' ἀμφοῖν τούτοιν αἰπᾶσαι αὖ τις τὸν ἀσθενέστερον δι' ὧν καὶ ἀπόρρωσις πρὸς τὸ ἔαρ. ibidem cap. 10. εἰ δὲ θᾶττον ὀλιγοχρονίων τούτων βαρεῖς ὥσπερ φασὶ τοὺς περὶ λιμίον ἐνταῦθα τῇ ἀπύρωσις τὴν φύσιν αἰπᾶσθαι. sic loquuti sunt omnes veteres. vereor itaque quin scripserit Theophrastus, ἢ αἰπᾶσαι εἴρηται, quod posteà corruptum est in αἰπᾶσαι, aut deleto temporis iniuria τὸ εἶπ, aut librarii incuria præterito, aut non animaduerso: sed in mendosissimo hoc codice mendorum rationem quærere superuacaneum est. sed quomodo dictam esse causam dicit superius si nondum attulit? sane dictam intelligit potestate. Nam ex iis, quæ supra dicta sunt, facilius est quæstionum propositarum declaratio.

[8] εἴπερ γὰρ ὁ ἰλιγγιῶν γίνεται ἐάν τις τῷ αὐτῷ χρόνῳ περιφέροιτο, τάχιον δ' ἂν καὶ μᾶλλον τῶν λοιπῶν ἰλιγγιώη ὁ ἐγγυτάτω καὶ ὁ ἐν ἐλάττονι κύκλῳ χρόνῳ. καὶ ὅσῳ μᾶλλον θᾶττον, μᾶλλον.

Nã si vertigo fit quãdo in eodẽ spacio se vertat aliquis, maximè fieri necesse est, quando proxime & in minori id agat circulo, atq; eo magis, quo celerius.

Aggreditur ad quæstiones, quas proposuit. quod autem sumit euidentissimum est; & à nemine non admittitur, vnde facilè sequitur, quod concludit. Vertigo fit, quando in eodem loci spacio rotamus caput, quò magis autem rotatur, eo magis turbatur cerebrum, & vertiginem patitur magis autem rotatur illi, qui exiguo spacio circumagit caput, & qui celerius. plus igitur etiam vertiginis. vulgatus codex sententiam habet non omninò mutilam, & tamen fragmenta Stephani emendatiora. ex iis igitur emendanda, & restituenda sunt hæc verba.

[9] διότερ οἱ θέοντες τῶν περιπατούντων, καὶ οἱ ταχέως τοῦ βραδέως.

Quamobrem & qui currunt, magis quam qui ambulant, & qui celeriter, quam qui tarde vertigine offendi solent.

Clarum hoc à superiori positione. cursus autem in orbem meminit, quod apud veteres in gymnasiis in vsu esset. quod testatur Antylus medicus in Oribatij collectaneorum libro sexto cap. 22. vocabatur autem περίδρομος. θέουσι γὰρ ἐγκλινόμενοι πρὸς τὸ κέντρον. currunt enim ad centrũ inclinantes. docet currentes ad orbis illius centrum, circa quem currunt inclinare, quod manifestum est, eo quod currentes illo semper inclinant, quo currunt, prorsum quidem si antrorsum currunt, in latus autem si in orbem. sic autem in centrum. omnia enim latera æqua respondent ad centrum. hoc autem modo fieri, vt circulus currentium oculis ad coni figuram repræsentetur. quod itidem ex eo planum est, quod aspectus siue emissione, siue admissione fiat, coni figura fiat necesse est. basim autem coni esse circulum, vtpote qui sub aspectum cadit, summum autem in oculo esse. Cùm itaque circulus hic currentium obuertetur oculis, proinde erit, atque siquis eodem loco caput circumagat, vnde vertiginem fieri dictum est. proinde autem esse diximus, eo quod quemadmodum à frequenti rotæ cõuersione spiritus ille, qui aspectui inseruit, turbatur, ita vt caput circumagi videatur, ita etiam in circulo illo, qui currentib. dum in gyrum currũt factus fertur ad oculos, turbatur aspectus non aliter, atque si caput rotetur in orbem. fit hoc simpliciter incursu, qui in orbẽ fit, sed eo magis fit, quo celerius, & propius centrum curritur. sic enim semper comitatur aspectum circulus, qui fit illis, qui in orbem currunt. præterea acutior, quo autem acutior eo magis turbat aspectum. quod eodem loci spacio rotari caput videatur. quod superius notabamus. adde etiam acutiorem fieri in orbem currentibus, quod ad latus currentes inclinant. Sed si longo sunt ac procero corpore inclinabunt magis, acutiore igitur formato cono magis obnoxii vertigini fuerint, qui procero sunt corpore, quos superius vocabat μακροβίους.

[10] ἐγγύτερον γὰρ ἔχει τὴν κεφαλὴν, ὁ μείζων τῆς τοῦ κώνου κορυφῆς.

Nam propinquius habet caput, qui maior est, coni vertici.

Sic legendum. reddit autem rationem, qua fit, vt qui longiori sunt corpore magis patiantur vertiginem. ratio autem ex ea positione manifesta est. vertiginem fieri cum quis eodem loci spatio caput circumagat, quoque magis eodem loco, eo magis fieri. cum autem dictum sit iis, qui in orbem currunt circulum repræsentari in oculos figura conica, ideo ait, eos, qui longiori sunt corpore, & magis inclinant ad centrum propius habere coni verticem ad oculos. sed quo propius, eo maior circumactio optici spiritus, vnde maior cerebri vertigo.

[11] καὶ οἱ εἰς τὰ ἀριστερὰ θέοντες, ἐπὶ μᾶλλον ἴσως νεύουσι, καὶ ὀξυτέραν ποιοῦσι γωνίαν πρὸς τὸν κώνον. ἐμβριθέστερα γὰρ ὄντα τὰ δεξιὰ μέρη διάγει μᾶλλον αὐτούς, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀριστερῶν.

Digitized by Google

Qui verò ad lævam currunt, lõge magis reclinant, & ad circulum acutiorem constituunt angulum. cum enim dextera corporis pars robustior sit, propellit magis, & intro agit, quippe læva imbecillior est.

Ab eodem principio alius problematis declaratio. quod autem dicit planum est. Verùm videndum, an qui ad lævam currunt, ideò propiores fiant centro. quod cum dextera cõrporis pars sit validior lævam intròpellit. an potius quòd cùm lævam corporis partem nequeamus æque ac dextram mouere, ac regere, facilè accidit, vt ad illam hac ratione inclinemus corpus. maior enim inclinatio fit corporis, vbi minus potest regi, minus autem regitur, si ad lævam moueatur ἰμβεβηκυῖα γὰρ ὅτι τὰ δεξιὰ. hoc ex eo manifestum est, quod dexteræ partes calidiores, quod Aristoteles docuit non vno loco, & post illum Galenus.

12 Καὶ ἐὰν μετὰ πολλῶν θέωσι μᾶλλον καὶ θᾶττον ἢ μόνοι.

Et qui cum multis currunt magis, ac citius vertiginem patiuntur, quam si soli sint.

Sic restituimus deleto μή. est autem aliud problema, cuius ratio non eget explicatione, tantùm illud dicere necesse est, eo magis turbari aspectum, quò plura obiecta rotari aspicit. in cursu igitur circulari, qui fit cum multis, & circulus ille ferit oculos, dictum est, & qui circumquaque currunt. hæc igitur obiecta simul in oculum appulsa dubium non est, quin & magis, & citius turbent aspectum. quo turbato spiritus ille, qui in cerebro residet, quem animalem appellant, vnà cum humoribus agitatur, vnde vertigo fit. vt etiam docuit Auctor problematum, quæ falso Aphrodisiensi tribuuntur. Ἢ ὄψις αὐτὴ προσβάλλουσα τοῖς ὄμμασι. sic loquitur quasi emissione radiorum fiat aspectus. sed ægrè acceptis etiam speciebus, προσβάλλει, hoc est offendit aspectus.

13 οἱ τε γὰρ πλέοντες θᾶττον καὶ μᾶλλον ἰλιγγιῶσιν. ὅταν ἐμβλέπωσι τοῖς κύμασι. ἢ τῶν ὅλων ἄστρων κινήσει.

Quod qui nauigant, & magis & citius vertiginem incurrunt, si aut fluctus aut motus syderum intuentur.

Confirmatio euentus, de quo superius loquebatur ab aliis similibus, quæ ab eadem fiunt causâ συμβαίνει γὰρ κινουμένῳ κύκλῳ πῶς ὄψιν κινεῖν τὸ ὑποκείμενον, sic loquutus est Archigenes vel Posidonius in lib. sexto Aëtij. τὸ γὰρ ὀπτικὸν πνεῦμα προσπίπτον τῷ ἀδιακινουμένου ἔχῳ κινεῖται, καὶ αὐτὸ συμπεριφερόμενον ὅπως ἂν, καὶ ὅπως αὐτόματον, καὶ παραχωδῆ καὶ ἄλλοτε τὸν τῶν χυμῶν καὶ τῷ πνεύματος πρὸς κίνησιν ἐργάζεται hoc est, spiritus enim qui aspectui inseruit, cum in rotam quę circumagitur incidat, mouetur & ipse, vnà cum illo circumactus, sic autem inæqualem, turbulentum, & inordinatum facit & humorem, & ipsius spiritus motum.

14 ἰλιγγιῶσι δὲ καὶ εἰ τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ἀπότομα ἀποβλέποιτες.

Afficiuntur & ii vertigine, qui alta, magna & prærupta loca conspiciunt.

Alia euenta quorum adfert rationes, quæ per se claræ sunt, aspectum ait vibrari, & labascere quò longius protenditur, illorum sententiam sequens, qui radiis ex oculis emissis aspectum fieri opinabantur. quod in problematico hoc docendi genere, vt etiam aliàs diximus, absurdum non est. Nam & Aristoteles, qui contrarii dogmatis auctor est in problematis frequentissimè Platonis illud, & Mathematicorum dogma sequitur.

15 Οἷς δ' ἄνω βλέπουσι συμβαίνει τοῦτο, ὅτι ὁ μὴ ὡς ἀποτείνει μακρὰν ἀλλ' ἀποτέμνεσθαι ὑπὸ τοῦ φωτός.

Qui verò sursum aspiciunt ideo non patiuntur, quod in longum non ducatur aspectus, sed lumine deturbetur.

Videtur esse repugnantia. Nam si alta & sublimia dum aspicimus, circumagi nobis videntur, vertiginemque ideo patimur, quomodo sursum aspiciemus, neque idem nobis accidit? an aliud est prærupta altaque aspicere, aliud sursum simpliciter. primo modo obiectum adest aspectus, quod propter altitudinem suam, distantiamque oculorum aciem turbat, quemadmodum etiam accidit, quando ex alto profunda loca intuemur. turbatur enim aspectus & cerebrum commouet. altero modo potest quis sursum simpliciter aspicere, neque vertigine tentari, quod obiectum non adest. sed aer tantum illuminatus, qui perstringere quidem potest oculos, non autem turbare, ac commouere. Hęc ex Aristotelis dogmate de aspectu dicta sunt, quę tamen possunt valere & in alio dogmate, ex quo respondet Theophrastus.

16 γίνεται δ' ἴλιγγος ὅταν εἰς τοῦτο βλέπωσι συνεχῶς καὶ ἐπανιζῶσιν.

Fit vertigo quando continuè eodem collimemus oculos.

Stephani exemplar non habet εἰς τοῦτο, ego lego εἰς τὸ αὐτὸ lubentius, quam εἰς τοῦτο. ἀτενίζειν est oculos immotos tenere, & rem aliquam fixo obtutu contemplari.

17 Ὅσοι

Digitized by Google

17 διότι τὰ ὑπ' αὐτῶν κινούμενα, διίστησι καὶ ἡ στάσις τοῦ ὄψεως, διάστασις ἑνὸς μορίου· καὶ τἄλλα τὰ σωζόμενα ὑπὸ τῷ ἐγκεφάλῳ διίσταται. διϊστάμενα δὲ καὶ χωριζόμενα τὰ βαρέα, καταβαρύνει καὶ ποιεῖ ἴλιγγον.

Quod quæ agitata seruantur status deturbat ac dissipat. obtutus.n. oculorum alterius partis est dissectio, & quæ in cerebro continua sunt dissecta separataq;, quæ ex iis grauiora sunt, præponderant, & vertiginem inferunt.

Ratio est, cur immotis oculis vertigo fiat. Nam & oculi natura motum aliquem habere debent, & spiritus ille, qui aspectui seruit, motione seruatur moderata, obtutu autem firmo ac immoto laborat, & hebescit hoc modo & animalis ille spiritus, qui in cerebro est, non sine aliquo motu leui placidoque potest consistere. qui tamen quemadmodum intensis cogitationibus, ita in immoto aspectu turbatur, & de statu deiicitur, ἡ στασις τῆς ὄψεως διάστασις ἑνὸς μορίου. fixus oculorum aspectus fatigat animalẽ spiritũ, à quo vertigo fit. Notandæ vero voces στάσις διάστασις, ἑνὸς μορίου, hoc est τοῦ ἐγκεφάλου. quid si legamus πως μορίου. τἄλλα τὰ σωζόμενα ὑπὸ τῷ ἐγκεφάλῳ διίσταται. declarat quæ sit ἡ τοῦ ἐγκεφάλου διάστασις. Cum enim spiritus in cerebro moderato motu gaudeant, quando immoti permanent humores agitati vertiginem inferunt. τὰ δὲ πφυκότα. rursus repetit vniuersalem sententiam. & porrò spirituum eadem conditio, atque ignis est: sunt enim & illi natura igniei: ille nimio motu extinguitur, nullo tabescit, moderato seruatur, & permanet. idem itaque & spiritibus accidit.

18 εἰ δὴ μὴ, καθάπερ καὶ Ἡράκλειτός φησι, τὰ κυκεῶνα σωίζεται κινούμενος·

Hæc verba mendosa esse vel ex eo facilè constat, quod voces hæ εἰ δὴ μὴ, contrarium aliquid deberent inferre. at nihil inferunt. adde imperfectam esse omninò sententiam, nisi tamen fortè legatur κινούμενα, non autẽ κινούμενος. quod scio nõnullis placuisse. Sed ita inepta est õinò, ne dicã, nulla sententia. accedit quòd Cyceonis exẽplũ nihil ad rem faceret. tota .n. eius natura ἐν τῷ κυκᾶσθαι, h. e. in turbando, & agitando, vnde etiam nomen habuit, cum res ita sit, legendum arbitror εἰ μὲν δὴ τὰ κυκεῶνα σωίζεται κινούμενος. vt sit confirmatio sententiæ in vniuersum propositæ ex Heracliti auctoritate. Notum autem ex Aristotele, quarto Metaphysicorum, Heraclitum in omnibus rebus perennem posuisse motum. poterat igitur exemplo Cyceonis vti, hoc est ita res etsi in continuo motu sint, seruari tamen, vt Cyceonem semper agitatum. porrò quid Cyceon sit, vel ex Homero licet intelligere, pene enim in prouerbium abiit Homericus Cyceon. Sunt eius versus ex λ. Iliados.

Τοῖσι δὲ πύκε κυκειῶ ἐυπλόκαμος Πραμήδη
Τῷ ἀρετ' ὀπὶ πενέδηκο γέρων ὅπι πίσυνε ἀχιλῆος.
Θυμαίρων ἀφενόν μαλαλήϊος.

Fuit autem potio ex farina, caseo, ac vino. quòd idem Homerus paucis interpositis aperit.

Ἐν πᾶ ῥα σφι κύκησε γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν
Οἴνῳ θρεμμένῳ ὅθι δὴ αἶγιον κῆ τηρὸν
κυρσίει χαλκείῃ ὅθι δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνε.

Meminit huius potionis Hippocrates in sexto Epidemiorum segmento sexto, quo loco Galenus annotat Cyceonem esse potionem, in qua est & βρωθὴ καὶ πόμα, hoc est cibus, & potus. in quo quidem misceri cum vino alia, atque alia, tamen communiter vinum admisceri solitum. Eretianus potionem interpretatur μιᾶς ἀλφίτων ταραχθείσης, hoc est cum farina agitatam. Eustathius adnotat apud Homerum Cyceonem esse ὡς ὑγρόν τι καὶ πόσιμον καὶ οἷον ζωμὸς ῥοφητὸς, liquidum & potulentum, & tanquam ius sorbilem. in libro secundo de Diæta non vnius generis Cyceonem facit Hippocrates. Sunt autem eius verba. κυκεὼν ὑγρὸν μόνον ἐφ' ὕδατι μὲν ψύχει καὶ τρέφει, ἐφ' οἴνῳ δὲ θερμαίνει καὶ τρέφει, καὶ ἴσχνει, ὅτι μέλιτι δὲ θερμαίνει μὲν ἧσσον καὶ τρέφει, διαχωρεῖ δὲ μᾶλλον ἢν μὴ ἄκρητον ἢ τὸ μέλι. hoc est Cyceon in aqua solum refrigerat, & alit, in vino autem calefacit, & alit, & aluum sistit; in melle verò minus calefacit, & alit, magis autem aluum subducit, nisi merum mel fuerit. variis igitur modis pro arbitrio parabatur. fundamentum vero eius polenta fuisse videtur aut farina triticea, cui caseum, mel, vinum admiscebãt. quin & herbis quibusdam admistis parari solitum à nonnullis legimus in quibusdam veterum glossariis. Nonius Marcellus cinnum potionis genus interpretatur ex multis liquoribus confectũ, cuius meminit & Cicero in libro, qui orator inscribitur, quæ non alia fuerit, quàm Cyceon. Sed vt ad rem veniamus. Cum tota Ciceonis natura in agitatione, & commistione consistat, optimè dicetur agitando σωίζεσθαι. Sic autem simile erit rei propositæ valde accommodatum. καὶ τἄλλα τὰ ὑπὸ τῷ ἐγκεφάλῳ σωίζεται, legendum διίσταται. sequitur enim καὶ διϊστάμενα δὲ.

19 ποιεῖ δὲ καὶ ἄλλη τις ἐναντίωσις, ὡς δοκεῖ οἷον ἥ τε κένωσις καὶ τὸ πλησμονή.

Sunt & aliæ pugnantes, vt videtur, vertiginis causæ, inanitio, inquam, & repletio.

Repletio & inanitio contraria sunt, & tamen idem ab iis effectus oritur, quemadmodum & suprà à statu, & motu, etsi non eadem ratione. εὐδιάν vocat, quam, & ἀσιτίαν appellant. in hac autẽ aut excrementa è proximis venis à ventriculo trahuntur, quæ possunt caput facilè percellere, & & vertiginem inducere, quod genus vocat σωπῆξιν, hoc est colliquationem. aut potest bilis quæ in ventriculo est, acrior subinde fieri, à qua exhalante non modo vertigo fiat, verum & conuulsio & epilepsia. Nota est apud Galenum libro sexto locorum affectorum Grammatici historia, qui vbi inediam patiebatur in epilepsiam incurrebat. omnino autem bilioſi habitus homines nõ possunt inediam ferre sine discrimine. potest & bilis non modo in ventriculo esse ab initio, quæ exhalatio-

Digitized by Google

ne caput affligat. verùm etiam à iecore confluere, qui confluxus potest σύντηξις aliquo modo dici, cum præter mediam incalescit magis corpus calore acutiore reddito, & sanguis bilescit.

[20] ὥστε πλήρεις γίνεσθαι τὰς πόρους.

Et in repletione, & inedia vaporibus oppletur caput, oppletum autem turbatur vertigine, sed in repletione nota est causa, à multa enim alimenti copia crassi vapores sublati cerebrum turbant. de inedia dictum est supra. πλησμονὴν, vocat repletionem. Hippocrates non modo πλησμονὴν, verum & πλήρωσιν.

[21] αὐτῆσα γὰρ.

Modum explanat vertiginis à repletione. Locus autem mendo fœdatus est. Stephani fragmentum sic habet. αὐτῆσα γὰρ παρ' αὐτὰ. ego aut omnino deleo τὸ παρ' αὐτὰ & π' παῦσα, aut scribo αὐτὴ, vt intelligatur ἡ ἀφίστασις. est autem sententia, vapores crudos à repletione caput inuadere, qui sursum deorsum lati spiritus naturales circuitus perturbent. disiectis aũt spiritibus humoribusq; turbatis vertiginẽ fieri, satis supra declaratũ est. τὰς φορὰς intelligit circuitus naturales spirituũ cerebri. illos enim dixit superius non posse sine motu seruari, vt mirari satis nequeam illos, qui τὰς φορὰς malunt legere, nescio quos circuitus vaporibus tribuentes.

[22] ὅταν γὰρ μὴ δύνηται τις ἰδεῖν τρωτῆρας ἢ [τὰς] δοκοὺς ἀριθμῆσαι, τὸν μὲν ὕπω κεκαθάρθαι, τὸν δὲ μεθύειν φάσιν.

Vt quando quis nequeat trabes & laquearia numerare, ille quidem nondum purgatus, hic autem censeatur ebrius.

Sic emendandus, & legendus locus hic. porrò quòd vertigo accidat ebriis, planum est; non ignotum etiam vnde accidat. & alioquin Aristoteles in tertia sectione problemate nono rem explicauit reddita causa. quod ad illos attinet, qui purgans medicamentum sumpserunt; sciendum est illos vertigine commoueri, turbato cerebro tum à vaporibus, qui à medicamento elati caput impetunt, tum ab humoribus agitatis medicamenti vi. turbari autem cerebrum donec purgatione peracta sedatisque humoribus, purgatisque succis noxiis, spiritus animales tranquilli redditi sint, eodemque modo spiritus oculorum tranquilli ac synceri in re, quæ sub aspectum cadit, minimè fallantur. quod facilè accidit ebriis quidem à crapula, iis verò qui purgantur, & ab humorum agitatione, & à medicamenti vi. Notandum autem non id in omni purgantium medicamentorum, genere accidere, sed in illo præcipuè, quod validè agitando corpus euacuat, quale scammonium, colocynthis, vterque Helleboris, granum Cnidium, Elaterium, Euphorbium. ex hoc loco sumpsit Auctor problematum libro secundo problem. 33. quæstionem, quam declarat, quærens enim cur in purgationibus, quando qui purgantur possunt trabes numerare, rectè purgati iudicantur. respondet id fieri quod purgans medicamentum motis humoribus, & ad ventriculum attractis, vaporibus opplet cerebrum, quamobrem spiritus tum qui rationi seruiunt, tùm qui aspectui, cùm puri non sint, inæquales & vident & iudicant trabes, atque in numero falluntur, post purgationem autem puri redditi, & aspectui speciem reddunt veram, & rationi, vt ne fallantur. aspectus inquam in videndo, ratio autem in iudicando.

[23] τὰς τρωτῆρας ἢ δοκούς.

Sic legendum. omnino aũt locus hic multis mendis inquinatus est. sunt τρωτῆρες, vt ait Suidas, τὰ μικρὰ δοκίσια τὰ ἐπάνω τῶν δοκῶν πεπηγότα. Vitruuius tigna transuersaria videtur appellasse lib. decimo. ἡ ὑγρότης γὰρ ἡ ἀλωπηκία. sic sanauimus locum hunc. sub ὑγρότητος autem nomine, & vapores & halitus licet intelligere. vocat autem ἀλωπηκίαν, quemadmodum & libelli initio.

Πνεύματος ἢ ὑγρότητος γίνεσθαι πλῆθος. hic optimè πνεῦμα posuit & ὑγρότητα, subdidit autem τῶν ὑπαρχόντων διάστασις, hoc est illorum, quæ in cerebro sunt disiectionem, quod etiam ex hac sola, etiamsi aliũde aut humor aut vapor nõ aduenerint, facilè vertigo fit. τὴν δὲ στάσιν autẽ hoc in loco circũscripsimus potius q̃ è verbo cõuertimꝰ. aut quæ in cerebro sũt, serie sua deturbari, vt esset planior sẽtẽtia.

[24] αἰσχάλλουσι δὲ μᾶλλον ἢ καθίζοντες ἰλιγγιῶσιν, ὅτι ἠρεμούντων συμίσγεται τὸ ὑγρὸν εἰς τὴν κεφαλήν. ὅταν δὲ κινῶνται, σφαλερὸν γίνεται, καὶ εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἄγον, τοῖς δὲ ἰλιγγιᾷ.

Porrò addendum & illud, eos, qui surgunt, magis offendi sedentibus. quiescentibus enim humor capitis consistit, & in se permanet, contrà verò iis, qui mouentur, turbatur, & vnum in locum confertim lapsus ciet vertiginem.

In problematum sectione sexta redditur ratio. ὅτι ἠρεμοῦσι τὸ ὑγρὸν εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἀποκλίνει, quod quiescentibus vnum in locum humor confluit, vt videatur non omnino eadem dicere Theophr. Aristot. eius enim sententia est propterea, qui surgunt tentari vertigine quod cum iis quiescentib. in certum quendam cerebri locum humor collectus est, dum surgunt. humor agitatur, ab agitatione autẽ vertigo fit. Contrà vero quiescentes non tentari, quod ab agitatione illa cessat humor, dum æquabiliter digestus est. æquabiliter igitur humorem digestum à motu, in quiete sedare cerebrũ. cõtrà disiectũ perturbare. etsi autem Arist. sententia cũ huius philosophi sẽtẽtia possit aliquo modo conuenire, simplicius tamẽ, & clarius hic. Notum enim est à quiete sedari humores, & spiritus, qui in motu sunt. Cõtrà autem agitari, ac perturbari à motu & agitatione, cum prius in quiete fuerint,

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΚΟΠΩΝ.

THEOPHRASTI DE LASSITVDINIBVS.

DANIELE FVRLANO interprete.

ΕΝ τίνι ποθ' ὁ κόπος [ἢ] πίσιν ὡς ἔνιοι, πότερον ὡς Ἐπιγένης ὑπέλαβε, ἐν φλεβὶ καὶ ἰνὶ καὶ νεύρῳ, ἢ μόνον ἐν νεύρῳ. τὸ γὰρ κίνησις ἢ ἐπίρροὴ συστάξεως ἀφανίζ. [2] καὶ ἁπλῶς οὗπερ πόνος, ἀνάγκη καὶ ὁ κόπος. δεῖ καὶ ἀεὶ βαρύνεσθαι ὁ κοπιῶν· εἰ οὖν τὸ ἰνῶδες μὴ δεκτικὸν ὑγρότητος, οὐκ ἂν εἰκὸς εἴη ὁ κόπος εἶναι κατὰ φύσιν. εἰ δὲ ὁ κόπος ἀλλαγή τις, ἄτοπον εἰ μὴ δι' ὧν ἡ κίνησις καὶ ὁ πόνος, ἐν τούτοις καὶ ὁ κόπος. [3] ἀλλὰ ἐκ τῆς κινήσεως ἐπίρροὴ συστάξεως εἰς αὐτὰ ταῦτα καὶ τὰς καμπάς· ἅμα μάλιστα βαρύνονται καὶ κοπιῶσι λέγουσι καὶ τὰς σάρκας καὶ ὅλον τὸ σῶμα κοπιᾷ. ὅλως δὲ [4] τὰς ὀστεοκόπους ὀσάγρας καλοῦσιν. εἰ δὴ ἐν ὀστοῖς ὁ κόπος, πότερον ὡς κινουμένοις, ἢ ὡς ἐπιρροὴν δεχομένοις ἢ ἀμφοῖν κωλύει τέτταρσιν πᾶσιν ἁμφω. καὶ γὰρ κινοῦνται πως καὶ δεχόμενα τὴν ἐπιρροήν. ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸς διίκηται καὶ πλῆθος τοῦ πόνου, τοῦτ' ἐν τοῖς ὀστοῖς κόπος. [5] ἐπὶ δὲ τῆς σαρκὸς καὶ ἐν ὅλοις τοῖς σώμασιν· ὁ δὴ καλοῦσι συγκεκρόφθαι ὁ διαλυθεὶς συμβαίνει τοῦ πόνου τοῖς ἀπολαμβανομένοις μέρεσι. καὶ μάλιστ' οἷς αἱ πῆξις ἐγγίνεται, οἷον περὶ τοὺς ὤμους καὶ κάτω. καὶ αὖ τοῖς ἄνω μᾶλλον τοῖσι, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς σκληροκοιλίαις· ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν τοῖς καμ-

IN qua sit corporis parte lassitudo, quæstio est. an, vt Epigenes existimauit, in venis, & neruis, an tantum in neruis. hos enim & motus, & nimia liquatio corporis agitat. [2] in summa vero vbi labor, ibi & lassitudinẽ oportet esse: Nam & qui laborat grauatur continuè. quòd si nerui nequeũt humorem susciperε, non conueniet illorũ naturæ defatigatio. Verum si lassitudo commutatio quædam est, absurdum alioquin est, iis non attribui partibus, quibus & motus peragitur, & sentitur dolor. [3] Cæterum ex motu colliquationis impetus in eas labitur, & in articulos, quippe qui & grauantur maximè & fatigantur, aiunt porro & carnes & vniuersum delassari corpus. [4] vnde & ossium lassitudines ὀσάγρας nominant. quod si fatigantur ossa, quærendum an vt mouentibus id accidat, an vt motis, an vt humorũ fluxũ susciρientibus. an nihil impedit vtraque ratione aliquo modo id accidere. Nam & mouentur & confluxum humorum accipiunt. Nam quando propter multũ dolorẽ intrò fluxerit, in ossib. defatigatio est: [5] siquidẽ & in carne, & in toto ferè corpore, quod dicũt confringi, atque disrũpi: id quod accidit quando in oẽs partes dolor distribuitur, & quib. præsertim operatur aliquis, vt supernis & infernis partib. atq; harũ nonnullis. quemadmodũ & in duriorib. stratis accidit at-

Digitized by Google

que vt semel expediam, cum colliquatio lapsa sit aut in neruos, aut in articulos, in iis præsertim partibus, quæ flectuntur, & quæ neruosiores sunt, exinde grauitas, & defatigatio fit. vnde nemini aut venter, aut caput fatigatum est.[6] an etiam quocunque modo confluxerit humor, lassitudo omnino fit? Non enim propter motum solum, cum necessarium non sit, vt lassitudo à motu sequatur, sed vt magis.[7] Nam & sedentes, & stantes, & cubantes aiunt multi lassitudinem persentire. & in eodem situ corporis permolesta pressio est: est enim veluti fractio quædam, & contusio.[8] Nonnunquam & à repletione, à destillatione, à vigilia dicunt defatigatione grauari. repletio enim humoris est, qui corpus occupat. Vigilia autem nutritionem turbat, & impedit. destillatio vero, quę καταῤῥυσις dicitur, manifesta quædam liquefactio est, aut vt simpliciter dicam humiditas.[9] est ne igitur affectio hæc lassitudo, an cruditas? quæ & à somno sequi solet. Nam colliquatione grauantur: an nihil impedit pluribus causis lassitudinem fieri? quandoquidem & exsiccata corpora nullo humore lassantur, & illa sane maxime afficiuntur, vt ita dicam, nisi quis vbi labor est, ibi liquationem esse dicat.[10] Nam cum simpliciter humoris fiat confluxio aliqua; non statim lassitudo fit; vt iis, qui aquam habēt inter cutem, dum sedent, & pedes tumescunt, & genua. Non enim cum humorem plenū, & graue corpus sit, lassitudo sequitur: hoc enim flantibus Austris, omnibus pene videtur accidere. atque hæc distinguere nō admodum difficile est.[11] Verum curationes videri possint, & sibi, & affectibus ipsis contrariæ, vt ea curatio, quæ & balneo, & potu humectare corpora studet: siquidem ab humiditate, & colliquatione affectio est, & labor laborem soluit, vt est in prouerbio: quamquam contrariæ inter se non sunt: aridum enim, & tabescēs corpus opus habet, vt molliscat, & humorem excernat noxium pluribus locis, & per carnem & per vesicam, motus vero, & exercitatio liquationem omnē absumit, & digerit:[12] quamq̄ nō omnib. curationes eiusmodi adhibere oportet, sed iis, quibus principia aut magna non sint, aut nō à magnis profecta causis.

πολλοῖς μέρεσι μάλιστα καὶ νοσωδεστάτοις. ὅταν τις σιώτητος ὑπὸ τὰ νεῦρα καὶ τὰς καμπὰς ἔλθῃ, καὶ ἡ βαρύτης ἀπὸ τούτων. δεῖ δὲ καὶ σοφὸν εἶναι τὸν ἰατρεύσοντα, ὅπου ποτὲ τὸ γιγνόμενον πάθος ἐστίν. ἔστι δὲ τοῦτο τῇ κεφαλῇ. ἔστι δὲ ὅταν καὶ ἄλλως πως ἡ ὑγρότης ὑπάρχῃ, πάντως κόπος. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ διὰ τὴν κίνησιν. ἢ τοῦτο μὲν οὐκ ἀναίτιον, ἀλλὰ μᾶλλον πόνος τις ἀκολουθεῖ.[7] καὶ γὰρ καθήμενοι καὶ ἑστῶτες καὶ κατακείμενοι, φασὶ κοπιᾶν· καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν σχημάτων καὶ ἡ πίεσις ὑπάρχουσα οἷον γὰρ θλῖψίς καὶ πληγή τις.[8] ἀλλ' ἐνίοτε δὴ καὶ ὑπὸ πλησμονῆς καὶ ἀγρυπνίας καὶ ὑπὸ καταῤῥυσεως φασὶ κοπιᾶν. ἄπεπτα δέ πως καὶ ζωῶδες πλῆθος ὑγρότητος. ἔστε γὰρ πλησμονὴ κρατοῦντος τοῦ σώματος ἔστε ἀγρυπνία κωλύει τὴν θρέψιν. ὅ τε καταῤῥυσις, φανερά τις σιώτης, ἢ, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑγρότης.[9] πότερον οὖν κόπος ταῦτα, ἢ ὠμότης, ἢ ἄλλα θέσεις; ὡς ἔστι καὶ τὸ ὕπνον συμβαίνειν βαρύνοντα διὰ τὴν σιώτητα, ἢ ὑδέος κωλύει ἄλλας πλείους αἰτίας γίνεσθαι ἐνίοτε. ἐπεὶ ἐνίοτε καὶ κατεξηραμμένου τοῦ σώματος, καὶ σφόδρα ὑγρότητος ὑπαρχούσης, ὅμως κοπιῶσι· καὶ μάλιστά γ', ὡς εἰπεῖν, ὅταν πλεῖστοι τις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι λέγῃ τὴν σύντηξιν ὑπάρχειν· ἐπεὶ, ὅταν γ' ἁπλῶς ὑγρότητος ἐπιῤῥοὴ γένηται τις, οὐ πάντως κόπος.[10] ὡς ἔστι τοῖς ὁδροπιῶσι τοῖς ὑπὸ καθέδρας, ὧν τὰ σκέλη καὶ οἱ πόδες οἰδοῦσιν, οὐδὲ γὰρ ὅλως ὅταν ὑγρανθῇ καὶ βαρυνθῇ τὸ σῶμα. χαίρουσι γὰρ πάντες τῷ τοιούτῳ καὶ ἐν τοῖς νοτίοις. ταῦτα μὲν [δὴ] ἀφείσθω. δοκεῖ γὰρ ἡδὺ καὶ ὑγρὸν εἶναι. αἱ δὲ θεραπεῖαι ἐναντίαι πως εἰσὶ καὶ τῶν παθῶν καὶ ἀλλήλων· οἷον ἡ μὲν καθυγραίνουσα καὶ λυτροῖς καὶ πόσεσιν· εἰ γὰρ ἡ ὑγρότης καὶ συντήξει τὸ πάθος. καὶ τῷ κόπῳ λύσις ὅταν τοῦ τοιούτου ᾖ παροιμία. οὐκ εἰσὶ δὲ ἐναντίαι. καὶ γὰρ μαλάξεως δεῖται τὸ κατάξηρον καὶ σκληρὸν σῶμα. καὶ ᾗ πλείους τόποις ἔκκειται ἐποίησε δὲ λυτρωτὸς, καὶ ᾗ σάρκα καὶ ᾗ κύστιν· ἔστε κίνησις καὶ ὁ τόνος, ἄπεπτα ἐξήρανε δυσκίνητα καὶ ἐξέπεψε.[12] οὐχ ὅμοιον πᾶσιν πᾶσιν ἁπλῶς ἐστι ποιῶσαι τὴν θεραπείαν· ἀλλ' οἷς μὲν μεγάλα μηδ' ἀπὸ μεγάλων αἱ ἀρχαί· τὰ δὲ σώματα καὶ σκληρὰ, μᾶλλον ποιεῖ κοπιῶντα ῥᾳθυμία, καὶ τὸ δρόμῳ, καὶ τὸ καταπονεῖσθαι

Digitized by Google

καθέδρα, διὰ δὲ μᾶλλον ποιῇ πληγὴ ἢ ὑπιθεσιν. τάχα δ' ἴσως καὶ τὴν συνοχὴν πλείω· καρτερώτερον δ' αὖ δοκεῖ δύξειεν. ἀλλ' ἔν γε ταῖς καθέδραις καὶ ταῖς κατακλίσεσι, δοκεῖ ἔοικεν καὶ ὑποδιδόν, ὅταν ἅπαξ λάβῃ ὁ βάρος, οὐκ ἔτι ἔοικεν. ὥστε καὶ τοῦτο ἐλέγχειν ὁμοίως ἀποπιέζειν. οὐκ ἔτι δὲ τοῦτ' ἀληθές· ἀεὶ γὰρ ἔχει πως τὰ τοιαῦτα ἔνδοσιν ὡς πιεσθῆναι τῇ φύσει. καὶ ἐπεὶ δῆλον ὅτι τῷ πλείονι χρόνῳ ἔοικεν ὑποκείμενον· ὅτι τοιοῦτον· πιεσθὲν δὲ ἀπίεσται, καὶ μηδὲν ὑποδόντα τῇ θλίψει, ποιεῖ δὲ κόπον. [14] ἔτι δὲ τῇ κινήσει καὶ τῇ ἐγκλίσει πάλιν ὑποδίδωσι, καὶ ποιεῖ τινα μεταβολὴν πάθους. οὐ διὰ ταῦτα δὲ πως. καὶ τὰ ὑπίπεδα, τῶν χειλέων καρτερώτερα· καὶ κατάκυρτα, τῶν ὑπιπέδων. ἡ γὰρ θλίψις, σφοδρότερον ποιεῖ καὶ μείζω δὲ πόνον, ἐφ' ἕνα τόπον ἀθροιζομένου τοῦ βάρους· δὲ μὲν οὖν κυρτὸν, τοῦ εὐθέος· τοῦτο δὲ μᾶλλον τοῦ χείλους. [15] διότι ὁ τοὺς μηροὺς ἢ τὰς κνήμας μᾶλλον καμνῶσιν, ὅτι μᾶλλον ὁ πόνος τὶς τοῦ συνεχοῦς διαίρεσις· συνεχέστερος δὲ καὶ συμφυέστερος ὁ μηρός· ἅμα ὃ καὶ ἡ τῶν νεύρων διαίρεσις. καὶ ἐν τούτῳ καὶ ἐλευθέρῳ τοῦ τόπου τοῦ ἔχοντος τὸ περίττωμα. διότι γὰρ αἱ ὑποβάλλῃ τῇ θερμότητι διὰ τὸν κίνησιν τε [συναθροίζουσιν οἱ μηροὶ] μᾶλλον καὶ πλέον. ὅτι δὲ ἡ αἰώρησις ποιεῖ συμπάθειαν τῶν νεύρων καὶ φλεβῶν καὶ ὅτι τῶν βουβώνων δῆλον· πληθύουσιν γὰρ τῶν κάτωθεν, ἐνταῦθα βουβῶνες. [16] διότι δὲ καταβαίνοντες μὲν κάπτει, τοὺς μηροὺς μᾶλλον πονοῦσιν· ἀναβαίνοντες δὲ, τὰς κνήμας, ὅτι κατὰ μὲν τὴν ἀνάβασιν ὁ πόνος τῷ ἄρθρῳ τοῦ σώματος. φορτίον γὰρ γίνεται· ᾧ ἱκανὸν οὖν ἅπτῃ ὑπίκεται τὸ βάρος, καὶ ᾧ ἀείρομεν, τούτου μᾶλλον ὁ πόνος. ἡ δὲ κνήμη τοιοῦτον. ἕκατον γὰρ ἔχει μῆκος, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ ποδὸς πλάτος. διόπερ σαλεύεται· καθάπερ οὖν ἐπὶ τοῦ βάρους ὂν ὦμον μάλιστα ποιοῦσιν, ὥστε ὑπὸ τούτῳ ἔχουσι τὸ βάρος· ὁμοίως καὶ τὰς κνήμας. ὁ δὲ τῷ καταβαίνειν ὁ πόνος τῷ ὑπιπίπτειν τὸ σῶμα καὶ παρωθεῖν τῶν ἐπὶ φύσιν. ὥστε καὶ ᾧ μάλιστα ὑπιπίπτῃ καὶ σαλεύῃ, τούτῳ μά-

quæ solida sunt, & dura magis inferunt lassitudinem & in cessu & cursu, & sessione, & accubitu. premunt enim magis, & refrangunt maiori contentione, id quod defatigationis est causa. Verum in sessione, & accubitu quod cedit, & refractarium non est, quando semel suscepit graue corpus, non amplius videatur cedere, quin oporteret fortasse, & hoc cõtra premere ac reniti: hoc autem verum non est, nam huiusce generis strata semper cedunt, naturaq; non renituntur. quod si ita est, perspicuum est, quod suppositum est multo temporis spacio cedere, & non reniti. sunt cõtrà alia, quæ cum renitantur, & minime cedant compressioni lassitudinem faciunt. [14] ad hæc & in motu & in conuersione sunt, quæ cedant, & alicuius mutationis causę sunt: quamquam propter hæc non videatur id pene contingere. porro in planis quam in concauis laboriosius accubamus, & in conuexis quam in planis. Nam & maiorem & vehemẽtiorem laborem infert pressio, cum ad vnum locum pondus corporis collectum sit. fatigat autem conuexum magis, quam rectum; hoc autem magis, quam cauum. [15] Quod autem fæmora magis quam crura delassentur, inde est, quod dolor continui corporis est diuisio, fæmur autem, & magis continuũ, & vnitum est: præterquam quod & neruorum fit solutio tum in hoc, tum prope locum, in quo excrementum continetur, vt si propter agitationem nimium concaluerit, & plus, & ocyus attrahant ab eo fæmora, quã tibiæ. quod enim in crurum suspensione, & venæ & nerui simul perpetiantur bubonum tumores indicio sunt: Nam etsi infernæ partes percussæ sint, hi nihilo secius intumescunt. [16] Cæterum cur descendentibus fæmora fatigantur, ascendentibus vero tibiæ, causa est, quod in ascensu laboratur attollendo corpore. hoc enim tanquam onus est: quamobrem illud quod succũbit oneri, & attollit corpus defatigetur necesse est: hoc autem tibia est, quæ cum extrema sit, longitudinemque habeat, non autem latitudinem, vt pes, minus propterea firma est, sed loco mouetur, & cedit. quod igitur accidit, vt pondere laborent humeri, illud & tibiæ similiter euenit. verùm

Digitized by Google

in descendēdo labor est, quod corpus se demittit, & contra naturam propellit, vt ideo ea pars laborare videatur, quæ se maxime demittit, & mouet. ergo quēadmodum in ascensu labore afficitur tibia, ita in descensu fęmur, quod totum corpus attollit, & mouet. cùm autē quæ grauia sunt deorsum ferantur, difficilius est ascendere, quam descendere. incurrunt verò maius periculum partes, quæ circa thoracem sunt, quam quæ infra, eo scilicet, quod loco, in quo spiritus continetur, propinquiores sunt. contingit igitur citò inflammari, atque hoc febris est. Sed inflammatio, quæ à cruribus oritur longius abest, & citius etiam extinguitur. [17] porro laboriosius est bracchia inani motu iactasse, quam lapidem, aut aliud tenendo pondus: quod inani motu vehementer laboret, & conuellatur: nullibi enim nititur bracchiū, quo modo nititur eius, qui iacit pondere, quod manu comprehendit. [18] quēadmodum alteribus Quinquertio melius saltat, quam sine iis, & qui currit, melius currit, si manus quatiat, quam si non moueat. Nam qui minus moueat conuellitur facile propter grauitatem. [19] sane breues ambulationes longis, & æquales inęqualibus maioris laboris causæ sunt, quod in iis sæpius gradum sistat aliquis necesse est: hoc autem in eadem corporis habitudine facere laboriosum, & difficile est. Neque illud aduersatur nobis, quod æqualibus locis potius defatigantur, ocyus autem currunt, quam inæqualibus: fatigat enim magis eadem habitudinis ratio, atqui incessus velocior ille est, qui æquali tempore minorem habet sublationem. huiusmodi autem est, quæ æquali loco fit. æquali igitur loco sublatio ac positio crurum exigua, & frequens est, inęquali cōtrarium. [20] quod aūt singulis passibus fit, in multis multum fiat, necesse est. [21] quod vero longiores ambulationes & æquales magis fatigent inæqualibus, & breues minus quam longæ, causa est, quod multa motio laborē infert: est enim vehemens & penè conuellens: multa autē est, quæ & continua est & vna. contrà vero in decliuibus locis & longis mutationes quietis causa sunt, cæterum in planis habitudinis similitudo neutiquam reficit, sed & ipsa adiuuat, vt motus continuus sit. Verum quando breuis sit ambulatio non fa-

λισα καὶ ποιῆ ὃν πόνον. ὡς οὖν ἡ κίνησις ἐν ᾧ ἀναβαίνει καὶ καταβαίνει, οὕτως ὁ μηρὸς ἐν τῷ καταβαίνειν, ἐξαίρων ὅ σῶμα ὅλον. ἁπλῶς [τε] τὰ βάρη κάτω φέρεται· ὥστε χαλεπώτερον ἀναβαίνειν τοῦ καταβαίνειν. χαλεπώτερον δὲ οἱ ὧδε ὄντα θώρακα τόπου τῶν κάτω. διότι ἐγγυτέρω τὸ πνευματικοῦ τόπου. συμβαίνει οὖν ταχὺ συνεκφλεγμαίνειν. τοῦτο δὲ ὁ πυρετός· ἡ δὲ ἀπὸ τῶν σκελῶν φλεγμονὴ, πόρρω, καὶ ὃ ἀπορραίνεσθαι δοκοῦν. [17] τῷ δὲ βραχίονι κοπιαρώτερον ἀφ' οὗ κενῆς ῥίπτειν λίθον, ἢ ἄλλό τι βάρος· ἐπὶ ἀσυσμῶ δέξερον καὶ καματωδέστερον· ὃ γὰρ ἐνορεῖδεται καθάπερ ὁ βάλλων ὡς ὃν ἐν τῇ χειρὶ ὄγκον. [18] ὥσπερ [καὶ] ὁ πένταθλος ὡς τὸς ἀλτῆρας, καὶ ὁ θέων ὠδασείων ὡς τοὺς χέρας. διὸ ὁ μὲν, μᾶλλον ἄλλεται ἢ μὴ ἔχων· ὁ δὲ, ἧττον θεῖ ἢ μὴ ὠδασείων· ὁ δὲ, ἧττον σπάται ὡς ἐπέπως, ἀφ' ὃ βάρος. [19] οἱ δὲ βραχεῖς ὠδεῖπατοι, κοπιαρώτεροι τῶν μακρῶν. καὶ οἱ ὁμαλοὶ, τῶν ἀνωμάλων. ὅτι πολλάκις ἵστασθαι συμβαίνει. ὃ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι, χαλεπὸν καὶ κοπώδες ὑπάρχειν, οὐδὲ ἐκεῖνο ἐναντίον, ὡς κοπιῶσι τὲ μᾶλλον οἱ ἐν τοῖς ὁμαλέσι χωρίοις, καὶ ἧττον βαδίζουσιν, ἢ ἐν τοῖς ἀνωμάλοις· κοπιαρώτερον μὲν γὰρ ὃ ἐν αὐτῷ σχήματι. ἧττον δὲ ἡ βάδισις, ἢ ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ ἐλάττω τὴν ἀναφορὰν ἔχουσα. τοιαύτη δὲ ἡ ἐν τῷ ὁμαλῷ. [20] ὃ δὲ παρ' ἑκάστοτε πορεία γινόμενον, [πολὺ] γίνεται ὠδὲ τὰ πολλά. [21] διότι δὲ μακροὶ μὲν ὄντες οἱ ὠδεῖπατοι, ἐν τοῖς ὁμαλέσι κοπιαρώτεροι τῶν ἀνωμάλων. οἱ δὲ βραχεῖς, ἀκοπώτεροι, ἢ ὅτι ἅτε πολλὴ κίνησις ποιεῖ κόπον· καὶ ἰσχνὸς διαὐτὴ [ἡ] ἀσυσματώδης. πολλὴ δὲ ἡ συνεχὴς καὶ μία. ἐν μὲν οὖν τοῖς αἰτίοις, αἱ ἔχουσι μῆκος αἱ μεταβολαὶ, ποιοῦσιν ἀπάπαυσιν· ἐν δὲ τοῖς ὁμαλέσιν, ἡ ὁμοιότης τοῦ σχήματος ὃ ἀφαιρεμβάλλει, ἀλλὰ συνεργάζεται ὡς ὃ συνεχῆ τὴν κίνησιν ἔχει). ὅταν δὲ ἡ βραχεῖα, ἀφ' μὲν ὃ πλῆθος τῆς κινήσεως, οὐ γίνεται κόπος· ἀφ' ᾧ ὃ μεταβολὴν ἰσχύειν ἔχει), καὶ ἀναπαύει τὸν κάτω καὶ ἄνω, ποιεῖ κόπον. διαὐτὴ δὲ ἡ ἐν

τοῖς αὐχένεσιν. ἐν δὲ τοῖς παιδίοις [22] τὰναντίον [ἐξονειρωκτικοὶ δέ εἰσιν οἱ κοπιῶντες,] τοῦτ' ὄπι θερμά τε καὶ καθυγρὰ τὰ σώματα, διὰ τὴν συντηξιν. ἡ δὲ τοιαύτη διάθεσις, σπερματική. [23] κατάκλιναι δ' ὕπνοι, διὰ τὴν ἔκλισιν. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ σχήματι μάλιστ' ἄνισον, καὶ ὡς ἐν ἐξονειρωγμὸν συνεργεῖ. συμβαίνει δὴ αὐτοῖς καθεύδειν μὲν μᾶλλον, τὴν δ' ἴσην τροφὴν ἧττον πέπτειν. καίτοι ὁ ὕπνος πεπτικόν. ὅτι ἅμα τῇ τροφῇ περιττώματος ἔχουσι πλῆθος. ὃ καὶ αὐτὸ μέζον ὄν, δυσπεπτώτερόν ἐστι πολλῆς τροφῆς. διὸ καὶ αἱ αμιγιούμενον κωλύει πέπτεσθαι τὴν τροφήν. ὁ δὲ ὕπνος, μᾶλλον γίνεται ἀπὸ τοῦ πλείονος ὑγροῦ καὶ θερμοῦ, καθάπερ τοῖς μεθύουσι. κελεύουσι δέ τινες, τοὺς μὲν χειμερινοὺς, ἀλείμματι· τοὺς δὲ θερινοὺς, λουτρῷ θερμῷ. τοὺς μὲν, διὰ τὰς μεταβολὰς καὶ φύσεις· τοὺς δὲ, διὰ τὴν ξηρότητα τῆς ὥρας καθυγραίνειν. διὸ καὶ τοῖς ποτοῖς τοῦ θέρους μᾶλλον· ἡ δὲ ὀλιγοσιτία, κοινὸν μὲν, οἰκειότερον δὲ τῷ θέρει. διὰ γὰρ τὴν ὥραν ὀλίγων τῶν σιτίων θερμαίνεται. διότι δὲ τὰ ὑγρὰ σώματα κοπιαρώτερα τῶν μὴ ὑγρῶν, ἀσθενέστερα γάρ. ὃ μὲν σκληρὸν, ὃ δ' ἰσχυρότερον μὲν, ἀπαθέστερον δὲ, οὐ πρὸς ἅπαν ἀπαθές, οἷον πρὸς θερμότητα, ἢ κάμψιν, ἢ θλάσιν, ἢ διάτασιν· ἀλλὰ γλιχρότερα. ὧν ἔνια μαλακὰ καὶ ὑγρὰ τὴν φύσιν. ὁ δὲ κόπος, [ἐστὶν] ἐκστατικῆς καὶ ἐκπληκτικῆς κινήσεως· ἐν μὲν γὰρ τῇ μεταβολῇ τῆς πορείας, πρῶτ' ἔχει καὶ τὴν συνέχειαν τῶν μερῶν. ἐν δὲ τῇ στάσει τῶν μερῶν, τὸ αὐτὸ διὰ τὰ ὑγρὰ τῶν σωμάτων. καὶ γὰρ οἱ †

μᾶλλον καὶ τύπτεται ἧττον διὰ

non fatigat, quod motus multus non eſt, fatigat autem, quod mutationē habeat vehementem, & contrariam ſurſum, ac deorſum. talis autem eſt, quę per decliuia loca fit. Nā quæ per plana [22] cōtrario ſe habet modo. porrò qui fatigantur, ſolent noctu genitura pollui, quod calida humidaque ſint corpora propter liquationem, quæ affectio feminis copioſa eſt. [23] accedit quod delaſſati ſolutis viribus ſupini cubant, hoc enim ſitu requieſcunt maxime, qui tamen genituræ fluxum adiuuat. contingit & his dormire plus quàm par ſit, & tamen moderatum alimentum minus concoquere, cum tamen ſomnus coctioni conferat. habent enim cum alimento excrementi copiam, quod licet mediocre difficilius alimento multo concoquitur. quamobrem cum illo commiſtum impedit, ne poſſit alimentum concoqui. ſomnus vero multus fit ab humidi, & calidi copia, vt ebriis accidit. præcipiunt nonnulli labores hyemales vnctione curari, æſtiuos balneo. illos propter mutationes & humores, hos propter tēporis ſiccitatem humectari. quocirca & potibus æſtate curant. Nam paucorum ciborum vſus communis eſt vtriq; tempori, ſed æſtati conuenientior. incaleſcunt enim præter temporis æſtum à cibis homines. porrò humida corpora iis, quæ humida non ſunt, magis delaſſantur: ſunt enim illa imbecilliora, duriora verò fortiora quidem ſunt, & quæ facilè patiantur. Non tamen in vniuerſum. Nam & rumpi, & ſcindi, & frangi, & collidi poſſunt, ſed minime quæ lentiora ſunt, quorum mollia nonnulla & humidioris naturę ſunt. habet labor vim attrahendi, & contundendi, nam in mutatione inceſſus habet omnia, & continuitatem.

† τὰ δὲ σκληρὰ, τοὐναντίον.

Digitized by Google

FRANCISCO BAROCIO PATRITIO VENETO VIRO ET NOBILITATE, ET DOCTRINA CLARISSIMO.

CVM Theophrasti magni illius Peripatetici, quæ hactenus iacere videbantur opuscula latine conuersa, & commentariis explicata amicorum adhortationibus in publicum edere constituerim, nolui committere, vt tu nihi vir & Nobilitate generis, & doctrina clarißime indictus abires. Librum enim in quo de laßitudine egit, tibi dicare volui, quem eo libentius dico, ac offerò, quo magis meam fidem, quam tibi dedi, de commentariis Procli Lycii in Alcibiadem Platonis de hominis natura in latinum conuertendis, haud longe poßt liberaturum me facile spero. Libellus est planè aureus, in quo etsi multa sint, quæ in Aristotelis sectione περὶ κόπων reperias, non tamen ideo non est vtilis. Argumentum cum & gymnastis, & medicis commune videatur esse, à physicis tamen tractandi, docendique ratione tanquam suum agnoscitur, & pertractatur. sane verò siquis est, cui ex veteribus philosophis debere se posteritas fateri debet ingenue, is est Theophrastus meo iudicio. Nam cum eosdem locos, quos & Aristoteles diuina prorsus eloquentia declarasset, nihil etiam intactum, aut intentatum reliquit eorum, quæ tanquam particularia ac minuta complectitur Naturalis scientia, præsertim qua medicinam attingit, quæ illi succedit ὑπάλληλος. Quamobrem ne plantarum causas, Historiamue afferamus in præsentia, qui libri philosophiam sine dubio ab Aristotele (nescio an casu, an quod etiam morte præuentus non potuit) non absolutam perfecerunt, & omnino locupletarunt: quot libri ab illo editi sunt, qui particularis philosophiæ locos accurrate pertractant, quique medicinam ita adiuuant, vt non minus videatur huic debere oportere, quam Praxagoræ, Philotimo, Diocli, Athenæo, Apollonio, Herodoto? ex illis omnibus pauci hi libelli tanquam tabulæ ex naufragio seruati sunt. sed [illegible]ii boni quam mutili, quam fœdis vlceribus horridi, illos igitur cum summo studio ac labore emendare conatus essem, commentariisque explicassem, partem illorum non exiguam tuam esse volui. is enim es, cui & propter veterē necessitudinem nostram plurimum debeo, & propter singularem doctrinam & sapientiam. quis enim vel mediocriter in litteris versatus est, qui te non agnoscat, non celebret. Quamobrem cum generis nobilitate poßis & gaudere, & præpotenti Deo gratias agere, tamen est, quod magis doctrina laeteris, quod ingenio, hæcque à Deo Optimo Maximo & agnoscere & illi accepta referre. Nam cum græcis, latinisque litteris optime institutus ad philosophiæ, ac Mathematices studia accesßisses, ita profeciſti, vt cum in philosophia locum aliis principem reliqueris, in Mathematicis tamen pares fortasse paucos, superiorem habeas neminem. demonstrant id opera tua, quæ & iuuenis edidisti, & jam ætate prouectior, in quibus, quæ ab aliis aut obscure aut male tradita demonstrataque sunt, adeò clare & bene doces, vt plurimum ætas nostra propter obscura mathematices Theoremata declarata tibi debeat. debebit autem & ipsa posteritas, ad quam ingenii tui fœtus peruenient, viuentque seclis, vt ait ille, innumerabilibus. Vale.

IN LI-

Digitized by Google

IN LIBRVM THEOPHR. DE LASSITVDINIBVS COMMENtarii & emendationes.

ΚΟΠΟΣ à græcis, à latinis lassitudo dicitur molestus quidam sensus aut à labore nimio contractus, aut sponte veniens, & propterea à Hippocrati αὐτόματος appellatus: quamquàm & pro labore ipso aliquando sumitur, & κοπιᾶν nonnunquam laborare significat. latini lassari, delassari idem semper atque defatigari accipiunt. affectus est animalium proprius, etsi Virgilius metaphoricè plantæ tribuit, lassoque papauera collo quandoquidem accidens est, quod ad sensum tactus pertinet. est enim genus molesti grauisque sensus in iis corporis partibus, in quibus præcipuè tangendi vis posita est in iis triplex contrahitur affectio, κοπιώδης siue lassatoria, triplexque ideò agnoscitur, quòd & illa sensus molestia tribus modis solet contingere. Nam aut tanquàm ab acubus punctiones, vlceraq; vndequaque sese spargentia sentiuntur. aut fibrarum musculorumque ac tendinum nimia tensio, aut inflammatio corporis, calorque cutisque & carnis quædam disruptio. & propterea primum genus lassitudinis ἐκτώδης appellarunt, alterum τωώδης, tertium φλεγμονώδης. triplex igitur affectio est, quæ lassitudinis sensum infert. quamquàm præter has alia etiam quædam est, in qua vt molestus sensus non sit, exsiccatio tamen quædam, squalliditasque corporis est à nimio labore, exercitationeque corporis contracta est. & tertia lassitudo duplex. Nam si in summa corporis parte, in ipsisque musculis affectio sit, simpliciter phlegmonodes dicitur, sed si in neruis tendinibusque fiat, quod ad ossa ipsa pertingere videatur, à græcis ὀστώδης vocata est, hoc est ossium lassitudo. Hæ sunt tres lassitudinum differentiæ simplices, ex quibus quatuor compositæ fiunt, de quibus paulo post sermo erit, si prius earum causas afferemus. Nam cum affectiones hæ aut ab externis, aut ab internis oriantur causis, eademque tamen ambarum sit ratio, illæ, quæ ab externis fiunt causis in exercitationibus. validioribusque corporis motibus solent contingere. Nam vlcerosa affectio fit à calidis, tenuibusque ac mordacibus corporis succis, qui in ipsis exercitationibus fiunt, aut quod crassiores aliqui succi tenuiores propter motum redditi, calidioresq; in extima corporis effunduntur. aut quod aut pinguedo aut caro mollior colliquatur à nimia corporis exercitatione. Hæc enim excrementa cum tenuia sint, mordaciaque cutim & carnem compungunt, & stimulant & affectum pariunt, in quo sentiuntur tanquam vlcera in vniuersum corporis habitum sese spargentia. tensiua vero affectio nō fit illa quidem à succis corporis, sed cum propter exercitationē musculi, fibræ, tendinesque intensi suprà modum sint; defatigatio quædam oritur, & intendi videntur adhuc musculorum fibræ, etsi tamen non intenduntur relicta scilicet affectione à nimia illa tensione, quæ in validis exercitationibus fieri plerumque solet, in iis præsertim fibris, quæ rectæ sunt. illæ enim in validis motibus magis magisque intendantur. tertia verò affectio, in qua sentiuntur membra tanquam collisa inflammataque oritur, quando musculi propter exercitationem excalfacti attrahunt humores sibi proximos calidos quidem illos, non tamen mordaces adeò. quod genus lassitudinis etsi compositum videatur extensiua ac vlcerosa, propterea quod & intendi simul videtur partes, & pungi ac vellicari; simplex tamen est, & quòd tensio vellicatioque non tanta est, quanta in vlcerosa tensiuaque & quod habet peculiarem sensum molestiæ, doloriſque, quodque molem corporis attollit, & eleuat; id quod in aliis non vsu venit, atque hæ causæ lassitudinum, quæ in exercitationibus, laboribusque corporis accidunt. Nam squallor ille aridusque corporis, in qua non est tamen doloris, molestiæue sensus vllus, contrahitur in sanis quidem corporibus, quæ tamen plus æquo sese exercuerint, propterea que velut arefacta; & squallida reddita sint. Deinceps afferendæ causæ sunt earum lassitudinum, quæ etsi eundem sensum, doloremque inferant, tamen sponte veniunt, causasque habent in ipso corpore, non aliunde accersitas, quamobrem & morbos solent plerumq; parere, quod Hippocr. scriptum reliquit. fit ergo prima affectio in iis, qui succos prauos habeant, aut in vniuerso corpore, aut in extimis corporis partibus. hi. n si paulū moueātur vellicari, ac pungi sibi videtur, à succis mordacib., acribusq;, qui aut in cute sint, aut etiā intra cutim, in carnibus; altera autē hoc est tensiua, fit à sanguinis copia, quæ & in ipso sit corpore, & in venis. distendit. n. grauatq; copia propterea que velut intendi videntur disrumpiq; membra. tertia, quæ phlegmonodes dicitur, & à mordacibus, prauisque succis fit, & à copia. in hac. n. & copia est, quæ grauat, intenditq; membra, & succorum prauitas, quę vellicat, & stimulat, vt simul vtriusq; affectus tam tensiui quam vlcerosi particeps esse videatur, qui dicitur inflammatorius. id quod in lassitudinib. quæ morbosi affectus sint, licet intelligere. Nam in iis, quæ ab exercitationibus laboribusq; proficiscuntur, eadem ratio non est. quod docti viri non videntur animaduertisse, qui longis disputationibus quæsiuerunt, sitne composita, aut simplex inflammatoria lassitudo. atque hæ lassitudinum species simplices, ex quibus quatuor cōpositæ oriuntur. prima scil. cum 2. composita, 1. cum 3. 2. cum 3. aut prima, secunda, tertiaque simul commixtæ. tribus autem simplicibus si quartam addas, quæ à laboribus contrahitur, hoc est siccitatē membrorū veliſq; rursus compositas cōiugare, vndecim fiunt cōpositę. Hę sunt lassitudinū species, quę cū à diuersis causis oriātur, fit, vt ab aliis aliisq; artificib. ptractētur.

Digitized by Google

agunt enim de his gymnastæ, medici, philosophique qui in rerum natura versantur. Gymnastæ eas lassitudines considerant, quæ in gymnasiis, corporibus, quæ exercentur, solent accidere. eas verò quæ sponte accidunt, ab arte sua alienas relinquunt. medici vtrasque considerant, illas quòd in exercitationibus eueniant, quæ ad illam medicinæ partem pertinent, quæ salubris dicitur, valetudinisque tuendæ præcepta continet. has, quod symptomata sunt morbosa, quæ tamen quia neutrorum corporum sunt (vt Galenus loquitur) & ipsa in salubribus præceptis explicantur. atque cum ita medici tractent, doceantque lassitudines, ex veteribus tamen medicis neminem habemus, qui de lassitudinibus quidquam egregiè scripserit, præter Galenum, qui tum pluribus locis, tum præsertim libris de valetudine tertio, & quarto illas, vt omnia, doctè & accuratè declarauit. Hippocratis quidem de lassitudinibus spontaneis est rata sententia. εἰ αὐτόματοι κόποι θεραπεύουσι νόσους. in 5. Aphorism. sectione. aphor. 5 de his tamen, quæ post laborem accidunt, aliqua quidem extant in libro secundo de Diæta, illa tamen non adeò accuratè declarata. sunt tamen ab illo totius huius cognitionis principia posita, quæ à posterioribus acceptas distinctè & clarè tradita sunt. posteriorum tamen omnium primas semper Galenus habuit. atque hæc est medicinæ scriptorum pertractandi, docendique ratio, in lassitudinibus explicandis. physici easdem docent, non quia ad sanum neutrumve corpus humanum pertineant, sed quòd affectus naturales sint viui animatique corporis humani, quos omnes philosophia Naturalis contemplatur: hacenim ratione & de morbo, ac sanitate agunt physici, principiaque dant medicinæ, quæ inde sumit exordia, vbi physice desinit. sic Aristoteles in problematum sectionibus multos philosophiæ particulares locos declarauit, & lassitudinum naturam, multaque illarum eu nta docuit. Theophrastus verò in hoc libello multa præclarè explicat, quæ continent totam lassitudinum naturam, quæque ad illas aliquo modo referuntur. qui qui lem liber huius Auctoris legitimus est, quod confirmant Galenus, & alii veteres Auctores, adeò tamen lacer ac mutilus, vt vix aliquæ ex illo habeantur integræ sententiæ. & tamen quando in his libellis operam nostram, quantacunque est, ponere statuimus, vt melius quàm prius possint intelligi, conabimur, & locos corruptos castigare, & laceros restituere, & obscuros clariores reddere.

[1] Ἐν πίσσῃ ὁ κόπος ἢ πᾶσιν ὡς τοῦτο, πότερον ὡς Ἐπιγένης ὑπέλαβεν, ἐν φλεβὶ καὶ νεύρῳ ἢ μόνον ἐν νεύρῳ?

In qua sit corporis parte lassitudo quæstio est, an vt Epigenes existimauit, in venis ac neruis, an tantum in neruis?

Sic emendaui corruptæ scripturæ sequutus vestigia, ὀπηόνης autem pro πίσσῃ restitui, quòd sciam Epigenem veterem fuisse physicum, cuius & apud Plutarchum in placitis mentio est, & Clementem Alexandrinum in Stromatis non vno loco. quæstio autem est hoc loco proposita quarum corporis partium primo ac per se affectus sit lassitudo, venæ ne an nerui. τοῦτο δὲ καὶ ἡ κίνησις ἢ ὑπερβολὴ σωτηξέως δηλοῖ. malim pro δηλοῖ legere δηλοῖ, quamuis & in hoc minus mihi satisfaciam.

[2] καὶ ἁπλῶς ὅπερ πόνος αὐτῷ καὶ ὁ κόπος.

In summa verò vbi labor, ibi & lassitudinem oportet esse.

Sic legendum. est autem ratio, eius cuius est labor, à quo lassitudo fit, & lassitudinem esse oportere. esse autem nerui, nerui igitur esse affectum proprium lassitudinem. sanè hoc loco neruum vocat Theophrastus, qui tendo propriè dicitur. fit autem ille à ligamento, ac neruo, roburque adquirit à ligamento. mouendi verò vim à neruo ipso. ex his autem & corne constat, qui dicitur musculus, qui propriè motus voluntarii instrumentum est. verùm vt res intelligatur apertius, lassitudo sensus tactus symptoma est (est enim, vt ait Galenus, ἕξις αἰσθήσεως ἀπαθείας, hoc est sensus molesti species) illius igitur erit partis, quæ tactui destinata est. Hanc putat Aristoteles & peripatetici carnem esse, carnis igitur erit lassitudo propria. huic conclusioni ne Galenus quidem refragatur, quamquam caro non sentit, quia caro est, sed quia in ea dispersi sunt nerui, qui propriè sensus instrumenta sunt. si primam igitur intueamur originem, tam molestus ægerque sensus, quam omnis absolutè tactus neruorum est. sin autem consideremus altero modo, & caro & cutis verè dicuntur sentire quod tangunt. ratio autem Theophrasti habet quidem illa vim aliquam, non tamen ideò sequitur neruorum tantùm esse lassitudinem, quoniam eorum est ὁ πόνος, hoc est labor ac motus. Nam musculis validis motibus agitatis, & exercitis, aut excrementa acria in carnem, cutimque trahuntur, quæ vlcerosum affectum pariunt, aut incalescentibus à vicinisque partibus attrahentibus lassitudo altera fit, quæ dicitur inflammatoria, quæ non in musculis tantùm, verum etiam in cute est, aliisque sensibilibus corporis partibus. Nam si à tensione affectus contrahatur, qui τανωδὴς dicitur, fibrarum & musculorum tantùm est. accedit & hoc, quòd nerui, qui sentiendi, non iidem etiam motus faciunt. qui enim in extima corporis disperguntur, ii ad sensum destinati sunt. quamquàm nihil vetat esse neruos, qui ad vtrunque opus apti natique sint.

[3] ἀλλ' ἐκ τῆς κινήσεως ὅπερ ἡ τῆς σωτήξεως.

Cæterum

Digitized by Google

Cæterum ex motu colliquationis impetus in eas labitur.

Ab hac colliquatione fit delassatio, quæ dicitur vlcerosa, in qua præter acrium excrementorum affluxum & Galenus agnouit τὴν σωτηξιν. ait enim libro tertio de valetudine, ἢ ζακείσης πινὸς ἢ πιμελῆς ἢ σαρκὸς ἀπαλῆς, ἀνάγκη δὲ ὑπὸ τῶν τοιούτων ὑγρῶν λεπτῶν καὶ δριμέων ὑπαρχόντων κινεῖσθαι καὶ οἷον τιτρώσκεσθαί πώ τι ἄῤῥημα καὶ τὰς σάρκας, hoc est, aut colliquata aut pinguedine aliqua, aut carne molli, necesse enim est ab huiusmodi humoribus tenuibus, & acribus compungi, & veluti vulnerari carnē, & cutim. hanc eādem liquationem mollium humidarumque partium primus agnouit Hippocrates libro secundo he Diæta, ὁπόταν πονῶσι θερμαινομένη τὴ σώματος σωτηξις πολλὴν ἀφιᾶσιν. id est, cùm laborauerint multam colliquationem corporis remittunt. idem non semel & apud Aristotelem reperias in sectione problematum, quæ hoc idem argumentum explicat.

4 τὰς ὀστοκόπους ὀσάγγας καλοῦσιν.

Vnde & ossium lassitudines ὀσάγγας nominant.

Ossium lassitudines, quæ dicuntur illorum propriæ non sunt. neque enim ossa sensu sunt prædita, sed cum excalfacti musculi recrementa proximarum partium attraxerint, si in penitioribus partibus, profundioribusque compunctio, pertusioque quædam sentiatur ὀστοκόπος dicitur. quòd dolor is ad ossa videatur vsque pertingere. declarat hoc Galenus libro 2. cap. 1. de symptomatum causis, & lib. 3. de valetudine, ὀστοκόπον ὀνομάζουσι τὸ πάθημα τῷ βαθίῳ τῆς αἰσθήσεως ἐπὶ τὰ δῆθ' οὕτως κείμενα μόρια τόνον φέροντες. hoc est affectū ὀστοκόπον nominant propter penitiorē sensum à partib. profundioribus nomen tribuentes. non dolent igitur ossa, sed tendines, qui συμφυεῖς ὑπάρχουσι τοῖς ὀστοῖς. hoc est, qui ossibus coniuncti sunt, quin & membranæ, quæ ipsa ossa contingunt. καὶ δεχόμενα κατὰ, delendum τὸ κατὰ.

5 ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ σαρκὶ καὶ ἐν ὅλοις τοῖς σώμασιν· ὃ δὴ καλοῦσι συγκεκόφθαι.

Siquidē & in carne, & in toto ferè corpore est, quod dicūt disrumpi atque confringi.

Sic restitui. verbum autem hoc in vsu etiam est apud Galenum libro secundo de symptomatum causis. vbi de lassitudinis genere loquitur, quod dicitur φλεγμονώδες. τριττὴ μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἐν τοῖς κόποις αἴσθησις ἤτοι πιέζεσθαι καὶ συγκεκόφθαι δοκοῦντων, hoc est, triplex enim in lassitudinibus sensus est. Nam aut disrumpi atque contundi videntur. significat autem confringi aut disrumpi, quod doloris genus in hoc lassitudinis genere persentitur. de quo in præsentia agit Theophrastus, cuius etiam esse diximus, τὸν ὀστοκόπον. ἐν τοῖς καμπτομένοις μέρεσι μάλιστα. sic legendum est, vt confirmant inferiora. vult autem illa membra, quæ flectuntur, intenduntur que delassari. Siquidem à musculis valdè agitatis tractio fit & colliquatio. quod autem de ventriculo ait, illud non delassari, quod non flectitur, Aristoteles etiam tradidit in sectione quinta, & problemate quinto, ὅτι ἥκιστα πονεῖ, καμπὰς γὰρ οὐκ ἔχει. minimùm laborat, quod non habet articulos.

6 ἆρα δ' ὅτῳ καὶ ἄλλως πῶς ἡ ὑγρότης ἐπιρρυῇ, πολύπους κόπος.

An etiam quocunque modo confluxerit humor, lassitudo omnino fit?

De lassitudinibus loquutus est hactenus, quæ à laborihus exercitationibusque cōtrahuntur. Nūc se præparat ad illas, quæ νοσώδεις dicuntur. & αὐτόματοι, hoc est morbosæ, & spontaneæ, quæ & morbos plerunque pariunt, & causas habent προηγουμένας, hoc est antecedentes. ἀλλὰ μᾶλλον πόνος πὶς. lego ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν πόνος πὶς. vt sit sententia, non modo propter motum lassitudinem contrahi; verum etiam propter laborem, qualiscunque sit.

7 καὶ γὰρ καθήμενοι καὶ ἑστῶτες καὶ κατακείμενοι, φασὶ κοπιᾶν.

Nam & sedentes, & stantes, & cubantes aiunt multi lassitudinem persentire.

Hæc lassitudo non ex illo lassitudinum est genere, quæ propriè dicuntur, de quibusque hactenus dictum est. sed est potius defatigatio quædam, quæ accidit quidem sedentibus, & cubantibus, etiamsi mediam doloriſque maximè expertem figuram situs teneāt. quod & illa nō omnino dolore vacat. stantibus autem propterea quod licet ocioſi videantur musculi, agunt tamen, ocioſique non sunt, quippè ἰσοσθενῶς æquè inter se contendunt, quare & lassentur, & defatigentur necesse est. qua autem ratione tùm in omni figura magis quàm in media, tum etiam in ipsa media dolor & fatigatio fiat, quoque modo membra, quæ videntur ocioſa, & immota, musculos tamen ocioſos non habeant, elegantissimè declarat Galenus in libris de musculorum motu.

8 ἀλλ' ἐνίοτε δὴ καὶ ὑπὸ πλησμονῆς καὶ ἀγρυπνίας καὶ ὑπὸ καταῤῥυ.

Nonnunquam & à repletione, à destillatione, à vigilia.

Lassitudines hæ sunt spontaneæ, causarum autem, quas enumerat, duæ sunt προηγούμεναι, hoc est antecedentes, tertia euidens & procatarctica. à plenitudine enim succorumq; copia, quæ πληθώρα dicitur, tensiua fit lassitudo, quod initio declarabamus. à destillatione lassitudo fit

Digitized by Google

vlceroſa: præſertim ſi pituita acida ſalſaue ſit, quæ in extima corporis effuſa ſenſibiles partes pungit, & vellicat. eadem horrores rigoresque facit, ſi nimia ſit. vigilia verò nimia cum corpus exſiccet, coctionemque turbet, & tanquam ſignum noxia eſt, & tanquam cauſa. calidiores enim ſubinde tenueſque reddit ſpiritus, ſanguinem exacuit, bilioſumque efficit. præterea calida corporis recrementa acriora mordacioraque facit. adde cruditates, corruptioneſque ciborum, à quibus & obſtructiones fiunt, & morbi, ne dicam laſſitudines, quæ ab excrementis calidioribus tenuioribusque & vlceroſæ eſſe poſſunt, & inflammatoriæ. ἢ τὸ ἀγρυπνία κωλύει τὸ πεῖψαι. legendum aut πέψαι, aut θρέψαι. vigiliam autem nimiam oportet accipere. ſcripſit enim Hippocrates. ſomnus, & vigilia ſi modum exceſſerint, malum.

ὁ πότερον οὖν κόπος ταῦτα ἢ ὠμότης ἢ διάθεσις ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν ὕπνων συμβαίνει.

Eſt ne igitur laſſitudo affectio hæc an cruditas, quæ & à ſomno ſequi ſolet.

Repugnare ſibi videtur Theophraſtus, quando ſuperius vigilias laſſitudines dixit efficere, quòd corporis nutritionem impediant. hoc verò loco ſomnum colliquare tradit, ab illoque grauari, & delaſſari corpora. & tamen ſi quis accuratè rem inſpicit, neque ſibi repugnat, & illa, quæ docet, vera ſunt, & naturæ rerum conſentanea. ſomnus enim, qui ſecundum naturam, tempeſtiuusque fuerit, cùm calorem natiuum intrò cogat, coctiones efficit alimentorum in ſanis corporibus, in ægris autem morborum, quod non vno loco ſcriptum reliquerunt Hippocrates, Ariſtoteles, Galenus. auget enim natiuum calorem, ac propterea nutritione humectat corpus, quæque ſemicocta ſunt, & crudiuſcula facilè concoquit, idem etiam calorem natiuum imminuit corpus exſiccat, intempeſtiuuſque ſi fuerit, crudos humores auget, & intra viſcera rapit, nonnunquam & ad caput eleuat. quæ tamen non ideo faciunt, vt ſomnus non afferat illa commoda, quæ illius diximus eſſe propria. Sed natiuum calorem imminuit aucto illo, qui præter naturam eſt in acceſſionum principiis. exſiccat autem corpus, ſi prius fuerit exinanitum. quod lib. 6. cap. 31. Epidemiorum ſegmento quinto dicit Hippocrates. in inflammationibus etiam internis interdum & coctionem nihil iuuat, & intrò raptis humoribus illas auget, ad caputque ſi rapiat, aut conuulſiones faciet, aut phrenitidem, aut lethargum. eadem ratione vbi corpus plus nimio oppletum eſt, in deſtillationib. ſomnus excrementa rapit ad cerebrum, à quo repleto fluxiones augentur, à quibus & laſſitudines fiunt, & torpor, grauitaſque corporis. quæ cum ita ſint, manifeſtum eſt, quomodo philoſophi verba ſint intelligenda. ἐπὶ ἐνίοτε δὲ κατεχομένου τὸ σώματος δὲ ὑδρώδους ὑγρότητος ὑπὸ ἀρχούσης ὕδατος κεπῶσι. τὸ ὕδατος corruptum eſſe nemini non manifeſtum eſt. Subſtituendum igitur eius loco ὅμως. ſignificat hoc loco quartum illud genus laſſitudinis, quæ à ſiccitate fit, vbi non recte fuerint corpora eo exercitationis genere curata, quod ὑποθεραπευτικὸν dicitur, latini medicinæ interpretes recuratoriũ appellarunt. Contingit autem in ſanis beneque temperatis corporibus, in quibus propter labores exſiccantur muſculi, nihil tamen habent recrementi.

ι ὥσπερ τοῖς ὑδρωτιῶσι τοῖς ὑπὸ καθέδρας.

Quemadmodum oſtendit ſine humore laſſitudinem poſſe fieri. ita contrà in humorum copia non ſemper laſſitudinem contingere. vt in Hydropicis, quorum corpora aquoſa ſcatent humiditate. illorum autem, tum ſemper penè tumeſcunt pedes, tum maximè quando diutius ſederant, corrigo autem τὸ ὑπὸ καθήσεως ὅτι καθέδρας.

ια αἱ ὑποθεραπεῖαι δόξαιεν ἂν ἐναντίαι πῶς εἶναι τῶν παθῶν καὶ ἑαυτῶν.

Verum curationes videri poſsint, & ſibi & affectibus ipſis contrariæ.

De curationibus pauca tangit, atque ilia, quæ videntur magis controuerſa, οἷον ἡ καθυγραίνουσα δὲ λουτρὸς δὲ πόσις. Cur hæc curatio videatur abſurda rationem affert. verum hæc etſi ratione ſit inſtituta, non tamen omni laſſitudini conuenit, ſed tenſiuæ tantum & inflammatoriæ. Laxantur enim intenta membra balneis, inflammata autem humectantur & refrigeſcunt. tum balneis tum humidis potionibus, quæ omnia apud Galenum in libris de valetudine legenda ſunt. Nam Hippocrates libro ſecundo de Diæta præcipit & ille ſine diſtinctione laſſitudinum curationem, docetq; omnia, quæ iuuant, quibus tamen non niſi laſſitudinis naturâ cognitâ vtendum eſt. quemadmodum, & quod ſubdit δὲ τὸν κόπον λύσαι τὸν κόπον, hoc eſt, & quæ labore, laborem ſoluit. nõ. n. hoc omnib. laſſitudinum generibus conuenit, ſed iis, in quibus ait Galenus φαίνεται που δεῖν εἶναι πῶς ὡς τῇ ὑστεραίᾳ γυμνασίοις ἴσα καὶ τὰ τὴν ὑστεραίαν γυμνάζεσθαι, hoc eſt, videtur oportunum eſſe poſtridie exerceri æque ac pridie. hoc autem fieri debet, & in vlceroſa, & inflammatoria. in his enim poſt frictiones, quæ ex oleo dulci fiunt, opus eſt illo exercitationis genere, quod vocarunt veteres ὑποθεραπευτικὸν, hoc eſt, recuratorium. Solæ enim frictiones non ſufficiunt ad recrementa digerenda, niſi & intrinſecus ſit quod adiuuet. adiuuat autem natiuus calor motu corporis excitatus, & muſculi exercitatione intenti, poſtremo ſingulorum membrorum facultas excernẽdi, quod alienum & noxium eſt. Hippocrates ſimpliciter iis, qui ab aſſuetis exercitationibus delaſſantur ſolitis exercitationibus vti præcipit. ὅπως τὸ σωθὲν θερμαινόμενον λεπτύνηται δὲ ἀποκαθαίρηται. vt quod cõpactum eſt calefactum attenuetur & expurgetur. Nemo autem miretur, ſi librum illum ſecundũ de Diæta tanquam Hippocraticum ſæpe laudo. Nam præterquam quod Galenus in primo libro de Alimentorum facultate tanquam

Digitized by Google

quam Hippocrates legitimum agnoscit, dogmata habet ille verè Hippocratica à reliquisq; duobus eiusdem argumenti, & dogmatum veritate, & sententiarum grauitate maximè distat. Ϛ πλείω Cam. lego Ϛ χ' πλείω πάντως.

[12] οὐχ' ἅπασιν οὐδὲ πάνυ αἱ τοιαῦται τῶν θεραπειῶν· ἀλλ' οἷς μὴ μεγάλαι μηδ' ἀπὸ μεγάλων αἱ ἀρχαί.

Quamquam non omnibus curationes eiusmodi adhibere oportet, sed iis, quibus principia aut magna non sint, aut non à magnis profecta causis.

Sic restitui cum antea mendosum esset primum membrum in hac periodo. Sententia autem est, postquam docuit nihil absurdi esse, balneis, potibus, & recuratoriis exercitationibus lassitudines percurari, non omnibus hæc præsidia conuenire, sed iis quibus aut magna non sint principia, aut quæ non à magnis facta sint causis. τὸ ἀπὸ μεγάλων autem sumendum, quasi diceret, ἀπὸ μεγάλων αἰτιῶν. principia autem hoc loco intelligenda existimo, quæ intrinsecus sunt, causas, quæ extrinsecus efficiunt, hoc est motum, & exercitationem. causas, quæ προκαταρκτικαὶ dicuntur, principia verò excrementa ipsa, quæ à laboribus excita ad extima corporis membra lassitudinis sensum inferunt: quomodo autem hæc sententia vera sit, nõn adeò facilè est definire. Vlcerosa enim lassitudo à magnis illa quidem fit causis, & principiis, non tamen non eget exercitatione, ac motu. an intelligenda est hoc loco vlcerosa, inflammatoriaque lassitudo, quòd exercitatione opus habeant, tensiua autem non item. Nam tensiua lassitudo, quæque à nimia exsiccatione veluti squallor ariditasque quædam est, quiete curantur, motu caloreque exasperantur. vt enim tàm vlcerosa quam inflammatoria à magnis oriantur causis, quòd tamen in iis nescio quid internæ affectionis est, idcirco non videntur à magnis causis proficisci. cũ mediocris calor sufficiat ad excitanda recrementa corporis. An hoc etiam verum non est? cum recrementa illa non prius in corpore sint, sed à motu fiant, liquatione attenuationeque succorum, dicendumque potius Auctorem nostrum non adeò accuratè præcipere, quæ nondum erant apud medicos, & gymnastas certa sententia definita, quòd facile ex Galeno licet intelligere, qui varias veterum affert opiniones, qui solo experimento nixi de hac re statuere videbantur. alii enim motu curabant, lassandisq; corporib. lassitudinem soluere conabãtur. alii quiete lassos reficere æquum censebãt. quidam tenui victu delassatos alebant, nõnulli cõsueta præbebant cibaria, alii balneis calidioribus, alii temperatiorib. vtebantur. quæ omnia etsi lassatis corporibus prosint, non tamen eadem omnibus conueniunt. planum igitur est, quando apud medicos nondum statutum erat, quid cuique lassitudini conueniret, potuisse philosophum in re præsertim, quæ à materia sua aliena est, nõ adeò accuratè disputasse. accedit quod Hippocrates multò simplicius loquitur, neque distinguit lassitudinum, remediorumque genera, quod tamen Theophrastus facit, licet fortasse non adeò clarè aut distinctè. illud etiam hoc loco quærendum, cur in problemate trigesimo octauo tradat Aristoteles æstate solitos fuisse veteres balneo lassitudines leuare, hyeme autem oleis. quod in extremo hoc opusculo docet & hic. quandoquidem ex iis, quæ superius diximus manifestum est, sine discrimine temporis & balnea & vnguina lassatis corporib. cõuenire, pro lassitudinis natura recta ratione cognita. ad dicendum quòd licet vtrisque vterentur, vbi opus fuerat, æstate tamen magis balneis, hyeme verò oleis agendum est. quod scilicet oleum æstate calefaciat corpora, si nimium adhibeatur, contrà hyeme frigefacta corpora calefacit, & fouet magis, balneum autem humectat æstate, quo tempore corpora exsiccata sunt. hyeme verò si plus quam conueniat adhibeatur humectat nimium, & potest humidorum morborum esse causa. addendum & illud. an vomitus lassatis corporibus prosit, quod idem tradit Aristoteles problemate septimo, & Hippocrates vtitur in libro, quem sæpius adduximus. Nam neque illo Galenus vtitur, neque videtur alioquin consentaneum agitare corpora vomitione, quæ non propter repletionem sed propter nimium laborem motumque fuerint delassata. an non absolutè bonus est vomitus, neque illum simpliciter veteres præscribebant, sed aut si corpora essent delassata, in quibus esset etiam ventriculi grauitas, vel à cibis paulò ante ingestis, vel à crudis incoctisque humoribus. aut si alendis corporib. humectandisque timeretur repletio. ac propterea post cibos ingestos vomitus præscribebatur. quemadmodum & Hipppocrates facit. Nam ratio, quam Aristoteles affert facit illa quidẽ in lassitudinib. spõtaneis, nõ aũt in his, de quibus loquimur, quæ à laboribus contrahuntur; & tamen in vtrisque vetat Galenus in commentariorum in librum Hippocratis de Alimento libro primo, tex. 3. qui in lassitudinibus vomitũ non esse præscribendũ docet, ne intrò humores attrahantur, qui ad extima effusi sunt. quæ sententia cùm vera sit, videaturque tam Hippocrati quam Aristoteli aduersari, fortasse tamẽ sic de illa statuendum est. vomitum quidem vitandum esse propter rationes, quas Galenus affert in lassitudinum initiis. si tamen illo aliquándo vtendum est, in iis casibus, quos diximus, tunc vtendum quando iam lassitudines remitti cœperint, & adhibitis remediis humores, qui in carnes & cutim adhæserant, digerantur. Sic enim non erit periculum, quod Galenus metuit.

[13] τὰ δὲ αὐτίτυπα καὶ σκληρὰ μᾶλλον ποιεῖ κόπον καὶ ἐν πορείᾳ, καὶ ἐν δρόμῳ καὶ ἐν κατακλίσει, καὶ ἐν καθέδρᾳ. διὰ δὲ μᾶλλον ποιεῖν πλησμὸν καὶ ὄπτησιν. τάχα δ' ἴσως καὶ στωτικὰν πλείω, καὶ παρώτερον δ' ἂν διὰ τοῦτο δόξειεν.

Porro quæ solida sunt & dura magis inferunt lassitudinem, & in cessu, & cursu,

Digitized by Google

& seſſione, & accubitu, premunt enim magis, & refringunt maiori contentione id quod maioris defatigationis causa est.

Hactenus de lassitudinib. quæ propriè dicuntur, egit. Nunc quasuis defatigationes laboresque docet. quæ autem hic docet clara sunt, & alioquin in problematis sparsim declarantur. καὶ ἐπὶ. hæc legenda sunt, vt emendauimus, & interpunximus. atque πιεστὰ intelligit, quæ cedunt, & mollia sunt, neque reniti untur. Contrà ἀπίεστα, quæ dura sunt, & reniti untur. sunt enim ait Aristoteles libro quarto Meteorologicorum, πιεστὰ ὅσα ἀθύμενα εἰδ αὐτὰ σωμάτων ἀμφίαστα εἰς ἑαθος τῆ ἐπιπέδ ἀφαιρέτους, hoc est, pressibilia quæcunque impulsa in se ipsa coire possunt, cum in profundum superficies permutetur. & rursus πιέζεται δ' ὅσα πόρους ἔχει κενοὺς συγγενεῖς σώματος, ⊖ πιεστὰ τοῦτα ὅσα δυάσεται εἰς τὰ ἐν αὐτοῖς κενὰ σωμάτων, ⊖ εἰς τοὺς ἐν αὐτοῖς πόρους. hoc est, premuntur autem quæcunque meatus habent cognato corpore vacuos. & pressibilia, quæcunque in vacuum cedunt, quod in se habent, de iis autẽ, quæ dicuntur ἀπίεστα post aliqua verba interiecta, ἀπίεστα δ' τὰ μὴ πεφυκότα σωμάτων εἰς τοὺς ἑαυτῶν πόρους. hoc est, non pressibilia autem sunt, quæ natura non apta sunt ad suos meatus introcedere.

14 ἔτι δὲ κατὰ τὴν κίνησιν ἡ τροφήν.

Mutationem situs etiam in duris sedilibus, stratisve maximè facere ad tollendas lassitudines manifestum est. dicit autem hic, quæ dura sunt, & suâ naturâ ἀπίεστα, propter mutationem tamen assiduam videri in se se cedere, ac propterea non adeò delassare. ἢ τῷ μᾶλλον τὴν κίνη. Sic emendandum esse, & ipsa sententia postulat, & problema vndecimum quintæ sectionis.

15 διότι ὁ τοὺς μηροὺς ἢ τὰς κνήμας μᾶλλον κοπιῶσιν, ὅτι μᾶλλον ὁ πόνος τὴς τοῦ συνεχοῦς διαιρέσεως.

Quod autem fœmora magis quam crura delassentur, inde est, quod dolor continui corporis est diuisio.

Est & in quinta sectione problematum eadem quæstio, non eodem tamen ordine redditæ causæ. inde autem emendatus est locus hic, multum alioquin mendosus. ὁ πόνος τῆ συνεχοῦς διαίρεσις. ὁ πόνος. hic pro dolore sumendus est. fluxit autem ab Hippocrate Asclepiadarum coryphæo dogma istud, & ad medicos & ad physicos, dolorem à solutione continui fieri. Aristoteles. ἢ διὰ τὰ συμφυὲς μᾶλλον ἔχ) τοὺς μηροὺς, μάλιστα δ' πονεῖ τῆ τοῦ συνεχοῦς διαιρέσει. est igitur sententia hæc. dolorem laboremque fieri vbi διαίρεσις τοῦ συνεχοῦς, hoc est, vbi separatio continui maior est. fœmur autem esse magis continuum, maioremque in illo separationem fieri, quam in tibia. iure igitur dolere magis. continuum autem hoc in loco non ita accipiendum est, quasi & tibia non sit corpus continuum. sed quod articulatio fœmoris arctior est & συμφυὴς magis, quã tibiæ & genu. hoc tamẽ verũ nõ est. arctior est. n fœmoris cũ tibia coarticulatio, quã eiusdẽ cũ coxendice. laxior. n. est ἡ ἐνάρθρωσις fœmoris, quippe quod omnib. motib manifesto mouetur quid igitur dicẽdum? errasse Aristot. & Theophrastũ? nolim id ego sane dicere. sed id potius, quod cũ plures afferant rationes probabiles, attulisse voluerũt & hanc, quæ tamen minus probabilis est, quam aliæ. verã aũt huiusce euentus causã, non aliam esse puto quam hanc. cum enim validis motibus moueatur fœmur, magnosque ac validos musculos habeat, quibus intensis aut flexis variè moueatur: genu autem neque validis agatur motibus, neque tam variis, præterea magnis musculis donatũ non sit, fieri hac ratione vt fœmur quod magis laborat, magis etiam defatigetur. adde fœmora totam supernam corporis partem sustentare, cruraque reliqua non nisi fœmoribus motis in incessu aut cursu moueri; fœmora verò totum onus ferre, quare magis etiam delassari.

16 διότι δὲ καταβαίνοντες μᾶλλον κάμνουσι τοὺς μηροὺς μάλιστα πονοῦσιν· ἀναβαίνοντες δὲ, τὰς κνήμας.

Cæterum cur descendentib. fœmora maxime fatigentur, ascendentib. vero tibiæ.

Superius erat quæstio in vniuersum, cur fœmora magis lassantur quam tibiæ. modo quærit aliud, cur descendentibus fatigentur fœmora, ascendentibus tibiæ, quæ quæstio iisdem penè verbis est in problemate vigesimo quarto quintæ problematum sectionis, vnde totum hunc locum restituimus. tota autem solutionis ratio hæc est. illud, quod fert onus, laborat. fert autem onus in tollendo corpore in accliuem locum tibia. tibia igitur laborat. maior propositio clara est, & probatur tamen exemplo humoris. altera probatur, eo quòd cum longa valde sit tibia, nequit propterea stabiliri ac firmari, vnde laboret necesse est. quod autem ascendentibus accidit in tibiis, idem descendentibus in fœmoribus. protenduntur enim in descendendo, totumque onus in iis incũbit. quare & labor & lassitudo in iis sequatur necesse est. Sed quærat aliquis. si quòd longa est tibia in ascendendo laborat, quòd stabiliri nequit, cur non idem in descendendo. non enim diuersa est ratio: an in ascendendo corpus tollimus, in eo autem tollendo, & thoracis, & fœmoris onus incumbit in tibiam, quamobrem illa laborat, & fatigatur. in descendendo. autem corpus non tollimus, sed cum sua ipsius vi tanquam graue deferatur, fœmoribus nitimur, & contendimus, ab iis enim nixus nostri principium & robur est. vnde in iis labor, & lassitudo contrahitur.

Digitized by Google

trahitur. ἡ δὲ κνήμη πιοῦσα. Sic legendum & in problematis, vbi malè legitur. τὸ τοῦτο, ὡς οὖν ἡ κνήμη ἐστὶ τὴν αἰκλασιν. optime legitur in exemplari vulgato licet peſſimo. mendosè autem in Henrici Stephani eclogarum editione legitur enim ibi ἐστὶ τὴν καταβαίνειν. ἁπλῶς δὲ τὰ βάρη κάτω φέρεται. Hic aliquid deest manifesto. legi potest. Ἁπλῶς δὲ τὰ βάρη κάτω φέρεται ὥστε. Henrici editio. διὸ τὰ δὲ βάρη κάτω φέρεται χαλεπώτερον τὴν αἰκλασιν τῆ καταβαίνειν. hoc est, cum autem quæ grauia sunt deorsum feruntur, difficilius est ascendere quam descendere. est autem Theophrasti sententia. etsi in descensu laborent fæmora, in ascensu tibia, tamen quoniam descensus secundum naturam est, ideo ascensum laboriosiorem esse.

17 τῶν δὲ βραχίονι κοπιαρώτερον ἀφ' κενῆς ῥίπτειν.

Porro laboriosius est brachio inani motu sese iactasse.

Quæ sequuntur penè omnia eadem & in problematum sectione quinta, vnde loca hæc deprauatissima corriguntur. ἀφ' κενῆς autem quod imitati Gazam inani motu conuertimus, significat inanem manus iactationem sine vllo pondere, quod teneat cuique innixa minus laboret. talis iactus apud Virgilium.

——Alternaque iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Apud Hippocratem libro septimo Epidem. φρενῶν ἀφ' κενῆς intelligitur phreneticus, qui porrectis manibus frustrà semper captabat aliquid. τοῖσι χερσὶν ἐπιφερόμενος & ἀεὶ τὰ ἀφ' κενῆς φρενῶν.

18 ὡσαύτως [καὶ] ὁ πένταθλος τοῖς τὰς ἁλτῆρας.

Quemadmodum alteribus Quinquertio.

Τοὺς πενταθλους latini vocant Quinquertiones, qui non vno certaminum genere, vt cursu, aut pugilatu, aut lucta, sed omnibus æque præstarét. quod ait & in primo Rhet. artis Arist. quæ verò ait de alteribus notanda sunt, fuerant enim alteres pondera quædam, quæ tenebant Athletæ, quibus brachia præsertim, & humeros exercerent. Antylus in libro sexto collectaneorum Oribasii tribus modis solitos fuisse veteres illis exerceri memoriæ tradidit. Nam vel separatim mittere solitos manibus extentis & circumactis. vel tenere solum in protensione manuum plerunque quiescentium, & breui motu agitatarum, vel eos qui exercebantur manus ad spinam solitos inflectere. erant autem alteres exercitationis genus validum, quod tradit Galenus libro secundo de valetudine. ibi enim de validis exercitationibus loquens, quas ipse εὐτόνους appellat, post plura quæ docuit, addit. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον εἴ τι βάρος τοῖς χερσὶν ἄγοιεν ἢ ἔχοιεν ἑκατέρᾳ καθ' ἑαυτὰς οἷα κατὰ παλαίστραν εἰώθασιν οἱ ἁλτῆρες ἀφιέμενοι ἔχειν τοιούτους ἢ καὶ κρείττονας αὐτούς. hoc est, idque multò magis fiet, si quis summis manib vtraque seorsum apprehenso pondere, cuiusmodi sunt, qui in palæstra dicuntur alteres, porrectisque iis, aut in sublime elatis eodem habitu persistat. hoc autem declarat & paulò post multarum corporis partium exercitationem docens. ὅσοις δὲ τὸ ὀπίσω στρέφειν τε & αἴρειν ἀκοπίως συνεχῶς ἢ αἴρουσί τι βάρος ἀπὸ τῆς γῆς ἢ ἐπὶ τῶν χειρῶν βαστάζουσιν ἀεί. ἀνάγκη ἕνιους μήκιστα παθόντες ἁλτῆρας ἐν τῇ πρόσθεν διεστῶσι ἀλλήλων ὀργυιαν εἷτ' ἐν μέσῳ ἱστάντες αἰωροῦντα τοιοῦτοι τὴν μὲν δεξιὰ χειρὶ τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, τῇ δὲ ἀριστερᾳ τὸν ἐν τοῖς δεξιοῖς & αὖθις ἑκάτερον εἰς τὸ ἐναντίον καταπέμπουσιν χώρον. hoc est lumborum erit exercitatio, si continuè quis reclinet, & surgat aut pondus aliquod è terra tollens, aut manibus semper gestans aliquid. nonnulli halteras in medio ponunt inter se distantes vnius passus interuallo iique stantes eleuant dextera manu apprehendentes illum, qui est sinistra parte, læua illum qui ad dexteram est. rursusque vtrumque in suam sedem reponunt. ex his igitur omnibus locis veterum medicorum manifestum fit, & alteras grauia quædam fuisse pondera & iis vti solitos in palæstris illos, qui validis exercitationibus aut dorsum & ilia, aut etiam crura studebant exercere. plumbeos autem fuisse consentaneum est, manubriisque ad apprehendendum accommodatos. quomodo autem tam graues massæ saltantibus vsui essent quaque ratione, qui saltabant, eas tenentes saltarent, melius, quod tradunt Aristoteles, & Theophrastus, dubium fortasse maximum fuerit, nisi potius existimemus, alios halteras fuisse hos, quorum philosophi meminerunt, qui libramenta quædam fuerint, quæ ita corpus in saltando adiuuabant, vt qui illos tenerent, saltarent melius aptiusque, bene scilicet pondusculis iis librato corpore. Horum halterum, qui hoc saltandi vsu commendantur, meminit & Lucianus in Dialogo, qui Anacharsis inscribitur, cuius sunt verba. ἀλλὰ & ὑπεραλεῖσθαι πάρεστι δήπου, ἢν μὴ ἄλλο ἐμποδίον & ταῦτα τοῦτο ἀπροσδοκήτως ἡμῖν ἐπιβαλόντας χειροπλήθεις ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντες. hoc est, sed si aut fossam, aut aliud impedimentum transilire opus sit, ad hoc quoque exercentur nobis, in manibus habentes plumbeas massas. χειροπλήθεις hoc est, quæ implendis manib. satis sint. tales igitur fuisse halteras alteros, quorum in saltu vsus erat colligitur ex Luciano, vt pugno constricto facile tenerentur, in quibus extensis manibus veluti nixus fieret ad saltandum melius. quod autem miratur Ianus Cornarius in cõmentariis in Galeni libros κῆ πόσις, quẽ vsũ in saltando præstare possint, hæ massulæ, facilimum est explicare. Nam cum ii qui saltant, è terra se tollant, saltatio autem, & quiuis motus difficile fieri queat, si corporis aliqua pars non innitatur alicubi. propterea iuuentæ sunt hæ massulæ, quibus veluti nixæ manus saltum corporis adiuuarent. id quod eleganter declarat Aristoteles in libro de ingressu Animalium, qui cum plura dixisset, quæ ad explicandum hoc problema faciunt, subdit. διὸ &

Digitized by Google

οἱ ταχὺ βαδίζοντες ἀλλοτρίως τρέχειν, ἔχοντες τοὺς ἀλτῆρας ἢ μὴ ἔχοντες. καὶ οἱ ἧττον ἂν σφύζοντες ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς σκέλεσι. hoc est. quare etiam Quinquertiones plus saltant si alteras habeant, quam si non habeant. & qui currunt celerius currunt, si manus & brachia moueant. Hæc cum non animaduertisset Cornarius non ἀλτῆρες, sed ἁλτῆρας legendum esse, apud Lucianum comminiscitur. cùm tamen tam illos, quorum Galenus, & Antyllus meminerunt, quam hos, quorum Aristoteles, Theophrastus, Lucianus, alii, ἁλτῆρες dictos fuisse vetera confirment exemplaria miro consensu.

19 οἱ δὲ βραχεῖς τοῖς μακροῖς καὶ οἱ ὁμαλοὶ τοῖς αἰωμάλοις. ὅτι πολλάκις ἴστασθαι συμβαίνει, ὃ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι, χαλεποὶ καὶ κοπώδεις.

Sane breues ambulationes longis, & æquales inæqualibus maioris lassitudinis causæ sunt, quod in iis sæpius gradum sistat aliquis necesse est: hoc autem in eadem corporis habitudine facere laboriosum, & difficile est.

Eadem penè & in problemate 10. & 12. quintæ sectionis. atque breues ambulationes magis defatigare ait Aristoteles, quod nescio quid inæqualitatis habeant, eo quòd frequenter in iis stare necesse est. frequenter autem stare & moueri, hoc demũ lassitudinẽ inducere hic breuissimis verbis assignatur ratio ὅτι πολλάκις ἵστασθαι συμβαίνει. quod frequenter gradum sistere opus sit. manifestum autem est, vbi in breuioribus spatiis deambulamus, frequenter dum conuertimur, stare quodam modo necesse esse. fit enim conuersio in singulis spaciorum terminis firmatis aliquantisper in conuertendo pedibus. Hæc autem subinde repetita mutatio inæqualitatem habet quandam, & fatigationem inducit. in problemate trigesimo quinto ratio est, ὅτι πολλάκις σφίγγονται καὶ οὐκ ὁμαλῶς κινοῦνται περὶ τὰς καμπάς, ὃ ἦν κοπώδες. quod sæpe firmantur, & inæqualiter mouentur articulis, id autem lassitudinis causa est. τὸ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι. Hæc est ratio, cur in locis inæqualibus magis delassamur quàm æqualibus. in his enim eadem seruatur pedum totiusque corporis figura & habitudo. in his non eadem propter inæqualitatem. mutare autem figuram membrorum, vt ait in Phædone Socrates apud Platonem, non sine aliqua voluptate fit. in eadem igitur manere cum dolore, & labore fit. sed dicat aliquis, si breues ambulationes laboriosæ sunt propter inæqualitatem, ergò æquabilia loca non fatigabunt, sed inæquabilia. an ideò in breuibus spatiis fatigamur, quod inter duo contraria versamur assiduè, quod non sine labore fit? in locis autem inæqualibus etsi frequens mutatio sit, est tamen ordinata, gradatimque (vt ita dicam) fit, quæ æquabilitas quædam est, ac propterea non adeò fatigare potest.

καὶ οὐδὲν οὐσὶ ἐκεῖσε ἐπαναπόν. tacitam quæstionem diluit, quæ autem dicit, plana sunt; & ex problemate decimo melius explicantur.

20 τὸ δὲ παρ' ἑκάστην τῶν πορείαν γίνεσθαι [πολὺ] γίνεσθαι τὸ δὲ τὰ πολλά.

Quod autem singulis passibus fit, in multis multum fiat, necesse est.

Sic emendauimus ex problemate decimo. quod autem dicit, hoc est, quod in singulis, passibus non adeò multum videtur, in multis multum fiat necesse esse. quamobrem cum multa fiat passuum διαφορὰ siue elatio, non posse nos in locis inæqualibus celeriter ambulare, quod per loca æqualia commodè fit.

21 διότι δὲ μακροὶ μὲν ὄντες οἱ βραδεῖς, ἐν τοῖς ὁμαλέσι κοπιαρώτεροι τῶν αἰωμάλων. οἱ δὲ βραχεῖς, ἀποπώτεροι.

Quod vero longiores ambulationes vel æqualibus locis magis fatigent inæqualibus, breues vero minus, causa est, &c.

Hoc problema quintum est in ea sectione Aristotelis, in qua de hoc eodem argumento agitur. perplexum autem videtur & superiori contrarium. vt autem intelligatur, primo loco pone breues ambulationes, & longas. illæ laboriosiores quam hæ. secundo æquabiles & inæquabiles. & illæ magis fatigant quàm hæ. tertio breues ambulationes in æquabilibus locis, & in eisdem etiã longas. hoc modo longæ laboriosiores sunt. quarto in locis inæqualibus, & breues, & longas. fit autem in breuibus delassatio contingit maior. his ita positis facilè intelliguntur, quæ vult Theophrastus. ταύτην δὲ ἡ σπερματώδης. in problematis corruptè legitur σπερματώδης. legendum enim σπασματώδης. quod optimo iudicio animaduertit doctissimus Hieronymus Mercurialis libro primo variarum lectionum capite nono. vocat autem motum σπασματώδη, in quo magna fit corporis commotio, atque concussio. Theodorus ἀπὸ τοῦ σπάσματος interpretatus est motum, qui passim fit per inæqualia loca, quomodo σποράδες dicuntur morbi, qui passim, incertisque locis vagentur. falsus tamen est vir doctissimus propter exemplar mendosum, aliisque vt similiter errarent, imposuit. & tamen non adeò sine ratione videtur errasse, quod aliqui valdè mirantur.

22 ὀξυδρωκτικοὶ δέ εἰσιν οἱ κοπιῶντες, διότι θερμά τε καὶ ὑγρὰ τὰ σώματα, διὰ τὴν σύντηξιν. ἡ δὲ τοιαύτη διάθεσις, σπερματική.

Porrò qui fatigantur, solent noctu genitura pollui, quod calida humidaque sint corpora propter liquationem, quæ affectio seminis copiosa est.

Sic emen-

Digitized by Google

sic emendauimus ex Aristotele & ex editione Stephani: ἐξωνειρώττειν est noctu semine pollui, apud Hippocratem libro sexto Epidemiorum segmento octauo Historia est Satyri, qui cum noctu nonnunquam etiam interdiu polluëretur, tabidus mortuus est. vt intelligatur quomodo & tabidi ἐξωνειρώττουσι, & qui multum ἐξωνειρώττουσι, aliquando fiant tabidi. illi quòd semen acrius habeant, vasorumque seminalium vim contentricem imbecillam; calorque iis mordax, & liquefaciens. hi, quod exsiccatis corporibus exinanitisque succedit tabes, quomodo & iis, qui frequenti concubitu vires exhauriunt. hoc tabis genus libro secundo de morbis νοσήματα φθίσιν vocat Hippocrates, hac autem laborare solitos maritos salaciores. eiusdem meminit & in coacis præsagiis, & libro de locis in Homine.

23 καταπίπτειν τὰς δὲ ὑπτίους ἀφ' ὧν ἔκλυσιν, καὶ τοῦτο γὰρ ὃ σχῆμα μάλιστα ἄϊσον, καὶ τοῖς ὃ ἐξονειρωγμὸν συνεργεῖ.

Accidit quod delassati solutis viribus supini cubãt, hoc enim situ requiescunt maximè, qui tamen genituræ fluxum adiuuat.

Sic legendum est, non vt prius in exemplaribus corruptis. σχῆμα autem ἄϊσον intelligendum est incommodũ minimeque conueniens. & sanè præcipiunt medici tam iis, qui nocturna pollutione soluuntur, quam iis qui fluxu seminis laborant, vt ne supini cubent. quòd relaxatur facultas alioquin imbecilla, caleſiuntque loca, in quibus semen gignitur, vnde affectus augetur.

Ἐκ δὲ τῶν τοιῶν. legendum δὲ τῶν τοιῶν τῶν θήλεος μᾶλλον. subintelligendum autem διαπίνουσαι αἱ κύπτοι. mox aliud clausulæ initium. ἢ δ' ὀλιγοστία. hæc autem & superius declarauimus, & ex Aristotelis problemate 38. plana sunt.

Τὸ ὃ ἰσχυρότερον. locus corruptus est. puto autem legẽdum sic: τὸ δὲ σκληρὸν ἰσχυρότερον μὲν, ἀπαθέστερον δὲ πρὸς πᾶσαν ἀπάθειαν. quid autem sibi velit his verbis perspicuum est. ἀλλὰ γλυκύτερα. hîc deest aliquid quod omninò turbat sententiam. fortè legendum τὰ γλυκύτερα. vt intelligamus hæc esse ἀπαθῆ ad rupturam, contusionem, fracturam, conuulsionem. Sententia autem talis esse videtur. Humida corpora molliaque citius defatigari, quod debiliora sunt. licet non sint absolutè debiliora. nam dura siccaque citius franguntur, & disrumpuntur, quàm mollia & humida. Sed cum incessus constet vt ait Aristoteles libro de incessu Animalium, tractione, & pulsione, humida corpora vtrique operi minus sufficiunt. Contrà sicca & ad trahendum, & ad pellendum magis apta sunt. minus igitur delassabuntur hæc, magis illa.

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΙΧΘΥΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΞΗΡΩ ΔΙΑΜΕΝΟΝΤΩΝ.

THEOPH. DE PISCIBVS, IN SICCO DEGENTIBVS.

DANIELE FVRLANO interprete.

EX iis piſcibus, qui ſolent in ſicco degere (videtur enim quaſi illorum naturæ aduerſari, aere refrigeſcere) ſunt aliqui, qui magis aerem attrahunt, quicunque ſcilicet, & aquam accipiunt, & hac ratione ſeruantur. [2] Cæterum ſi verum eſt, quod fertur de piſce, quem exocœtum nominãt, ſummum illud erit miraculum hunc.n. aiunt quotidie in terram exire ſomni cauſa, & nomen apud græcos accepiſſe ἀπὸ τῆς κοίτης, hoc eſt, à cubili. videtur itaque ſi hoc facere poteſt naturæ eſſe ancipitis, non propter cibum & alimoniam, vt phoca, mus marinus, & nonnulla alia, & aues quam plurimæ, ſed propterea quod aerem, & aquam accipit, non eo ſane modo, quo Delphinus, & alia quædam cæte, quæ cum natura reſpirationis facultatem habeant, accipiunt etiam, & ſufflant mare neceſſitatis cauſa: cùm tamen tam aere, quam aqua ad vitam ſeruandam vti videãtur, peculiaris horum vis, & natura videri poſſit. [3] piſciculi vero, qui in India ex fluuiis ad terrã exeũt, & ſaliunt, rurſusq; in aquam redeunt ranarum modo, habent & illi ſanè, quod admireris, non his tamen ſimiliter, quatenus minus mirum eſt paucoid tempore, & multo omninoq; fieri. ſimiles hi ſunt muconibus, quos appellant. [4] porrò certum eſt piſcium genus Babylone, quos ferunt exſiccato fluuio

ΗΣ τῶν ἰχθύων ἐν τῷ ξηρῷ διαμενῶν· ὁποῖόν τι δὲ φύσιν τῷ ἀέρι καταψύχεσθαι, τὰ μὲν δεχόμενα ὃν ἀέρα μᾶλλον, ὅσα δέχεται ὕγρὸν, καὶ διὰ τοῦτο σώζεται. [2] θαυμασιώτατον δ', εἴπερ ἀληθὲς, ὃ τῶν ἐξωκοίτου καλουμένου. τοῦτον γάρ φασιν ἐσημέρας ποιεῖσθαι τὴν κοίτην ἐν τῇ γῇ. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα εἰληφέναι. φαίνεται δ' οὖν, εἴπερ δύναται ὁρᾶν, ἐπαμφοτερίζειν, ἐν τῇ ὄψει καὶ τῇ ἀναγωγῇ, καθάπερ ἡ φώκη καὶ ὁ μῦς καὶ ἕτερ' ἄττα, καὶ τῶν ὀρνίθων δὲ πολλοί· ἀλλὰ καὶ τῷ δέχεσθαι καὶ ὃν ἀέρα καὶ τὴν θάλατταν, οὐχ οὕτως ὥσπερ ὁ δελφὶς καὶ ἕτερ' ἄττα. φύσει μὲν οὖν ὅντα ἀναπνευστικὰ, καὶ τὴν θάλατταν δεχόμενα, καὶ ἀναφυσῶντα πρὸς τὴν χρείαν· ἀλλ' ἀμφότερα πρὸς τὴν τοῦ ζῆν διαμονήν. ἄτοπος δ' αὐτῶν ἡ φύσις καὶ ἡ δύναμις εἰπεῖν [3]. τὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖς ἰχθύδια, τὰ ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὴν γῆν ἐξιόντα καὶ πηδῶντα, καὶ πάλιν εἰς τὸ ὕδωρ ἀποῖα, καθάπερ οἱ βάτραχοι. θαυμαστὰ μὲν οὖν, οὐχ ὁμοίως δὲ τούτοις, ὅσῳ τὸ ὀλίγον χρόνον, ἢ πολλῷ, καὶ τελεώτατον ἧττον θαυμαστόν. ἔστι δ' ὄψις, ὁμοία τούτων τοῖς μυξίνοις καλουμένοις. [4] εἰσὶ γὰρ καὶ

Digitized by Google

βαβυλῶνά τινες οὓς φασι λέγεσθαι μόνον ἐν ταῖς τρώγλαις ταῖς ἐχούσαις ὑγρότητα, ξηραινομένου τοῦ ποταμοῦ. τούτους δὲ ὀξιόντας ἐμεσθαι, καὶ βαδίζειν ὅπου τῶν ἑρπετῶν, καὶ ἅμα κινεῖν τὸν οὐρανόν. καὶ ὅταν διώκωνται, φεύγειν. καὶ εἰς δύπας, αὐτοπροσώπους ἴσασθαι. πολλάκις γὰρ θεσσιένας τινὰς καὶ ἐρεθίζειν. ἔχουσι δὲ τὸν μὲν κεφαλὴν ὁμοίαν βατράχου θαλαττίου· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, κωβιοῦ· βραγχία δὲ ὡς οἱ ἄλλοι ἰχθύες. ὅτι δὲ οὐ πόδας ἔχουσιν, ἀλλ' ὅπου τῶν ἑρπετῶν βαδίζουσιν, τεθεώρηται· ἐλάμβανον γὰρ πολλοὶ οἱ διώκοντες· τὰ δὲ ἑρπετὰ, δύμεγέθη. τὸ δὲ ἐκ τῆς γῆς τὸν τροφὸν λαμβάνειν, οὐκ ἄτοπον. ἔνιοι γὰρ, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ ὄντες, πηλὸν ἐσθίουσι καὶ φύκος καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ ὅλως γε, εἴπερ ἐν τῷ ἀέρι ἁλίσκονται, καὶ τὸ τῆς ὄψεως οὐκ ἄλογον. ἐπεὶ καὶ ὁ πολύπους ὀξιὸν λαμβάνει, καὶ ἡ μύραινα, καὶ ἄλλοι δέ φασι· καὶ τὸ ὅλον οὐκ ἄλογον· ὥσπερ τῶν πεζῶν καὶ πλωτῶν ἔνια τοῖς ὑδρόις χρῆται, καὶ τὰ ἔνυδρα τοῖς ἐν τῇ γῇ, καὶ τῷ φύσιν ὁμοίως αὐτὰ ποδιδόναι τὸ αὐτάλλογον. φαίνεται γὰρ καὶ ὁ ἵππος ὁ ποτάμιος τοιοῦτον· ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμαστὸν, ὡς γε εἰπόμην, εἰ καὶ δύναται τοῖς αὐλοῖς μουσικοῖς, ὡς ὀργανικῆς ὁτὲ μὲν ἐπισπᾶσθαι τὸν ἀέρα καὶ ἕλκειν, ὁτὲ δὲ ὑγρὸν δέχεσθαι. τάχα δὲ τοῦτο μᾶλλον, ἢ ὁτὲ μὲν ὁ ἀὴρ συμμέτρως πρὸς τὴν καῦψιν, ἢ οὔ, πρόηποτέ ἐστιν ἐκ τοῦ ἀναπνοῆς γινόμενον, ὁτὲ δὲ ὑγρόν. ἅμα γὰρ ἄμφω. τὸ δὲ τῶν πολυπόδων, ἧττον θαυμαστόν. ἅμα γὰρ δέχονται τὴν θάλατταν †

καὶ οἱ κάραβοι καὶ οἱ ἀστακοὶ καὶ ἡ καρκίνοι, καὶ πάλλα τὰ τοιαῦτα. † ὥστε μὴ μεγάλης ἄγαν τῆς μεταβολῆς οὔσης, ῥᾴον ὑπομένειν. ὃ καὶ πρὸς τὰς εἰγκέλεις φαίνεται συμβαίνειν. πολὺν γὰρ χρόνον δύνανται ζῆν ἔξω τοῦ ὑγροῦ, διὰ τὸ μικρὰ τὰ βραγχία ἔχειν καὶ ὀλίγον δέχεσθαι τοῦ ὑγροῦ· καὶ τὴν μύραιναν, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἢ καὶ τὸ ὅλον ὀφιῶδες, ἧκιστα ἄτοπον. ἄλογον γὰρ [τὸ] ἐν τῷ ὕδατι μᾶλλον μὴ δύνασθαι διαμένειν ὅσῳ λεπτότερον ὂν τοῦ θαλάσσης, ἐλαττέρῳ τοῦ ἀέρος ἐστί. καὶ τὸ φύσει γε ψυχρότερόν ἐστι. διὸ καὶ πολύπους φεύγει. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐλλήσποντον οὐδὲ πόντον οὐκ ἔστιν. οἱ δὲ ἰχθύες πλέουσιν

uio degere in vuidis foraminibus, atque exeuntes pabulum quærere, & incedere pinnis motantes caudã, fugere verò quando quis insequitur, & ingressos foramina aduersos se sistere, quosdam & lacessentes sæpe procedere. habent hi caput ranæ marinę, cætera gobionibus similes, branchias etiam quemadmodum & alii pisces. quod enim pedibus careant, sed pinnis incedant obseruatum est: ceperunt enim multos ii, qui venantur. pinnas quidem habent satis magnas. Nam quod è terra alimentum sumant, non adeò absurdũ est. Nã & multi qui semper in aqua degunt, luto, alga, & similibus vescũtur herbis. omnino vero si in aere degunt, absurdũ non est, & pabulũ extra aquas petere, quandoquidem & polypus, & muræna è mari exeunt pastus gratia, atque alii, vt fama est. ac sanè in vniuersum absurdum nõ est, quemadmodum & terrestrium volucriumq; nonnullæ animantes ex aquis quærunt pabulum, ita etiam aquatiles terrestre quærere. vt natura eadem proportione resarcire videatur. videtur autem ex hoc esse genere & Hippopotamus. sed hoc admirari sane subit, vt diximus, si quod animal iisdem partibus, & instrumẽtis potest modo aerem, modo aquam intra se sumere. fortasse vero illud magis, siquidẽ modo aer ad refrigerandũ est aptior, aut ad aliud commodum, quod a respiratione proficiscitur, modo vero humidũ: simul enim vtraq; minime. quod enim polypi faciunt, mirum non est. non enim mare illi attrahunt, quemadmodum neq; cancri, neque Astaci, neq; locustæ, neq; alia huiusce generis, vt cũ nõ adeò magna in iis cõtingat mutatio, possint etiã facile ferre; quod & Anguillis videtur accidere, quæ cũ paruas habeant branchias, & parũ etiam aquæ sumãt, diutius posſũt in sicco viuere. idẽ autem & murænæ, & si quid aliud tale genus est, & omninò piscium generi anguineo cõtingere, absurdũ neutiquã est. consentaneũ etiã est difficilius posse in aqua fluuiorũ degere, quatenus tenuior marina cũ sit, ad aeris naturã proxime accedit, quin & frigidior est quã illorũ naturæ cõueniat. quocirca fugit illã polypus, qui propterea neque in helleſponto est, neque in ponto. porro pisces in stagna, ac fluuios commigrantes

Digitized by Google

pariunt, quod tranquillitas ibi maior ventorum est, minoresque beluæ, & in summa pisces, qui deuorent. maris verò caliditas vel ex eo manifesta, quod nequeant in eo fluuiatiles pisces degere, cum tamen facilius marini viuãt in stagnis, & in fluminibus. atque illud fortasse prius considerandum est, vtrum aer aqua calidior sit? Nam si vt videri possit calidior aer, est enim proximus igni, frigidiora esse animalia, quæ ille ambit, & continet, necesse est: id quod etsi iis, quę tractamus in præsentia non aduersatur, tamen contra eorum sententiam est, qui putant, calidissima omnium animalium esse sanguinea, & quæ animal pariunt. ac sane de his aliàs inspiciendum est. pisces verò fossiles (sunt enim alicubi tales vt Heracleæ & in Ponto) oriuntur propter fluuios, & loca stagnantia. accidit autem vt his exsiccatis humore priuati paulatim se cõtrahant, & humore quærendo in terrã condãtur, quæ cum sit exsiccata, maneãt illi tamen in humido, perinde ac viuentes sale cõditi, aut in latibulis torpescentes, moueant vero sese, quando quis effodiat. atque huic non est absimile, quod in Ponto accidit, vbi gelati pisces capiuntur in glacie, qui non ante aut mouentur, aut sentiunt, quã in ollis positi sint, & elixentur. omnium maxime videtur hoc perpeti gobio. in summa vero fossiles fiunt, quod inundantia flumina quando ad suos alueos redeant, in locis iam exsiccatis destituant alibi oua, alibi huiusmodi generationis principia. Nã sunt & qui non à congenerib. piscib. procreantur, vt anguillæ, videtur. n. hæc sponte, & centriscus quem vocant, fieri, vt Heracleæ in Lyco fluuio. oua igitur ita destituta formam sumunt, indeque pisces geniti in terra degunt, id quod consentaneum est. multi enim ex piscium genere pauco cõtẽti sunt pabulo, perinde ac serpentes, & animalia latentia: quamquam contingit vt in ouis satis sit alimẽti, mox verò genitis piscib. humor ex tetra ministretur haustus. nec vero hi aut satis crescunt, aut crescere vel feruntur, vel verisimile est. neque enim aut locum habent, aut alimentum, quod abunde suppetat, quibus vtrisque ad incrementum opus est. quod autem in aere degant, non his omnino

ἀναπλέοντες εἰς τὸς ποταμὸς καὶ τὰς λίμνας, ὅτι ὑδία μᾶλλον κυμάτων καὶ πνευμάτων, καὶ τὰ θηρία ἐλάττω, καὶ οἱ κατεσθίοντες ὅλως καὶ διαφθείροντες ἰχθῦς. ἡ δὲ τῆς θαλάττης θερμότης, ἐξ ἐκείνου φανερὰ, τῷ μὴ διαμένειν διὰ ταύτην τὰ ἐκ τῶν ποταμῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ ἐκ τῆς θαλάττης ἐν τοῖς πολαμοῖς καὶ ταῖς λίμναις· ἴσως δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἑτέρων σκεπτέον, πότερον θερμότερον ὁ ἀὴρ ἢ τὸ ὑγρόν. εἰ γὰρ ὁ ἀὴρ, ὥσπερ καὶ δόξειεν, ἐγγυτέρω ἐστὶ τοῦ πυρός. ἔστι δὲ ἀεὶ θερμὰ τὰ τούτῳ κατεχόμενα. τοῦτο δ' εἰ μὴ καὶ πρὸς τὰ νῦν ἐναντίον, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνῳ τῷ δόξαν τῷ λεγομένῳ, ὅτι θερμότατα πάντων τὰ ἔναιμα καὶ ζωοτόκα. πρὸς μὲν οὖν τοῦτον ὑποσκεπτέον· οἱ δ' ὀρυκτοὶ τῶν ἰχθύων· εἰσὶ γὰρ ἐνίοις καὶ τοιοῦτοι, καθάπερ τε πρὸς ἡμᾶς ἐκλιπεῖν καὶ ἄλλοθι τὸν τῷ τόπῳ· γίνονται μὲν καὶ πρὸς τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ ἔνυδρα χωρία. συμβαίνει δ' αἰσθητῶν μὲν ὄντων τούτων, ἐγκαταλειπομένους καὶ μικρὸν συστέλλειν, καὶ διώκοντας τὴν ὑγρότητα, δύνασθαι καὶ τὴν γῆν εἶτα καταξηραινομένης, διαμένειν ἐν τῇ ἰλύι, καθάπερ αἱ ὑπαειχόμενοι ἐν τῷ ζωῷ· ἢ καὶ τὰς ἐν τῇ φωλείᾳ διαταρχῶντας· ἔστιν δ' αἰσθάνεσθαι, τότε κινεῖσθαι. πρὸς δὲ πλησίον δ' ὅτι τούτῳ καὶ ὅτι τὰ ἐκπεπνευμένων ἐν τῷ τόπῳ· ὅθεν πρὸς λαμβάνοντες τῷ χρυσάλλῳ, καὶ τὸ πρότερον αἰσθάνονται καὶ κινοῦνται, πρὶν εἰς τὰς λοπάδας ἐμβληθῆναι καὶ ἕψεσθαι. πάντων δὲ μάλιστα δοκεῖ πάσχειν τοῦτο ὁ κωβιός. ὅλως δὲ οἱ ὀρυκτοὶ γένος ἰχθύες, διὸ καὶ ἐκβάλλονται τὸς πολαμὸς, ὅταν πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον καθιστῶνται ῥεῖθρον, ἐγκαταλείπειν ἐν τοῖς ἀποξηραινομένοις ἔνθα μὲν ὠά, ἔνθα δὲ τοιαύτας ἀρχάς ἐξ ὧν ἡ γένεσις. ἔνια γὰρ οὐκ ἐκ ζώων, ὥσπερ ἡ ἔγχελυς. δοκεῖ δὲ αὕτη γίνεσθαι καὶ ὁ καλούμενος κεντρίσκος, ὥσπερ καὶ ἐν ἠρεμούσῃ λίμνῃ τὸν λύκον τὸν ποταμόν. ἐγκαταλειφθέντα δὲ, ἀπομορφοῦται καὶ διαμένει. τὸν δὲ γόβιον ἔστι λέγειν οὐκ ἄτοπον εἶναι. ἐφθὴς γὰρ ὀλίγης δεῖται πολλοῦ τῶν τοιούτων, ὥσπερ καὶ οἱ ὄφεις καὶ τὰ φωλεύοντα. συμβαίνει δὲ καὶ ταύτην ἱκανὴν ἔχειν ὠῶν τὸν τοιοῦτον καὶ μὴ ταῦτα τὰ ἐκ τῆς γῆς ἰκμάδα διαδιδόμενα. οὐ μὴν μεγεθός

Digitized by Google

μέγεθός τε τὰ ποιᾶτα λαμβάνῃ ὅτ' εἰσὶ ὅτε φασί· διὸ μήτε χώραν ἔχειν μήτε ὕφιλον δαψιλῆ. δεῖ δ' ἄμφω ταῦτα πρὸς τὴν αὔξησιν. ὃ δὴ καὶ τοῦ ἀέρος δεῖσθαι διὰ μικρότητα· τούτοις μὲν οὐ πάνυ ἐλλείπει ὑπάρχειν. τοῖς δὲ ἐξιοῦσιν ἐκ τῶν τόπων καὶ νεμομένοις. διὸ καὶ ὀλίγον μικρὰς εἰώθασι δεῖσθαι καταψύξεως. ὥστε σύμμιξον αὐτοῖς εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ ἀέρος. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ τῶν βορείων στενότης· ὡς οὐ πολλῆς δεομένων. δεῖ καὶ ἐγχέλεις ἔν τε τῷ ἀέρει πολλοῦ χρόνον ζῆν, καὶ ἐν τοῖς ἁλυκοῖς ὕδασι ταχέως ἀπαναίνεσθαι· καὶ ἅμα ἐν τοῖς γε ὀρυκτοῖς καὶ ἡ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποψύξις, ἐκ τῆς βορείου χώρας, ἱκανὴ πρὸς τὴν βοήθειαν. ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ταῦτα καὶ λόγῳ δεόμενον, ὃ περὶ τοὺς ἐν παλαιστίνῃ ὀρυκτοὺς ἰχθῦς· ὀρύττεσθαι γάρ φασιν ἐκ καὶ βάθους πλείονος ἀγαθοὺς καὶ πολλούς. ὃν δὲ τόπον, ὅτ' ἐπίκλυσιν ποιῶσι μὴ λαμβάνῃ, ὅθεν ὕδατος σύστασιν· ἀφ' ὧν δὴ καὶ φαμὲν ἐλλείπειν τὰ ὠά, καὶ τὰς ἀρχὰς τῆς γλυκύτητος. λοιπὸν γὰρ δὴ αὐθεμάτους φύεσθαι καὶ τοῦτο σπανίως. ἀδιάλυτος γὰρ ἡ τοιαύτη ἀλλήλων μίξις. εἴτε δὴ τοῦτο, ἢ τὸ ἕτερον, ὥσπερ εὔγειός τις οὖσα, καὶ ὅλον γεννᾶν τῶν τοιούτων, δεῖ δὲ συμμετρίαν τινὰ ἔχειν τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ. συμβαίνει γὰρ δὴ γίγνεσθαι καὶ ἑτέρους τινὰς αὐθεμάτους ἰχθῦς, ἔν τε ἁλμυροῖς ἔκ τινων τόπων ὑδροτηθέντας, οἳ συνεπιφέρουσι τὰς γλυκώσας ἀρχάς. ὁ δ' τόπος, ὑφυής· δεῖ καὶ δέχεσθαι καὶ σκέπειν. μᾶλλον γὰρ ἂν ἔτι τοῦτο τῶν ἑτέρων ἰδίων. σκοπεῖν δ' ἂν τις σκέψαιτο τοῦτο ἀμφοτέρων τῶν χωρῶν, τοῦ τε ἐν τῷ ξηρῷ καὶ τοῦ ὀρυκτοῦ, ἆρα γε εἰς ὕδωρ ἀφίεμένα ζῷα ἂν, ἢ τὰ οἰκεῖα ζητοῖεν χώραν. καὶ ἆρα τοῦτο αὐτοῖς ὥσπερ φύσις, καθάπερ καὶ τοῖς ἐν θαλάττῃ καὶ τοῖς σταλαμοῖς· ὅδε γὰρ ταῦτα δέχεται τὰς μεταβολὰς, πλὴν ὀλίγων· ἐπεὶ ὅσα γε διὰ τὴν ἀναξηρασίαν καὶ ἀδυναμίαν, καὶ ὅσοι τοῦ ἁλμυροῦ καὶ ἰοῖς πάγοις, φανερὸν ὡς τούτοις γε οἰκεῖον τὸ ὑγρόν. εἰκὸς δ' μᾶλλον καὶ τοῖς ὀρυκτοῖς καὶ τοῖς ἑτέροις· τοῖς μὲν ἁπλῶς, τοὺς δὲ ὡς ἀμφιβίοις καὶ τὰ Δημοκρίτου. ὃ καὶ ἐπ' ἄλλων συμβαίνει. χρῆται γὰρ ἔνια τῷ ἀέρει καθάπερ ἐρέθη πρότερον.

omnino datum est, sed iis qui ex propriis locis ad pascendum exeunt, qui profecto pauca soliti sunt refrigeratione indigere, vt quæ habetur in aere accommoda sit, id quod ostendit & branchiarũ angustia, quasi parum refrigerari opus habeant. Quamobrem, & anguilla diutius viuit in aere, & citissimè suffocatur in aqua turbida. adde etiã quod fossilib. ex terræ frigore, vbi latẽt, nõ parũ præstatur auxilii. verùm præter hæc peculiaris naturæ est, disputationeque opus habet, quod habent fossiles Paphlagoniæ pisces. effodi enim & multos, & bonos ex profundioribus locis perhibent: ea verò loca neq; aquarum habere stagna, neque etiam irrigari fluuiis, vnde & oua, & ortus principia relinqui superius dicebàmus; vt reliquum sit sponte eos gigni, idque frequenter: coire enim nequeunt. quod si ita est, statuendum etiam illud erit, locum illum quasi humidum & genitabilem est ad horũ procreationem idoneum, quod caloris & humoris commoderatam mistionẽ habeat. aut intelligere oportet humorem aliunde deriuari, quo genituræ ferantur principia, locum autem aptũ natũ esse, vt ideo & recipiat, & alat. Nam pene aliẽnum ab his quidquam afferre vix possumus. illud verò de vtroque genere inspiciat aliquis, eorum inquã, qui in sicco degunt, & fossilium piscium, an si in aquam mittantur viuere possint, an locum proprium potius appetant, atque hoc naturale iis sit, quemadmodum & marinis mare, & fluuiatilibus flumina quærere: nam & hi mutationes non sufferant exceptis paucis: quandoquidem quicunque propter exsiccationẽ aquarum in terram sese intruserunt, & quicunque gelu comprehensi sunt, habent aquã manifesto pro loco proprio. consentaneum autem magis est habere fossiles, & alios: illos simpliciter, hos vt naturę ancipitis, vt ait Democritus. quod item & aliis accidit: nonnulli enim vtuntur aere, vt superius dictum est.

ANDREÆ FVRLANO PATRVELI, IVRIS CIVILIS ET ELOQVENTIÆ PERITISSIMO.

CVM multa sunt in natura rerum scientia, quæ homines admirantur, ac nosse cupiunt, tum illa præsertim animalia, quæ rariora sunt, & incognita. Quamobrem veterum scriptorum non pauci in illorum historia declaranda multum studii ac operæ posuerunt: quorum vnus princeps Aristoteles nihil omisit in Historiis, quod ad partes, ortus, affectus, mores, & actiones omnium pertineat animalium: in Auditis etiam miraculis multa tradidit de incognitis & admirabilibus. Ælianus autem, & Plinius multa ab Aristotele præsertim accepta, sed & ab aliis græcorum scriptoribus obseruata posteritatis memoriæ consignarunt. si qua vero sunt Animalia, in quibus natura placuisse sibi visa est & varietate fallere mortalium animos, illa sine dubio sunt aquatilia. in mari enim si vsquam alibi fœcundissima natura est, & omnigenæ generationis mater. Quamobrem & Protheum Deum marinum esse voluerunt Poetæ, quod præsertim in mari Natura varietas multiplexque aquatilium genus, & infinitum. ex iis autem rariora quædam selegit Theophrastus philosophus in hoc libello, quem de piscibus in sicco degentibus, inscripsit, quorum & afferret historiam, & declararet. quem cum ego vnà cum aliis eius opusculis latinum fecerim, annotationibusque illustrarim, volui proarctissima nostra consanguinitate tibi dicare, Andreæ eruditissime. is enim es, quem non illa modo delectare solita sunt, quæ sunt eloquentia, ac iuris ciuilis, verum etiam disciplina penè omnes quæ liberales appellantur, & vna omniū mater, & altrix philosophia. accesserunt autē huic libello fragmenta nonnullorum librorum Theophrasti, quæ primus Henricus Stephanus annis abhinc xxiiii. publicauit, quæ etsi nihil aliud, quam fragmenta sunt, tamen ex iis aliqua ad ortus & mores nonnullorum pertinent Animalium. Hæc ita velim accipias hilare, vt certò tibi persuadeas, munus quidem, quod tibi offero, exiguum esse, meam autem in te voluntatem, ac benouolentiam esse maximam, quam non nostris modo, verùm etiam exteris testatam volui posteritatisque memoriæ commendatam. Vale.

IN LIBRVM THEOPHR. DE PISCIBVS IN SICCO DEgentibus Annotationes.

HVIVS libri titulus apud Athenæum, & Diogenem est περὶ τῶν ἰχθύων ἐν τῇ ξηρῷ διαιτωμένων; hoc est, de iis piscibus, qui in sicco degunt. sic autem credibile est Theophrastum librum inscripsisse, posteriores autem de piscibus tantùm. & tamen non absolutè de piscib. verùm de iis tantū qui in sicco possunt degere disputat. est autem Theoph. legitimus, quod præter veterū auctoritatem facilè ex ipso dicendi charactere confirmatur. Historicus pene totus est, & tamen etiam locus est, vbi rationes reddit aliquas.

τῆς τῶν ἰχθύων ἐν τῇ ξηρῷ διαιτωμένης.

Qui hunc libellum legit, in ipso, vt est in prouerbio, oportet impingat limine. verba autem hæc corrupta esse, aliqua etiam loco mutata perspicuum est. nos tamen inspecta Auctoris sententia locum vertimus. at in græcis verbis nihil voluimus immutare.

διαιτωμα-

Digitized by Google

[2] θαυμασιώτατον δ', εἴπερ ἀληθές.

Exocœtum Arcadiæ peculiarem esse piscem credidit Plinius libro nono cap. 19. ait enim. Miratur Arcadia suum exocœtum, appellatum ab eo, quòd in siccum somni causa exeat. circa Clitorium vocalis hic traditur, & sine branchiis. idem aliquibus Adonis dicitur. Et tamen non in Arcadia solum, verum etiam alibi reperitur. Veteres ἐξώκοιτον vocarunt, ἀπὸ τοῦ ἔξω τοῦ καίτου πεσεῖν. Oppianus.

Ἄλλοι δ' ἐξόκοιτον ἐφήμισαν ἕνεκα κοίτης
Ἐκτὸς ἁλὸς νίσεται, μοῦνος δ' ὅδε χέρσον ἀμείβει.

Appellarunt etiam Adonin, vt præter Plinium tradit Athenæus libro octauo. Ælianus huiusce nominis rationem putauit esse, quòd quemadmodum Adonis duarum Dearum est in deliciis, alterius marinæ, terrestris alterius: ita pisces hic & terræ videtur & maris communis incola. Sunt eius verba in libro nono de Animalibus. ἄδωνιν ὁ Κλείτους λέγειν αὐτὸν ἐπὶ τῇ γῇ καὶ θαλάττῃ ἔχει φιλεῖν, πλησίον. ἐμοὶ δοκεῖν δικαίως τὸ ὄνομα, καὶ αἰνιξαμένων εἰς τὸν τῆς κυνύρου παιδὸς βίον τὸν διηρημένον δυοῖν μοίραιν, τῆς μὲν ὑπὸ γῆν, τῆς δὲ ἄνω γῆς, ὡρῶσι· αὐτὸς ἑκάτερα. est autem piscis hic ex mugilum genere colore flauus, cuius descriptio extat apud Athenæum ex Clearcho peripatetico, quam etiam non grauabor apponere. exocœtus piscis, quem aliqui Adonin vocant, nomen quidem ab eo accepit, quod plerunque extra mare dormire soleat. est autem flauus, & à brachiis vtraque corporis parte ad caudam vsque lineam albam habet continuam. corpore tereti non lato, magnitudine littoralibus mugilibus æqualis, quibus octo digitorum magnitudo plurimum est. omnino autem similimus pisciculo, qui hircus dicitur. excepta nigra sub aluo macula, quam habet hircus, barbamque illius nominant. est porrò exocœtus ex saxatilium numero, & in scopulis degit, & quando tranquillum mare est, fluctibus elatus in scopulis iacet, diu in sicco quiescens, seseque ad solem obuertit. quando verò satis quieuerit, littore volutatur donec excipiat vnda, ad mareque iterum reuehat. Hæc Athenæus, quorum aliqua tradidit etiam litteris Ælianus. verum quod tradit Plinius circa Clitorium vocalem esse, falsum esse docet Pausanias in Arcadicis, si modo ille piscis est, quem ille ποικιλίαν à coloris varietate nominat, & non alius, vt mihi videor colligere ex Athenæo, qui vtriusque separatim meminit, fallitur enim (nisi fallor ego) Rondeletius vir doctissimus, qui eundem existimat, esse illum in Aranio flumine, cui Clitorius coniungitur, tradit Pausanias, quem & vocem emittere ferunt, similem turdo aui, sciseque vidisse quidem illum captum. nullam verò eius vocem audiisse. etsi in flumine perstiterit vsque ad solis occasum, quo tempore præcipuè dicitur vocalis esse. atque hæc de exocœto ex variis Auctoribus. cur autē & hic & nonnulli alii pisces possint aliquandiu in sicco degere, dicemus paulò post, vbi commodior locus dabitur.

[3] τὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖς ἰχθύδια, τὰ ἐκ τῶν ποταμῶν.

Hunc locum respexit Athenæus, libro octauo, vbi pisciculorum horum meminit, quos autem in hoc exemplari μαζίνας legimus, Athenæus legit μαξίνους. vtrobique tamen corrupta vox est, & μυξίνοις legendum est, vt optimè emendauit doctissimus Athenæi interpres. sunt autem οἱ μυξῖνοι, quos Theodorus Gaza mucones vertit, apud Aristotelem, ex mugilum genere à muco, qui græcè μύξα dicitur, sic appellati quod mucosi sint, atque ideo minus suaui sapore, quam capitones & cestrei, vt tradit Athenæus. illos μύξονας vocat Aristoteles, alicubi etiam μύξους. Cæterum in octauo Historiarum vbi dicit: βόσκεται δὲ ὁ περκὸς ἰδίᾳ ἄλλο ἢ τὴν μύξαν τὴν ἀπ' ἑαυτοῦ. hoc est vescitur perca, nullo alio cibo nisi suo ipsius muco. mucones percas eosdem esse existimare possit aliquis, nisi fortè aliud genus sit mugilum, mucosum & ipsum. quamquam ego Rondeletio viro doctissimo facilè assentior, eundem esse myxinum, & percam. quod verò ad pisciculos Indos attinet, Plinius libro nono ex hoc Theophrasti libro habet hæc verba. exeunt in terram & qui marini mures vocantur, & polypi, & murænæ. quin & in Indiæ fluminibus certum genus piscium, ac deinde resilit. Aristoteles libro περὶ θαυμασίων ὅτι ἐν Ἰνδοῖς ἐν τῇ λίμνῃ καλουμένῃ ἰχθύδια φασὶ γίνεσθαι ἃ ὅτι τῆς ξηρᾶς πλανᾶται, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ποταμόν. hoc est apud Indos in Cerate vocato pisciculos gigni tradunt, qui in sicco erant, rursusque ad fluuium redeunt.

[4] εἰσὶ δὲ καὶ περὶ βαβυλῶνα τινές.

Hæc eadem & Auctor libri de admirabilibus, vt facilè possimus coniicere exinde hæc sumta esse. iisdem enim penè verbis hæc historia narratur in illo loco. vbi autem corrupte legebatur ἐν ταῖς φραγγίλαις, restituimus ταῖς τρώγλαις. sunt hîc τρώγλαι cauernulæ in fluuiorum ripis.

* ἀλλ' ἐκφ. θαυμαστὸν ὥστερ εἴπομεν.

Branchiæ in piscibus pulmonis sunt τ' ἀνάλογον. Natti quemadmodum in animantibus terrestribus, & in aquatilibus, quæ respirant, pulmo aerem attrahit, qui cordis feruorem attemperat, atque refrigerat. ita branchiæ in piscibus aquam eodem vsu attrahunt, quod scilicet aqua huic animantium generi accommodatior est; illi aer. Nam nullum animal reperitur, quod simul & branchias, & pulmonem habeat, quod in libro de respiratione traditum est. verum an idem instru-

Digitized by Google

mentum huic & illi elemento inſeruire poſſit attrahendo, hoc quæſtione dignum eſt. Nam qui piſces in ſicco degunt refrigeratione opus habent, quæ iis in mari ab aqua fit. igitur ſi non ab aqua, quandoquidem in terra ſunt, ab aere illam ſortientur, quemadmodum & animalia, quæ pulmonem habent. videntur igitur branchiæ poſſe eædem & aerem, & aquã attrahere. hoc facilè concederet Democritus; Diogenes, & Anaxagoras, quorum ſententiæ in libro de Reſpiratione explodũtur. horum de reſpiratione Dogma doctiſſimis recentioribus aliquot adeò placuit, vt pluribus rationibus probare illud, & confirmare auſi ſint. verum cum demonſtratum ab Ariſtotele, ipſaque rei natura id confirmet, piſces non niſi aqua refrigerari, quæ iis per branchias trahitur, & redditur reciprocatione mutua, non iniuria quæri poteſt de his piſcibus, qui proprio elemento deſtituti viuunt tamen. Theophraſtus videtur innuere eaſdem branchias, quæ minimæ tamen ſunt, in his, qui in ſicco degunt, in mari quidem, & fluminibus, aquam trahere, in terra verò aerem. vt idem inſtrumentum ſit, & aquæ trahendæ & aeri, propterea quòd modo aer modo aqua cor illorum refrigerat. Verum hæc ſententia vt eſt obiter & quaſi aliud agente Theophraſto pronunciata. ita vix mihi poteſt perſuaderi primum quod quemadmodum nullum animal reperitur, quod ſimul & branchias & pulmonem habeat, ita etiam conſentaneum eſt, nullas branchias nulloſque pulmones, poſſe ſimul & aeris, & aquæ ſpirandæ præſtare officium. Nam ſi poſſent id branchiæ in aliquibus, poſſent in omnibus. adde quòd & pulmo eadem ratione poſſet in aliquibus animalibus, quæ in aqua degunt, huic vſui communiter ſatisfacere. quod nemo ſanus audebit dicere. Sed ſi quis paruitatem branchiarum cauſetur in his piſcibus, qui in ſicco poſſunt viuere, quoniam exiguum attrahunt aerem, à quo neutiquam poſſunt lædi, eadem ratione reſpondebitur eoſdem & parum aquæ trahere per anguſtas branchias: deberent igitur & ii piſces, qui & plures & latiores habent branchias ab aere neutiquam lædi, quod quemadmodum qui parum aquæ trahunt, ſi parum etiam aeris attrahant, viuere commodè poſſunt, ita etiam qui multum aquæ, ſi & multum aeris attrahant, deberent facile poſſe viuere, quod tamen & abſurdum eſt, & experientiæ repugnat omnino. Hæc cum ita ſint, equidem de hoc piſcium genere aliter eſſe ſtatuendum iudico. nempe quoniam exiguo calore ſunt prædiți, pauca & penè nulla refrigeratione opus habere, quod teſtantur illorum paruæ, & ſimplices branchiæ. ideo poſſe diutius in ſicco viuere. cum poſſint etiam ſine refrigeratione, quæ ab aqua fit, aliquandiu perdurare. Nam quemadmodum aliqua animalia, quæ pulmone ſunt prædita, ſi & ipſa calore natiuo, imbecillo, & exiguo ſint, aliquandiu poſſunt ſine reſpiratione viuere, ita ſine aquæ attractione nonnulli piſces, qui ſunt imbecilliori calore, quam alii, quo latioribus grandioribuſque branchiis natura conformauit. nouit hanc rationẽ Ariſtoteles in libro de ſpiratione, cuius hæc verba ſunt. καὶ ὅσ᾽ ἐναίμων ὑ, & τὸν πνεύμονα ἐχόντων, ὀλίγαιμοι ὑ ἐχόντων & σαρκὸν, ἔνια δ᾽ ὀλίγων πολλὼ χρόνον δύναται ἀπνευσὶ ζῆν, ὅτι ὁ πνεύμων ἄφαιμον ἔχει πολλὼ ὀλίγον ἔχον τὸ αἷμα & τὸ ὑγρόν. & ſanguineorum, quæ cum pulmonem habeant, habent tamen illum pauci ſanguinis, & perquam rarum. nonnulla autem ex his diu poſſunt ſine reſpiratione viuere. quod multùm attollatur pulmo, quippe qui parum habet & humoris & ſanguinis. mitto hic dicere de iis mulieribus, quas hyſtericas vocant medici, quæque eo ſtrangulatu vteri laborant, qui dicitur ἄπνοια, & tamen viuunt ſine dubio. Nam ex iis animalibus, quæ in latibulis aliquo tempore degunt, quæque frigidiori ſunt temperamento aliqua eſſe credibile eſt, quæ ſine aeris ſpiratione poſſint aliquandiu commodè viuere. quo fit, vt piſcibus aliquot euenire id credibilius ſit, quibus vel minimam ab aqua refrigerationem ſatis eſſe, argumento eſt branchiarum anguſtia & paruitas, & quod pauciſſimum habent ſanguinẽ, ac propterea ſola tranſpiratione dum in ſicco ſunt, poſſunt ab aere refrigerari, quemadmodum & aquatilia, quæ ſanguine carent, vt cancri, paguri, polypi, id quod optimè docuit Ariſtoteles. Verum ex piſcibus, qui branchiis donati ſunt, viuunt tamen etiam in ſicco, præcipuè ſunt anguillæ, mox murænæ, gobii, ſcorpiones. Nam piſces babylonii in cauernis tantum habent aquæ, quantum ad illorum refrigerationem ſatis eſt. in ſiccum autem ſi exeant, non adeò morantur, vt nequeant facile viuere. maximè omnium in ſicco morari, & viuere poteſt exocœtus, quem negat Plinius habere branchias, habet tamen illas perexiguas.

' ἐγγυτέρω ὑ ἀέρος.

Male legebatur ἀέρος, aquã autem potabilem putiorem eſſe, tenuioremque aqua maris manifeſtum eſt, ac propterea ad aeris naturam, propius accedere. an autem propter hanc rationem piſces nequeant in fluuiis degere, videndum eſt, certè enim quæ â frigiditate redditur ratio firmior eſt.

' ἤπιω ἀεὶ θερμὰ τὸ τότῳ κατεχόμενα.

Empedoclis fuit ſententia, animalia, quæ in calido eſſent elemento, frigida eſſe, calida verò, quæ in frigido degerent. Natura rerum contemperante animalium intemperies locorum calore aut frigore idem & de plantis iudicium memorat libro primo de plantarum cauſis, hancque ſententiam Meneſtori tribuit. Verum infirma ratio eſt, qua nitebantur veteres phyſici, quos ideo & Ariſtoteles in libro de Reſpiratione confutauit. illam ſententiam hoc in loco Theophraſtus innuit. οἱ δὲ ὀρυκτοὶ τῶν ἰχθύων. foſſilium piſcium meminit & Ariſtoteles in libro de Reſpiratione. in libro vero

Vero de Admirabilib. hæc eadem iisdem penè verbis tradita sunt. Athenæus & horum fossilium Piscium, & aliorum, qui in Gallia prope Narbonam reperiuntur, meminit ex Polylij libro trigesimo quarto historiarum.

7 δοκεῖ δὲ αὐτὴ γίνεσθαι καὶ ὁ καλούμενος κεντρίσκος

Anguillam sponte fieri notum est ex Aristotele non vno loco. de cētrisco autem in præsentia nihil habeo dicere quinā sit. libro quarto Historiæ animalium c. 11. aliquot pisces numerat, quib. sexus nulla est discretio. εἰσὶ δέ τινες ἰχθύες οἱ καλοῦνται ὀπισθαγόριαι, γίνονται δὲ πιοῦσι μὲν ποταμίων κυπρῖνος καὶ ὄρινος, ὑπ' ἔχουσι δὲ οὐθετέρου ὑπ' οὐδὲν οὔτε σπερὸν οὐδὲ πῶρ. h.e. sunt n. pisces aliqui quos vocant epitrageas quo ex genere sunt etiam Cyprinus & Varinus ex fluuiatilibus, hi verò neque ouum habent, neque genituram, corrupta autem apud Aristotelem est vox κυπρῖνος. Nam Cyprinus fluuiatilis quidem piscis est, qui tamē habet & marem, & fœminam, & ex concubitu nascitur. imo fœminam sexies parere traditum est in sexto historiarū c. 14. legēdum igitur ibi est, aut vt Theodorus conuertit καρῖνος aut fortasse κεντρίσκος. aut si non ibi κεντρίσκος, hîc καρῖνος legendum est. fortè etiam legendum est, κεστρῖνος, quem agnoscit Suidas. Nam mugilum genus esse quod sponte gignitur, habemus in sexto historiarum. aut si vox corrupta non est, quærendū quinam piscis hic est, certè enim nondum reperi apud quenquam esse autem debet ex iis pisciculis, qui sponte fiunt, de quibus consulendus sextus ille Aristotelis liber, quo loco de his agitur, qui sponte fiunt.

8 ἴδιον δὲ καὶ ὃ περὶ Παφλαγονίαν καὶ λόγος δεόμενον.

De piscibus fossilibus Paphlagoniæ eadem Auctor libri de Admirabilibus. Strabo libro duodecimo. ἔνδοξος ὁ ὀρυκτοὺς ἰχθῦς ἐν τῇ παφλαγονίᾳ λέγων ἐν ξηροῖς τόποις· ὁ δὲ εἰπὼν τὸν τόπον, ἐν ὑγροῖς ὁ αὖθις πάλιν ἀσκανίαν λίμνην φησὶ πλησίον κεῖσθαι, λέγων οὐδὲν σαφές. hoc est Endoxus autem cum fossiles pisces in Paphlagonia memoret in siccis locis, locum non assignat. in humidis autem circa Ascanium lacum, qui post Chion est, nihil clarum afferens.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΜΕΤΑ-

Βαλλόντων τὰς χρόας.

EX LIBRO THEOPHR.

DE ANIMALIBVS QVÆ CO-

lorem mutant.

ANIMALIA, quibus mutatur color, similisque redditur plantis, lapidibus, iisque locis, ad quæ accesserint: sunt polypus, & clamæleon, illaque belua, quæ vocatur Tarandus, quę apud Scythas, aut Sarmatas nasci traditur: atque clamæleon in omnes colores immutatur, nisi quod neque albus fit, neque rubens. & tamen non in eos modo colores mutatur, qui prope illum sint, verum etiam ipse per sese, si quis attigerit, colorem immutat. Tarandi magnitudo quæ bouis, caput ceruo non absimile, duplo tamen latius. sunt illi cornua, eaque ramosa ceruorum instar, bifidaque vngula, tergus vndequaque villo hispidum. Nam circa ossa extenditur, vnde etiam ortum habet digiti crassitudine: tanta vero duritie, vt thoraces ex eo arefacto faciant. rarum est, & insolens animal, raroque etiam conspicitur. mira habitus mutatio penè fidē superat. aliis enim in cute contingit mutatio, intimo humore commutato, siue ille sit sanguis, siue quis alius huiusmodi, vt facile quis humoris, & cutis consensionem agnoscat. villorum vero aridorum atque pendentium neque confertim natorum immutatio multipliciter variata admirabilis certè est, & incredibilis. chamęleon spiritu mutationem videtur facere. est enim natura spiritu plenus, cuius rei argumentum est pulmo adeò magnus, vt per totum corpus extēdatur. itaque etiam illo mortuo extractus, si impletur, magnitudinem suam facile prodit.

Τὰ χρόας μεταβαλλόμενοι, καὶ ἐξομοιούμενοι φυτοῖς καὶ τόποις καὶ λίθοις, οἷς ἂν πλησιάσωσι, πολύποους ἐστὶ, καὶ χαμαιλέων, καὶ ὁ θηρίον ὁ τάρανδος, ὃ ἐν Σκύθαις φασὶν ἢ Σαρμάταις γίνεσθαι. μεταβάλλει δ' ὁ χαμαιλέων εἰς πάντα τὰ χρώματα. πλὴν τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ· ταῦτα δὲ οὐ μεταβάλλει. καὶ οὐ μόνον τὰ προσκείμενα μόνον χρώματα μεταβάλλει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτόν, ἐάν τις μόνον ἅψηται αὐτοῦ, τὸ χρῶμα μεταβάλλει. ὁ δὲ τάρανδος, τὸ μὲν μέγεθος ἐστὶ κατὰ βοῦν, τὸ πρόσωπον δ' ὅμοιος ἐλάφῳ· πλὴν πλατύτερος, ὡσανεὶ ἐκ δύο συγκείμενος ἐλαφείων προσώπων. δίχηλον δέ ἐστι καὶ κερασφόρον. ἔχει δὲ τὰ κέρατα ἀποφυάδας, ὥσπερ τὸ ἐλάφου· καὶ τειχωτὸν ἐστὶ δι' ὅλου. τοῦ γὰρ τὸ ὀστοῦν, δέρματός ἐστιν ὑπόστασις, ὅθεν ἡ ἔκφυσις. τὸ [δ'] δέρμα τοῦ πάχους δακτυλιαῖόν ἐστιν, ἰσχυρὸν δ' σφόδρα. διὸ καὶ τοὺς θώρακας ἐξανατίνουσιν ἐκ τούτου. σπάνιον δὲ τὸ ζῶον καὶ ὀλιγάκις φαινόμενον. θαυμαστὴ δ' ἡ μεταβολὴ, καὶ ἔκδηλος ἀπιστίας, τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐν τῷ δέρματι γίνεται ἡ μεταβολὴ. ἀλλοιουμένης τοῦ ὑγροῦ ὑποστάσεως, εἴτε αἵματός ἐστιν εἴτε καὶ τινος ἄλλης τοιαύτης ὕσης· ὥστε φανερὸν εἶναι τὸ συμπάθειαν. ἡ δὲ τειχοῦς μεταβολὴ, ξηρῶν τε ὄντων καὶ ἀπηρτημένων, καὶ ἀθρόον τε φυομένων ἄλλου τινός, τοῦ δόξου δηλονότι καὶ ἀπίθανος, μάλιστα ποικιλλομένη. ὁ δὲ χαμαιλέων διοχετεύων πνεύματι ποιεῖ τὰς μεταβολάς· πνευματικὸν γὰρ φύσει σημεῖόν ἐστι, τὸ τοῦ πνεύμονος μέγεθος, μέγιστον γὰρ δι' ὅλου τοῦ σώματός ἐστιν. ἅμα δὲ καὶ ἐξαιρόμενος αὐτὸς καὶ φυσώμενος δῆλός ἐστιν.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES IN FRAGMENTVM de Animalibus, quæ colorem mutant.

LIBRVM, cuius hoc fragmentum est, citat Athenæus libro septimo. agnoscit etiam Diogenes in Catalogo librorum huius philosophi. argumentum quo de agit, ad Animalium historiam pertinet. est enim historia illorum animalium, quæ colorem mutant. quod si præter historiam, & causæ additæ sunt, quod credibile est fecisse philosophum, bellus erat plane aureus. est enim inuoluta, & obscura mutationis colorum in his animalibus cognitio. ac propterea maximè expetita studiosis omnibus. de chamæleonte Aristot. egit libro 2. histor. de polypo etiam res nota est; at de Tarando nihil in Historiis dictum est, sed in additis tantum miraculis. at Ælianus libro. 2. capite 16. & Plinius libro 8. cap. 34. & Philo Iudæus in libro περὶ ζώων eadem pene, quæ hic Theophrastus memoriæ prodiderunt. μεθ' ἁμιλλᾶται δὲ ὁ χαμαιλέων. Plinius libro 8. redditque semper quemcunque proximè attingit præter rubrum candidumque. manifestum est id è Theophrasto accepisse Plinium. & tamen Aristoteles nō tradidit, qui longa oratione chamæleontis est historiam persequutus. recentiores, qui in vltima Syria & alibi obseruarunt, viridi colore esse tradunt diluto quidem in tergo, sub ventre tamen dilutiori. mutateque colorem, aut pallescente, aut nigrescente naturali viridi. quin & maculis aspersio ex eo colore, cuius fuerit id, ad quod accesserint mutationis autem colorum causa siue ad affectus referenda sit, vt timorem iram, gaudium, siue ad cutis splendorem aut perspicuitatem, vt aliqui existimarunt, non est, quod hoc in loco longiori oratione disputetur. ego tamen (vt in re natura sua inuoluta) iudico chamæleontis spiritus opticos colorem aspectum sic afficere, vt simul & intimi humores spiritusque agitentur, vt in cute colorem, quem oculi acceperint, repræsentent. cur autem præter album rubrumque colorem in alios mutatur omnes, id si verum est, accurate quærendum erit ego enim lubenter scepticorum more ἐπέχω.

Ὁ δὲ παράνδος Plinius. mutat colores Scytharum Tarandus, nec ex iis, quæ pilo vestiuntur, nisi in Indis Lycaon, cui iubata traditur ceruix. Philo Iudæus περὶ μιμήσ. φασὶ μέν τινες τῶν Σκυθῶν τοὺς καλουμένους γελώνους θαυμασιώτατόν τι γίνεσθαι, ἀπανίους μὲν γίνεσθαι τὴν ὅμοιον ἔχειν τὸν καλεῖται παράνδος, μέγεθος μὲν βοὸς ἐκπρεπῆ, εἶδος δὲ ἐλάφου· ἔστι δὲ τὸ θαυμαστὸν τὸν ἐμφερέστατον. λόγος ἔχει δὲ θιγόντα βάλανον αὐτὰ τὰ τείχας πρὸς τὰ χρώματα καὶ τὰ πλήσιον, καὶ πάντ' ἁπλῶς, εἰ αὖ γε ἴσται, ὡς διὰ τὴν τῆς χρόας ὁμοιότητα λανθάνειν τοὺς πυγχάνοντας, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἢ τῇ περὶ τὸ σῶμα ἀλκῇ δυσθήρατον εἶναι. hoc est, ferunt & in Scythiæ populis, qui Geloni dicuntur, maximè admirabile gigni animal, & rarò quidem, gigni tamen, quod vocatur Tarandus, magnitudine bouis, facie ceruo non absimile. fertur autem pilos semper mutare, ad loca, arbores, & in summa ad omnia, ad quæ accesserit, vt propter similitudinem coloris facile lateat. atque hac de causa potius, quam ob corporis fortitudinem difficile capi.

Ὁ δὲ πολύπους. mendose scriptum est. fragmentum manu scriptum. ὁ δὲ χαμαιλέων. & alioquin quæ hic dicit chamæleonti conueniunt, non polypo.

ΕΚ ΤΟΥ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΛΥΣΕΩΣ.

EX LIBRO THEOPHRASTI DE NERVORVM RESOLVTIONE.

ΤΙ δὲ τὸ ἀπὸ καταψύξεως φησὶν ὡς ἰσχνῷ λόγῳ φαίη τὴν παράλυσιν γίνεσθαι· καὶ ζωώτιον μὲν ὑπὸ πνεύματος (πνευματικὸν γὰρ τὸ πάθος) οἱ δὲ σκλεύσεως καὶ ξηρότητος τοῦ πνεύματος. τοῦτο γὰρ εἶναι, τὸ τὴν θερμότητα καὶ τὴν κίνησιν εἶλως ποιῶν ἀλλοίωσις ἢ μᾶλλον, κατάψυξις γίνεται τοῦ αἵματος, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑγρότητος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ πάρκη γίνεται ἐν τοῖς ποσὶν, ἢ καὶ ἐν ταῖς ἄνω μέρεσιν, ὅταν ἀποκεισθῶσιν ἀπὸ καθέδρας, ἢ ἄλλου τινὸς τρόπου. τότε γὰρ ἀφαιμαγμένῃ τῇ πίεσει τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ δύναμις οὐ τὴν οἰκείαν κίνησιν κινεῖσθαι, ἴσησι καὶ ἀποψύχει τὸ αἷμα.

RESOLVTIO neruorum à refrigeratione omnino fit. eā alii dicūt à flatu fieri (flatuosa. n. est affectio) alii à spiritu defectu & priuatione. hūc. n. esse qui & caloris & motus sit auctor: quē si, immotū cōtingat fieri, sāguinis sequit frigiditas, aut, vt simpliciter dicā, humoris, quāobrē & in pedib. torpor accidit, & in superioris corporis mēbris, quādo aut sedendo, aut situ quouis alio comprimantur. intercipitur enim spiritus, qui cum nequeat suū obire motum, firmatur, sanguinemq; refrigerat.

Digitized by Google

IN FRAGMENTVM DE NERVORVM RESOLVTIONE ANNOTATIONES.

SCRIPSIT Theophrastus & de neruorum resolutione, eiusq; causas perscrutatus est, & est in Diogenis catalogo. quemadmodum & multarum affectionum aut naturalium, aut præter naturam. diuersa à medicis tractatione non aliàre nisi fine.

Ὁ πὶ ὑπὸ κατα ψύξεως. paralysis neruorum affectus est, qui cum propriam actionem, motum & sensum habeant, quando aut vtraque aut altera priuantur, resoluti dicuntur. ponit autem refrigerationem pro causa, non quod illa proxima sit, & per se, sed quod obturationis siue constipationis, quæ facultatis transitum impedit, & illa causa est, sed non sola. Sed de hac consulendus est Galenus in primo libro de symptomatum causis cap. 5.

Καὶ ταύτῳ οἱ μὲν ὑπὸ πνεύματος. πνεῦμα hic flatum licet intelligere. Similis autem est sententia in libro de flatibus Hippocrati attributo.

Οἱ δὲ ἀναλύει. hoc medicorum placitis consentaneum est. Nam quando animali spiritu priuata sint, instrumenta motus resoluuntur, resoluta autem, & motu destituta sunt, & sensu. refrigescũt autem, non quòd spiritu priuentur vitali, qui per arterias à corde influit, sed quod animalem spiritum non suscipiunt, & immota manent, à motu autem, & actione & robur & calor adquiritur.

Περὶ δὲ τῆς νάρκης. de stupore Galenus tum loco citato, tum secundo de symptomatum causis. Notandum autem veteres illos peripateticos, post magnum Hippocratem medicinæ sua iecisse fundamenta, in quibus posteriores medici artem construxerunt.

ΕΚ ΤΟΥ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΛΕΙΠΟΨΥΧΙΑΣ.

EX LIBRO THEOPHRASTI DE ANIMI DEFECTIONE.

ANIMI defectio est priuatio, aut refrigeratio caloris innati in locis, quæ respirationi seruiunt. accidit hæc aut à frigore, aut etiam à calore, & æstu: maior enim ignis minorem absumit, quod & probat experientia. Nam à suffocante calore, & æstu si confertim inuadant, exsoluimur, & animo deficimus. fatiscit enim innatum calidum, si nõ refrigescat respiratione, quã fortasse omnino impedit suffocatio. vnde etiam nomen habuit. suffocatur enim, aut suffocato similis est, qui respirandi impos est. argumento est etiam exsolutio, quæ in balneis, & in æstuariis accidit: planũ. n. est exsolutiones huiusmodi fieri p calorẽ calido innato, cũ illud ab externo calore tabefiat. fit & animi defectus, si illa in quibus natura calor est insitus, deficiant, vt sanguis & innata humiditas. quod videmus accidere iis, qui aut sanguinis fluxũ patiuntur, aut alui profluuiũ porro fiũt exsolutiones & à laborib. Nã nimius calor exsoluit, & defectum parit animi. quod minorẽ calorẽ nobis insitũ absumit, & tabefacit, & quod spirationẽ impedit, & ingressum refrigerationis non permittit. fit & à frigore exsolutio animi. nam frequenter accidit, vt qui lauantur, animo non deficiant.

Ὅτι ἡ λιποψυχία, ἤτοι ἔκλυσις ἢ κατάψυξις τοῦ θερμοῦ ἐστὶ διὰ ἀναπνευστικὸν τόπον. τοῦτο δὲ συμβαίνει ἢ ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ θερμοῦ· ὃ γὰρ πλέον πῦρ ἀναιρεῖ τὸ ἔλαττον, μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ψῦξις. ὑπὸ γὰρ ψύχους ἢ ἄλλης θέρμης, καὶ μάλιστα πολλῆς ἀθρόον τούτων προσπεσόντων ἡμῖν, ἐκλυόμεθα καὶ λιποθυμοῦμεν καταμαραίνει γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν κατάψυξιν ὑπολαμβάνον. τάχα δὲ καὶ τὴν ἀναπνοὴν ὅλως τὸ πνίγος κωλύει. ὅθεν καὶ πνίγος ὠνόμασθη. πνίγει γάρ, ἢ καὶ συνιζομόω. ὅμοιός ἐστιν, ὁ μὴ δυνάμενος ἀναπνεῖν. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ [διὰ] τῶν λυτρῶν καὶ τῶν ἐκκενώσεων ἔκλυσις. δῆλον γὰρ ὡς αἱ τοιαῦται ἐκλύουσι τὸ θερμὸν καὶ διὰ τὸ θερμὸν γίνονται, μαραίνοντος τοῦ ἔξωθεν θερμοῦ τὸ ἐν ἡμῖν σύμφυτον. γίνεται δὲ λιποψυχία, καὶ ὅταν ἐν οἷς πέφυκεν ἡ θερμότης ἐκλείπωσιν, οἷον αἵματος, ἢ τῆς φυσικῆς ἁπλῶς ὑγρότητος· ὥσπερ ἐν ταῖς αἱμορραγίαις καὶ ἐν τῇ τῶν κατὰ κοιλίαν φορᾶς ἐρῶμεν λιποψυχοῦντας. καὶ διὰ πόνους δὲ γίνονται ἐκλύσεις. ὅτι τὸ πλέον λιποψυχίαν ποιεῖ, καὶ ὡς μαραῖνον τὸ ἔλαττον, καὶ ὡς κωλύον τὴν ἀναπνοήν, καὶ ἔτι ὡς μὴ παραχωροῦν τῇ καταψύξει εἴσοδον. ὅτι δὲ τοῦτο ὡς ὄντι πολὺ λυόμενοι μὲν λιποψυχοῦσι· παυσάμενοι δὲ, μᾶλλον.

διότι

mox

Digitized by Google

ὅτι τὴν ὑγρότητα τὴν γινομένην ἀπὸ τῆς σιωπήξεως, λουομένων μὲν, θερμὴν εἶναι συμβαίνει· λουσαμένων δὲ, ψυχεσθαι. ψυχεσθαι δὲ λέγει, καὶ ἐμπίπτουσα κυρίοις τόποις, ποιεῖν λιποψυχίαν εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ ἄνεσις αὐτὴ τὸ πνεῦμα προεκλύει. ὅτι καὶ τὴν κατέχουσιν ἐκλύουσιν οἱ τὴν λιποψυχίας τὸ πνεῦμα· κωλύει γὰρ ὁ κατέχων, ἐξιέναι τὸ θερμόν. ὃ δὲ φύσεις, οὐδὲ δίδωσιν. ὅτι ῥαίνουσιν ὕδατι τὰς λιποψυχίας, συμπεφύτων καὶ πυκνῶν τὰς πόρους, καὶ στομαθρίζουσιν οἱονεὶ τὸ θερμὸν [ἀπιπτεούσας] γὰρ·] ὠφελεῖ. ὅτι ἡδοναὶ καὶ λύπαι ποιοῦσι λιποψυχίαι. καὶ γὰρ ἀμφότεραι πλῆθος ὑγρότητος ἐπάγουσιν· ἡ μὲν ἡδονὴ, τῷ σιωπήκειν καὶ δάκνειν ἡ λύπη δὲ, τῷ πήγνυσθαι. ὅταν οὖν ἡ ὑγρότης ῥυῇ πρὸς τὸν πνευματικὸν τόπον, ποιεῖ λιποψυχίαν.

mox autem à lauatione deficiant. fit enim vt inter lauandum humor, qui à colliquatione fit, calidus sit, à lauatione autem refrigescat. frigidus autem in viscera principalia offendens defectum pariat. nisi fortè ipsa spiritus remissio prius exsoluat. vnde etiam cohibere spiritum in animi defectu præcipiunt. impedit. n. cohibita inspiratio exire calidum, quemadmodum omittit facta: cohibet exitum caloris, qui aqua exsolutos inspergit, densatis scilicet, & constipatis meatibus, calidoque intruso atque collecto. faciunt & voluptates, & mœrores defectum animi. Nam ab vtrisque humoris copia irruit: à voluptate quidē, quod tabefacit, & effundit. à dolore aūt, quod adstringit, & densat. irruēs aūt humor ad inspirationis locum animum facit deficere.

IN FRAGMENTVM DE DEFECTIONE Animi Annotationes.

In librum de igne annotauimus, quæ huic libello magnam lucem afferunt.

Ὁ πνίγος significat τὸ καῦμα & τὸ θέρος. dictum autem ἀπὸ τοῦ πνίγω à secundo eius Aoristo ἔπνιγον. cuius etymon volunt esse Grammatici ὡσεὶ τὸ τῷ πνοῇ ἄγχειν. hoc est ab eo quod spiritum strangulat.

Καὶ ἡ ἐν οἷς πέφυκεν. syncope differt à lipothymia, siue lipopsychia, quod illa maior est, hæc minor. definit Galenus syncopem in 12. libro Methodi cap. 7. καταπίπτουσιν ἰσχὺν δυνάμεως in lipothymia non cadit omnino facultas, sed fatiscit, cuius cum plures sint causæ à Galeno in primo ad Glauconem numeratæ, præcipua est euacuatio, vt in choleris, alui profluuio, hæmorrhoiis. euacuationes autem spritum imminuunt, & robur destruunt.

Εἰ μὴ ἄρα. hæc videtur huius euentus esse vera causa, non quam attulit superius.

Ὅτι ἡδοναὶ καὶ λύπαι ποιοῦσι λειποψυχίαν, & γὰρ ἀμφότεραι πλῆθος ὑγρότητος ἐπάγουσιν. per humorem sanguinem intelligit, qui vnà cum spiritu in gaudiis effunditur. in doloribus autem & timore constringitur, & ad cor confluit. in vtroque autem affectu & lipothymia potest contingere, etsi minus sit, ipsa mors. quod ait autem ὅταν οὖν ἡ ὑγρότης ῥυῇ πρὸς τὸν πνευματικὸν τόπον. verum non est. Nam in timore statim, in mœrore paulatim spiritus, & sanguis ad ipsum vitæ principium cōfluunt. in gaudiis ac lætitiis tantum abest, vt ad principium cōfluxus fiat, vt exinde fiat effluxio, & dissipatio ad partes extimas. Sed problematice cum agat Theophrastus non est adeò incusandus. hæc verò omnia à Galeno doctè & copiosè in secundo de symptomatum causis cap. 5. declarata sunt.

ΕΚ ΤΟΥ ΘΕΟΦΡ. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΘΡΟΩΣ ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ ΖΩΩΝ.

EX LIBRO THEOPHRASTI DE ANIMALIbus, quæ repente apparent.

ΤΙΤΩΝ ἀθρόον φαινομένων ζώων οὐχ ἡ αὐτὴ πάντων αἰτία. ἀλλὰ τῶν μὲν καὶ ἡ γένεσις δῆλος φανερά, ὥσπερ τῶν μυῶν, αἳ ἐν τοῖς κρατοπέδοις καὶ ἐν ταῖς παννύχεσι, καὶ μετὰ τὸ παρελθεῖν αὐτὰ, ἔτι μᾶλλον γίνονται. τούτων γὰρ ἥ τε κόπρος αἰτία,

ON eadem est omnium, quæ repente apparent, animalium causa. Nam aliquorum ipsa etiam generatio statim manifesta est, vt muscarū, quæ in castris, & frequentibus nūdinis oriūtur, ac præsertim iis ablatis. causa sunt sterquilinia, & aliarum

Digitized by Google

rerum corruptio. aliqua verò animalia prius quidem sunt, sed recens exiſtunt propter pluuias, vt cohleæ, & ranæ paruulæ. non enim ranis pluit vt quidã existimant: sed cum in terra prius sint, cadente pluuia apparent, aqua in earũ cauernas ingressa. est hoc ranarum genus aliud ab iis, quę in stagnis degunt, atque paludibus. horum aliorumque prouentus est, cùm prosperè agant. porrò muscæ potius generãtur ablatis castris, peractisque nundinis, quàm iis manentibus. fit enim, vt iis manentibus propter quotidianos vsus, & motus illarum ortus corrũpantur, dum scilicet in motu & mutatione res est, illæque cum quisquiliis & aliis purgamentis abiiciuntur. cõtrà verò solutis iis dum quies est, facilè & celeriter nascuntur, quod scilicet nihil impediat: donec quod in purgamẽtis humoris est exsiccetur. atque muscarum quidem celer & copiosus prouẽtus est. Cæterum brucci & locustæ vbique penè sunt, vt ita dicã. abundant verò cum loca familiaria nanciscuntur, suoque ortui valde cõmoda, vbi & illorum oua non corrumpuntur, quod in locis incultis accidit. Nam in cultis facile pereunt. quare & à locis incultis, ac desertis ad culta habitataque loca irruũt. diutius autem manent, aut quod loca montibus altis circumdantur, quos nequeũt præteruolare, aut quod & terram suæ naturę aptam inueniunt. talis est mollis, humida, vliginosa. noxiæ quidem sunt locustæ, magis autem brucci, atque horum ii, quos græcè βαρύκτους dicunt. gignuntur hi ex mutuo concubitu, quamquam quidam putant argumento leui coloris quosdam esse similes illis, qui in illa regione fuerint: vnde sponte nasci opinãtur. id autẽ à pastu & alimento habent, non à generatione ipsa. intereunt autem aut naturali interitu, pestiferoq; Nam diebus caniculæ tanquam œstro agitantur, & vermiculo quodam, qui iis in capite oritur, interficiuntur, aut migratione & volatu. Nam cùm à terra euolant, à ventis ad mare proiiciuntur, ibique pereunt. occidunt & hyemis frigorisque asperitate, simulque illorum oua, præterea hominum industria. scrobibus enim effossis in illas abigunt, terraque opertas interimunt. porrò duæ sunt serpentum generationis causæ, aut acer

καὶ ἡ τῶν ἄλλων σῆψις. ἄλλα δὲ προϋπάρχει μὲν καὶ ἀκφαίνεται διὰ τὰς ὑετούς, ὥσπερ οἵ τε τέττιγες καὶ οἱ μικροὶ βάτραχοι. οὐ γὰρ ὕοντας, ὥς τινες ᾠήθησαν, ἀλλὰ προφαίνονται μόνον, κατὰ γῆς ὄντα πρότερον, διὰ δὲ εἰσρεῖ τὸ ὕδωρ εἰς τὰς θαλάμας αὐτῶν. ἄλλο δ' ἦθος ὄφεσι τοῦτο βατράχοις παρὰ τὸ κατὰ λίμνας καὶ τοῖς πέλμασι. τὸ δὲ πλῆθος καὶ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων, ὅταν εὐθηνήσωσιν. ὅτι μᾶλλον μὲν τὰς διαλύσεις καὶ τῶν πονηγμάτων καὶ τῶν τραυμάτων, ἢ ἔτι σωιζομένων, αἱ μυῖαι γίνονται. συμβαίνει γὰρ, παυόντων μὲν, διὰ τὰς καθημερινὰς χρείας καὶ κινήσεις, φθείρεσθαι τὰς γένεσις αὐτῶν· κινήσεως ἀεὶ καὶ μεταβολῆς γινομένης, ὡς τὸ τοῖς ἄλλοις, καὶ τὸ αὐτοῖς τοῖς καθαίρασιν ἐκβαλλομένοις αὐτῶν. ὅταν δὲ διαλυθῶσιν, ἡσυχίας γινομένης, ταχὺ σωτελεῖται· διὰ τὸ μὴ ἐᾶν σοδενὸς κωλύεσθαι, μέχρις ἂν ἐξηραιθῇ τὸ ἐν τοῖς καθαίρασιν ὑγρόν. ἡ μὲν οὖν τῶν μυῶν γένεσις ταχεῖα καὶ πολλή, ὡς εἴρηται, τὴν γένεσιν λαμβάνει. οἱ δ' ἀπέλεβοι καὶ αἱ ἀκρίδες πολυταχῆ μέν εἰσιν, ὡς εἰπεῖν· πλήθεται δ' ἐκεῖνα τῷ τὰ τόπους οἰκείους λαμβάνειν, καὶ τῷ μὴ διαφθείρεσθαι αὐτῶν τὰ ὠά. ὃ συμβαίνει διὰ τὴν ἀργίαν τῆς χώρας. ἐν γὰρ τῇ γεωργουμένῃ ἀπόλλυνται, διό καὶ ἐκ τῆς ἐρήμου καὶ ἀργοῦς καταφέρονται πρὸς τὴν οἰκουμένην καὶ ἐργάσιμον. ἐνχρονίζουσι δ', ἢ διὰ τὸ ἀνέχεσθαι τὸ χωρίον ὄρεσιν ὑψηλοῖς, καὶ ἐκφεύγειν ταῦτα μὴ δυνάμενα, ἢ διὰ τὸ ὀπιτηδείου τῆς χώρας. τοιαύτη δ' ἥτε μυρικὴ καὶ νοτίδα ἔχουσα καὶ δροσοβόλος. χαλεπαὶ μὲν οὖν καὶ αἱ ἀκρίδες, χαλεπώτεροι δὲ οἱ ἀπέλεβοι καὶ τούτων μάλιστα, οὓς καλοῦσι βαρύκτους. ἡ δὲ γένεσις αὐτῶν, ἐξ ἀλλήλων. τινὲς δ' οἷον, οὐκ ἀκριβῶς σημείῳ, ὡς ἔοικεν, ἀναπλήσαντες τὰς αὐτῶν ἔχιν τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ. ὅτι καὶ αὐτόματος δῆλον γὰρ ὅτι οὐ τοιοῦτον ἀπὸ τροφῆς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γένεσεως προσλαμβάνουσιν. ἡ δὲ φθορὰ τούτων, ἡ μὲν ὅτι οἷς φυσικὴ πῆξις καὶ λιμώδης. ὑπὸ κύνα γὰρ οἱ τρᾶχοι, καὶ ἐγγίνεται τι σκωλήκιον ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ φθείρεται. ἡ δὲ, ἐν τῇ μεταβολῇ καὶ τῇ πήξει ὅταν γὰρ ἀρθῶσιν, ὑπὸ τῶν αὐξόντων καταφέρονται εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ φθείρονται

Digitized by Google

ρυῖ) ὃ ἢ διὰ χθμῶνα ἢ ψύχος ἢ αὐτὰ ἢ τὰ ὠὰ αὐτῶν φθείρυῖ) ὃ ἢ ὀκ μηχαπῆς αἰθρώπων. πάφρυς γὰρ ποιοῦντες σπωλεαύλυσιν αὐλὰς εἰς αὐτὸς, ἢ καλαχωνιύντες διαφθείρυσιν. ὅτι τῶν ὄφεων δύο πινά ἐ γενέσεως αἰτία ἐστίν· ἢ γὰρ ἀὴρ ἕπομβρος, ἢ πόλεμοι ἢ χύσις αἱμάτων, ὃ φεύγουσι ἢ τ ἄλλων θηρίων τ ἐμέσεως αἴτιον. ἐξ ὧν ποτὲ ἢ περὶ Θετταλίαν πλῆθος ὄφεων ἱστορῆται γενέσθαι. ὅτι ἢ οἱ μῦες ὑπὸ τ ἐρήμης ἀθεόν γίνονται, ἢ ὑπὸ τοῖς ἀχμοῖς. μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας· πόλεμον γὰρ οὐδεὶς πὰ ὕδατα. πολύγονον ὃ ζῶον· ἀπόλλυται ὃ τῇ μὲν ἐμφανεῖ ἢ ἔξωθεν φθορᾷ ὑφ' ὑπλήθους ὑδάτων. τοῦτο γὰρ ἢ ἔξω χθμαίζει, ἢ εἰς τὰς μυωπίας παρέρρει. φθείρυσι δ' αὐτὸς ἢ αἱ ἀγέλαι γαλαῖ. ἔστι δέ τις αὐτῶν ἢ ἀφανὴς καὶ ἀθεόν φθορὰ καθάπερ τὶς ὀπισυμβαίνουσα λοιμώδης· πίπτεται γὰρ καὶ τούτων ὑπὸ τῇ κεφαλῇ σκώληξ, ἢ φθείρυται. ὃ ἢ οἱ ἔμπειροι ἐπισκοποῦντες, ἐὰν ἴδωσι, τ φθορὰν αὐτῶν προεῖδόσι ἢ προαγγέλλυσιν. ὅτι οἱ μῦες ἰσορυῶται καὶ σίδηρον κατεσθίει καὶ χρυσίον. διὸ καὶ αἰατέμνοντες αὐτὸς οἱ ὑπὸ τοῖς χρυσίοις, ὃν χρυσὸν αἱμῶνται. ὅτι ὑπὸ αἰγύπτῳ δίποδάς φασι μῦας γίνεσθαι καὶ μεγάλους. ἔχουσι δὲ οὐ τοὺς ἐμπροσθίους πόδας, ἀλλ' ὑβαδίζουσιν ἐπ' αὐτοῖς. χρῶνται δὲ αὐτοῖς, οἷα χερσίν. ὅταν δὲ φεύγωσι, πηδῶσι.

aer, aut prælia, cruorisque sparsio. id quod & aliorum venenosorum animalium generationis est causa. vnde & in Thessalia serpentū copiam genitam esse memoriæ proditum est. in aruis etiam mures repente fiunt squallido aere potius quam pluuio; siquidem læduntur à pluuiis. genus id animatiū fœcundum est, qui tamen aut manifesta causa intereunt, vtpote aquarum copia cum illorum nidos impleuerit, aut felibus agrestib. interēpti, aut repentina & occulta causa, veluti pestilētia quadā obortā. Nā & in illorū capite vermis nascitur, à quo necantur. quod cum illi animaduertant qui experti sunt, interitum illorum prænunciant. literis etiam traditum est, ferrum illos, & aurum esse: quamobrem aurarios dissectis illis aurum extrahere. ferunt in Ægypto magnos illos bipedes mures nasci; habere autem & anteriores pedes, sed illis non incedere, imo vti promanibus, saltu vero fugere.

ΕΚ ΤΟΥ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΛΕΤΟΜΕΝΩΝ ζώων φθονεῖν.

EX LIBRO THEOPHRASTI DE ANIMALIBVS, QVÆ dicuntur inuidere.

ΟΤΙ ὁ γαλεώτης, φασὶ, φθονῶν τῆς ὠφελείας τοῖς ἀνθρώποις, καταπίνει τὸ δέρμα ὅταν σκύληται· ἔστι γὰρ βοήθημα ὀπιλήπτῳ. καὶ ὁ ἔλαφος τὸ δεξιὸν καθορύττει κέρας, πρός τε τὰ τῆς φρύνης φάρμακα, καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ χρήσιμον. καὶ ὁ ἵππος ἀπεσθίει τῶν πώλων τὰ ἱππομανὲς· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς ἔνια χρήσιμον. καὶ ἡ φώκη, ὅταν μέλλῃ ἁλίσκεσθαι, ἐξεμεῖ τὸν πιτύαν, χρη-

TELLIONEM ferunt exutum corio vorare illud propter inuidiam, quā habet in homines. iuuat enim illud comitiali morbo laborantes. Ceruus etiam dexterum cornu fodiens abscondit, quod contra venena è rana rubeta, aliaque auxiliatur. vorat & equa pullorum hippomanes, quod in multis vtile est. vitulus marinus cum captum se videt coagulum euomit, quod epilepticis auxiliatur. Echinus terrestris

Digitized by Google

vrina corrumpit corium. lynces vrinam terra operiunt. Nam lyncurium quod ex vrina fit ad sigilla, alioſque vitæ vſus vtile eſt. Cæterum id animalia hæc non facere propter inuidiam perſpicuum eſt. ſed falſo homines accuſare. vnde enim tanta ſapientia ratione carentibus animalibus, quam frequenti meditatione adſequuntur homines? verum vitulus marinus timore turbatus coagulum euomit. ſtellio autem vorat corium, naturali quodam inſtinctu, quēadmodum canes & ſues, & fere quadrupeda omnia, quæ ſecundas vorant poſt partum. Echinus etiam aut timore, aut alio quodam affectu meiit, non ideo vt corrumpat corium. atque multa quidem alia bruta faciunt, quorum rationem nequimus reddere. vt cur gallina cum pariat feſtucas iaciat. cur ſublatis cruribus canes meiāt. cur capra ſumpto ore eryngio, & ipſa maneat, & alias immanere faciat. eadem ratio in lynce & ceruo fuerit.

συμβύσαι ἢ ταύτῳ τοῖς ὀπιλήπτοις· καὶ ὁ χερσαῖος ἐχῖνος σὺν ῥῷ τῷ δέρματι, ἢ ἀφθείρῃ. καὶ ἡ λύγξ καταχρύπτῃ ὃ οὖρον, ὅπως μὴ ὀσφραίνωνται μηδὲ ἄλλας χρείας ὀπιλήψονται. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδὲν φθόνου ταῦτα ποιοῦσι τὰ ζῷα, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἐκ ἰδίας ὑπολήψεως ταύτῃ αἰτιῶνται τοῦτο δῆλον. πόθεν γὰρ τοῖς ἀλόγοις ἡ τοσαύτη σοφία, ἣν καὶ οἱ λογικοὶ μὴ συνεχοῦς μελέτης μανθάνουσιν, ἀλλ' ἡ μὲν φώκη, ἀφ' ὧν φόβου ἴσως καταπτομένη, ἐμφυτεύει τὸ πιτύωμα. καὶ ὁ γαλεώτης καταπίνῃ ὃ δέρμα, φυσικόν τι ποιῶν πάθος, καθάπερ οἱ κύνες καὶ αἱ ὗες, σχεδὸν καὶ τὰ τελεόποδα πάντα· καὶ τιθῇ γὰρ τὰ χόρια μετὰ τοκετόν. καὶ ὁ ἐχῖνος ἢ ἀφὸ φόβου ἢ δι' ἄλλό τι πάθος φυσικὸν οὐρῇ, ἀλλ' οὐκ ἵνα φθείρῃ ὃ δέρμα. πολλὰ ἢ καὶ ἄλλα παρέπεται τοῖς ἀλόγοις, ὧν οὐκ ἐχόμεθα λόγον ἀποδοῦναι. οἷον, ἀφ' τί ἡ ὄρνις ὅταν τέκῃ, περιρρίπτῃ τὰ κέρφη, ἀφ' τί οἱ κύνες ἐπαίροντες τὰ σκέλη, οὐρῶσι· ἀφ' τί ἡ αἴξ, ὅταν λάβῃ ὃ ηὐγλώσσιον εἰς τὸ στόμα, μηκᾶται, καὶ τὰς ἄλλας ἵστασθαι ποιῇ. καὶ ὃ τὸν λυγγὸς οὖον, καὶ ὃ τῆς ἐλάφου, ὁ αὐτὸς καὶ παλαιὸς περιέξῃ.

ΕΚ ΤΟΥ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΠΕΡΙ ΜΕΛΙΤΤΩΝ.

EX LIBRO THEOPHRASTI
DE MELLE.

TRIPLEX mellis generatio eſt, à floribus prima, aut alii in quibus dulcedo ſit; altera ab aere, cum liquidiuſculus à ſole concoctus cadat, quod præſertim fit meſſis tempore. tertia quæ in arundinibus fit. cadit mel, quod ab aere fit, & in tetram & in plantas quaslibet. inuenitur autem maxime in quercus, & tiliæ frondibus, quod illæ denſiores ſint & humectæ. oportet autem neque ſiccas omnino eſſe, ne abſorbeant, neque raras, vt tranſcolent. illæ autem & humidiuſculæ ſunt & denſæ. quin & tiliæ frōdes dulces ſunt. habet tamen apis ad quercum familiarem propenſionem.

ΤΡΙΧΩΣ αἱ τῶν μέλιτος γλυκέσις, τελεία· ἢ ἀπὸ τῶν ἀνθῶν, καὶ ἐν οἷς ἄλλοις ἐστὶν ἡ γλυκύτης. ἄλλη ἢ ἐκ τοῦ ἀέρος, ὅταν ὑδαρὲς ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ ἡλίου στωφηθὲν πέσῃ· γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα περὶ τὸν πυρὰ μηνῶν. ἄλλη δὲ ἐν τοῖς καλάμοις. πίπτει δὲ ὃ ἐκ τοῦ ἀέρος μέλι καὶ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἐστυχόντα τῶν φυτῶν. διαίρεται δὲ δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῆς δρυός, καὶ ἐπὶ τῆς φιλύρας· διότι πυκνότητα ἔχει ταῦτα, καὶ ἔνικμά ἐστι. δεῖ δὲ μήτε τελείως εἶναι ξηρὰ, ἵνα μὴ εἰς αὐτὰ ἕλκῃ· μήτε μανὰ, ἵνα μὴ διίῃ. ταῦτα ἢ ἔνικμα, καὶ πυκνότητα ἔχει· ὃ ἢ τῆς φιλύρας, καὶ γλυκύτητα. ἔχει δέ πως ἡ μέλισσα οἰκείωσίν τινα πρὸς τὰ δρυῶν.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ Η-ΘΙΚΟΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.

THEOPHRASTI NO-TÆ MORALES.

ΗΔΗ καὶ πρότερον πολλάκις ὑπισχνούμενον τὸν διαλογισμὸν, ἐθαύμασα. ἴσως οὖν οὐδὲ παύσομαι θαυμάζων. τί γὰρ δήποτε τὴν Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν οὐ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν. ἐγὼ γὰρ ὦ Πολύκλεις, συνθεωρήσας οὐκ ὀλίγου τὸν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ βιβλία κατὰ ἔτη ὀγδοήκοντα σπουδαία, ἔπειδὲ ὁμιλητὰς πολλοὺς τε καὶ παντοδαποὺς φύσεσι, καὶ διατεθαμμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τοὺς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους, ὑπέλαβον δύνασθαι γράψαι ἃ ἑκάτεροι τῶν ἐπιτηδευόντων ἐν τῷ βίῳ. ἐκθήσω οὖν σοι τῷ ὄντι, ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις προκείμενα, καὶ ὧν δόξαν τὴν οἰκονομίαν χρὴ ἔχειν. ὑπολαμβάνω γὰρ ὦ Πολύκλεις, ἡμᾶς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι, καταλιφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων. οἷς δὴ δὴ δείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοὺς δυσμενεστάτοις σιωπᾶν τε καὶ ὁμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. δέομαι οὖν ἤδη ὅτι ὄν λόγον. σὺ οὖν προκληθήσομαί τε καὶ εἰδήσομαι εἰ ὀρθῶς λέγω. πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῆς τῆς εἰρωνείας ἐζηλωκότων, ἀφεὶς δὲ προοιμιάζεσθαι, καὶ πολλὰ πρὸς τὸ πρᾶγμα τοῦ λέγειν. καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ ὁρίσομαι αὐτήν. εἰθ' ὕστερον τὰ εἴδη διέξειμι, ποῖός τίς ἐστι, καὶ εἰς τίνα τρόπον κατειλήφεται. καὶ τὰ ἄλλα δὴ τὰ παθημάτων ὥσπερ ὑπέθεμην, πειράσομαι τῷ ὄντι φανερὰ καταστῆσαι.

AM pridem cogitanti mihi sæpenumero nō parū subiit admirari (forte vero nec vnquam admirari desinā) quid est, quod cum in eodem aeris tractu Græcia sit, omnesque Græci similiter instituantur, contingit tamen nobis non esse iisdem moribus præditis. ego enim ô Polycles, cū iam pridem humanā vitā inspexissem annos natus ic. multorumque varia agnouissem ingenia, pranosq; ac bonos homines accurate cognouissem, operæ precium ratus sum litteris mandare, quæ vtrique in vita faciunt. apponam autem tibi generatim, quot istis morum adaptātur genera, & quomodo rem agāt familiarē. puto. n meliores vestros fore liberos, si hęc iis commentaria relinquantur: quibus exemplorum loco dum vtuntur, moratis probisque viris conuersari diligant, ne iis inferiores peioresue sint. Nunc vero sermonem aggredior. tuum aūt eritper cipere, ac cognoscere, an hæc mihi bene dicta sint. ab iis igitur ordiamur, quibus placet dissimulatio. qua in re non vtemur præfationibus. nec de re ipsa loquemur longius. verum dum de dissimulatione verba faciam, diffinitionem primum afferam, mox percurram, declaraboque dissimulatorem, qualis nam sit, & in quos mores conformetur, aliaque cuenta, vt institui, conabor generatim exponere.

Digitized by Google

M. ANTONIO VIARO VIRO

Clariſſimo, ac Magnanimo Daniel Furlanus S.

NO N erat mihi diutius quærendus aliquis Marce Antoni Nobiliſſime, cui libellum Theophraſti, qui Notæ Morales inſcribitur, in latinum à me conuerſum dedicarem, tu enim occurrebas vnus, qui cum optimis moribus ſis præditus, virtutibus omnibus, & ſingulari prudentia perornatus, in familiaribus autem colloquiis omnibus gratiſſimus, merito, vel iure tuo poteras exigere, & tanquam tuum vendicare. liber enim in quo de Vitiis quibuſdam diſſeritur, quæ in communi Vitæ conſuetudine vrbanos, & bene moratos viros offendunt, cui potius dicandus erat, quam tibi, à quo optimè morum inſtitutiones, exactæque, vt ita dicam, ciuilitatis exempla ſumenda ſunt? Non enim magis exprimit hic philoſophus, dum vitia illa, labeſque vitæ deſcribit, qualem bene moratum virum eſſe deceat, quam oſtendis tu, in quo vno cum nihil illorum vitiorum ſit, ineſt potius omnis habitus, qui horum vitiorum generi aduerſatur, magis enim malum agnoſcitur percepta boni natura, quam ex mali cognitione bonum. iam verò ſi vitium ex libro cognoſcitur, ex te virtus, optimam, & abſolutiſſimam ab vtroque fore notitiam perſpicuum eſt, optime igitur & tibi liber conuenit, & tu libro. Quamobrem ſi vel ignotus eſſem tibi, ſi pro dignitate vellem agere, non poteram illum ad te non mittere. Nunc autẽ cũ tibi omni officiorum genere deuinctus ſim: cum te vnice colam, mihique certiſſime perſuadeam, magnam exiſtimationis meæ partem, tuæ erga me beneuolentiæ referendam eſſe, non poteram ſine piaculo non offerre, quod tibi multis nominibus debebatur. itaque tu, cuius proprium eſt nõ modo litteratos, aut virtutis amatores, verũ omnes pene homines iuuare, iiſq; omni officio ac liberalitate benefacere, vt me in amicorũ, aut clientũ habes numero, ita verſionẽ hãc meã, & annotationes accipe, & nominis ſplendore, ac auctoritate ne graueris illuſtriores tutioreſq; reddere. munus exiguum eſt (fateor) ſi dignitatem tuã, ſi tuorum in me meritorum cumulum, ſi quæ tibi debeo velimus ſeuerius intueri, tamen & mea qualiacunque ſunt, non paruipendis, & ſi vita ſuppetit dabimus aliquando & maiora, & nobiliora. Interea vir Magnanime nec Cretæ modo tuæ, verum & totius Venetæ nobilitatis lumen, hoc habeto meæ in te pietatis, & obſeruantiæ teſtimonium. Vale.

IN THEOPHRASTI CHARACTERES Morales ſiue notas annotationes.

IBELLVS hic ad eam philoſophiæ partem pertinet, quæ moralis appellatur, explicat enim vitia quædam, ac affectus, qui cernuntur in ipſis moribus, valde aũt neceſſarius, quòd quæ in vniuerſum docent alii, hic particulatim non modo doceat, ſed deſcribat. inſcribitur characteres Morales ſiue notæ. aut quod naturalia quædam ſunt vitia, quæ vitam ipſam talem reddunt, & veluti χαρακτηρίζει, de quibus agit hoc in loco, aut quod deſcriptio eſt, & χαρακτηρισμὸς quicquid docetur in hoc libello. an ſit Theophraſti legitimus dubitare aliquis poſſet iure optimo. Nam & præfatio grauitatem philoſophi deſiderat, & ipſum opus vulgo magis, quàm eruditis ſcriptum eſt. hæc verò doctrina ex quarto libro de moribus ad Nicomachum ſcripta eſt, qui locus & in primo ἠθικῶν μεγάλων, & in tertio ad Eudemum declaratur. Nam quemadmodum in communi hominum vita, ac conſuetudine virtutes quædam ſunt, habitusve, ac affectus laudabiles, ita contrà vitia, quæ culpãda ſunt, quæque adeò plerunque mores diſturpant, vt magnum ſit operæprecium optimè nouiſſe vitandi cauſa. id ſtudebant libri veterum περὶ τῶν καθήκοντος, & Ciceronis libri de officiis. maximè autem id quæſiuit Plutarchus Cheronæus, qui in hoc philoſophandi genere reliquos omnes meo iudicio videtur facilè ſuperaſſe. ſunt verò hæc vitia continuè ob oculos hominum, quæ etſi aſſuetudine, & animaduerſione poſſint plurimum declinare, tamen cum ex his aliqua naturas ipſas ſequi videantur, vix poſſunt à prudentioribus moderari. atque cum virtutes & vitia ſtratas quaſdam habeant materias, in quibus cernuntur præcipue, conſiderandi & habitus hi, qui in conuerſatione quotidie obſeruantur, quas habeant materias, in quibus ſint. homo enim cum natura ciuile ſit animal, conſuetu-

Digitized by Google

consuetudinisque ac societatis nunquam non appetens, non vna ratione potest in vita delinquere aut benè, & studiosè agere. Nam dum cum alio agit aut loquitur, si vere agit, & ex animi sententia, verax ille meritò vocabitur. Si simulatè, aut ita vt magna de se confingat & prædicet, & hic ἀλαζὼν iactabūdus, & gloriosus appellatur, aut ita vt neget, quæ vera sunt, & minora studeat facere, & hic εἴρων à græcis, dissimulator à latinis dicitur. Sunt igitur in communi hominum sermone vitia ἀλαζονεία & εἰρωνεία, hoc est arrogantia & dissimulatio; virtus veritas ipsa. sed & arrogantia, & iactantia illa multiplex. Nam aut nullo fine proposito vanus est homo; aut gloriam aucupatur, vt in comœdia Thrasones & glorioſi milites; aut lucri studio ducitur, aut voluptatis, aut vtriusque, vt apud Homerum proci Penelopes. qui verò dissimulat, si id modestè videatur facere, quasi de se magna non sentiat: non omnino spernitur, imo elegans & frugi existimatur à nonnullis. talis est apud Platonem Socrates, qui de se ipse detrahens in disputatione, vt at Cicero, plus tribuit iis, quos studet refellere. Si verò ita dissimulat, vt ea, quæ parua sunt, & manifesta, videatur occultare, hic maximè culpandus est, & in vita ac consuetudine fugiendus. Hoc hominum genus βαυκοπαιδύγους vocabant veteres. est in hoc genere, & aliud vitium quando absolute confingit aliquis, quæ vera non sunt, atque ita componit, vt facile possint persuaderi simplicioribus. vocatur λογοποιία vitium hoc, hoc est sermonis confictio. atque ita ex eius persona, qui cum alio loquitur, hæc animaduertenda sunt. ex eius vero, qui audit, in hunc modum. Nam aut facilimè credit, quæ audit sine discrimine, aut quæ credenda sunt tantum; aut in omnibus sese præstat incredulum. hic & excessus & defectus est, & mediocritas: excessus credulitas latinis dicitur; græcè potest εὐπιστία dici. hoc enim genus hominum, quod credulum est, vocatur εὔπιστον. mediocritas innominata est, sed vocetur fides, aut rectum in veritate iudicium. defectus vocatur ἀπιστία siue incredulitas, sic in secundo de Arte Rhetorica adolescentes tradit Aristoteles εὐπίστους εἶναι διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἐξαπατᾶσθαι. hoc est credulos esse, quod nondum valde decepti sint, senes ἀπίστους δι' ἦθος ἐμπειρίας, hoc est incredulos, propter experientiam, illos qui in media ætate sunt, οὔτε πᾶσιν πιστεύοντας οὔτε πᾶσιν ἀπιστοῦντας, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀληθὲς κρίνοντας μόνον. hoc est, nec omnibus credulos, nec omnibus incredulos, sed ex veritate tantum iudicantes. in sermonibus familiaribus posita est & facetia, quæ græcè dicitur εὐτραπελία, cui contraria est scurrilitas, quæ βωμολοχία appellatur, & rusticitas, aut ineptitudo. Nam qui moderatè iocantur, & liberaliter, vrbani & faceti dicuntur, qui illiberaliter & perulanter βωμολόχοι. at qui in ipsa societate & congressu inepti, ac rustici sunt, ἄγελοι, σκληροὶ, ψυχροὶ, ἀγροικοὶ, δυστράπελοι appellantur. hoc est agrestes, duri, frigidi, rustici, infaceti non multum ab his differunt οἱ ἀναίσθητοι, hoc est insensibiles, bardi, rudes in sermonibus, & actionib. ad scurrilitatem videtur & vitium pertinere, quod græcis dicitur βδελυρία detestanda quædam, turpisque scurrilitas; quamquam hæc latius patet, quàm vt ad sermones tantum referatur. est in hoc genere & garrulitas, quæ dicitur ἀδολεσχία, indefessa quædam in loquendo nugacitas; & quæ λαλία, siue loquacitas. alteram in longitudine sermonum, alteram in intemperantia Theophrastus posuit. mediocritas est sine nomine. nemo tamen ignorat laudari in sermone illos, quibus vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Contrà verò vituperari non loquaces modo, garruloſque, verum etiam illos, qui taciturni sunt & stupidi. atque hæc sunt, quæ laudantur aut culpantur in sermonibus. in actionibus simul ac sermonibus est vitium illud, quod amicitiæ pestis est, quod principum inuasit aulas, adulatio. κολακείαν græci dicunt, virtutem φιλίαν vocat Aristoteles, quæ tamen non omnino eadem est cum amicitia: alterum vitium, quod in defectu est, vocatur ἔχθος siue inimicitia. Nam qui merito plus tribuit amico, & quam habeat, adulator est. qui detrahit, inimicus. in actionibus, ac sermonibus docet, & hominem verecundum esse, virtusque est verecundia, quemadmodum vitia, quæ dicitur αἰσχυντία, & quæ dicitur Aristoteli καταπληξις, cuius est species vitiosus ille, nimiusque pudor, quem ἀναισχυντίαν græcè dicimus, de qua à Plutarcho disputatum est. Iam verò in quotidiana consuetudine, atque congressu, qui ita sese gerit, vt neque nimium blandiatur, neque asper sit, & iniucundus, ille decorum seruat, quod σεμνότης dicitur, in quo dignitatis est ratio. at qui nimium blanditur ac obsequitur vocatur ἄρεσκος, vitiumque ἀρέσκεια. at qui à societate alienus est, inamœnique ingenii, αὐθάδης dicitur, vitiumque eius αὐθάδεια. alterum latine comitatem dicere possumus, alterum contumaciam & morositatem. videtur αὐθαδείας esse species, quam ἀνδρίαν Theophrastus nominat, hoc est inamœnitatem, insuauitatemque in congressu. est hoc in genere & inuidentia, & quæ χαρτικακία græcè dicitur, quarum media est indignatio, quæ dicitur νέμεσις. est autem inuidia ægritudo propter ea, quæ feliciter alicui accidunt. χαρτικακία lætitia propter alicuius infortunia. quoniam autem homo vt societatis est appetens, ita etiam ad agendum natus est, non modo quam decore agat inspiciendum est, verum etiam quam tempestiuè. εὐκαιρία vocatur tempus agendi oportunum, latinè occàsio, & oportunitas. ἀκαιρία importunum tempus & non idoneum. quemadmodum autem maxime refert in omni actione occasionem, oportunumque tempus obseruasse, ita non damnosum tantum in vita, sed & culpabile non obseruasse, aut etiam amisisse; sic enim fit, vt quæ alioquin bona sunt, & laudabilia, si præter tempus vsurpentur, laudabilia esse desinant. huius autem siue virtutis, siue quo quis modo dicere voluerit (Certe enim vir-

Digitized by Google

tus non est) latissima patet vis atque facultas, quemadmodum importunitatis in omni actione & negotio magna vis est. est & in modo, quo agimus, quòd quis laudet, aut vituperet. Nam vt in omni actione laudatur diligentia atque sedulitas, ita contrà vituperatur negligentia, & socordia, præterea nimia (vt ita dicam) diligentia quæ περιεργία nominantur. species hæc videtur esse illius, quam græcè dicimus πολυπραγμοσύνην, in qua non tantum sua curat aliquis, quantùm aliena, quæ adeò vitii noxia est, vt si quid aliud, & hæc deturbet actiones hominum, pariatque interdum, & simultates & odia. ad agendi modum referri potest, & nimia festinatio, & tarditas, atque cunctatio, quæ vitiosæ sunt, item maturatio, hoc est cum animaduersione & iudicio adceleratio, quæ bona est & laudabilis. quoniam autem ita cum hominibus viuitur, vt non actionis modo, verum etiam habitus, gestus corporis, incessus, postremo ornatus omnis habere rationem opus sit, propterea pro virtute habetur cultus corporis cum dignitate, munditiaque non odiosa, nec exquisita nimis, sed quæ fugiat, agrestem & inhumanam negligentiam. Hanc requirit Hippocrates in medico, docetque in libro περὶ εὐσχημοσύνης, quam & 6. Epidemiorum breuissimè complexus est, ἔσοδοι, λόγοι, χῆμα, ἑαδὴς τῷ νοσέοντι, κυρή, ὄνυχες, ὀσμαί. hoc est, ingressus, habitudo corporis, vestis ægroto, tonsura, vngues, odoramenta. contrà vitiosa est exquisita munditia affectataque venustas, quæ καλλωπισμὸς græcè dicitur. Nam vt scriptum reliquit Xenophon, ἐπὶ τῇ φιλοκαλίᾳ τῇ εὐπρεπεῖ, καλλωπισμὸν δὲ τὴν περίεργον. quod & Demonico præcepit Isocrates. longe magis odiosa est, quæ græcè dicitur δυσχέρεια horriditas quædam, & rusticitas insuauis. Nam vt mores horridos inamænosque fastidimus, ita non minus nimium sui ipsius neglectum horridumque & inhumanum, vt ita dicam. huc videtur aliquo modo pertinere, quam Theophrastus vocat ἀπονοιαν: quamquam morum turpitudo potius videtur hæc, quàm corporis, in qua nihil non turpe indignumque faciunt, qui huic vitio sunt obnoxii. atque hæc esse videntur, quæ in quotidiana hominum societate laudantur, aut vituperantur, quorum illa si virtutis nomen sumatur latius, virtutes sunt, hæc vitia. quoniam autem præter hæc vitia numerat Theophr. superstitionem, vilem ambitionem, quæ græcè dicitur μικροφιλοτιμία, illiberalitatem, nimiam parsimoniam, quam μικρολογίαν græcè nominat, & μεμψιμοιρίαν, hoc est conquestionem, non erit ab re de his etiam pauca dicere. est autem superstitio δεισιδαιμονία vocata græcis, vitium religioni contrarium, cui contraria est ἡ ἀσέβεια, quàm impietatem, siue religionis contemptum licet dicere. eadem dicitur & ἀθεότης græce. Nam cum religio virtutum omnium maxima sit, ac præstantissima, quippe quæ primas tenet inter iustitiæ partes, superstitio pessima est, ac detestanda. illa pietas est, hæc sub pietatis specie ementita religio. Nam de impietate quid opus est dicere? hæc enim vel ipso nomine omniū maximè odiosa est, & detestabilis. est & in appetendis honoribus mediocritas, quæ virtutis nomine laudatur. hanc si φιλοτιμίαν dicimus, decet illam intelligere virtutem esse, si nimia non sit. Nam alioquin mediocritas circa honores nomine donata non est. quemadmodum autem vituperatur, qui plus quam deceat, honores ambiat, sic & qui spernit, vituperatione non caret. atqui in rebus paruis illiberalibusque honorem appetere, hoc & illiberalis est ingenii, sordidique, & qui talem honorem appetit, ambitione laborat ridicula, quæ μικροφιλοτιμία græcè dicitur. est & illiberalitas, quam ἀνελευθερίαν Theophrastus nominat, non illa modo, quæ & auaritia dicitur, sed & quæ pene similis est illi, quam vilem ambitionem appellamus. in qua cùm sit quædam honoris ambitio, est tamen & illiberalis diuitiarum cupiditas. sic fit vt qui hoc laborant vitio, ridiculos sese præstent in qualibet penè actione, sed præsertim in publicis negotiis. horum ingeniorum videtur esse propria ἡ μικρολογία illiberalitatis quædam species in paruis vilibusque rebus. sunt enim qui si propter ambitionem aliquid erogent, propter auaritiam in minutis quibusdam rebus sordidi sint, & illiberales. vnde & μικρολόγοι vocati sunt. Cæterum simpliciter qui tales sunt, suam produnt auaritiam, & parsimoniæ cupiditatem. sunt enim plures auaritiæ species, inter quas & μικρολογία numeratur. hanc penè semper comitatur ἡ μεμψιμοιρία, hoc est conquestio, & propriæ sortis accusatio. illiberalis enim est ingenii semper conqueri, & nunquam fortuna sua contentum esse. quare licet apud scriptores non semel obseruare simul positos τοὺς μικρολόγους, & τοὺς μεμψιμοίρους, hoc est auaros, sordidos, & querulos. atque hactenus de his disputatum sit; quorum quæ laudãtur, & decora sunt, virtutes vocantur, contrà vitia, quæ excedunt, aut deficiunt, ac propterea vituperantur. Cæterum cum virtutes sint habitus ex assuetudine comparati, virtutes hæ, etsi alioquin videantur habitus, sunt tamen potius mores, aut affectus, à naturali temperamento profecti, & ratione, vt ita dicam, gubernati. cõtrà vitia affectus potius quàm habitus, aut mores inter affectus, & habitus medii. propterea fit vt ex his aliqua sequantur temperamenta hominum, ætates, sexus, adde quòd quæ ex virtute, vitioue agimus, delectu agimus. at in horum pluribus affectus potius est, quàm electio. quamobrem Naturales virtutes, naturaliaque vitia dicentur potius, quamquam longiori vsu confirmata in habitus transeunt. Significauit id Aristoteles, aut potius Eudemus in tertio de Moribus. πᾶσαι αὐταὶ αἱ μεσότητες ἐπαινεταὶ μέν, οὐκ εἰσὶ δ' ἀρεταὶ ὑπὶ αἱ ἀνωτίαι κακίαι. ἀεὶ γὰρ προαιρέσεως δὲ, ταῦτα δὲ παραίτα δεῖ ὁ τοῖς ἕξεσι παθημάτων διαφ'σιν. ἕκαστον δ' ἀυτῶν πάθος δεῖ. διὰ δὲ τὸ φυσικὰ εἶναι εἰς τὰς φυσικὰς συμβάλλεται ἀρετάς. hoc est omnes autem hæ mediocritates laudabiles quidem sunt, non autem virtutes, quemadmodum neque contraria vitia. Sunt enim hęc sine delectu hæc autem sunt in affectuum diuisionibus. singula enim hæc affectus sunt, quod autem naturalia sunt, ad naturales affectus referuntur. Hæc fuit ratio, propter quam Theophrastus vitia hæc, de quibus agit, morum characteres appellare voluit; quod naturis hominum veluti notæ quædam impressæ sint quemadmodum enim omnium animalium generibus certi quidam sunt mores, naturalesque affectiones, atque alia iracunda sunt, alia mitia, docilia alia, alia sagaciora, de

quibus

Digitized by Google

quibus in Nono Historiarum disputatum est, ita vniuersæ hominum speciei sui sunt mores & affectus & singulis eodem modo particulatim. enumerauimus autem nonnulla, quorum non est in hoc libello mentio, propterea quod singula ex suis (vt ita dicam) fontibus aperire malui, & alioquin Theophrastus illa voluit explicare, quæ odiosiora sunt in consuetudine, & congressu. horum aliqua & festiuissimus Poeta Aristophanes in nubibus complexus est, cuius versus reficiendi animi causa libet apponere.

Διὰ τοὺς ἵππους τὰς κοππατίας,
Θ' τὸν χάρμον ὃς μ' ἐπίεσεν.
νυνὶ δ' ἐν χρυσῶν ἀσπίδων ὄψει βάλλονται
ὕσπερ θ' χαμαὶ σταμὶ αὐτοῖσι
παρέχω πύτισι, πτιλῶ δι-φιλῶ.
αὐχμοῦν, ῥίγοῦν, ἄσκον δέρειν.
εἴπερ τὰ χρέα διαφεύξοῦμαι.
τῆς αὐθρώπους τ' ἐξ δόξω
θρασὺς εὔγλωττος, πολυμηχανοπόνηρος,
βδελυρὸς, ψευδῶν συγκολλητὴς
εὐρεσίεπτος, σφενδονοποιοπανοῦργος.
κύρβις, κρόταλον, κάναδος, ῥύμη,
μάσθλης, εἴρων, γλοιὸς, ἁλαζών,
κέντρου μιαρὸς
σφῆξ ἀρχαλέος μαπόπτιχος.

Est autem docendi ratio communiter, & populariter tradita, primum enim describit vitium, siue affectum quemlibet, deinde exemplis additis rem declarat apertius, non absimili ratione, atque Aristoteles in secundo de Arte Rhetorica in affectibus declarandis. artificiosius tamen ille, quod vniuersaliter & naturæ eius, quem declarat, affectus conuenienter.

Ἐγὼ δ' ὦ πολύκλεις. Cum multa sunt, quæ mihi suspectum reddunt hunc libellum, tum hæc præfatio indigna (nisi fallor) tanto philosopho. vixisse Theophrastum annos 85. Diogenes Auctor est. Nam ad centesimum illum peruenisse, vt à nemine, quod sciam traditum est, ita difficile potest contigisse.

Ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν συμφέρουσι. Hic & bonorum & malorum hominum mores scripturum se pollicetur, & tamen non nisi malorum in hoc libro descriptio est.

Εἰρωνεία. Dissimulatio.

Nota 1.

Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι (ὥστ' ὑπολαβεῖν) τοιαύτη τις ἐπίνοια ὅτι χεῖρον τοῦ ἀξίου καὶ λόγων. ὁ δὲ εἴρων τοιοῦτός τις, οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, ἢ μισεῖν. καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λοιδορεῖσθαι. καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι ἠπιωμένοις. καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσιν, καὶ ὅτι τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις. καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους, καὶ ἀγανακτοῦντας πρᾴως διαλέγεσθαι. καὶ τοῖς ἀπιοῦσιν ἐπὶ πολὺ δὲ βουλομένοις, προσαίτειν ἐπανελθεῖν. καὶ μηδένων πρᾶξιν ὁμολογῆσαι. ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι, καὶ προποιήσασθαι αὖθις προσεληλυθέναι, καὶ ὀψὲ μᾶλλον αὐτὸν καὶ μαλακισθῆναι. καὶ πρὸς τοὺς δανείζομένους καὶ ἐγγυᾶσθαι, ὡς οὐ πολλοῦ, καὶ μὴ πολλῶν φῆσαι πολλοῦ. καὶ ἀκούσας τι, δεῖξαι, μὴ προσποιήσασθαι. καὶ εἰδὼν, φῆσαι μὴ ἑωρακέναι. καὶ ὁμολογήσας, μὴ μεμνῆσθαι.

ATQVE dissimulatio quidē, vt figurate comprehendā, videatur esse sermonū effictio, & actionum in peiorem partem. dissimulator vero talis, vt qui si ad inimicos venerit, non odisse simulet, sed cum illis velit colloqui, & præsentes illos laudare, quibus clā insidiabatur; eorūq; calamitatē miserari, si fortunam aduersam habeant. & illis ignoscere, qui malè de ipso loquuti sint; & de iis, quæ male in ipsum dicta sunt, & cum iis, qui iniuriam passi sūt, & indigne ferunt, mansuete disserere. præterea qui adire se cupientibus, mādet, vt mox redeant. neque quidquam fateatur eorum, quæ agit, sed dicat tantum id sese deliberare. quique nuper aduenisse simulet, sero venisse, ægrotasse, iisque qui mutuum petunt, aut pecuniam corrogant, mutuum dare neget, aut

Digitized by Google

vendere: cum verò non vendit, vẽdere ſe ſimulet. quęq; audierit neget audiſſe, vidiſſe quæ viderit, quæ faſſus ſit, ſimulet nõ meminiſſe. idem dicit alia noſſe, ignorare alia, mirari nonnulla, alia verò ſeſe iã pridẽ cogitaſſe. omninò doctus hoc ſermonis vti genere, nõ credo, non opinor, ſtupeo, iam penè alius redditus ſum. & tamen hæc mihi non expoſuit, res mihi admirabilis eſt, alii narra. quomodo tibi non credam, illum accuſem, dubius ſum. Tu verò caue ne credas huiuſmodi vocibus, nugis, fallaciis. nihil enim peius licet inuenire. atq; mores quidem non ſimplices, ſed doloſos cauere magis decet, quam viperas.

καὶ τὰ μὲν ἐσκέφθαι φάσκειν, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι. τὰ δὲ θαυμάζειν, τὰ δὲ ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς οὕτω διαλογίσασθαι. καὶ ὅλως ἀφυὴς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοῦ λόγου χρῆσθαι, οὐ πιστεύω, οὐχ ὑπολαμβάνω, ἐκπλήττομαι. καὶ λέγει ἑαυτὸν ἕτερα γεγωνέναι. καὶ μὲν οὐ ταῦτά γε πρὸς ἐμὲ διεξῆσθ', ἀλλ' ἀδόξοι μοι τὸ πρᾶγμα, ἄλλῳ τινὶ λέγε. ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνου καταγνώσομαι, ἀπορῶ, ἀλλ' ὅσα μὴ σὺ ἥκιστον πιστεύσῃς τοιαύτας φωνὰς, καὶ πλοκὰς, καὶ παλιλογίας. οὐ χρὴ γὰρ εἶναι δυσθήρατον τὸν ἀπλᾶ, ἀλλ' ὀπίσω λαμβάνειν φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ τοὺς ἔχεις.

Nota I. Εἰρωνεία.

Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία eodem genere τῆς ὑποκρίσεως continetur, & ἀλαζονεία. differentia tamen diſſimulationis propria eſt vox ὄφελος. Ariſtoteles in quarto de Moribus. δοκεῖ δὲ ὁ μὲν ἀλαζὼν πρὸς ποιητικὸς περὶ ἐνδόξων εἶναι ἢ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει. ὁ δὲ εἴρων αὐτὰ σαλιν αἱρούσθαι τὰ ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιεῖν. eſt igitur diſſimulatio quando quis minus eſſe ſibi prudentiæ, aut fortunarum, aut exiſtimationis, aut cuiusuis rei diſſimulat, quam eſt; aut etiam nihil agere, molirive eorum, quæ molitur, & agit. apud Homerum diſſimulatio longa Vlyſſis eſt vſq; ad procorum cædem. ea viro forti aliquando non indigna tantum, verum etiam neceſſaria. eſt & Æneæ diſſimulatio, dum profectionem pararet in Italiam apud Virgil. in 4. Æneid. quæ eorũ iuſſu cũ eſſet, damnãda nõ eſt. at illa Sinonis plena perfidiæ. Socratica vero diſſimultatio tota vrbana eſt, & modeſta, & philoſopho non indigna. quã etiã in Aphricano fuiſſe tradit Cicero in Academicis quæſtionibus, vitioſamque propterea non fuiſſe exiſtimatam, quod eadem fuerit in Socrate. non omnis igitur diſſimulatio mala, ſed quæ à mala electione, & conſilio, quæq; doloſum præ ſe fert ingenium. Themiſtius in lib. de Medioc. affectuum ſerm. 22. apud Stobæum elegantiſſimè id declarat, dum de ſimulatione loquitur & iactantia, τὸ μὲν δὴ ἐπιεικὲς τῆς ἀληθοῦς κομῳδίας ἐστὶ αἰμύλον καὶ οἷον εἰρωνικὸν τῇ φιλοσόφῳ. διὰ τοῦτο καὶ Σωκράτης παρελάμβανεν οἱ τοῖς λόγοις ὅπως ἰδίᾳ τινὶ διατρίψας πρὸς σοφιστὴν τύφου μεστὸν ἐγγένοιτο σωφροσύνης. hoc eſt, id autem, quod inferius eſt, quàm verum, lepidum, & elegans eſt, & philoſopho non inutile: quamobrem etiam à Socrate vſurpabatur in ſermonibus cum opus erat illudere ſophiſtam aliquem arrogantiæ & inanis gloriæ plenum.

Ἀλαζονεία Arrogantia.

Nota II.

ARROGANTIA aliquorum bonorum, quæ non ſunt, opinio eſt. arrogans, vt qui adſtans in Diazomate narrat hoſpitibus multas iis opes in mari eſſe, & qui de mutuo ac fœnore agit

ΜΕΛΕΙ δὲ ἡ ἀλαζονεία, δόξειεν εἶναι προσδοκία πλειόνων ἀγαθῶν οὐκ ὄντων, ὁ δὲ ἀλαζὼν τοιοῦτός τις, οἷος ἐν τῷ διαζώ-

μαπ

γματι ἐφηκώς διηγεῖται ξένοις ὡς πολλὰ χρήματα αὐτοῖς ἐστὶν ἐν τῇ Θαλάττῃ καὶ περὶ τῆς ἐργασίας τῆς διαίτης διεξιέναι ἠλίκη. καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε καὶ σκηνοδιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μετὰ Διάδρου ἐστρατεύσατο. καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε, καὶ περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι βέλτιους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἀμφισβητῆσαι. καὶ γεγράμμαται εἰπεῖν ὡς πάρεστι παρ' αὐτοῦ πάτου. πεῖσαι δὲ λέγεται τὸν Θαλῆν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς μακεδονίαν καὶ διδόντος αὐτῷ δεκαλωγῆς ξύλων ἀπελθεῖν εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται ὅπως μὴ δι' ὑφενὸς συκοφαντηθῇ. καὶ ἐν τῇ κατοδίᾳ. ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα ἠμοίητο αὐτῷ ἐκ τῶν ἀναλωμάτων δίδοντος τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν, καὶ ἀγνώστων ὄντων Θρακιθηβαίων, κελεῦσαι θῦσαι τοῖς ψήφοις καὶ πόσον αὐτοῖς καθ' ἑξακοσίους καὶ μίαν. καὶ περιστηθεὶς πηλαικὰ ἐκάστοις τούτων ὀνόματα, καὶ ποιῆσαι δίκην τὰ λαιλαπᾶ καὶ τοῦτο φήσας, εἰ συνωχέναι εἰς ἑαυτοὺς αὐτῶν. καὶ τὰς περιαρχίας εἰπεῖν. ὅτι ἀπήθησιν. Θόδε τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε. καὶ περιελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς πολυῦπι, περισσοποιήσαι, ὠνητιᾶν, καὶ ὅτι τὰς κλίνας ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι, ὅτι ἔχων χρυσὸν αὐτῷ ἀπηλθεν, καὶ τὸ μισθῷ τινὶ οἰκίαν οἰκεῖν, φήσας τοῦτο εἶναι τινὶ περιαιρεῖσθαι ὃν μὴ εἰδῇ, διότι μέλει πολλοῖς αὐτοῦ, ἀφ' οὗ ἐλάττω εἶναι περὶ τὰς ξενοδοχίας.

agit, quantum ſit, additóque quod ipſe nūmos acceperit. & comitem in via nactus narrat illi ſe cum Euandro militaſſe, & quot gemmata pocula domum tulerit. addit & de Aſiæ Artificibus ſuſpicari ſe illos meliores eſſe Europæis. & datas ſibi ab Antipatro literas. ter autē in Macedoniam ſe profectum. & cū ſibi immunis lignorum exportatio conceſſa eſſet, recuſaſſe, ne quis calumniari vnquā poſſit in cinere. & plus ſibi quam quinque talenta erogata in ciuitatis pauperes. ad hæc cum ignoti conſiderent, iuſſiſſe afferri calculos, numeraſſeque ſingulos ad ſexcentos, additiſque aptis nominibus decem talenta pro ſymbolis collegiſſe. idem inter multa, quæ de ſe prædicat, dicit ſe de trierarchæ officio nihil dicere, aut de adminiſtrationib., quas obiit. præterea venditores adiens generoſorum equorum emere ſimulat, & ad lectiſternia veniens, quærit veſtium ſupellectilem duorum talentorum, & ſeruum obiurgatur, qui ſequitur, cum illi aurum non ſit. & cum mercede locatam domū habitet, patriam illam eſſe dicat iis, quibus ignotus eſt, venditurum autē ſe propterea quod incapax ſit, quàm vt poſſit hoſpites excipere.

Nota II. ἀλαζονεία.

HÆC diſſimulationi contraria eſt. περιαυτοὶ autem appellat, quod arrogantes, & iactabundi, quaſi opinionem habeant, multa ſibi eſſe bona, illa iactitant. alioquin proprium eius genus eſt ὑπερηφανία, vt dictum eſt.

Ἐν τῷ διαζώματι. quid intelligat per διάζωμα non aſſequor. & malo corruptam vocem exiſtimare. fortè legendum ἐν τῷ διαίτῃματι. eſt autem διάζωμα in Theatri gradibus veluti Areola, ſiue cinctus ob ſedentium cōmoditatem. Vitruuius libro quinto capite 7. ſunt enim res, quas in puſillo, & in magno Theatro neceſſe eſt eadem magnitudine fieri propter vſum, vt gradus, Diazomata, pluteos, itinera, aſcenſus, pulpita, tribunalia, & ſi quæ alia intercurrunt.

λέγειν ὡς μετὰ Εὐάνδρου. Quis hic Euander fuerit neſcio. ſimilis autem ἀλαζονεία Thraſonis illius Terentiani, & Plautini glorioſi militis, & militis cuiuſdam apud Lucianum. afferam Plauti verſus.

Nam Rex Seleucus me opere ornauit maximo
Vt ſibi latrones cogerem, & conſcriberem.
Regi hunc diem mihi operam decretum eſt dare.

καὶ ἐν τῇ κατοδίᾳ, ſi vox corrupta non eſt, inter pungendum, & eſt ſententia. etiamſi facultas ſibi facta fuerit immuniter exportandi ligna, quæ vellet, noluiſſe tamen, ne vel in cinere eſſet calūniandi locus. dicit autem cinere rei vilitatem oſtendens, quod à lignis cinis remanet. deinde legēdum καὶ ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα. quod ſi κατοδία mendoſe legitur, videndum an emendandum ſit συνοδία. ſic autem erit hoc clauſulæ principium.

καὶ ἀπόρων: lego περισσοποιήσαι. vbi autem infra legitur καὶ περισσοποιήσαι καὶ (niſi fallor) delendum eſt.

καὶ περιελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς πολυῦπι. ita legendum, vt cuiuis manifeſtum eſt, & animaduertit Henricus Stephanus. talis eſt Mamurra apud Martialem libro 9.

Digitized by Google

Λογοποιία, falsorum sermonum confictio, vanitas.

Nota III.

ΛΟΓΟΠΟΙΙΑ falsorum sermonum, & actionum est confictio ad confictoris arbitrium composita. confictor autem talis, vt qui cum amicus obuiam factus sit sese componens ac renidens interroget, vnde, & quid ais? & habes de re hac quid noui afferas? rursusque adiiciat est quid recentius? nam quæ dicuntur bona sunt. neque responderi sibi patiens addat, quid ais, nihil audisti? videor te nouarum rerum saturum reddere. dicit autem apud se militem esse, aut Astię tibicinis puerum, aut Lycone mercenarium militē, qui ex ipso prælio euaserit. illum se audisse. sermones autē tales esse, quos nemo velit ignorare, aut paruifacere. narrare igitur Polysperchontem, ac Regem bello vicisse, Cassandrumque in hostium manus venisse. cui si quis dicat credin tu hæc? rem ait planam esse, vrbem id clamare. prętera rem esse cōsentaneam, omniaque simul concurrere. de prælio hæc dici: multam cædem sequutam esse, sibi vero argumentum dare illorum, qui è bello redeunt mutatam faciem. addit audisse se quendam apud illos quarto iam die domi abditum, qui venerit ex Macedonia, cui omnia nota sunt. percurrit simul, & quam ait hæc verisimilia? mox indignabundus exclamat, quam miser & infelix Cassander? vide fortunam qualis sit. at fortis & potens ille fuerat. hæc te scire solum volui. hæc cursitans narrabit omnibus. hoc hominum genus admiratus sum, quid sibi velit in hac fabularum confictione. siquidem non modo mentiuntur, verùm etiam damnum aliquando subeunt. Nam frequenter multi ex his in balneis vestes amiserunt, dum in corona hominum fabulantur. nonnulli in porticu terrestri nauali; prælio victores causas deserunt. nonnulli & cœnam amittunt. porrò infelix institutū id est. in qua. n. porticu, qua taberna, quove fori angulo non hi diē absumūt, dū illos, qui audiūt, quasi mutos factos falsis sermonibus fatigatos enecant.

Ἡ δὲ λογοποιία ἐστὶ σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν. ὁ δὲ λογοποιὸς τοιοῦτός τις, οἷος ἐντυχὼν αὐτῷ φίλῳ ἡδέως καταβλέψας τὸ πρόσωπον, καὶ μειδιάσας ἐρωτῆσαι, πόθεν σύ, καὶ λέγεις τί, καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν. καὶ ἐπιβλέψας ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον. καὶ μὴν ἀγαθὰ ἐστὶ τὰ λεγόμενα. καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνεσθαι εἰπεῖν. τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας, δοκῶ μοι σὲ διοχήσειν, καινῶν λόγων, καὶ ἔστιν ὑπὲρ ἡντιναοῦν πραγμάτων, ἢ παῖς ἀφίησι τὸν αὐλητήν, ἢ Λυκῶν ὁ ἐργολάβος παραγενόμενος ἐξ αὐτῆς μάχης, ἣν φασὶν ἀκηκοέναι. αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσιν αὐτῷ, ὧν οὐδεὶς ἂν ἐχοι ἐπιλάθεσθαι. διηγῆται δ' τούτους φάσκων λέγειν, ὡς Πολυσπέρχων, καὶ ὁ βασιλεὺς, μάχην νενίκηκε, καὶ Κάσσανδρος ἐζώγρηται. κἀμοὶ ἔφη τις αὐτῷ σὺ δὲ ταῦτα πιστεύεις, φησί, τὸ πρᾶγμα βοᾷ δῆλον εἶναι τῇ πόλει, καὶ οὐ λόγον ἐπιτείνειν, καὶ πάντα συμφωνεῖν. ταῦτα γὰρ λέγειν περὶ τῆς μάχης, καὶ πολλὴν τοῦ φόνου γενέσθαι. εἶτ' δ' αὖτε καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ οὐ λόγῳ ἐπιτείνειν, καὶ πάντα συμφωνεῖν. ταῦτα γὰρ λέγειν περὶ τῆς μάχης, καὶ πολλὴν τοῦ φόνου γενέσθαι. εἶτ' δ' αὖτε καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τῇ πόλει. ὁρᾷν γὰρ αὐτῶν πάντων μεταβεβλημένα. λέγει δ' ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τούτου κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα εἶδε. καὶ πάντα διεξιὼν πῶς οἴεσθε πιθανῶς ἐκπλήττει λέγων. δυστυχὴς Κάσσανδρος ὡς παλαίπωρος. εὐθυμεῖται δ' τύχης, ἀλλ' οἷον ἰσχυρὸς ἦν πρόμαχος. καὶ δῆλον ὅτι αὐτὸν σε μόνον εἰδέναι. πᾶσι δ' τοῖς ἐν τῇ πόλει περιδεδράμηκε λέγων, τὸ τοιοῦτον ἀνθρώπων πεθαύμακά τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες. καὶ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ μυστικῶς ἀπολλύασι. πολλάκις γοῦν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις ἐσθῆτας ποιήσαντες, τὰ ἱμάτια ἀπολέλοιπασιν. οἱ δ' ἐν τῇ στοᾷ περιπατοῦντες καὶ ναυμαχίαν νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν. εἰσὶ δ' οἱ καὶ πλέοντες λέγω, τὸ κέρδος αἰροῦντες παρεδόθησαν. πολλοὶ δὲ καὶ λαλίπωρον αὐτὸ ὄντα δ' ἐπιλήσμονα. ποῖα γὰρ ἐστὶ, ποῖον ἔργαστήριον, ποίῳ δ' μέρει τῆς ἀγορᾶς καὶ δημοσίους ἀπαυλᾶν ποιοῦντες τὰς ἀκροάσεις, ὅπως καὶ καλὰ ποιοῦντες ταῖς ψευδολογίαις.

Nota

Nota III. λογοποιία.

Ὡς πολυαπήρχων ὁ βασιλεύς. Polysperchon Macedo vnus ex iis, qui cum Alexandro militarunt, post mortem Alexandri ab Antipatro Macedoniæ præfecto paulo ante ipsius obitum Regni Regumque tutor institutus est. Cassander Antipatri filius, quem Tribunum pater instituerat, ægre ferens Macedoniæ Polysperchontem sub tutoris imperare specie, regnum illud affectans bello tutorem persequebatur, coactisque copiis, multis præliis Polysperchontem & Alexandrum eius filiũ fatigauit, donec interfectis Olympiade, & Alexandro, & matre Roxane Polysperchonte interim in amicitiam accepto, rerum Macedoniæ potitus est. hinc sumpta est huiusce λογοποιίας occasio vnde potest etiam aliquis colligere, quo tempore bellum erat inter Cassandrum & Polysperchontem hæc scripta esse, quo tempore vixisse Theophrastum certum est. porrò quod ad λογοποιους hos pertinet, notandum est, horum alios temere propter vanitatem tantum falsa confingere: alios captandi lucri causa, vt Philomusus propter cœnam apud Martialem, cuius festiuum epigramma ex libro. IX. quod cum hoc loco mire conueniat, libuit hic ponere.

Artibus his semper cœnam Philomuse mereris,
Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.
Scis quid in Arsacia Pacorus deliberet Aula,
Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.
Verba ducis Daci Cattis mandata resignas,
Victricem laurum, quam venit, ante vides.
Scis quoties Pharios madeat Ioue fusca Syene,
Scis quota de Lybico littore puppis eat.
Cuius Iuleæ capiti nascantur oliuæ
Destines Ætherius, cui sua serta parit.
Tolle tuas artes: hodie cœnabis apud me
Hac lege, vt dicas nil Philomuse noui.

καὶ ὁπλαλῶν, legẽdum ὁπλαλεῶν. καὶ πολὺ ὂν φόνου, in codice Stephani male conceptum fuerat ζωμῶν.

Ἀπιστία, incredulitas, diffidentia.

Nota IV.

ΕΣΤΙΝ ἀμέλει ἀπιστία ὑπόληψις ἀδικίας κατὰ πάντων, ὁ δ' ἄπιστος τοιοῦτός τις, οἷος ὑπισχνούμενος θυγατέρα ἑαυτοῦ δώσειν τῷ γαμβρῷ, ἐὰν ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἰδίων ἑκατὸν τάλαντα προσθῇ, ἐπειδὴ ἔμελλε τὸν γάμον ποιεῖσθαι, ἐκέλευσε τὸν γαμβρὸν ἀργύριον ἐκ τῆς τραπέζης λαβόντα ἀπαριθμῆσαι τὸν προῖκα. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀπαριθμήσας ἀπῆλθε, πέμψας ὁ πενθερὸς ἐκέλευσε τὸν ἀργυροκόπον ἀπαιτῆσαι τὸ ἀργύριον, ἕως ἂν ἐκεῖνος ἀποδῷ τὸν προῖκα. καὶ ὁ ἱμάτιον δὲ κλέψαι δόξας οὐχ ὡς βέλτιστα ἐργάζεται, ἀλλ' ὅταν ἡ ἄξιος ἐπιτηδεύσας τὸν κλοπέως, καὶ ὅταν ἡ κλοπὴ αἰτησόμενος, ἐκπώματα μόλις μὴ δῶναι. καὶ τὸν παῖδα ὃν ἀκολουθοῦντα, κελεύει αὐτὸν ὀπίσω μὴ βαδίζειν. ἀλλ' ἔμπροσθεν φυλάττειν αὐτῷ μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ, καὶ τοῖς εἰς φόρους τι παρ' αὐτοῦ καὶ λέξασι πόσον κολάσθαι, ἃ δὲ φυλάττω πέμπειν.

IS T diffidentia, siue incredulitas malitiæ suspicio in omnibus. diffidens autem vt qui cùm seruum obsonatum miserit, subornat alium, qui quanti emerit, exploret. & qui argentum ferens, singulis pene stadiis numerat. & vxorem in lecto decumbẽs interrogat, an arcam clauserit, an locum in quo arculæ sint obsignarit. & an pessulum in atrii ianuam obdiderit. quod si affirmet ipsa, nihilominus tamẽ ipse nudus exsurgens accensa lucerna circumeundo explorat omnia, vixque tandem somno corripitur. idem debitores præsentibus testibus fœnus rogat, ne possint fortè negare debitum. præterea vestem facilè exuit, nõ vt optime faciat, sed cum fullonis sponsorem inuenerit. & tũc maximè pocula non dat, quaodo quis illa petitum venerit. idem seruum sequentem non retrò iubet incedere, sed ante, ne fortè fugiat. & iis, qui ab illo quidquã accipiunt, rogantq; quanti, depone inquit, mihi enim non vocat mittere.

Digitized by Google

Nota IIII. ἀπιστία.

AB efficiente causa videtur incredulitatis tradita definitio. Nam suspicio causa est, vt fides non præstetur iis, quibus oportet. fortè igitur melius definiretur ita. incredulitas est in quauis re fidei abnegatio. Verum quoniam hic ἀπιστία sumitur & pro suspicione, & pro diffidentia, descriptio hæc non est malè aut inconcinnè tradita. est ἀπιστία alio significato intellecta religioni contraria, non modo vt accepimus, qui sanctissimam religionem colimus, sed & absolute. Themistius in libro περὶ μακροπαθείας, δειλία γὰρ μοχθηρία μᾶλλον δυσκοινώνητος ἀπιστίας. ἀλλ' αὐτὴ ὅτιν ἡ κακία πρὸς ἡμᾶς μόνλω ᾧ φυλακὴς ἐξαποροῦμεν, hoc est nullum enim scelus est, à quo magis homines abhorreant infidelitate. illud enim est vitium, quod cauere minime possumus.

Τὸ κοιλικύχιον dictum est ἀπὸ τῆς κοίλης, quæ arcam significat apud Pollucem, lib. 9. cap. 10. sunt qui καυσδύχιον legunt, aut κυλικύχιον. legebam & ego aliquando κυλίχνιον, sed nulla est immutandæ vocis necessitas. μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι, aut aliquid deest, vt optimè coniecit Henricus Stephanus, aut delendum τὸ μὲν.

Ὁ πρὸς τὴν ἐπιφοίτησιν παρ' αὐτῆ. Hic etiam locus (vt opinor) mendo non caret. videtur hæc esse sententia. huius generis hominem, quem describit, si quis fortasse aliquid ex eius domo, tabernaue ceperit, dicatque quanti vendit, metuentem illum ne insoluto precio abeat, dicere; depone: mihi enim non vacat dare aut mittere.

Ἀγροικία. rusticitas, ineptitudo.

Nota V.

NEPTITVDO verò videatur esse inelegãs insciti a. ineptus & rusticus homo huiusmodi, vt qui epoto ciceone ad concionem pergat: vnguentumque dicat Thymo non melius olere, quique calceamenta gestet maiora pedibus, magna loquatur voce, amicisque ac familiaribus sit incredulus, cum seruis ac famulis de rebus maximis communicet, mercenariisque agricolis narret, quæ in senatu acta sint omnia. & qui supra genua sublatis vestibus sedeat, vt nudæ aliquæ eius partes appareant. deinde nil aliud aut admirari videatur aut stupere in viis, si verò bouem videat, vel hircum, vel asinum gradum sistens inspiciat, & admiretur. est & ineptus qui de penu aliquid promit, raptimque vorat, & meracum potat. quiq; coquam latere studet, rursusque cum illa molit totius familiæ commeatum. is in prandio simul & iumentis herbam porrigit. dum pulsatur foris, respondet ipse, canemque vocatum apprehendens rictu, hic inquit, & locum custodit, & domum, & familiam. argentum vero acceptum reiicit, quod valde tenue sit, & aliud simul permutat. Noctuq; dum vigi-

Ἡ δὲ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀφήμων. ὁ δὲ ἄγροικος τοιοῦτός τις, οἷος κυκεῶνα πιὼν, εἰς ἐκκλησίαν πορεύεσθαι. καὶ ὃ μὲν φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν. καὶ μείζω τοῦ ποδὸς, τὰ ὑποδήματα φορεῖν. καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν. καὶ τοῖς μὲν φίλοις, καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν, περὶ δὲ τῶν αὐτοῦ οἰκέτας ἀναγκαιοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων, καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγορᾷ πολλὰ τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος, καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν μήτε θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὅταν δὲ ἴδῃ βοῦν, ἢ ὄνον, ἢ τράγον, ἐς πολὺν θεωρεῖν. καὶ προσαίρων δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου δεινῶς φαγεῖν. καὶ ζωροτέρου πιεῖν. καὶ τοῖν ὑποποδίοιν πρῶτον λαβεῖν. κἄτ' ἐλάσας μετ' αὐτῆς τοῖς ἔνδοθεν πᾶσι καὶ αὐτὰ τὰ ὀπίσθια. καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν ὃν χόρτον. καὶ κόψαντος τοῦ θύρᾳ ἐπακοῦσαι αὐτός. καὶ ὃν κύων προσαλεσάμενος καὶ ὑπολαβόμενος τοῦ ῥύγχους εἰπεῖν, οὗτος φυλάσσει

Digitized by Google

λέασθαι τὸ χωρίον, καὶ τῷ υἱῷ οἰκίαν, καὶ τοῖς ἔνδον. ἀργύριον δὲ τοῦτο τὸ λαβεῖν ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπηρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλαττέσθαι. καὶ ὁ ἄστεως ἔρχεσθαι, ἢ κόφινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος. καὶ ἅμα καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα, τὰ ποσοῦ ἦσαν αἱ δισφέραι, καὶ τὸ πάχος. καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν, νουμηνίαι ἄγειν. καὶ εἰ τοῦτο, οὕτως, ὅτι βούλεται καταβαῖναι, ἀποκείσθαι, καὶ ὑπὸ βαλανείῳ δὲ ἆσαι. καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ, ἥλους ἐγκρῦσαι. καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πάχος κομίσασθαι παρ' ἀρχίου τὸ πάχος.

vigilat reminiſcitur, cui nam aratrum commodauerit, vtrem, falcem, cophinum. ad vrbem autem proficiſcens illos, qui occurrunt, interrogat, quanti membranæ veneant, quanti ſalſamenta, & an hodie primum menſis diem certamen celebret, dicitque ſtatim ac domo exierit, tonderi velle. cantat præterea in balneo, & clauos affigit calceamentis, per viam tranſiens manibus portat ſalſamenta.

Nota V. ἀγροικία.

Ἀγροικία, quam ruſticitatẽ latine dicere voluimus, vitium eſt in quotidiana conuerſatione, contrarium τῇ ἀστειότητι, cui in exceſſu aduerſatur, quæ dicitur ἀρίσκεια, vt ſuperius dictum eſt. depingit in hoc charactere inurbanos incultoſque homines, quibus nulla decori, nulla honeſtatis eſt ratio.

Κυκεῶνα πιὼν. quid eſſet Cyceon apud veteres in libellum de vertigine declaratum eſt. optimè autem Cyceonem vtpote vilem potionem poſuit in ruſtico & inſcito homine deſcribendo.

ὑδὲν τῷ θύμου. Thymum ponit pro quauis herba mediocris odoris, quæ tamen vulgo notiſſima, & vilis ſit. Geſnerus neſcio quo conſilio apud Stobæum in ſermone quarto cœpam tranſtulit. ductus fortaſſe Ariſtophanis ſcholiaſtæ auctoritate, qui in Pluto in illo verſu.

ἀεὶ γὰρ ἤλθομεν πολλῶν θύμων ῥίζας ἀνεκπερῶντες.

Thymos tradit Athenienſium vulgo dici bulbos, aut cœpas agreſtes, & tamen idem interpres ſuperius neutro genere Thymum intellexit pro herba notiſſima, & Atticæ familiari in illo verſu: ὦ πολλὰ δὴ τῷ λεπτοτῇ τοιοῦτον θύμου φαγόντες. cum tamen idem vtrobique dicat poeta.

Ϲ ὁ ἄροτρον ἴχρησεν. legendum opinor, Ϲ εἰ ἄροτρον. Sententia autem plana eſt. ἴχρησεν autem commodauit ἀπὸ τοῦ χρέω, χρήσω. Geſnerus non aſſequitur Auctoris ſententiam. vertit autem, ſi aratro, aut cophino, aut falce, aut ad panem arca indiguerit, hæc omnia noctu volutat.

Καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει. Corruptus fortaſſe locus eſt. νουμηνία primus menſis dies eſt, quem Calendas Romani vocant. quod autem vt Plutarchus memoriæ prodidit, non exactè conuenit græcorum Calendis, ac Romanorum maluimus vertere, primam menſis diem: erat illa Apollini ſacra, tuncque Imperatores creabantur exercitus. potuit igitur ad morem illum alluſiſſe, & ἀγῶνα pro exercitu militiaue intelligere. ego tamen lego lubentius ἀγρὸν, vt pro ruſticis, qui in agris degunt, res intelligatur.

Ἀναισθησία. Stupiditas, inſenſibilitas.

Nota VI.

ΕΣΤΙ δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὁρωσίπιν, βραδύτης ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος τοιοῦτός τις, οἷον λογισάμενος ταῖς ψήφοις, καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾷν τὸν παρακαθήμενον,

INSENSIBILITAS animi ruditas eſt in actione, & ſermone. inſenſibilis vero huiuſmodi, vt qui calculis ratiocinatus conſtituto iam capite, roget illum, qui iuxtà aſſidet,

Digitized by Google

quid agitur. idem cum indicium fugerit aditurus tamẽ. oblitus in agrum proficiſcitur. & in Theatro dum ſpectat ſolus remanet ſomno correptus. & noctu cum nimium cibum ingeſſerit in ſellam ſurgens à vicini cane commorſus eſt. & quod ipſe ſumpſit, ac ſeruauit, quærit rurſus, nec poteſt inuenire. præterea ſi quis ei nunciet amicum mortuum, rogetque, vt & ipſe adſit, triſtis & illachrymans bono omine dicit. idem & argentum à debitore accipiens teſtes adhibet hyeme, ſeruos incuſat, quod cucumeres nõ emerit. adhæc filios ad luctam cogit & ad curſum, & ad labores. ruri autem lenticulam coquens bis iniecto ſale facit, vt guſtari nequeat. & dum pluit, dicit iucundum illud aſtrum ſe putare, quod alii dicunt. & ſi quis dicat, quot putas per ſacras portas elatos mortuos, quot inquit vtinam & tibi eſſent & mihi.

τί γένηται. καὶ δίκλω φυγών, καὶ ταύτης εἰσιέναι μέλλων, ὅτι λαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεται. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ μόνος καθεύδων. καὶ πολλὰ φαγὼν τὸ νυκτὸς, καὶ ὑπὸ ἄγκυ ἀναστάμενος καὶ τοῦ γείτονος δηχθεὶς ὑπό. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς τοῦτο ζητῶν, καὶ μὴ δυνάμενος εὑρεῖν. καὶ ἀπαγγέλλοντός τινος αὐτῷ, ὅτε τετελεύτηκέ τις αὐτῷ τῶν φίλων, ἵνα πάρεσται κλαύσας, καὶ δακρύσας εἰσῇ, ἀγαθῇ τύχῃ. δῆλος ὤν, καὶ ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφλήμενον, μάρτυρας παραλαβών, καὶ χειμῶνος ὄντος μέλλεται τῷ παιδὶ, ὅπως σικύους ὠνήσεται. καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ παλαίειν ἀναγκάζων, καὶ τρέχειν, καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν. καὶ ἐν ἀγρῷ αὐλοῦς φακῆς ἕψων, δὶς ἅλας εἰς τὸν χύτρον ἐμβαλὼν, ἄβρωτον ποιῆσαι. καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς εἰπεῖν, ὑδύγε τῶν ἄστρων νομίζει, ὅπου δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης. καὶ λέγοντός τινος πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς, τοσοῦτος τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ ἤμουντο.

Nota VI. ἀναισθησία.

NOn illa hæc eſt ἀναισθησία, quæ temperantiæ contraria eſt, ſed animi ruditas, & ſtupor. genus illud hominum, qui hac mentis tarditate tenentur, veteres latini dixerunt bardos Nam & græci βραδεῖς, tardos dicunt. Plautus. Nimis tandem me quidem pro tarda & pro ruſtica reor habitam eſſe abs te. Virgil. tardi venêre bubulci.

καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς. cùm hæc periodus mendo non caret, tum vox illa πίσσης mendoſa eſt ſine dubio, quam aſteriſco notare malui quam coniecturas experiri.

Πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας. Mortui apud veteres extra vrbem ad ſepeliendum efferebantur. quem morem videtur Auctor reſpexiſſe. ἱερὰς autem πύλας intelligit aut illas fortaſſe, per quas mortuorum cadauera efferebantur, aut Athenis, vt erat ſacra via ἱερὰ ὁδὸς, quæ ducebat Eleuſinam, vt teſtatur Pauſanias in Atticis & Iſæus Rhet. in Apologia, ita etiam ἱεραὶ πύλαι, per quas exire oportebat ad ſacram viam.

βδελυρία. Scurrilitas.

Nota VII.

DIFFICILE non eſt ſcurrilitatem definire, quæ græce βδελυρία dicitur. eſt enim manifeſta contumelioſaque luſio. at ſcurra huiuſmodi, vt qui liberis mulierib. factus obuiam, veſte ſubtracta pudendum oſtendit. in Theatro plaudit aliis quieſcẽtibus, & illos exſibilat, quos alii iucunde ſpectant. & quieſcente Theatro paulum inſurgens irructat, vt ſpectatores ad ſe

οὐ χαλεπὸν ὅ ἐστὶ τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι. ἔστι γὰρ παιδιὰ ἐπιφανὴς, καὶ ἐπονείδιστος. ὁ δὲ βδελυρὸς τοιοῦτος, οἷος ἐσπαρτήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀναστρεφόμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον. καὶ τὸ θεάτρῳ κρότειν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται. καὶ συρίττειν οὓς ἥδιστα θεωροῦσιν οἱ λοιποί. καὶ ὅταν σιωπήσῃ θέαζον ἀναπηδήσας ἐρυγεῖν, ἵνα τὸς καθημένους ποιήσῃ

ποιήσῃ μελαγραφιῶσαι. ἢ πλησίον τὴν ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάπηλα, ἢ τὰ μύλας, ἢ τὰ ἀκρόδρυα ἐσθίων, διαμυκτηρίζει ἅμα τῷ πωλοῦντι ἢ προσιόντων. ἢ καλέσαι ὃν μὴ πάρεστιν. ὀνόματι τινά, ᾧ μὴ συνήθης ἐστί. ἢ ἀσεύδιλα δέ τῳ ὁρῶν προσμῦσαι κελεῦσαι. ἢ ἡττωμένῳ μεγάλῳ δίκῃ ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθών, ἢ συνιστᾶναι. ἢ ὀψωνῆσαι ἑαυτόν, ἢ ἀγοράσαι μισθοῦσθαι ἢ δεῖσθαι ἢ ὑπὸ τῶν ἀπαντώντων τὰ ὀψωνήματα. ἢ προσκαλεῖσθαι ὅτι τάχιστα. ἢ διηγεῖσθαι πρὸς τοὺς προσιόντας ὅ τι χρῆσον, ἢ μύρου πώλησον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει. ἢ οἰνοπωλῶν, ἢ κεκραμένον ὂν οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. ἢ ὅτι θέατρα νίκα οὐ δεῖ πορεύεσθαι, ἀπιὼν τοὺς υἱεῖς, νίκα προῖκα ἀφιᾶσιν, ἢ θεᾶσθαι. ἢ ἀποδημῶν δημόσια, ὃ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον, οἰκεῖα καταλιπεῖν, προσὸν τὸ συμπροσβαλεῖν δανείζεσθαι ἢ τῷ ἀκολουθοῦντι πιθέσθαι μεῖζον φορτίον, ἢ δεῖται φέρειν. ἢ ἐλάχιστα ὀπτανίδια τῶν ἱκανῶν. ἢ ἀπὸ τῶν ξενίων ὃ μέρος τοῦ αὐτὸν ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι ἢ ἀλφιτοπωλήσαντα τῷ βαλανεῖῳ, ἢ εἰ πάνυ, ὅπερ γε ὃ ἔλαιον ἐπρίω τῷ παιδαρίῳ τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. ἢ τὸν εὑρισκομένων χαλκῶν ἐν τοῖς ὁδοῖς ὑπὸ τοῦ οἰκέτου δόντος ἀπαιτήσαι ὃ μέρος, χοινικὶς εἰ φήσας ὃν ἐρμῶ. τὰ δὲ τοιαῦτα φιλοτιμίᾳ μέρος τῶν παιδαρίων ἐκκεκριμένῳ μέρος αὐτὸς τοῖς ἔνδον, τὰ ὀπτανίδια σφόδρα ἀποφῶν ὑποστείλασθαι. φίλῳ ὀπτανίων ἀποδόσθαι ἀμείλει ἢ χρέος ἀποδιδοὺς διακοσίων μνῶν, ἔλαττον τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι. ἢ φράτορας ἑστιῶν, αὐτὸν τοῖς αὐτοῖς παισὶν ὀψᾶν ὃ χοινοῦν ὄψον. τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίσει τῶν ῥαφανίδων ἀπογράφεσθαι, ἵνα οἱ λαχανοῦντες παῖδες μὴ λάβωσιν.

ad se conuertat. & pleno iam foro ad nuces accedens, aut ad mala, aut ad auellanas stans degustat, cum ipso venditore garriens. & nomine compellat ex iis, qui adsunt aliquem cui familiaris non est. & si quenquam properantem videat expectare iubet & illi qui causa perdita à iudicio discedit, occurrit, & gratulatur. interim obsonatur ipse, fidicinas conducit, & obsonia iis, quibus fit obuiam, ostēdit, & ad ea inuitat. & in tonstrina aut pharmacopolio stans, narrat se futurum ebrium. idem si vinum vendit, vel amico dabit aqua dilutum. adhęc si in Theatrum iturus est, quo tempore sine merce de spectatur, filios intrare prohibet. & legationem publicam obiēs viaticū, quod habet àciuitate, domi relinquit, & a collegis mutuo accipit. idem seruo maius opus dat, quam vt possit gerere. Contrà et iam minus ciborum quam vt satis sit. ex munerib. quæ ab hospitibus missa sunt, portionem petit suam, ac vendit. idem in balneo dum vngitur, seruulo inclamans, quod rācidum oleum emerit, alieno vngitur. ad hæc nummorū, quos in via serui repererint, partē expoſcit, quod Mercurius communis sit. idem mensura vtitur, cuius ansa præcisa sit, domesticisque necessaria præcidit cibaria. & cum obsonium emerit, apprehendit amicum, ac vendit. & si debitum triginta minarum soluit, quatuor drachmas minus dabit & tribules conuiuio excipiens filiis à publico cibum petit. reliquias verò dimidiatasq; radiculas scribendas curat, ne quam auferant pueri, qui ministrant.

Nota VII. βδελυρία.

Βδελυροὺς appellant græci homines fœdis adeò moribus, vt ab iis nemo libenter non abhorreat. Suidas αἰσχροποιοὺς interpretatur, & βδελυρίαν ἀσέλγειαν. est autem & turpis scurrilitas sic vocata, quam describit Auctor hoc in loco.

Ὁ οἶνον ἐν ἑαυτῷ. αὐτὸς legendum existimo.

Ὑποστείλασθαι. Henricus Stephanus ὑποστιλῶσθαι, legit. ego sic. Ὁ πωλᾶσθαι, ὁ ὀπτανίων ἀποδόσθαι. Nam aliquid emere, quod deinde amico vendas, & fortassè carius, hoc βδελυρίας argumentum est, aut potius μικρολογίας. Nam multa sunt in hoc charactere, quæ ad μικρολογίαν magis pertinent, quam ad βδελυρίαν.

ἀδ-

Ἀδολεσχία, garrulitas.

Nota VIII.

ARRVLITAS est lõgiorũ sermonum, neq; cogitatorũ narratio. garrulus huiusmodi vt qui prope illum, quem nunquam nouerit, assideat, primumque vxorem suam laudet, deinde narret nocturnum somniũ. mox quæcũque incerta habuit, narret singula. Idem paulò vlterius re progressa dicit multo peiores esse homines sui tẽporis quàm antiquos: & annonam in foro caram esse. & multos aduenas in vrbe degere, & mare post Dionysia nauigari commodè posse. & si Iupiter pluerit, fruges meliores futuras: agrumq; anno proximo fore vberiorem. difficilem esse vitam. & Damippum in mysteriis magnam facem statuisse. & quot sint in Odæo columnæ, & heri vomui. & quænam hodierna dies est. postremo si quis in audiendo patiens fuerit, ab illo neutiquam abscedet. Idem dicit Augusto esse mysteria, Octobri Apaturia, Decembri Dionysia. hoc genus hominum oportet fugere, surgentemque inde abscedere, qui febrire nolit. difficile enim est cum iis posse diutius immorari, qui neque laboris, neque quietis modum internoscunt.

δὲ ἀδολεσχία, ὅτι μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀποβλήτων. ὁ δὲ ἀδολέσχης τοιοῦτός ἐστι, οἷος ὃν μὴ γινώσκῃ τοῦτῳ τῷ καθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἶπεν ἐγκώμιον. εἶτα ὑφ' ὑπνου εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι. εἶθ' ὧν εἶχεν ὀπτὰ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν. εἶτα δὲ προχωροῦντος τοῦ πράγματος λέγειν, ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἀνθρωποι τῶν ἀρχαίων. καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ περὶ σὺ τὴν ἀγορᾶ. καὶ ὡς πολλοὶ ὀπαδημοῦσι ξένοι. καὶ τὸν Ἀδριανὸν ὅτι ἀπὸ Διονυσίων πλοῖμον εἴη. καὶ εἰ πεπόηκεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ δὲ τῇ γῇ βέλτιω ἔσεσθαι, καὶ ὁ ἀγρὸς εἰς νέωτα γεωρήσειν. καὶ ὡς χαλεπὸν ὅτι ὁ ζῆν. καὶ ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε. καὶ πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ ᾠδείου. καὶ χθὲς ἤμεσα. καὶ τίς ὅτι ἡμέρα σήμερον. καὶ ὑπομνήσαι τινὰ αὐτόν, μὴ ἀφίσασθαι. καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μὲν τὰ μυστήρια, πυανεψιῶνος δὲ ἀπατούρια, ποσειδεῶνος δὲ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. προσαπάσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαφέρεσθαι ἀπαλλάττεσθαι, ὅς τις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γάρ, συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν μήτε κοπὸν διαγινώσκουσιν.

Nota VIII. ἀδολεσχία.

Ἀδολεσχίαν dictam volunt græci grammatici ἀπὸ τοῦ ἄδην τοῦ ἀρίσαι & ἀπὸ τῆς λέσχης, quæ vox significat colloquium, & confabulationem. extat elegantissimus Plutarchi liber περὶ ἀδολεσχίας, in quo vitium hoc plurimis rationibus infectatur.

ὁ ᾧ ἀδόλεχος πίνω. Horatius in 2. Sermonum Satyra Nona.

Adcurrit quidam mihi notus nomine tantum
Arreptaque manu, quid agis dulcissime rerum?
Suauiter, vt nunc est, & cupio omnia quæ vis.
Cum assectaretur, nunquid vis? occupo: at ille
Noris nos inquit, docti sumus. hic ego pluris
Hoc inquam mihi eris misere discedere quærens
Ire modo ocyus interdum consistere: in aurem,
Nescio quid puero cum sudor ad imos
Manaret talos.

Dipingit autem Horatius tota Satyra garrulum illum, qui sibi adeò molestus fuit, qui locus huic nostro maxime conuenit.

ὁ πλοῦν θαλαττεύειν Διονυσίων. Bacchanalia Athenis celebrabantur ineunte vere, vt tradunt Aristophanis scholiastes, & Pausanias in laconicis. quod tempus nauigationi aptum esse tradidit Hesiodus.

ὁ ἀγρὸς γεωργήσει εἰς νέωτα. τὸ γεωργεῖν. hic sumitur pro καρπουν: quod non animaduertit Gesnerus in sermone

sermone Stobæi xxxvi. ac propterea legisse videtur, τὸν ἀχθὸν. καὶ ὡς δᾳμπρεπὲς ὂν μυστηρίοις. Mysteria sacra erant Cereris, quæ initia latinè dicuntur. in iis incēdebantur tædæ ad illius tædæ memoriam, quam quærendæ filiæ causa in Ætna inflammauit Ceres. non enim credendum in his sacris cursus ludosue lampaduchos fuisse restitutos. tria enim tantum festa apud Athenienses lampadis fuerant, vt testatur Suidas, & Hesichius. Panathenaica, Hæphestia, Prometheia. in his autem is, qui currebat tenebat lampada, quam tradebat confecto cursu alteri, qui succedebat in cursu.

Καὶ πόσα εἰσὶ κἄσεις τῶ ᾠδείω. odæum quid sit declarauit Aristophanis scholiastes in vespis. Suidas autem. ᾠδεῖον ἀθήνησι ὡσαύτως Ἡρώδου ὃ ἐποίησεν ὡς φασι τῆ γυναικὶ εἰς τὸ ὑπὸ δείκνυσθαι τοῖς μυσταῖς. ἔστι τοῦτο δὲ καὶ φωλεῖον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς φωλεᾶς, ἐν ᾗ δὴ καθεύδειν τὸν ἄρχοντα. Pausanias in Achaicis scriptum reliquit ab Herode Attico constructum odæum pulcherrimum, defunctæ vxoris monumentum. fuerunt autem odæa non Athenis modo, sed & Romæ & in pluribus Græciæ ciuitatibus. primum autem videtur fuisse Atticum.

Καὶ ὡς βοηδρομιῶνος μὲν τὰ μυστήρια. Mense Augusto celebrabantur mysteria, qui Athenensibus erat βοηδρομιὼν, tertius ab Hecatombæone, qui primus erat mensis circa solstitium æstiuum Romanis dictus Iunius, quo tempore annum Athenienses auspicabantur. Demosthenes in 3. Olynthiaca: μετὰ δὲ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τότε ἑκατομβαιῶνος, μεταγειτνιῶνος, βοηδρομιῶνος. τότου δ' μηνὸς μόγις μετὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπέπλατεν. confirmat igitur Demosthenes, quod hoc in loco tradit Auctor de tempore mysteriorum.

Πυανεψιῶνος δὲ τὰ ἀπατούρια. Mensis πυανεψιὼν quintus erat mensis ab illo quem primum diximus, Octobris latinè dictus: de Apaturiis verò Suidas, & Aristophanis scholiastes in Acharnanibus hæc tradunt. fuisse illa festa popularia, quæ mense Octobri celebrabantur per tres dies, quarum prima dicebatur δορπία, secunda ἀναρρύσεις, tertia κυρίως. Originem hanc fuisse. Nam bello, quod inter Athnienses & Bœotas fuerat, Bœotiorum Ducem Xanthium in singulare certamen prouocasse Athenienſium Regem Thymotem, quo recusante pro Athenienſibus certamen subiisse Melanthium quendam Messinium. Hunc autem cum forte post terga Xanthii videre sibi visum esset alterum, qui nigra gestabat Ægida, inclamasse, violari sibi fidem, solumque nō pugnare Xanthium. illum autem respicientem post terga Melanthium aggressum obtruncasse. quoniam autem dolus quidam fuisse videbatur, quo victoriam Athenienses sunt consequuti, ab eo vocata ἀπατούρια sacra (nam ἀπάτη græcè dolus dicitur) quæ pro hac victoria instituta sunt.

Ποσιδεῶνος δὲ. Mense Decembri in Agris significat Dionysia celebrari solita. Nam in ciuitate Mense Martio ineunte vere celebrabantur.

Λαλία loquacitas.

Nota IX.

Ὁ δὲ λαλία εἴ τις αὐτῶ ὀείζειας βούλοιτο εἰ αὖ δόξειεν ἀκεραία τὸ λόγω. ὁ δὲ λάλος τοιόσδέ τις, οἷος ταῦ ὁτουοῦν τυχόντι εἰπεῖν αὖ, ὁποῖόν τινες αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι σοῦδὲν λέγει. καὶ ὅτι ἀθυμῶς πρώτα εἶδε. καὶ αὖ ἀκούσῃ αὐτοῦ μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ ἀποκρινομένου, ἐπιβάλλει, εἶπας σὺ μὲν ὅτι λάθοι ὃ μέλλεις λέγειν, καὶ φύγε ὅτι με ὑπέμνησας. καὶ ὃ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που. καὶ ὃ παρέλιπον. καὶ ταχύ γε συνῆκας ὃ τοῦτο γέγραμμα. καὶ πάλαι σε παρετήρουν, εἰ ὅτι δ' αὖ μοὶ κατενεχθείη. καὶ ἐπίτηδες ἀφορμὰς ποιοῦντας ποιεῖσθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι ὃν ὁτουοῦν τυχόντα. καὶ ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ, δῆλος καὶ ὅτι τοὺς ἀθρόους, καὶ συνεχῶντας πορεύεσθαι, καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας, καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ, καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν πρώτα. καὶ προσλαλεῖν τοῖς παιδοτρίβοις

LOQVACITAS (si quis eam definitione complectatur) intemperantia sermonis est, loquax verò eiusmodi, vt qui illi, quo cū loquitur, facile dicat, nihil ipsum dicere, se verò nosse omnia. quòd si se audiat, fore, vt multa facilè discat. interea verò respondenti illi subiicit. dixisti. at memor esto illorum quæ dicturus es. benè factum, quod in memoriam reuocasti mihi. dicit interim quam vtilis sermo sit, & quod illud erat, quod prę-teriit. rem citò tenuisti, iam pridem animaduerteram, an ad hoc idem venires, quod sentio. huiusmodi occasiones aucupabitur, vt ne respirare quidem illi liceat, quem apprehenderit. Idem cum singulos tædio enecet, ad multos ac simul congregatos conuolat, multosque fugat propter tædium. intrat & scholas & palæstras, pueroſque prohibet tam multa discere. cū magistris ac pædotribis garriens. discedentes au tē deducit,

Digitized by Google

& in domum constituit. conciones futuras nunciat, narratque quod factum est prælium sub Antiphonte oratore, & Lacedæmoniorum sub Lysandro. narrat, & quos sermones habuerit propter quos honoribus affectus est. in multos autē inuectus accusationem instituit, vt qui audiunt, aut obliuiscantur, aut dormitent, aut illo deserto abeant. adhæc si iudex sit, non sinit alios cognoscere, spectare, si spectator sit, cœnare si conuiua. addet difficile esse loquaci homini pati silentium. in humido enim loco linguam positam, se autem non taciturum, etiamsi hirūdines superet loquacitate. si iurgiis petitur, ac scōmatis, facile tolerat. quod facit & cum ipsis filiis, quādo iā dormituro suadent, vt narret aliquid, vt ita somno possint corripi.

καὶ διδασκάλοις, τὸν καὶ ἀπιέναι φάσκοντας δῆθεν πρεσπέμψαι, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν. καὶ πρόθυμος τὰς ἐκκλησίας προαγγέλλειν. περὶ διηγήσασθαι δὲ τὴν τοῦ ἐπ' Ἀντιφῶντος ποτὲ γενομένου τοῦ ῥήτορος μάχην, καὶ τὴν λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου, καὶ ὧς ποτε λόγους. αὐτὸς εἶπεν δοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ. καὶ κατὰ τῶν πλήθων γε ἅμα διηγούμενος, κατηγορίαν παρεμβαλεῖν, ὥστε τοὺς ἀκούοντας ἢ τοῦ παραθέσθαι, ἢ νυστάξαι, ἢ μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. καὶ σιωπᾶν δὲ κωλύσαι κεῖναι. καὶ σιωπεωρῶν, πάσασθαι. καὶ σιωπῶν, φαγεῖν. λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ, ὅτι σιωπᾷν, καὶ ὡς ὀνυγρῷ ὅτι ἡγλῶτα. καὶ ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν, οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἷς λαλίστερος. καὶ σκοπούμενος ὑστερίαν. καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοσχεδίων, ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ λέγειν τὰ τοιαῦτα, λαλεῖν ἡμῖν, ὅπως αὐ ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ.

Nota IX. λαλία.

ΑΛΑΙΑ καὶ ἀδολεσχία idem penè sunt. in sermonibus vtraque vitium. plus enim qui loquuntur, quàm oporteat, ii si omnia effutiant, nihil non dicant, nemini non respondeant. dicuntur ἀδόλεσχοι. qui verò de quauis re garriunt inanes vt vocant blatterones, λάλοι. illos loquaces dicere maluimus, hos garrulos. alterum vitium Auctor definiit longorum sermonum narrationem, alterum sermonis intemperantiam.

περὶ διηγήσασθαι ἢ καὶ τὸν ἐπ' Ἀντιφῶντος. qui fuerit Aristophon, aut quod sub illo prælium ignorare fateor: ac propterea vereor quin ἀντιφῶντος scriptum sit initio, deinde mutatum in ἀεισοφῶντος. fuit autem Antipho orator sub Persici belli temporibus, paulo minor natu Gorgia Leontino, vt scribit Plutarchus, qui & Auctor extitit, vt quadringenti Rempub. Athenienſium occuparent, quibus deiectis in ius vocatus pœna capitis damnatus est, cadauerque eius insepultum abiectum. Lysandri verò Lacedæmoniorum Ducis gesta, paresque de Athenienſibus victoriæ notiores sunt, quàm vt hic dici necesse sit.

Κολακεία, Adulatio.

Nota X.

ADVLATIONEM licet putare colloquium esse turpe ipsi adulatori vtile. adulatorem vero talem esse, qui vnà ambulans, animaduertis inquit, quot in te hominum conuersi sunt oculi? id sanè præter te nemini fit in ciuitate. heri in porticu maxime collaudatus es. cum. n. plures ibi quàm triginta considérent, sermoque incidisset, quinam esset optimus vir, à teipso orsi sunt, & in te etiam finierunt. atque alia huiusce modi dicet adulator. idem à veste floccos auferet, & si capil-

ΤΗΝ δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακευόντι. ὃν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥστε ἅμα πορευόμενον εἰπεῖν, ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι, τοῦτο οὐδενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν ἢ σοί, ἢ σὺ δοκίμως χθὲς ἐν τῇ στοᾷ. πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμοῦ τινος λόγου τὸν εἰπόντος βέλτιστος, ἀφ' αὑτοῦ ἀρξαμένους πάντας ὅτι ὁ ὄνομα αὐ-

νομα αὐτῷ κολενεχθῶσαι. καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγων· ἀπὸ τοῦ ἱματίου, ἄφελε χρυσίδα. καὶ ἐάν τι πρὸς ὃ τείχωμα τῆς κεφαλῆς ἄχυρον προσαχθῇ ἀπὸ πνεύματος, καρφολογῆσαι. καὶ ὑπιγελάσας δὲ εἶπεν, ὁρᾷς ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ὀντετύχηκα καὶ πολίων ἔχηκας οὐ πώγωνα μεῖον. καὶ πρεῖ τις καὶ ἄλλος ἔχεις πρὸς ἔτη μέλαιναι τὴν τρίχα· καὶ λέγοντος δὲ αὐτῷ τὸν ἄλλοις σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἄχθος. καὶ ὑπισημαίνεσθαι δὲ εἰ σαίσεται ὀρθῶς. καὶ σκώψαντι πικρῶς ὑπιγελάσαι, τότε ἱμάτιον ὦσαι εἰς ὃ σῶμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος καταγελᾶν οὐ γέλωτα. καὶ τὸν ἀποδυτῶντας ὑπισχνεῖσθαι κελεῦσαι ἕως αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίους περιάμενος, εἰσενέγκας δοῦναι ὁρῶντος αὐτοῦ, καὶ φιλήσας ὃ εἶπεν, χρησοῦ πατρὸς νεότητα. καὶ στενωνούμενος δὲ κρηπίδας, οὐ πόδα φῆσαι εἶναι ῥυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. καὶ παρθυμούμενου πρός τινα τῶν φίλων, πρὸς δεξιὸν εἰπεῖν, ὅτι πρὸς σὲ ἔρχεται, καὶ ἀναστρέψας, ὅτι προσήγγελκε. ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ὀκ γυναικίας ἀγρέας ἁρπαγῆσαι δοῦναι ἀπυδυτί. καὶ τὸ ὑστερημένου, πρῶτος ἐπαινέσαι οὐ οἶνον. καὶ πρωθημένου εἰπεῖν, σὺ μαλακῶς ἐαθίεις. καὶ ἀγρας τί τῶν ἀπὸ τ τεττιγίζης, φῆσαι, τοῦτ' ἄρα ὡς χρησὸν ὄστι, καὶ ἐρωτῆσαι, μὴ ῥιγοῖ. καὶ εἰ ὑπιβαίνεσθαι βούλεται, καὶ ἐπὶ πρίσθλαι αὐτόν. καὶ μὴν ταῦτα λέγων εἰς ὃ ὗς πρασπίπτων φυσείζῃ, καὶ εἰς σκῆπτον ἀποβλέπων τοῖς ἄλλοις λαλῇ, καὶ τῶν παιδὸς ὃν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ πρόσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι. καὶ τ οἰκίαν φῆσαι, ὃν ἠρχιτεκτονῆσθαι, καὶ ὃν ἀγρὸν ὑπεφυτεῦσθαι, καὶ τὸν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. καὶ ὃ κεφάλαιον, ὃν κόλακι ὄστι θεάσασθαι πρῶτα καὶ λέγοντα καὶ πρόπτοντα, οἷς χαίρουσι ὑπολαμβάνει.

capillis fæstuca inhæserit à vento, colliget. idem subridens dicit, viden' quod duobus diebus tecum non fuerim mentum habes canis refertum: Nam si quis alius & tu annorum ratione pilos habes nigros. Idem si amicus loquitur, iubet vt cæteri sileant, inuitique laudent, & cum desinat, gestu significat, recte dictum. & si frigidiusculè iocatus sit adridebit vestemque ad os intruder, quasi risum continere nequeat. eos verò, qui obuiam facti sunt manere iubet, donec ille transeat. mala etiam piraque filiis emet, domumque ad illos afferet, spectante patre, & osculans dicet optimi patris pulli. menti verò calceos dicet, pedem illi esse calceo formosiorem, & si amicos adeat præcurrit ille, dicitque ad te venit ille. reuertensque dicit sese nunciasse. simul & quæ in foro muliebri vēduntur, facile ministrat. primusque cōuiuarum vinum laudat, adsidensque dicit, quam molliter comedis, ex mensaque aliquid tollens, id inquit quam bonum est. rogabit etiam an fortè rigeat, & an indui velit, simulque ipsum cohoperiet. & hęc dicēs in aurem incumbēs cum aliis loquitur. & in Theatro à serui manibus auferens puluinaria sternit ipse. adhæc dicit domum artificiosè constructam, agrum bene consitum, imaginem similem esse. in summa vero adulatorem videre licet dicētem facientemq; omnia, quibus gratū se fore existimabit.

Nota X. κολακεία.

THN Κολακείαν. adulationis naturam alio libro persequutus est Theophrastus, quem inscripsit de adulatione, vt tradit Athenæus libro VI. de illa autem, & adulatoribus plura videre licet apud eundem Athenæum, apud Plutarchum & Maximum Tyrium, qui de eodem argumento disputant, hoc est, quodnam sit amici, & adulatoris discrimen. plena aūt ex his, quæ ab adulatoribus fieri tradit Auctor, & in Comœdia licet obseruare, & in quotidiana hominum consuetudine.

Ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας. significat eundem tota narratione laudatum esse. hac figura Virgilius. à te principium tibi desinet. Gesnerus in eclogarum Io. Stobæi conuersione, vbi hic character apponitur. primi, & vltimi te vno ore protulerunt. non id dicit tamen Auctor vt opinor.

Καὶ ἐπαινέσαι ἄκοντας, videndum an ἄκοντας potius scribendum sit. Nam οἱ φιλοκόλακες tantum abest, vt inuiti laudentur, vt nihil audiant lubentius. καὶ σκώψαντι πικρῶς. rectissimè Stephanus ψυχρῶς.

Ὡς μαλακῶς. Stephanus coniicit legendum οὐ μαλακῶς. ego vulgatam lectionem non improbo. significat autem adulatores plerunque in conuiuio dicere solitos, illum, cui assentantur molliter comedere, ac lente, quasi id propter benevolentiā dicāt, propterea sequitur, ὃ ἄρα τ ἀπὸ ῥαπίζης.

Digitized by Google

ἀναισχυντία, Impudentia.

Nota XI.

IMPVDENTIA est gloriæ contemptus turpis lucri gratia. impudens & inuerecundus huiusmodi, vt qui ab eo, quem defraudat, petit mutuum. quique cum rem diuinam facit cœnat apud alium; carnes vero sale conditas seruat, ac reponit. & seruum ad mensam vocat, dataque illi carne ac pane, vescere ait vir Honorabilis. idem inter obsonandum lanium interrogat, an illi vtile quid accidit. Stans autem ad statera m, maxime quidē carnes si possit, si non, os apponit ad lancem, quod si abstulerit bene habet. Nam si nō successerit ex mensa carnaria intestinū rapit, ridensque abit. idem si carnem hospitibus emerit, partem iis non dat, sed in Theatro spectat ocioſus, ducit autem ad cœnam postridie & filios, & pędagogum. adhæc ex iis, quæ quis emerit, iubet etiam, sibi detur aliquid. alienam domum ingressus mutuo quærit hordeū, aliquando etiam paleam, cogitque eos, qui mutuum dant, domum deferre. Solet hic & ad ahæna Thermarum accedere, submersoque vase, & aqua hausta vel clamante balneario se ipsum perfundere, ac subinde lotum se dicere, nec habere illi vllam gratiam.

ἡ δὲ ἀναισχυντία ἐστὶ μὲν (ὡς ὁ Θεόφραστος φησὶν) καταφρόνησις δόξης αἰσχρᾶς ἕνεκα κέρδους. ὁ δὲ ἀναίσχυντος τοιοῦτος, οἷος παρὼν τὸν μὲν ὃν ἀποστερῇ, παρὰ τούτου ἀπελθὼν δανείζεσθαι. εἶτα θύσας τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δεῖπνον παρ' ἑτέρου τὰ ὄψα ἀποτίθεται αὖθις πάσας. καὶ παρασκευασάμενος ὃν ἀκόλουθον δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρασι κρέας, καὶ ἄρτον. καὶ εἰπεῖν, ἀκούοντων. παίτων δίωχ᾽ ἥμισυ. καὶ ὀψωνῶν ἐπισκώπτειν τὸν χρεωπώλην, εἰ πρόσιμον αὐτῷ γένοιτο ἐσπικῶς πρὸς τὸν σταθμόν. μάλιστα μὲν κρέας εἰ δὲ μή, ὅ τι εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβάλλειν. καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, δοῦ ἔχει. εἰ δὲ μή, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ξένοις ὢν αὐτὸς κρέα ἀγοράσας, μὴ δοῦναι τὸ μέρος ἑαυτῷ. ἄγειν δὲ καὶ τοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν, καὶ δεῖπνα διαγωγὸν. καὶ ὅσα εὐωνημένος τις φέρῃ μεταδοῦναι κελεύσαι καὶ αὐτῷ. καὶ ὅτι τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, ἁλῶναι ζεσθαι κεῖθι, ποτὲ δὲ ἄλυσιν. καὶ ταῦτα χρήσαντας, ἀπαγαγέσθαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν. δανοῦν δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκᾶ πρὸς τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ βάψας ἀρύσασθαι βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς αὐτῷ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι λύεται ἀπιὼν κεκμηκὼς δεδεμία σοι χάρις.

Nota XI. ἀναισχυντία.

INter virtutes, quæ sunt in quotidiano hominum congressu, ponit Aristoteles verecundiam, quæ αἰδὼς græce dicitur. illam Plato tanquam timoris speciem memorat in Euthyphonte. ait enim. οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν, ἵνα μὴ φοβῆται θεὸς. ἔνθα δὲ αἰδώς, ἀλλ' ἵνα οἶμαι φοβῆται θεὸς αἰδοῦς. μέρος γὰρ φόβος αἰδώς. ὥσπερ ἀρίθμῶ περιττόν. hoc est, non igitur rectè dicitur, vbi timor, ibi pudor, sed vbi pudor ibi & timor. neque tamen vice versa vbicunque timor ibi etiam pudor. Amplior enim (vt arbitror) est timor quam pudor. Siquidem pars timoris est pudor, quemadmodum impar numeri. Nemesius in libro de Natura hominis, cum sex timoris dicat esse species, τὸ αἰδῶ & τὸ αἰσχύνη quasi inter se differant, duas esse ex illo numero statuit. affectus igitur est pudor, siue verecundia, in quo aut vituperatio, aut mala de se existimatio metuitur. & metuitur quidem vt mala, non tamen ita, vt qui metuunt simpliciter. hinc est, quod diuersa sunt pudoris, & timoris euenta. in illo intrò coguntur spiritus primum, deinde foràs educuntur. in hoc non nisi intus coacti permanent tàm sanguis, quam spiritus. quare quos pudet, rubescunt facie, qui metuunt, expallescunt, quæ omnia docte animaduertit Galenus

Digitized by Google

Galenus in tertio de ſymptomatum cauſis. definitur verecundia (hic autem an pudorem dicere, nullum & in præſentia diſcrimen ſit) in ſecundo de Arte Rhetorica. λύπη καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν. hoc eſt dolor ac perturbatio circa mala, quæ vituperationem inducunt. definitio autem tradita eſt ex iis, quæ ſequuntur. Nam cum affectus ſint, quos dolor, aut voluptas ſequitur, & verecundia ſit ex iis affectibus, quos dolor ſequitur. propterea dolorem tanquam genus poſuit. longe artificioſius, & rei propoſitæ conuenientius in quarto de Moribus ad Nicomachũ. ibi verecundiam dicit eſſe metum τῆς ἀδοξίας, hoc eſt dedecoris & ignominiæ. Cum hæc ita ſint, merito non inter habitus ſed inter animorum affectus verecundiam ponit Ariſtoteles, cum tamen laudabilis affectus ſit, & iuuenum proprius ingenuorum. propterea virtutis habet ſpeciem, ſed de hac exactius dicere non eſt huius loci. & veniam ad impudentiam, illa vt ait Ariſtoteles, eſt ὑπεροψία & ἀπάθεια περὶ αἰσχρὰ τοιαῦτα. hoc eſt negligentia & animi ſecuritas in ignominia, & dedecore. Sed poſſumus ἀφοβίαν ponere pro genere, quæ metui contraria eſt. Theophr. καταφρόνησιν δόξης definit: neque diſcrepat à magno magiſtro. Sed cum finalem addat cauſam αἰσχροῦ κέρδους, non omnem impudentiam complectitur, ſed vbi tantum eſt turpis lucri cupiditas, & ignominioſa auaritia, & tamen impudens eſſe aliquis poteſt in quauis re, quæ turpis ſit, etiamſi nulla quæſtus ſit ratio. quæ vero ſint illa, propter quæ pudere homines oportet, declaratum eſt in ſecundo de Arte Rhetorica. nihil tamen turpius turpi quæſtu. ac propterea relictis aliis in hoc characterem verſari voluit Theophraſtus.

Χολίων. χόλικας craſſiora ſunt boum inteſtina, vt ait Ariſtophanis Interpres. ἀπὸ δὲ χόλικος diminutiuum eſt χολίων. & alioquin veteribus inteſtina dicebantur χολάδες, vt apud Homerum Iliad. φ.

Ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι
Χωὸς χαμαὶ χολάδες.

Adnotat autem Euſtathius vel ἀπὸ τῆς χολῆς hoc eſt à bile ſic dicta. vel ἀπὸ τῆς κοιλότητος, hoc eſt à cauitate, quaſi κοιλάδες, vel quòd χίλον apud veteres alimentum ſignificat, quod defertur ad inteſtina.

Ξένους δὲ αὐτῶν κρίσει αἱρεσέας μὴ δοῦναι μέρος θεωρῶν.

Pro κρίσει, reponit Henric Stephanus θέας. vt ſit ſententia impudentem cum pro hoſpitibus in Theatro locum conduxerit ſpectandi cauſa, partem loci non dare. ſed non video cur vox illa mutanda ſit. Emendanda potius, quæ ſequuntur. Nam vbi ſcriptum eſt. ἄγων δὲ καὶ τοὺς οἰκείους υἱεῖς. legendum exiſtimo τοὺς υἱεῖς τῇ ὑστεραίᾳ. erit autem ſententia (vt opinor) clara. Sic autem videtur etiam Geſnerus legiſſe in 32. Sermone Stobæi.

Βάψας τῷ ἀρύταινα. ἀρύταινα Athenæo potorii vaſis genus eſt, imo Cyathi libro 10. ἀπὸ τοῦ ἀρύεσθαι. Pollux verò libro 10. Onomaſtici cap. 17, inter vaſa balnearia ἀρύταινα nominat, vt etiam hoc in loco intelligimus.

Ἀρέσκεια, Comitas.

Nota XII.

Ὁ δὲ ἀρέσκεια ἔστι μὲν (ὡς ὅρῳ προειλάβομεν) ἔντευξις οὐκ ὀφειλομένη τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς προσκευαστική. ὁ δὲ ἄρεσκος ἀνήρ τοιοῦτός τις, οἷον παρ' ἑαυτοῦ παρασκευάσας, καὶ ἄνδρα κρίνας εἶπεν. καὶ θαυμάσας ἱκανῶς ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι. καὶ μικρὸν προπέμψας, καὶ ἐρωτήσας, πότε αὖθις ὄψεται, ἐπαινῶν ἀπολαβέσθαι. καὶ προκληθεὶς ὑπὸ τοῦ διαιτᾶν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκων, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα καλὸς δόξῃ. καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰσφέρειν ὡς δικαιότερα λέγειν τῶν πολιτῶν. καὶ κεκλημένος δὲ ὅτι ὄψινον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία ὃν βούλεται. καὶ εἰσιόντα φῆσαι,

OMITAS (vt ita definitione cõprehendam) congreſſus eſt, qui in re non optima voluptatem aucupatur. comis qui cùm à lõgè vocarit aliquem virumque bonum dixerit. ſatiſque admiratus ſit, tenet vtriſque manibus, neque permittit diſcedere. mox cùm paulum abire permiſerit, rogat, quando rurſus videre illum poterit, & ita laudando ſinit diſcedere. idem in iudicium vocatus non illi modo placere ſtudet, cui aduocatus eſt, ſed & aduerſario, vt communis eſſe videatur. dicit præterea aduenas iuſtiora quam ciues dicere. & in cœnã vocatus

Digitized by Google

iubet conuiuii dominum vocare filios. ingressos autem similiores patri dicit, quam ficus est fico. propè autem tractos osculatur, & iuxta se facit assidere. colludensque dicit, vter, securis, alios ad ventrem suum dormire patitur comprimiturque. idem sæpe tondetur, denteſq; studet habere candidos. vestes frequēter mutat & vnguentis linitur. in foro vero accedit ad mensas, in gymnasiis vero ibi degit, exerceturque vbi adolescentes exercentur. in Theatris spectaculorum tempore iuxta duces assidet. & cum ipse nihil emat pro se, hospitib. Byzantium clitellas mittit, laconicos canes Cyzicum. mel Hymethium ad Rhodum, hæc cum faciat, narrat ciuibus. idem & doctus simiam alere & Tyrum comparare, & columbas siculas talosque ex Dorcade, vnguentaria vascula & incuruos baculos è Lacedæmone. aulæumque cum persis intextis, tentoriolumque puluerulentum ex palæstra & sphæristerium, id autem circumeundo demonstrabit sophistis, philosophis, gladiatoribus, muſicis, & inter ostendendum de iis, quæ demonstrabat, dicit aliis, suam esse palæstram illam.

σύκου ὁμοιότερα ἢ τὸν πατέρα. καὶ τοὺς εἰσαγαγόμενος, φιλῆσαι, καὶ παρ' αὐτὸν καθῆσαι, καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτὸς λέγων, ἄσκος, πέλεκυς. τὰ δὲ ὅπλα τῆς γαστρὸς ἐᾶι καθεύδειν, ἅμα θλιβόμενος. καὶ πλύσεις ἢ ἀποκείρεσθαι. καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια ἢ, χρηστὰ μεταβάλλεσθαι. καὶ χρίσματι ἀλείφεσθαι, καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς τοὺς τραπέζας προσφοιτᾶν. τῶν δὲ γυμνασίων, ἐν τούτοις ἀγωνίζεσθαι, ἃ αἱ ἔφηβοι γυμνάζονται. τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ἡ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν. καὶ ἀγοράζειν αὐτὸν μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ὀπισθάλματα. καὶ λακωνικὰς κύνας, εἰς Κύζικον. καὶ μέλι ὑμήττιον, εἰς Ῥόδον. καὶ θῶπα ποιῶν, ταῖς ἐν τῇ πόλει διαφέρεσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δήπου, καὶ στάτυρον κτήσασθαι, καὶ σικελικὰς πεττείας, καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους, καὶ θυεϊακὰς τῶν στρουθίων λεκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν, ἐκ λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἐγχρυσοῦν πέρσας ἐκφασμένους, καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὴν κόνιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον. καὶ τοῦτο ποιῶν, λέγειν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, ταῖς σοφιστρίαις, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ὑπὸ δείκνυμι. καὶ αὐτὸς ταῖς ὑποδείξεσιν ὕστερον εἰσῆλθον. ὅπου τῶν γελωμένων εἰσῆλθον πρὸς ἕτερον, ὅτι τοῦτ' ἔστιν ἡ παλαίστρα.

Nota XII. ἀρέσκεια.

RVSTICITATI cōtraria est ἡ ἀρέσκεια, vitium sanè, sed non odiosum; adeò vt assentatio plerisque quasi honestiori nomine ἀρέσκεια vocata sit. Auctor Athenæus in septimo. ταύτην δὲ τὴν κολακείαν τινὲς ὀνομαζόμενοι τοὔνομα ἀρέσκειαν προσαγορεύουσι. ὡς καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Σαμίᾳ. τὸ γὰρ κολακεύειν νῦν ἀρέσκειαν ὄνομα ἔχει. Hanc assentationem nonnulli nomen immutantes obsequium appellant. siue comitatem, vt Anaxandrides in Samia. adulari enim nunc obsequium dicitur. sunt autē hi, qui dicūtur ἀρέσκοι οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες καὶ οὐδὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ δι' εὐμένειαν δῆθεν οἰόμενοι δεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι. hoc est, qui omnia ad voluptatē laudant, nihilque repugnant, sed putant omnino se non oportere molestos esse iis, quos adeūt, vnde benè dictum est à Terentio, obsequium amicos.

Ὃ εἰσιόντα φῆσαι σύκου ὁμοιότερα ἢ. Vetus erat prouerbium, cum simile vellent aliquid significare, vt non magis ficum similem esse fico dicerent. eius meminit Cicero in quadam ad Atticum Epistola citato comici poetæ testimonio, est autem versus.

Σύκον μὰ τὸν Δήμητρα, σύκον οὐδὲν ἦν·
Οὔτω ὅμοιον γίγνεται.

Non est absimile prouerbium, quod ab ouorum similitudine sumitur, cuius meminit in Lucullo Cicero, & Alexander Aphrodisiæus in primo commentario in Aristot. Topica. Sed ouorum similitudo manifesta. Ficorum non item. vt animaduertit Petrus Victorius in 37. libr. variarum lectionum cap. 5.

Ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ὀπισθάλματα. nisi sequerentur κύνες, μέλι, ita legerem, vt mandata intelligantur Hospitibus data Byzantium. Sed quoniam aliquam intelligit, quæ Byzantium mitteretur, non autem mandata per litteras; lego ὀπισάγματα, qua voce asinorum mulorumque clitellæ intelligūtur. est autem & verbum ὀπισάττω, quod insternere clitellis, aut phaleris significat; quo verbo Xenophon in equis, Herodotus in asinis vsus est.

Καὶ τὴν

Digitized by Google

Θηλακὰς legendum opinor μυρηκὰς ληκύθους, hoc est vnguentarias lecythos. sic enim vocabãtur ἀπὸ τῦ μύρου. Auctor Iulius Pollux libro 10. cap. 26. Nam θηλακὰς interpretari, quod in iis Theriacæ compositiones reponerentur, nescio an sit ad Auctoris mentem accedere. possumus & πυξακὰς legere, quod longè satius forsitan est.

Τίτυρον κτήσασθαι. Tityrus Satyrum significat apud Italicos Dorienses, vt ait Athenæus libro 4. ab eius similitudine simiæ genus cauda carens, vt testatur Interpres Theocriti. Simiam illam intelligit hoc in loco. erat & αὐλὸς πύξινος vocatus, à quo putat Petrus Victorinus libro 17. cap. 7. var. lecto vocatos tityros in bucolicis. Eustathius in Σ. Iliados. ᾗ γοῦν ἀλεξανδρεῦσι λῶ μόναυλος κάλαμος ὁσίειδός φασιν εὕρεμα καλύμενος πύξινος τοῖς ἀνατίᾳ δορυεῦσι εἶπ ἦν σατυρικὸς, πύρροι δ' οἱ σάτυροι ἀοιδικῶς. Sicularum vero columbarum meminit Athenæus libro nono. talos ex Dorcade tanquam rariores, licet intelligere, aut etiam duriores, & exiliores, quòd animal illud siluestre cum sit, propterea & duriora habet crura, & exiliora, quàm aut capræ aut pecudes. Horum & Athenæus meminit libro quinto.

Αὐθάδεια, Morositas.

Nota XIII.

Ἡ δὲ αὐθάδεια ἐστὶ ἀτηρὰ ὁμιλίας ἐν λόγοις. ὁ δὲ αὐθάδης τοιοῦτός τις, οἷος ἐρωτηθεὶς ὁ δεῖνα ποῦ ἐστὶ, εἰπεῖν, τὰ σεαυτοῦ μοι μὴ πάρεχε. καὶ προσαγορευθεὶς, μὴ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. καὶ πωλῶν τι, μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις, πόσου αὐτὸ ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾶν τι ἀφίσκει. καὶ τοῖς πομπὰς, καὶ πέμπουσιν, εἰς τὰς ἑορτὰς εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἂν ἠθέλησε δοῦναι. καὶ δανεῖσαι μὲν οὔτε τῷ ἀπαιτοῦντι αὐτὸν ἀκουσίως, οὔτε τῷ αἰτοῦντι, οὔτε τῷ ἐμβαίνοντι. καὶ φίλῳ δὲ ἕρανον κελεύσαντι ἐπενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. καὶ προσπαίσας ἐν τῇ ὁδῷ δεῖνα καταρᾶσθαι τῷ λίθῳ. καὶ ἀναμεῖναι, οὐκ ἂν προμεῖναι πολὺν χρόνον οὐδένα. καὶ οὔτε ᾆσαι, οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι. δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ προσεύχεσθαι.

EST morositas morum asperitas in conuersatione, ac sermonibus. morosus, vt qui interrogatus vbi aliquis sit, ne mihi molestus sis, respondeat. & compellatus taceat, & si quid vendit, quanti vendit, nolit emptoribus, qui rogant, dicere, sed roget, quid daturi sint. & iis, qui in Deorum honorem mittunt donaria, affirmet illa non datum iri. præterea non ignoscat illi, qui inuitus impulit, aut detrusit, aut pressit pedibus. & amico symbolum pro cœna petenti, neget daturum, si quidpiam deinde afferat seque dicat hoc etiam argentum pendere. idem si in via pedem offenderit, execratur lapidem. neminem diutius expectare patitur; nunquamque aut saltat, aut cantat. nec vota concipit aut Diis supplicat.

Nota XIII. Αὐθάδεια.

Αὐθάδεια dicta est ἀπὸ τῦ αὐτῷ ἄδειν, propterea quod οἱ αὐθάδεις quasi sibi solis placeant, aliorum aspernantur colloquium. Plato in Epist. ἐρημίαν σωφρόνων vocat. αὐθάδης est Terentianus Demea, & omnes penè senes, quorum propria est morositas, & morum asperitas.

Ἐπὶ φίλῳ δὲ ἕρανον κελεύσαντι. ἔρανος quid sit declarat Athenæus libro 8. ἔρανοι δέ εἰσιν ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ ἀπὸ τῦ συμφέρειν ἕκαστον, καλεῖται δ' αὐτὸς καὶ ἔρανος διάσος, καὶ συνιόντες ἐρανίσαι καὶ συνδιασῶσαι, hoc est, ἔρανοι sunt hominum ad epulas conuentus collata pecunia facti ab eo quod quisque pecuniam pendit, ac numerat. vocatur idem & Thiasus, & Eramistæ, qui coeunt in eiusmodi conuiuia, & Synthiasotæ. est & ἔρανος quæuis collatio siue in pauperes erogetur siue ad ciuitatis commodum, aut Deorum honorem conferatur. postremò quoduis munus donumve ex collatione factum. in hoc loco symbolum nos conuertimus, licet autem, quouis modo velit, intelligat.

Digitized by Google

Ἀνδία, Inamœnitas, insuauitas.

Nota XIV.

EST insuauitas (vt ita definitione comprehẽdam) congressus sine offensione molestus. insuauis & inamœnus, qui aliquem adiens iam dormientem excitare velit alloquendi causa. & prohibet illos, qui ipsum adire cupiunt, rogatque accedẽs vt expectent, donec deambulet. & infanti à nutrice excepto iam mandenti mansum cibum ingerit subinde blandiens. Idem in mensa narrat se helleboro sumpto, & superne & inferne expurgatum, nigriorem bilem eiecisse, quàm ius nigrum sit in mensa positum. adhæc seruis præsentibus matrem rogat, qua illum die peperit. dicit & prope littus aquam esse frigidam. in horto holera esse multa, ac mollia. domum suam esse diuersorium. hospitibus parasitum ostendit suum qualis sit, & ad pocula inuitatum, iubet vt conuiuas delectatione recreet.

ΕΣΤΙ δὲ ἀνδία ὡς ὅρῳ εἰπεῖν. ἔνθυξις λύπης ποιητικὴ αἰδῶ βλάβης. ὁ δὲ ἀνδὴς τοιοῦτός τις, οἷος ἐγείρων ἄρτι καθεύδοντα εἰσελθὼν ἵνα αὐτῷ λαλῇ. καὶ αἰσθέσθαι δὴ μέλλοντας χωλύων. καὶ προσελθὼν δέεσθαι ἐπισχεῖν ἕως αὐτὸς περιπατήσῃ. καὶ ὃ παιδὶ τῆς τίτθης ἀφελόμενος μασώμενον. σπεύδειν αὐτὸς καὶ ἐπανιέναι ποππύζων. καὶ ἐαθίων δὲ ἅμα διηγεῖσθαι, ὡς ἐλέβορον πιών, εἶτα καὶ κάτω καθαρθείη καὶ ζωμοῦ τοῦ προκειμένου ἐπὶ τοῖς † αὐτῷ μελαντέρα ἡ χολή. καὶ ἐρωτήσας δὲ δεῖνος ὁπόσον τῶν οἰκείων ὡς πόλα ἡμέρας ἔπιπτες. καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐστὶ πλησίον † αὐτῷ λακκῶν. καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλά. καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτοῦ πανδοχεῖον ἐστί. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι ὃν πρόσκοπον αὐτοῦ τοιοῦτός τις. καὶ προκαλῶν δὲ ἐπὶ τὸ ποτήριον ὅπως τρέφων τὰς παρόντας.

Nota XIIII. ἀνδία.

IN hoc vitio aliqua sunt, quæ pertinent ad importunitatem quam ἀκαιρίαν græcè dicimus. Nam quemadmodum quæ oportuna sunt, grata sunt, atque iucunda, ita importuna iniucundà atque insuauia.

Ζωμοῦ τοῦ προκειμένου. Ius nigrum intelligit ex iis forte, quæ cum sapa conficiebantur, vt Galenus in Hippocr. scriptum reliquit commentario primo. Alexis comicus apud Athenæum.

Γλιχόμεθα τἠὼ μάζαν ἵνα λευκὴ πάρῃ
Ζωμὸν θ' οἷον μέλανα μηχανώμεθα.

Ius autem nigrum Lacedæmoniorum notius est, quam vt quidquam dici necesse sit. iuris vero albi crebra mentio est apud Galenum in libro tertio de Alimentorum facultate. in quarto de valetudine, secundo περὶ πόνου, secundo ad Glauconem & alibi.

Ὑδωρ δὲ παρ' αἰλακκῶν. legunt nonnulli παρὰ λακκῶν. intelligitur autem aqua, quæ in cisternis seruatur, hoc enim nomine vocat & Athenæus lib. 3. ego vt iis non repugno, ita lego lubentius παρ' αἰγιαλόν. esse autem prope littora gelidissimarum aquarum scaturigines norunt omnes, qui littorales oras accolunt.

ἀκαιρία. Importunitas.

Nota XV.

IMPORTVNITAS siue intempestiuitas molestus cõgressus est & odiosus. importunus verò, qui homini negotiis occupato res suas pri-

ἡμῶν οὖν ἀκαιρία ἐστὶ ἔνθυξις, λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας. ὁ δὲ ἄκαιρος τοιοῦτός τις, οἷς ἀσχολουμένῳ προσελθὼν αἰσχοινῶ-

Digitized by Google

χαιρᾶσθαι. καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἐρωμένου, κωμάζειν πυρέττουσαν. καὶ δίκην ὠφληκότα εἰσιόντος προσελθὼν κλαύσας αὐτὸν ἀναδέξασθαι. καὶ μαρτυρήσων παρῆναι τὸ πρόσωπος ἤδη κεκλημένου. καὶ κεκλημένος εἰς γάμους, τὸ γυναικείου ἤθους καταγνῶναι. καὶ ὁπλομαχεῖν ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι, προσκαλεῖσθαι εἰς πάλαιστον. δεῖνος δὲ καὶ προσαιτῆσαι ὤνιον τὸν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι. καὶ ἀκηκοότας καὶ μεμαθηκότας, αἰτῆσαι δεῖσθαι διδάσκειν. καὶ προθύμως δὲ ὑπομεληθῆναι, ἂν μὴ βούληταί τις ἡμέρας, αἰσχύνεσθαι δὲ ἀπειπάσθαι. καὶ θύοντας, καὶ ἀναλύσοντας ἥκειν τὸν ἀπαιτήσων. καὶ μαστιγοῦν οἰκέτην παρεστῶτα, δηλῶσαι, ὅτι καὶ αὐτὸν ποτε τοιαῦτα πλήγας λαβὼν, ἀπήξατο. καὶ παρὼν διαίτην συγκρούσαι ἀμφοτέρων ἐκλογιζόμενος δεῖσθαι καὶ ὀρχησάμενος ἄψασθαι ἑταίρου μηδέπω μεθύοντος.

as priuatim communicat. & amicam adit febri correptam. & rogat illum, qui propter spõsionem multatus est, vt pro se spõdeat. & testis adest re iam iudicata. & in nuptias inuitatus muliebrem accusat sexum. & longo itinere redeũtes ad deãbulandũ rursus inuitat. emptorẽ, qui pluris emat, adducit ad illũ, qui iam vendidit. docetque illos rem à principio, qui & audierunt, & optimè norunt. procurat etiam studiosè, quæ quis nolit fieri, recusare tamen non audet. & à sacrificantibus & sumptum facientibus partem petit. & vapulãte seruo si adsit, dicit suum seruum aliquando cæsum laqueo se suspendisse. & in iudicio suscitat litigatores, cùm velint ipsi litem componere. idem si saltat, alium ad se trahit, qui nõdum est ebrius.

Nota XV. ἀκαιρία.

ἀκαιρία ἐστὶν ὅπῃ πυξις λυποῦσα τὰς ἐντυγχάνοντας.

Cum in omni actione & negotio tempus oportunum agendi necessarium sit, tum præsertim in congressu hominum, & societate: adeò vt quæ alioquin bona sunt & laudabilia intempestiua tamen si fuerint bona esse desinant. quamobrem & amicorum castigationes & monita si oportune non sint, non modo nihil proficiciunt, verum etiam animos reddunt contumaciores, quare Plutarchus in libro de amici & adulatoris discrimine cum importunitatem hanc damnat vbique, tum præsertim in libertate, quæ amicorum est propria, si nimia sit, & non in tempore. Importunitas autem hæc si in vniuersum sumatur, aliam habet definitionem, si vt ad congressus refertur hominum, vt in hoc charactere sumit Theophrastus, benè & appositè definita est, congressus molestus & odiosus: quemadmodum oportunitas congressus est gratus & iucundus. quam Virgilius rectissimè videtur insinuasse.

Illa viri molles aditus, & tempora norat.
------Mollissima tempora fandi.

Περιεργία. Curiositas.

Nota XVI.

Ἀπερίεργος δόξειεν ἂν εἶναι προσποίησις τῆς λόγων καὶ πράξεων, μετ' εὐνοίας. ὁ δὲ περίεργος τοιοῦτός τις, ἐπαγγέλλεσθαι αἰτήσας ἃ μὴ δυνήσεται. καὶ ὁμολογουμένου τὸ πρᾶγμα δικαίου εἶναι ἔν τισιν ἐλεγχθῆναι. καὶ πλείω δὲ ἐπιταγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι, ἢ ὅσα δυνατὰ τοῖς παροῦσι πιεῖν. καὶ διεγείρειν τοὺς μαχομένους, καὶ ἧς οὐ γινώσκει ἀτραπὸν ἡγήσασθαι. εἶτα μὴ δυνάμενος εὑρεῖν τὸν πορεύεται. καὶ ὃν τρόπον δὲ προσελθὼν ἐρωτῆσαι, ποτὲ μέλλει προσπίπτεσθαι. καὶ τί μετὰ τὸν ἄριστον παραγγέλλειν. καὶ τῷ πατρὶ τὴν μητέρα καθεύδειν.

Atque curiositas sermonum, & actionum aggressio videtur esse cum beneuolentia coniuncta. curiosus talis, qui in se recipit, ac pollicetur, quæ præstare neutiquam poterit. & in re confessa quòd iusta sit, contendit, & redarguitur. & puerum cogit plus vini conuiuis infundere, quam queant bibere. & suscitat eos, quib. dissidium & pugna est. & in illa via se ducem præbet, quam ignorat, deinde qua sit eundum inuenire nequeat. Idem si ducem exercitus nactus sit, rogat, quando acies instruetur. & quid sibi perindiè faciendum mandat; & occurrens patri, matrem ait dormire in cubiculo. & si vetuerit me-

Digitized by Google

dicus vinum ægroto dari, experiri ait se velle, an ægrum possit bene regere. adhæc si vxor diem suum obeat, inscribit in monumento & mariti nomen, & patris, & ipsius etiam vxoris, qualis, & cuias fuerit. addit & in inscriptione omnes illos probos fuisse. postremò si iurare velit. dicit adstantibus, & antea iurare se solitum.

ἀγέλλῃ. καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἶπεν, ὅτι ἡ μήτηρ καθεύδῃ σὺ τῷ δωματίῳ. καὶ ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσῃ οἶνον τῷ καλλωπιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι αὐτὸν λαμβάνειν, ὑγιεπίσας ὃν κακῶς ἔχοντα. καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης ὑπογεγράψαι ὅτι ὁ μνῆμα τοῦτο ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποταπὴ ἦν, καὶ προσεπιγεγράφθαι ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. καὶ ὀμνύναι μέλλοντα εἰώθει τοὺς παρεστηκότας, ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμόσαι.

Nota XVI. περιεργία.

EXtat Plutarchi liber περὶ πολυπραγμοσύνης inscriptus. in quo nihil est, quod ad culpādam curiositatē pertinet, quod ibi non sit doctè & accuratè pertractatū. videtur autem latius patere illa, quàm ἡ περιεργία. illa enim & qua quædam habet propria, & quæ huius sunt. Nam hæc vt aliena non curat adeò, ita tamen satagit in suis. hoc genus hominum, qui περίεργοι dicuntur græcè, videntur ardeliones latini dicere, quorum & in hoc charactere & in quotidiana vita licet innumera exempla inuenire.

τῷ καλλωπιζομένῳ. si vox corrupta non est, fortè καλλωπιζόμενον intelligit ægrum, cuius suauitatis restitutio καλλωπισμὸς quidā est. Nam cum medicina ex earum sit artium numero, vt Galenus ait in libro de illius constitutione, quæ ἐπανορθοῦνται τὰ πονήσαντα, quæ illa, quæ fecerunt emendant, & corrigunt, non iniuria ἡ ἐπανόρθωσις dici potest καλλωπισμὸς. est & medicinæ pars decoratoria græcè κοσμητικὴ, cuius officium est vt ait Galenus in primo medicamentorū ad locos, τὴν κατὰ φύσιν ἅπασαν ἐν τῷ σώματι φυλάττειν καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἅπαν κάλλος, hoc est, quod in corpore secundum naturam est totum conseruare quod & naturalis pulchritudo sequitur. quare potest fortasse & hoc sensu intelligi ὁ καλλωπιζόμενος. mihi tamen arridet magis prior sententia. nec quidquam obstat, quod Hippocrates in libro de medico scriptum reliquit, χρὴ δὲ ἰητρὸν οὐ τὸ εὐπρεπὲς ἀλλὰ τὸ συμφέρον. hoc est æger non ornatum, sed quod est vtile, postulat. Nam de alio ornatus genere loquitur ille: nos περὶ τῆς εἰς φύσιν ἐπανορθώσεως.

Δυσχέρεια, Fœditas.

Nota XVII.

FOeditas est neglectus corporis odiosus. fœdus autē, qui ambulat lepra plenus, vitiligine, magnis vnguibus. quæ vitia cognata esse sibi ait: Nam & patrem & auum habuisse. idem in suris habet vlcera, & in pedum digitis ex offensione tumores. hæc ille negligit, neglectaque illa efferantur. idem alas habet asperas, & horridas vsque ad costas. dentes atros atque corrosos, vt propterea molestus sit & inamœnus. præterea comedens emungitur. sacra facere incipiens inclamat.

ΕΣΤΙ δὲ ἡ δυσχέρεια ἀθεράπευτος οὐσία σώματος, λύπης παρασκευαστική. ὁ δὲ δυσχερὴς, τοιοῦτός τις. οἷος λέπρᾳ ἔχων τὰς ὄψεις μεγάλους ἐκπατῆσαι. καὶ φῆσαι τοῦτο εἶναι αὐτῷ συγγενῆ. ῥωγμάτια καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον. ἀμέλει δήπου καὶ ἕλκη ἔχειν. τὸ τοῖς ἀντικνημίοις. καὶ προσπαίσματα τὸ τοῖς δακτύλοις. καὶ τοῦτο μὴ θεραπεύειν. ἀλλ' ἐθίζεσθαι, καὶ τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρι ὑπὲρ πολὺ τῶν πλευρῶν. καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας ἐσθιομένους ὥστε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδής. καὶ τὰ τοιαῦ-

Digitized by Google

τὰ τοιαῦτα, ἐαθίων ἀπομύττεσθαι, ῥύπῳ ἀρ-
ξάμενος τοῦ σκελῶν καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ
τοῦ σώματος. ἅμα τοίνυν τοῦ στρυγνάνῃ. ἐ-
λαίῳ σαπρῷ, ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι ἱμάτιον
κηλίδων μεστὸν ἀναβαλλόμενος, εἰς ἀγορὰν
ἐξελθών, καὶ εἰς ὀρθιοκόπους τῆς μηδὲν ἐξη-
θάσης βλασφημήσας. καὶ ψύχοντων καὶ ἀσ-
συδόντων ἐμβαλλῃ τὸ ποτήριον. καὶ γελά-
σας τερέτιόν τι πεποικώς. καὶ αὐλοῦντος
δὲ κρατῆσας τοὺς χεῖρας μόνος τῶν ἄλλων, καὶ σιωπᾶν τῇ αὐλητρίδι μὴ
ταχὺ παυσαμένῃ. καὶ ἀποπλύσας δὲ βυλόμενος ὕδωρ τῆς τραπέζης, τοῦ σπλύσαι
τῷ οἰνοχόῳ.

mat, & expuit. inter bibendū eructat. in balneo rancido vtitur oleo. veſtē induit ſordidū ad forū properans. adhæc matrem obiurgatur, ſi auſpicem adeat. & ſupplicantibus aliis, ac litantibus poculum eiicit, ridetque quaſi portentum aliquod fecerit. tibiam audiens vnus omnium obſtrepit. tibicinam autem incuſat quod citò non finiat. & expuere. de mēſa ſi velit in pocillatoris os expuit.

Nota XVII. δυσχερεία.

MOLESTVS odioſuſque congreſſus eſt τῶν δυσχερῶν, illorum ſcilicet, quibus nulla cura eſt cultus corporis. horum autem alii ex induſtria ſeipſos negligunt, quales apud Romanos ſordidati, alii propter egeſtatem id faciunt. nonnulli quia natura tales ſunt.

Οἷον λέπραν ἔχων. Odioſiores ſunt, qui propter morbum tales ſunt, & curari negligunt, vt ſcabioſi, leproſi, qui alopetia, aut Ophiaſi laborant, & vocata tinea. præterea quibus aut alæ fœtent, aut anima. Galenus in ſexto epidemiorū cōmētario quarto medicum in Aſia ſe nouiſſe tradit, cui adeò fœtebant molares dentes, vt eius ingreſſum nullus ægrotus poſſet ferre. μύλας vocat ibi Galenus. Interpres axillas interpretatur, quaſi μασχάλας Auctor dixerit.

Ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν. Sordidæ veſtes fœdiores, & moleſtiores ſunt, quam laceræ, & tamen vtræque in auaro præſertim homine. aut alioquin ſui negligente. Virgilius in tertio Æneid. hominem deſcribit per ſe δυσχερῆ, qui tamen humanæ calamitatis conſcius miſerabilis.

Cum ſubito è ſyluis macie confecta ſuprema
Ignoti noua forma viri, miſerandaque cultu
Procedit, ſupplexque manus ad littora tendit.
Reſpicimus: dera illuuies promiſſaque barba,
Conſertum tegmen ſpinis at cætera Grauis.

καὶ ψύχοντων καὶ ἀσυδόντων. hæc ſunt potius τῶν βδελυρῶν, de quibus ſupra.

ἀπόνοια. Vecordia.

Nota XVIII.

ἩΔὲ ἀπόνοια ὅτι ὑπομονὴ αἰ-
σχρῶν ἔργων καὶ λόγων. ὁ δ' ἀπο-
νενοημένος τοιοῦτός τις, οἷος ὁμό-
σαι ταχὺ κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι
δυνάμενος. τοιοῦτός ἀγοραῖός τις, καὶ ἀνα-
σεσυρμένος, καὶ πανταποδός. ἀμέλει δυνα-
τὸς καὶ ὀρχήσασθαι, νήφων ὢν κόρδακα. καὶ
τοῦ σωφρονεῖν ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ. καὶ ἐν
θεάτροις δὲ τοὺς χαλκοὺς συλλέγειν, καθ' ἕ-
κασον παιόντα. καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμ-
βολον φέρουσι, καὶ τοῦτο θεωρὸν ἀξιοῦ-
σι. δεινὸς δὲ καὶ πανδοκεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδε-
μίαν αἰσχρὸν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγεύειν, κυβεύειν,

VECORDIA eſt actionum turpium, ſermonumq; tolerantia. Vecors, qui cito iurat, malè audit, conuicia facile tolerat, moribus plebeius hinc inde agitatus. nihil nō agens. qui vel ſobrius in choro comico ſaltat cordaca perſonatus. in ſpectaculis quærens ſingulos, chalces colligit, cum iiſq; contendit, qui ferunt ſymbolam. gratis ipſe ſpectat. doctus & cauponam facere & lenocinium, & publicanus fieri, ac demū nullā fugere turpitudinē, ſed præco eſſe, coquus, aleator. matrē nō alit, in

Digitized by Google

carcerem propter furtum intruditur. & plus temporis carcerem habitat, quã domum. hoc illorum videtur esse proprium, qui turbas circũeunt. magnaq; voce, & ad rauim vsque clamitant, cõuiciisque agunt, ac iurgiis. eorum autem, ad quos accedit, alii accedunt, alii fugiunt, antequam audiant, quorũ nõnullis sermonis principium narrat, aliis syllabam, aliis rei partem aliquam, non aliãs vecordiam suam magis videri desiderans, quam in nundinis, & festis diebus. idem & lites sequitur alias, alias omittit, nonnullas eiurat, nonnunquam adest in iudicio, habetque in sinu loculos, & libellorum in manibus seriem. idem non recusat plebeiis, abiectisque hominibus præfectus esse, statimq;, cũ his fœnerari, & semiobolũ indies paciscí pro fœnore in singulis drachmis. præterea per popinas ambulare, per cetaria. pecuniam verò, quam acceperit fœnore ad os mittere. malum id hominum genus est, quippe qui facilem habent linguam ad iurgia, magnaq; voce clamare solent, vt & forum, & tabernæ resonent.

τὼ μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι πλοπῆς, ὃ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὼ αὐτῶ οἰκίαν. καὶ τοῦτο δ' αὖ εἰ δόξειε, τὴν πρεπιταμένων τὰς ὄχλους, καὶ προσκαλουμένων μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ παρέρρουγμα λοιδορουμένων, καὶ ἀγαλεγμένων πρὸς αὐτούς. καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δ' ἀπίασιν πρὶν ἀκοῦσαι αὐτῶ. μηδὲ τοῖς μὲν ἀρχὼ, τοῖς δὲ συλλαβὼ, τοῖς δ' μέρος τῶ πράγματος λέγειν. ὁκ ἄλλως ἀναμφισβήτως ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτῶ, ἢ ὅταν ἢ πανήγυρις. ἐνίοτε δ' καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν, τὰς δ' ὀφείλεσθαι, τὴν δὲ παρθήκην ἔχων ἐχίνου δὲ τῶ πρόσωπον, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ οὐδὲ ἅμα πολλῶν ἀγοραίων ἐρασθῆναι, καὶ λύθυς τούτοις δανείζειν, καὶ τῆς ὀραχμῆς τόκον τελεῖν ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας προσάπτεσθαι. καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ τροχοπωλεῖα. καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τῦ ἐμπολήματος εἰς τὼ γάθοι συλλέγειν. ἐργώδης δὲ εἶναι, ὃ τόμα δ' λυτὸν ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγξόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς σπουδὴν αὐτοῖς τὼ ἀγορᾶν, καὶ τὰ ἐργαστήρια.

Nota XVIII. ἀπόνοια.

Ἀπόνοια sui abiectionem, desperationem, vecordiam, & id genus significat, in quam qui incidunt nullo non vitio, turpitudineque contaminantur: quales describit Auctor hoc in loco.

Ὀρχεῖσθαι τὸν κόρδακα. Cordax saltatio erat comica lumborum & spinæ indecora agitatione. erant scenicæ saltationes tres, comica, cordax, satyrica sicinnis, tragica, emmelia, de quibus consulendus Iulius Pollux libro 4. cap. 14. & Athenæus libro 14. harum despicatissima erat cordax. ἐν θαύμασι. ἐν θεάμασι legendum esse constat vel ex ipsa re, qua de agitur. dicebantur tamen & θαύματα admirabilia quædam, quæ apparere faciebant adstantibus mira corporis, & manuum dexteritate, qui ab hoc θαυματοποιοὶ & φλύακες vocabantur, qualia etiam hodie circumforanei moriones.

Τὸν χαλκοῦν ὀκλίζειν καθ' ἕκαστον θεατρικὸν, καὶ μάχεσθαι πρὸς τὸ σύμβολον φέρουσι. Erat chalcos octaua oboli pars, quemadmodum obolus Drachmæ sexta. propterea duo χαλκοῖ, τριτημόριον, & δίχαλκον vocabatur. pro symbolo autem aut absolutè tesseram licet intelligere, quam habere oportebat Theatrum ingressuros; aut numismatium sic vocatum, cuius meminit Iulius Pollux libro 9. σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον ἡμίσεμνον τι νομίσματος. hoc est symbolum numismatium paruum numismatis dimidium. abscindebatur igitur; ex quo potest eius cognosci vilitas. is itaque, qui in Theatris stipem à spectatoribus colligit, symbolum exigit contenditque: præterea saltat indecore, & personam, quamuis turpem sustinet, ἀπονενοημένος Theophrasto meritò dicitur.

δεισιδαιμονία. Superstitio.
Nota XIX.

Vperstitio timiditas erga Deũ videtur esse. Superstitiosus, qui lotis manibus, & aqua è templo circũspersus

Μέλει ἡ δεισιδαιμονία, δόξειν εἶναί πως πρὸς τὸ δαιμόνιον. ὁ δὲ δεισιδαίμων τοιοῦτός τις, οἷος ἀ-

Digitized by Google

οἷος ἀποψάμμους τὰς χεῖρας καὶ περιερανάμμους ἀπὸ ἱεροῦ δάφνης εἰς ὃ τόμα λαβών. οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν περιόδεμη γαλὴ μὴ περάτερον προσθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τὰς ἢ λίθους τρεῖς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἀφανίσῃ. καὶ ἐὰν ἴδῃ σοφὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τὸν ἐν ταῖς περιόδοις. περιὼν ἐν τῆς λυκίθου ἔλαιον καταχεῖν. καὶ ὅπου γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, προσδοκᾶν τὸν ἐλθόντα. ἐρωτᾶν τι ἀρὰ ποιῇ, καὶ ἐὰν ἀπαγείνηται αὐτῷ εἰκοδόμαι τῷ σκυτοδέψῃ ἀπαγορεύσαι μὴ προσέχων τύπτοις, ἀλλ' ἀποδαπεὶς ἐλύσασθαι. καὶ πυκνὰ ἢ τὴν οἰκίαν καθαιρῇ. καὶ ὅτε ὄπισθεν ὦσαι μήματι, ὅτε γὰρ νεκρὸν ἐλθεῖν. ὅτε ὅπι λέχει. καὶ ὅταν συῶν πλῆθος ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τὰς ὀνηλατείας πρὸς τὰς μαντεῖς, πρὸς τὰς ὀρνιθοσκόπους ἐρωτήσων, τινὶ θεῶν ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ, καὶ τελεσθησόμενος πρὸς τὰς ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μόνας μετὰ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ γυνή, μετὰ τῆς παιδὸς καὶ τῶν παιδίων, καὶ ὅτι τοῖς τελεσταῖς ἀπελθών, κεφαλῆς λύσασθαι. καὶ ἱερεῖας καλέσας σκύλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περικαθᾶραι. μιαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ βδελυπτόμενον, φείξας εἰς κόλπον πῦσαι.

sus laurũ ore sumit, & ita die tota ambulat. & in via si mustela face occurrerit, nõ vltra procedit. nisi prius ali⁹ trãseat. aut tres lapides à via tollat. & si serpentẽ in domo videat, sacellũ ibi statuit, transiens autem si lapides sordidos in triuiis videat, aspergit eos lucernę oleo, in genuque procumbens, & adorans proficiscitur. & si mures culeum roserint, quo farina seruatur, coniectorem adit, atque quid faciendum sit, interrogat. quod si ille respondet coriario dandum esse, rem exequi minime curat, sed inde abiẽs exuitur. idem domũ frequenter lustrat, neque sepulcrum ascendit, neque ad mortuum venit, aut ad puerperam. Si vero somniarit, coniectores adit, & aruspices consulturus, cuinam Deo, Deæve supplicandum sit. adhæc sacris operaturus singulis mẽsibus cum vxore adit Orpheotelestas. quòd si vxori fortè non vacat cum nutrice & filiolis. præterea in triuiis caput lauat, sacerdotesque accersens rogat, vt se cane aut catulo expient. & si aut insanum videat, aut epilepticum inhorrescens in eius sinum expuit.

Nota XIX. δεισιδαιμονία.

Δεισιδαιμονία, quæ latine dicitur superstitio vel ipso nomine, vt ait Plutarch⁹, manifesta est. ἔστι γὰρ δόξαν ἐμπαθῆ, καὶ δέους πατρικοῦ, ὑπόληψιν ἔσαι ἐκπεπληγότος καὶ συνταράττοντος τὸν αὐθρωπον οἰόμενον ἢ εἶναι θεὸς εἶναι ἢ λυπηρὸς καὶ βλαβερὸς, hoc est opinionem esse turbulentã, ac timorem inducere, qui consternat, & deprimat hominem, qui Deos esse quidẽ pùtat, sed damnosos, & noxios. est igitur superstitio timor Dei nimius sine ratione, à quo stultæ veterum Ethnicorum precationes, expiationes, sacrificia, præposteraque & ementita pietas.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ἔφιν. Sic emendaui cum prius malè legeretur σοφὸν. quam emendationem probat maximè Io. Vicentius Pinellus vir nobilissimus, & doctissimus, cuius iudicium in omni litterarum genere maximum est, summaque doctrina & eruditio. Serpens autem in domo, in æde sacra, in aris pro ostento habebatur apud veteres. vnde scitè dictum illud Leotichidæ Spartani, cum ostentum illi vates nunciarent, quod anguis pessulum circumplexus est hostii. dixit enim ostentum futurum fuisse si pessulus anguem esset circumplexus. Cicero in primo de Diuinatione narrat, Lucium Scillam cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subito ab ima parte aræ prolapsum anguẽ prospexisse, ac hortatu posthumi Aruspicis exercitum eduxisse, expugnasseque Samnitium castra. Tiberio Gracchо Angues duo ex occulto prolapsi hostiæ quam immolabat adeso iocinore in latebras suas se receperunt, quòd infelicissimum fuit prodigium.

περὶ τὰς ὀρφεοτελεστὰς. Orphei sacrificia, quæ in Euterpe ὀρφικὰ vocat Herodotus, eadem ὀρφεοτελεστὰ vocantur. Sacerdotes autem ὀρφεοτελεσταὶ. meminit in Apophthegmatis Laconicis Plutarchus Philippi cuiusdam ὀρφεοτελεστοῦ, qui maximam & sibi, & suis post mortem felicitatem futuram profitebatur. Huius generis vates & præstigiatores videtur significasse Plato in secundo libro de rep. his verbis, βίβλων δὲ ὁμαδὸν παρέχονται μουσαίου καὶ ὀρφέως σελήνης τε καὶ μουσῶν ἐγγόνων, ὡς φασι καθ' ἃς θυηπολοῦσι πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων δι' θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν. εἰσὶ μὲν ἃ ἐπιζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ καὶ τελετὰς καλοῦσιν. σκύλλῃ ἢ σκύλακι. Triuia erat Hecatæ sacra, cui & canes immolabantur, vt in Mimis prodidit Sophron. Canis enim latratus arcet visa laruasq; & incãtamenta

Digitized by Google

incrementa, quæ maxime & apparebant & fiebant in Triuiis. quare Lycophron in Cassandra κυνοφαγῆ θεὰν vocauit Hecatem, hoc est caniuoram. an autem in Græcia canes Hecatæ immolarentur an in Thracia tantum quærendum est. Lycophron in Thracia sacrificia hæc fieri solita significat. Saus enim mons, in cuius antro illa fiebant, Thraciæ mons.

Ζήνεσθον αὖτρον τῆς κυνοφαγοῦς θεᾶς
Λιπὼν ἐρημονόμα κορβαίτων σάον. & Ouidius:

Exta canis Hecate vidi libare Sapæos.

Sunt autem Sapæi Thraciæ populi.

Arbitror tamen ego celebriora Hecates in antro illo fuisse sacrificia, cuius Lycophron meminit. non ideo tamen in Græcia non fieri solita, vt ex Sophronis Mimis probat Lycophronis interpres. quinimmo apud Athenæum in tertio hæc sacra significata fuisse coniicio apud Argiuos fieri solita. μὴ καί τινα κυνοφόντιν ἑορτὴν ποιησόμεθα, αἰτὴ τῆς παρ' ἀργείοις ὀπτιλούμενης. hoc, est ne forte festum, quo canis immolaretur hic agamus eius vice qui apud Argiuos celebratur.

Μαινόμενόν τι ἰδὼν ἢ ὀπτιλήσαντα φέλξας εἰς κόλπον πτύσαι.

Iis, qui epilesia laborabant, si quando correpti caderent, insputabant Antiqui. quare Plautus in captiuis.

Et illic isti, qui insputatur, morbus venit.

Plinius libro 10. cap. 23. simulque comitialem propter morbum despui solitum. & libro 28. cap. 4. Despuimus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus. eadem ratione poterant despui & ii, qui atra bile vexabantur, quod ex hoc loco colligitur.

μικροφιλοτιμία. Vilis ambitio.

Nota XX.

VILIS ambitio honoris appetitus est illiberalis. Ambitiosus, qui studet ad cœnã vocari, ac prope illum, qui inuitauit accumbere. & qui filium Delphos tondendum mittit, & studet habere seruum Æthiopem. & qui si minam argenti soluerit, cauet vt nouum argentum dedisse constet. & si bouem immolarit, sinciput è regione aditus adfigit coronatum, vt qui intrant, facilè videant illum bouẽ sacrificasse. & si cum equitibus in pompa sit, cætera omnia seruo dat, domum ferenda, ipse vero veste indutus ad forum properat. & si canis moritur sepulchrum erigit, & inscribit in columna se melitensi cani posuisse. Æsculapio annulum æneum dedicans detersum & coronatum apponit. adhæc quotidie vngitur, & à prytaneis contendit, vt populo sacra nunciet, & veste indutus candida, & coronatus procedens ait. Viri Athenienses Deûm Matri prytanei sacra fecimus præclara, & eximia. Vos vero bene & feliciter agite. quibus nunciatis domum abiens vxori narrat se illo die optimè agere.

Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία, δόξειε ἂν εἶναι ἔρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροφιλότιμος, τοιοῦτός τις, οἷος παρασκευάσας ὅπως δεῖπνον κληθεὶς παρ' αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ κατακλιθῇ. καὶ εἰς δελφοὺς ἀποστέλλων ἀπαγαγὼν εἰς δελφούς. καὶ ὅπως μελανθριάσῃ δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος αἰθιόπιος ᾖ. καὶ ἀποδὺς μνᾶν ἀργυρίου, καινὸν ποιῆσαι ἀποδύσιν, καὶ βοῦν θύσας. ὅπως μετωπίδιον ἀποστίλβηται τῆς εἰσόδου τοῖς καταλύσαι στέμμασι μεγάλοις περιδήσας. ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι βοῦν ἔθυσε. καὶ πομπεύσας ἢ μὴ τῶν ἱππέων, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδύναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἰκαδε, αὐτὸν δὲ ἱμάτιον ἢ θοιμάτιον ἐς τὸν ἀγορὰν περιπατεῖν, καὶ κυνιᾶν δὲ περιθυτήσαντος αὐτῷ μῆνιμα ποιῆσαι, καὶ σκιάδιον ποιήσας, ἐπιγράψαι κλάδος μελιτικός. καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ ἀσκληπιῷ. τοῦτον ἀκριβῶς, σεφανώσατε ἀνελεύθερε ὁ σήμερον ἀμέλει ἢ καὶ σεσωδροικήσαντος τὸν τῶν πρυτάνεων, ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερὰ καὶ τὸν θύσαντα μάντιν λαμπρὸν ἱμάτιον καὶ ἐστεφανωμένος. παρελθὼν εἰπεῖν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. εὐθύμως πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλά. καὶ ὑμῖς εὐτύχεσθαι τἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας ἀπιὼν διηγήσασθαι οἰκαδε τῇ ἑαυτοῦ γυναικί, ὡς καθ' ὑπερβολὴν εὖ πράξειε.

Nota

Digitized by Google

Nota XX. μικροφιλοτιμία.

Ἡ φιλοτιμία, si nimia sit, latine vocatur ambitio, & in censu vitiorum est apud Aristotelem. eadem si in honoribus sit minutis, ac vilibus, merito μικροφιλοτιμία dicitur, quã vilem ambitionem dicere voluimus. propterea definit Auctor honoris illiberalem appetitum. Nam honores appetere magnos, & splendidos, etiamsi plus quam deceat, animi tamen videtur magni, contrà appetere in vilibus rebus, ac paruis, humilis animi est, & illiberalis.

Ἀμέλει δὲ καὶ σωδιοικάσασθαι τῷ ἐπὶ πρυτανείου ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. in Prytaneo seruabatur ignis perpetuus in æde Vestæ, quæ eadem & tellus, & Deûm mater, & Ceres existimata est. Prytanei autem & nunciabant sacra, vt tradit Pollux libro VIII. & sacrificabant Vestæ, siue Deorum matri, quæ præsertim in Pritaneo celebratur. ad hunc ritum alludit Auctor.

ἀνελευθερία. illiberalitas.

Nota XXI.

Ἡ δὲ ἀνελευθερία, ἔστι περιουσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνῃ ἔχουσα. ὁ δὲ ἀνελεύθερος τοιοῦτός τις, οἷος νικήσας τραγῳδοὺς, ταινίαν ἀναθῆναι ξυλίνῃ τῷ διθυράμῳ ὑπογράψας αὐτοῦ τὸ ὄνομα, καὶ διδόντων γινομένων ἐκ τοῦ δήμου, ἀναστὰς, σκώπτων ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθὼν καὶ ἐκδιδοὺς αὐτῷ γυναῖκα. τοῦ μὲν ἱερείου τὴν τῶν ἱερείων τὰ κρέα ἀποδιδόναι. τοὺς δ' ἁμαξηγοὺς ἐν τοῖς γάμοις εἰκῇ τοὺς τυχόντας, μισθώσασθαι. καὶ τελεαρχῶν, τὰ τοῦ κυβερνήτου στρώματα ὑπὸ τὸν καταστρώματος ὑποστορνύναι. τὰ δ' αὐτὸ ἀποτιθέναι. καὶ ἐξ ἀγορᾶς ὀψωνήσας, τὰ κρέα αὐτὸς φέρῃ καὶ τὰ λάχανα ἐν τῷ περιβλήτῳ καὶ ἔνδον μέν, ὅταν ἐκ δῶ δοιμάτιον ἐκπλύναι. καὶ φίλους ἔρανον συλλέγοντος, περιδόμενος ἀποκάμψας ἐκ τῆς ὁδοῦ οἴκαδε παρελθεῖν. μὴ πρίασθαι δὲ σάπαινα. ἀλλὰ μισθοδοτητὴν εἰς τὰς ὀξοδους. καὶ αἰκάσας, τὴν οἰκίαν κελλιῶσαι. καὶ τὰς κλίνας ἐκκενῶσαι. καὶ καθ' ὁμῆλος περιστέψαι ὃν πείσωνα, ὃν αὐτὸς φορῇ.

IS T illiberalitas opulentia, in quà propter ambitionem sumptus est. illiberalis verò, ille qui tragœdis victis Dionysio ligneam coronam dedicat suo inscripto nomine. & in collationibus publicis ex populi consessu surgens, tacet, aut abit è medio. & qui cum filiam in matrimonium collocet ex victima aliis præter sacerdotes carnes distribuit. & in nuptiis ministros mercede conducit, qui de suo victitent. & Trierarcha gubernatoris lectum sub foris curat insternere, suum verò inde deponere. & in foro carnem mercatus, & olera, in sinu defert. deinde domi manet si lauari vestem opus sit. & dum amicus symbola colligit, id animaduertens domum secedit. præterea ancillas non emit. sed si quo profectura vxor est mercede conducit. idem & domum verrit, & cimices è lecto colligit, & lacerna inuersa considet.

Nota XXI. ἀνελευθερία.

Illiberalitas, de qua hic agitur, non illa simpliciter est, quæ & Auaritia latinè dicitur, sed vitium, quod in sumptibus præsertim agnoscitur, qui ambitione quadam fiunt, illiberabiliter tamen & sordide propter auaritiam. inest igitur in hoc vitio, & illiberalitas propriè, & ambitio. περιουσίαν autem opulentiam conuertimus, quod hoc in loco facultates, & opum affluentiam Auctorem puto intelligere. non est autem illiberalitas, quam hic describit, opulentia, sed in quadam opulentia sumptus erogatio propter ambitionem, sed illiberalis, vt & superius dictum est.

Νικήσας lego νικήσας. bene autem Dionysio, quod Apollo, & Bacchus à Musicis, & poetis colerentur. hic in corona videtur honoris cupiditas, in materia auaritia manifesta.

Ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθὼν, lego ἀπελθεῖν, vt sit σιωπᾷν καὶ ἀπελθεῖν.

Digitized by Google

μικρολογία, nimia parſimonia.

Nota XXII.

Μικρολογία, hoc eſt, in minutis rebus paruiſque adhibita parſimonia, eſt intempeſtiua quotidianæ expenſæ frugalitas. μικρολόγος vero, id eſt nimium parcus huiuſmodi, vt qui ſingulis menſibus pro ſumptu domeſtico ſemiobolum exigat. & in conuiuio quot calices quis ebiberit numerat. & minimam partem eorum, quæ ſunt conuiuis appoſita Dianæ offert pro primitiis. & quæcunque parui quis emat, illa care dicit emiſſe. & ſi ſeruus aut ollam, aut patinam fregerit, precium exigit ex quotidianis cibariis. & ſi vxor tres æreolos amiſerit, non veretur vaſa tranſmutare, lectos, abacos, & in ipſis quærere operimentis. & ſi quid vendit, ita vendit, vt è re emptoris non ſit emere, nec ſinit ex horto quemquam ficum deguſtare, per agrum incedere, oliuam, aut palmulam ex iis, quæ in terram cadunt, ſumere. ad hæc quotidie agelli terminos inſpicit, an iidem ſint. doctus & dilationem pecuniæ creditæ facere, & fœnus ex fœnore. popularibuſque in cœnam vocatis carnis fruſta minutim inciſa ponere. & in obſoniis emendis occupatus domum redit ſine obſonio. præterea mandat vxori, vt neque ſalē domi accumulet, nec ellychnium, nec cyminum, aut origanū, aut hordeum, aut licia; quandoquidem parua hæc peracto anno magna fieri. eiuſdem hominum generis eſt & argentaria armaria videre ſitu obſita, & obductas claues ærugine. ipſos autem longè minora aliis indumenta gerere. & pyxidibus exiguis vngi, ad cutem tōderi, & meridie calceos ſoluere, & à fullonibus cōtendere, vt veſtes multum terræ habeant, ne ſordes facile contrahant.

Ἡ δὲ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τις ἀχρεῖος ὑπὲρ ὃν καιρὸν. ὁ δὲ μικρολόγος τοιοῦτός τις, οἷος ὁ τῷ μηνὶ ἡμιοβώλιον ἀπαιτῶν ὑπὲρ τῆς οἰκίας. καὶ συνιὼν ἀριθμῷ πόσας κύλικας ἔπιεν ἐπιτηρῶν. καὶ ἀπαρχὰς ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν σπωμένων. καὶ ὅσα μικρὸς πελάμυος λογίζεται, ταῦτα φάσκων εἶναι ἀγαθά. καὶ οἰκέτην χύτραν ἢ λοπάδιον κατάξαντος εἰσπράττειν ἀπὸ τοῦ ὀψωνίου. καὶ τῆς γυναικὸς ἀπολλούσης χαλκοῦν, οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰς κιβωτούς, καὶ δίφρους τὰ καλύμματα. καὶ ἐὰν πιπράσκῃ, τοσούτου ἀποδόσθαι, ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τὸν πελάμυν. καὶ ἂν ἀγοράσῃ ὅτε συκοτραγήσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου, ὅτε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ παρελθεῖν, ὅτε ἐλάαν, ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ πεπτωκότων αἱρεῖσθαι. καὶ τοὺς ὅρους ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί. δάνους δὲ καὶ ἐπιμισθίαις ποιεῖσθαι, καὶ τόκον τόκῳ. καὶ ἑστιῶν δημόσιος, μικρὰ τὰ κρέα κόψας παρελθεῖν. καὶ ὀψωνῶν μηδὲν πελάμυος εἰσελθεῖν. καὶ ἀπαγορεύσας τῇ γυναικὶ μήτε ἄλας χρωνύειν, μήτε ἐλύχιον, μήτε κύμινον, μήτε σείλινον, μήτε ἄλας, μήτε ζέμματα, μήτε θυλήματα. ἀλλὰ λέγειν, ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλὰ ἐστὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. καὶ ὅλον ἐπιμικρολόγων, καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἐστὶ ἰδεῖν ἀνατιθώσας, καὶ κλισιομιδὰς. καὶ αὐτὸς ἐπιφορεῖται ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ σκληθίων μικρῶν πάνυ ἀλιφομένους, καὶ ὀχεῖν κρομμύων, καὶ ὃ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους. καὶ πρὸς τοὺς γναφεῖς διαπτινομένους, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἔχει πολλὴν γλῶ ἵνα μὴ ῥυπαίνηται τὰ ταχύ.

Nota XXII. μικρολογία.

Τοὺς μικρολόγους licet inter illos numerare, qui φειδωλοί, γλίσχροι, καὶ κύμβικες dicuntur Ariſtoteli. Sunt autem hi, qui τῇ κτήσει ἐλλείπουσιν, hoc eſt qui dando deficiunt. duplex enim auaritia eſt, altera quæ rapit aliena, altera, quæ ſua tenet, & nemini dat. Plato in 6. de rep. pro eodem ſumit αὐτελευθερίαν, καὶ σμικρολογίαν. Sunt eius verba: μή σε λάθῃ μετέχουσα αὐτελευθερίας. ἐναντιώτατον γὰρ ἡ σμικρολογία ψυχῇ μελλούσῃ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς ἐπορέξεσθαι θείου & ἀνθρωπίνου & ἀπάρχας. ἀπαρχαὶ, ſiue primitiæ ex menſa offerebantur apud veteres tum laribus tum etiam Diis maioribus. Vnde eſt illud Varronis, quod citat Nonius. quocirca oportet bonū ciuē parere legib. & deos colere, in

Digitized by Google

in patellam dare μικρὰν κρίας. Cur autem Dianam hoc in loco memorat? an quòd cum eadem & Lucina esset, propterea illi offerebatur pars cœnæ, quòd ab illa vitam, & lucem accipiunt homines? an etiam quòd Cereri primitiæ libationesque donabantur, Cererisque filia putabatur Diana, vt testatur in Arcadicis Pausanias.

Καὶ ἵκ αὖ ἰᾶσθαι, maxima hæc auaritia est, & sordida. talem describit Athenienſium Aristophanes in Ranis.

Νὴ τοὺς θεούς σοῦ γοῦν ἄρ' ἦν
Ναῦται ἅπας τις εἰσιὼν
Κἄπειτα πρὸς τὸν οἰκέτας,
Ζυτῖ ποῦ ἐστὶν ἡ χύτρα
Τίς σὸν κεφαλὴν ἀπεδήσατο
Τῆς μαρίδος; πόσου πρίω;
Τὸ πρύσινον τὸ θύϊκεμοι.
Ποῦ τὸ σκόροδον τὸ χθίσινον.
Τίς τῆς ἐλάας παρίστακε;
Τίνος ἦ ἀβελπρώπροι,
Κιχηνότης, μαμμάκυθοι
Καὶ μελίπεδαι κάθιμοι.

Μήτε ἄλας χρυσίον. legendum χωνίον, quod significat hic seruare, condere, θησαυρίζειν.

Μήτε συλλήματα. Suidas συλλήματα, πλήμματα, ἀπαρχαί, ἄλφιτα, ἃ ἔμισγον οἵνῳ καὶ ἐλαίῳ εἰς θυσίαν ἀναφέροντες. hoc est, bellaria, primitiæ, farina, quam vino oleoque commiscebant ad sacrificia.

Μεμψιμοιρία, conquestio, querela.

Nota XXIII.

ΕΣΤΙ δὲ ἡ μεμψιμοιρία, ἐπιτίμησις τοῦ δεδωκότος δεδομένῳ. ὁ δὲ μεμψίμοιρος, τοιός τίς ἐστιν, οἷος ἐπὶ τοῦ εἰλαπίνης μειράκια τῷ Φιλίππου εἰπόντι τοῖς ὄρνισι, ἐφθόνησάς μοι τῷ ζωμῷ καὶ τῷ οἰναρίῳ. ὑπόπτερον καλέσας καὶ τοῦτο τῆς ἑταίρας φιλούμενος, εἰπόντι. θαυμάζω εἰ σὺ γε ἀπὸ ψυχῆς μεφίλεις, καὶ τοι δι' ἀγανακτεῖν οὐ διότι ὕει, ἀλλὰ διότι ὕσται, καὶ ὅτι τῇ ὁδῷ βαλάντιον εἶπεν, ἀλλ' οὐ θησαυρὸν εὗρηκα σαφέστατα. καὶ πριάμενος ἀνδρώποδον ἄξιον καὶ πολλοῦ διηθεὶς τοῦ πωλοῦντος, θαυμάζω εἰπεῖν ὅτι ὑγιὲς οὕτω ἄξιον ἐώνημαι. καὶ τοῖς δι' ἀγγελιζόμενον ὅτι υἱὸς σοι γέγονεν, εἶπεν ὅτι αἰ τοῖς τῆς καὶ τῆς οὐσίας ὅ ἥμισυ ἄποιτο, ἀληθῆ ἔφης, καὶ νικήσαντος τὸν λαβὼν πάσας τὰς ψήφους, ἐγκαλεῖ τῷ γράψαντι δι λόγον ὡς πολλὰ παραλελοιπότι τῶν δικαίων, καὶ ἑαυτοῦ εἰσενεχθέντος τοῖς φίλων καὶ φήσαντος τινὸς ἱλαροῦ δεῖ, καὶ πῶς, εἰπεῖν ὅτι δεῖ τὸ ἐγχύτριον ἀποδοῦναι ἐκάστῳ καὶ χωρὶς τοῦτον γὰρ ἰνοφείλειν ὡς δανεισμένον.

ΟΝQVESTIO est accusatio, quæ indecore & iniustè fit. querulus vero is, cui si partem cœnæ amicus miserit, seruo dicit, iusculum, ac vinum, inuidisti mihi, quod in cœnam non inuitaris. & si amica osculetur, vereor ait, an tu me ex animo suauiaris. & Ioui indignatur, non quòd pluat, sed quod serius. & in via si marsupium inueniat, nunquam ait se Thesaurum inuenisse. & si mancipium emat, cum multa venditorem rogitet, miror ait me sanum mancipium emisse vili. idem illi, qui natum ipsi filium nunciet, dicit, si adderes dimidium mihi nunc abesse substantiæ non malè dixeris. & si causam omnibus suffragiis vicerit, succenset illi, qui scripsit causam, quod multas leges omiserit. præterea si amicorum aliquis ingressus hilarem illum dicat, suum dicit argentum dandum cui que, & illi ob acceptum beneficium habendam gratiam.

Digitized by Google

Nota XXIII. μεμψιμοιρία.

μεμψιμοιρία, quam conqueſtionem dicit Cicero, propriæ ſortis eſt accuſatio. μεμψιμοίρης autem, querulos latini dicunt, vt Horatius ad Piſones.

Difficilis querulus laudator temporis acti.

Apud ſcriptores græcos plerunque ἡ μεμψιμοιρία coniungitur μετὰ τῆς μικρολογίας. Lucianus in prometheo. αἰχύνομαι ὑπὲρ τῶν θεῶν, οἱ ὕτω μικρόλογοι καὶ μεμψίμοιροι ἐστὲ, ὡς δίστα μικρὸν ὀφεῖν ὑπ' ἐμοῦ τῇ μαχαίρᾳ εὑρεῖν αἰσχυνόμενον πίμπλιν. Iſocrates in Panathenaico. ὕστω δὲ τὸ γῆρας ὑμῖν ἀνυπόπτερον, καὶ μικρόλογον καὶ μεμψίμοιρον.

Καὶ πεῖσαι μένος αἰνὸς ἐπόδυν ἄξιον. ἄξιον hoc in loco pro vili, quod εὔωνον græci dicunt ſumi exiſtimo. Sumitur enim ſic apud Atticos, vt Suidas annotat ex Lyſiæ oratoris auctoritate in oratione in frumentatores. ἐρῶσιν ὡς ἐπ' εὐνοίᾳ τῆς πόλεως ὠνουμένους τὸν σῖτον, ἵν' ὡς ἀξιώτατον ἡμῖν πωλῶσιν. Notat id & Ariſtophanis interpres equitibus in illo verſu.

ὕστω ποτ' ἀλίας εἶδον ἀξιωτέρας. & in illo.

τὸν καυλὸν οἶσθ' ὁκοῖόν
τῷ σιλφίῳ τὸν ἄξιον γενόμενον.

HIERONYMO MERCVRIALI BONONIÆ PRIMO MEDICINÆ profeſſori Viro Doctiſſimo.

EA mihi fuit ab ipſis meorum ſtudiorum rudimentis animi cupiditas Hieronyme Mercurialis, vt non illa modo ſummo ſtudio, ac diligentia percipienda mihi eſſe exiſtimarem, quæ maxima Græciæ, imo totius orbis lumina Plato, & Ariſtoteles, Hippocrates, & Galenus poſteris tradiderunt. Verum etiam quæcunque aut ab illis obſcure tradita ſunt, aut à diſcipulorum aliquo non adeo accurate explicata, ita cognoſcerem, vt ſi ingenii viribus aliquando poſſem, quam in iis intelligendis operam impenderim, & omnibus teſtatum facerem, & ſtudioſorum conatus aut iuuarem, aut excitarem ad operam præſtantiorem. Quamobrem cum in illa phyſices parte, quæ rerum agnoſcit principia, affectus, prima corpora, pro ingenii tenuitate non parum ſtudii poſuerim, tamen cum nihil in ea non doctiſſime explicatum à veteribus græcis peripateticis, & à latinis recentioribus facilè cognoſcerem, exiſtimabam ſi ad alteram partem accederem, quæ non adeo veteribus excuſata eſt, fore vt & vberiores profectus facerem, & aliis ad meliora inuenta pararem aditum, ſi in illam fuiſſem aliquid commentatus. Hac animi alacritate Theophraſti ſummi inter peripateticos philoſophi libellos naturales non intelligere modo, verum etiam emendare, interpretari, & ſcholiis illuſtrare conatus ſum, non quod neſcirem vix me ad tam grande opus ſufficere, (nam doctrinæ meæ & agnoſco tenuitatem, & non diſſimulo) ſed quod ſperarem fore, vt ſi etiã quod volebam non eſſem conſequutus, aliis tamen ad gloriam, & immortalitatem viam oſtenderem, quando ita & artes, & ſtudia & incrementa recipiunt & perfectionem. eadem mihi voluntas, idem ſtudium fuit in libro de ſpiritu, quem nonnulli tribuunt Ariſtoteli, quem quo difficiliorem, perplexiorem, mendoſiorem agnoſcebam, eo mihi pertinacior erat animus, vt vigilias meas, & cogitationes ad illum illuſtrandum, & explicandum conuerterem. ſciebam autem confidentis animi eſſe, ne dicam temerarii illud opus aggredi, quod viri doctiſſimi hactenus detrectarint, quod Iul. Cæſ. Scaliger vir extra communem ingeniorum aleam poſitus fruſtra conuertere & commentariis explanare conatus ſit: tamen plurimum in me poterat conſtantis animi conſilium naturalis Encyclopædiæ & aſſequendæ, & ſi per me fieri poſſet perficiundæ. eſt enim hoc argumentum non adeo ab Ariſtotele explicatum, & ſine illo haud ſcio, an abſoluta poſſit eſſe naturalium rerum cognitio. accedit quod limites medicinæ tangit proximè & extant Diuini Hippocratis de hoc eodem ſententia, & doctiſſimæ Galeni aliorumque grauiſſimorum medicinæ ſcriptorum diſputationes. vt

vel

Digitized by Google

vel propterea maximo mihi opere laborandum esse proponerem, vt quaecunque sunt ab iis posteris tradita, & diligenter disputarem, & libero animi iudicio definirem, si quae ex iis controuersa sunt. Haec cum mecum sæpissime cogitarem rem aggressus aliquando sum, sed cum vlterius processissem, deterrebant innumera scripturae menda, perplexae sententiae, concisa, & obscura oratio, vt aliquando & librum abiecerim & temeritatem meam accusarim. quid enim facerem vbi latina versio, quae hactenus publicata est quiduis potius, quam Auctoris mentem assequitur, vbi vel in singulis pene versibus offendere necesse erat, vel propter obscuritatem dictionis, vel propter vitium, vbi nullius litterati viri, nullius emendati codicis aderat auxilium? vicit tamẽ obstinati animi propositum, postque tot labores, tot difficultates exhaustas, & latium librum, & emendatiorem reddidi, hosque illi annexui commentarios, in quibus & Auctoris verba quod interpretis munus est, declarare studeo, & illas quæstiones definire, quarum plurima iam pridem apud peripateticos, & Asclepiadarũ filios agitata sunt. scio autẽ fortasse fore philosophos, qui me reprehendant. quòd cum peripateticae familiae præcipuum auctorem interpretandum susceperim, non tamen vsque quaque hæream in Lycii dogmatis, sed aliquando ad Hippocratis scholam libenter transeam. quibus facile respondere possum, non eo me studio sequi medicos, vt mei muneris oblitus sim, sed illa libertate quae philosophorum est propria, non abuti quidem, vti tamen in iis philosophiae locis, in quibus modestè possum, & ingenuè. Nam cum multa sint in ea parte Naturalis scientiae, quae medicinae dat principia, aut obscure à peripateticis tradita, aut non adeo exquisite, nescio quid vetat ex Galeni dogmatis, & ipsa veritate potius, illa aut clarius, aut accuratius explicare. vt enim multa rectissime nouerit Aristoteles diuini prorsus vir ingenii, reliquit tamẽ aliqua, quae ab iis, qui in medicina successerunt, & exculta sunt diligenter & necessariis rationibus demonstrata. in his autem tuendi dogmatis causa contendere, & altercari, vt facit Auerrhoys aut animi contumacis est, aut in ipsa seruitute miseri. atq; haec philosophis dicta sint. Nam si medici pro se velint omnia, iis dicam meminerint primum me peripateticum interpretem. deinde eius libertatis in re medica quam & in physicis opto, non oblitum. velim autem vtrosque mihi beneuolos, habebo certè tui similes, qui cum Hippocraticus sit ἀγαθὸς, illos, qui ad istã & intelligẽdi, & docendi rationẽ aspirant, nõ modo non negligis, sed inuitas. Inuitasti certè me sæpenumero, & cum te Patauii audirẽ, & postquam in patriã redii. Quãobrem hanc mearũ vigiliarũ partẽ non exiguam tibi dedico, cui enim animus deuotus est, non possunt non dicata esse, quae ab illo proficiscuntur officia. Nam cum tibi nihil non debeo, tum præsertim eruditionem omnem, ac litteras, vt ingratissimus profectò sim, si quae in hac litteratorum solitudine, dum aliquid à medicinae laboribus conceditur otii, mecum musito, si publicari digna sint, sub tuo nomine nõ emittam. Tu verò pro tua summa humanitate hilariter accipe meum hoc maximae in te obseruantiae, & voluntatis testimonium, & si opus fuerit, commentarios, vt Auctoritate nominis illustras, ita sapientia, ac eruditione tuere, ac protege. Vale.

DANIELIS FVRLANI CRETENSIS IN LIBRVM DE INNATO SPIRITV ARISTOTELI ATTRIBVTVM COMMENTARIORUM præfatio.

TANTA fuit vel apud veteres medicos, vel philosophos de innato spiritu opinio, vt plerique eorum animam esse spiritum existimarint: nonnulli vero non animam sed eius præcipuum instrumentum, cui sit ignea & cœlestis origo, vt poeta cecinit. Siquidem cum ille sit, à quo omnes penè in animantibus edantur actiones, meritò nobiliorem quandam naturam & à corpore longe diuersam illum esse arbitrati sunt. nam vt à nutritione incipiamus, quę ab Aristotele tribuitur animæ, à Stoicis, quos Galenus, & tota medicorum schola sequitur, naturæ: illa sanè non fit nisi innato calore, ac spiritu agente

Digitized by Google

in alimentum, quod transmutari, apponi, & assimilari membro, quod alitur necesse est. ea verò actio, quæ animalium propria est, quæque hac de causa ζωϊκὴ, hoc est, vitalis est appellata, tota sine dubio innato spiritui refertur accepta Nam & cordis motus, & arteriarum dilatatio, constrictioq; non nisi à spiritu proficiscitur, cuius etiam reficiendi, & augendi causa tum motus ii fiunt in animali, tum etiam respiratio, quæ iis animantibus, quæ pulmonem habent spirandique vi prædita sunt, adeò necessaria est, vt sine illa ne minimum quidem possint viuere. iam verò motus omnis, qui voluntate fit & περιπατικὸς appellatur, à spiritu fit in neruos à cerebro vel à corde, vt putant peripatetici, deriuato. Sensus autem tam communis quàm cuiusque sensorii peculiaris ac proprius, quod agit, & eam exercet facultatem, quæ κινητικὴ dicitur, à spiritu habet sine dubio. Nam nobiliores illæ animæ actiones, quibus & componit, & diuidit, & ab aliis alia ratiocinando colligit, vniuersaliaque à sensibilibus ablata contemplatur; etsi nunquam à spiritu, tanquam rationalis animæ instrumento fieri ab Aristotele traditum sit, non tamen etiam negatum vsquam. Plato certè cum triplicem animam esse statuerit, singulas eius partes aliquo instrumento se se prodere obscurè quidem significauit, non tamen adeò quin nequeat eius sententia facilè colligi. Nam tria illa vehicula animæ, cæleste, aereum, atque terrenum apud Platonicos decantata, non nisi spiritum significant, qui triplex & ille cum sit, quatenus tribus animæ partibus, siue facultatibus famulatur, triplici etiam donatus est nomine. Nã qui naturæ siue nutrientis animæ actionib. obeũdis inseruit, Naturalis à medicis appellatus est: quẽ tamen Galenus dubie affirmat, non quod non sit, verum quod calorẽ illũ, qui coquit, alterat, transmutat, vix dignum existimat spiritus nomine, quod scilicet in crassiuscula materia sit, neq; manifesto appareat. ille vero, qui in corde residet, à medicis vitalis ideo dicitur, non quòd in eo solo vita consistat, sed quod præcipue. animalem autẽ siue ψυχικὸν ad sensum, motũ, memoriam; imagines è sensibilibus excipiendas, ratiocinandum, intelligendum accommodant, quem ideò nobiliori appellatione dignantur, quod rationalis facultatis instrumentum sit, quæ sola animæ nomen meretur magis quàm aliæ facultates. atque ita spiritum diuidunt, & nominant medicorum filii. Aristoteles pluribus locis connatum, & innatum spiritum nominat, cuius naturam atque præstantiam præsertim explicat libro secundo de ortu animalium cap. 3. Siquidem in semine vim inesse viuificam, quæ semen fouet, ac vegetat, quod calidum innatum dicitur. hoc autem neque ignem esse, neque vim aliam huiusmodi, sed spiritum in semine, & spumoso illo corpore comprehensum naturamque in spiritu insitam, quæ stellarum elemẽto proportione respondeat. Siquidem cum ex quatuor elementis omnia constent animata corpora, mistionis autem vim omnem à cœlo habeant elementa; diuino illo cælestique calore in mixtis corporibus perfuso prout magis minusve eo corpora participant, ita nobilius ignobiliusve (vt ita dicam) animantur. participant igitur animalia præsertim omnia calore hoc, qui alius est ab elementorum calore, qui cum aliis qualitatibus permiscetur, atque confunditur. Sed quòd in aliis magis, minus in aliis existit, fit vt diuersæ variæque animalium species oriantur, ex iisque aliæ præstantiores, inferiores, & ignobiliores aliæ. fit autem hoc à diuini illius cælestisque caloris inæqualiter susceptu vi, vnde illa varietas in animantibus, & tota naturarum latitudo multiplex. Hominis autem vt præcipua natura est, ad diuinitatemque accedit proximè propter animi mentisque præstantiam, ita calore spirituque suæ naturæ accommodato donata est, vt esset diuinæ animæ diuinum etiam instrumentum, hoc enim instrumento hominis anima sua obit munera, neque pene agit quidquam sine hoc. talis igitur spiritus est, siue calor qui in seminis spumoso illo corpore insitus format conceptum, formatum fouet, alit, auget, animat, producit, productum autem ac genitum alit & auget, inuitaque actionum omnium obit munera. de quo quidem antequam ad opus propositum aggrediar, cum mihi aliquid præfandum sit, duo præsertim declarare videtur, necessarium, naturam scilicet eius & essentiam, & an idem sit spiritus & innatum calidum. video enim id à plurimis iam pridem fuisse in dubium reuocatum. atque natura quidem eius potestate (vt ita dicam) aliquo modo videtur explicata. paulo tamen accuratius & magis particulatim explananda est. est itaque spiritus substantia calida animalibus in corde insita, ab eoque reliquis corporis partibus communicata tum à prima ortus origine, tum continuè durante vita, vt omnes actiones, quibus vita regitur, rite fiant. hæc vera nisi fallor est innati spiritus definitio, ex Aristotelis & Galeni desumpta fontibus, quam longiorem attulimus, ne quid esset, quod in ea omissum aut neglectum videretur. ac primo substantiam esse spiritum vel inde manifestum est, quod neque qualitas esse queat, neque ex prædicamentis aliud. Nam & accidentibus subiacet, quod substantiæ proprium est, & mutationibus perpessionibusque afficitur, vnde etiam est contrariorum capax, quando in contraria & à contrariis mutationes. Calida verò substantia est, si quidem ille totius caloris sedes, & vehiculum. vita enim animalis non nisi calore consistit, quo abeunte succedit mors. quamobrem animalia dum viuunt, calida sunt, mortua vero frigida permanent, vt verbis vtar Aristotelis ex libro de Iuuentute ac Senio. pendet igitur à calore vita, neque potest vel minimum sine illo per se consistere. adde primam spiritus originem in genitali semine superius consideratam. est enim in spumoso seminis corpore insitus, & conclusus spiritus calor, quo agente, & conceptio fit, & formatio animalis. atque de caliditate quidem spiritus non amplius dicendum est. Cum & philosophiæ, & medicinæ scriptoribus confessum id sit, & exploratum: quærendum potius an calida substantia sit simpliciter spiritus, an humida, an sicca. quæ inquisitio cum physicos aliquo modo videatur egredi limites, non iniucunda tamen est medicinæ studiosis. Nonnulli spiritum siccum & calidum existimant, eo quod cum tenuissimus sit, & feruidus, non possit non esse ab omni humiditate alienus. quamobrem non semel à Platone πῦρ id est ignis vocatur,

& ab

& ab Hippocrate ſiue Polybo libro de carnibus,& libro primo de viuendi ratione.accedit quod cũ ab aere per inſpirationem,& tranſpirationem reficiatur,aer autem humidus ſit natura,videtur propterea conſequi ſpiritum innatum ſiccum eſſe,ſi aeris humiditate reficitur,& temperatur.adhæc eius,vt ita dicam,pabulum,atque fomes humidum eſt,quod vſque ad animantis interitum abſumit, & paſcitur:ſequitur igitur non alia ratione id facere , quam quòd cum caliditate ſiccitatem habet coniunctam.pro his rationibus videntur nonnulla Ariſtotelis Galenique loca cõmode facere. eius libro de Iuuentute,& libro de ſpiratione,huius verò libro, quo de ſpirationis vſu diſputat. quibus locis ſpirationis vſum caloriſque effecta declarantes ignis vtuntur ſimilitudine,cui adeò neceſſariũ eſt & pabulum,& aeris ventilatio,vt ſine iis facile tabeſiat, & extinguatur.ita poſſit aliquis colligere ſpiritum igneum non eſſe poſſe niſi ſiccum, præſertim quod nonnullæ actiones aut malè aut minimè fierent niſi cum calore eſſet illi coniuncta ſiccitas. tales ſunt actiones nobiliores ſenſuum, phantaſiæ,intellectus,quæ vt ritè fiant,ſiccum exigunt potius ſpiritum quàm humidum. Hæc qui non perpenderit accurate probabiliter colligere videbitur,non autem vere aut neceſſàrio.id quod vt via & ratione oſtendamus,ad ea breuiter recurrendum eſt, quæ modo ex Ariſtotele afferebamus,initio ſcilicet conceptionis animalis in ſemine ſpiritum calidum exiſtere, cuius actione,& opera formetur animal,formarũ autem,&genirũ viuat,eoque vſque perduret,donec abſumpto humido,quo ſuſtinetur,fatiſcat & pereat,modo aũt ſpirituoſa illa ſubſtãtia,quę exiſtit in ſemine,humida ſine dubio eſt,taliſque manifeſto eſt non modo in conceptu,verũ etiam in recens natis,& omnino in primæ animalium omnium ætatis curriculo.adde his opera manifeſta, quæ humiditatem certiſſime arguunt,coctionem alimentorum,nutritionem,incrementum.quibus rationibus ſi accedat non ſemel repetita Galeni diſputatio ac præſertim in primo commen. in Hippocratis Aphoriſmos & in 2.de temperamentis,manifeſto concludemus ſpiritum innatum eſſe calidum , & humidum. hinc eſt quod quæ augentur corpora plurimum huiuſce ſpiritus habere ſcripſit Hippocrates , Galenus verò ſubſtantiam hanc ſæpenumero vocat aeream,frequenter etiam ἀτμώδη & ὑγρὸν prædicat,hoc eſt vaporoſam & humidam. verum quoniam ſunt,qui de innato calido hæc intelligunt, nõ de ſpiritu,de quo agimus in præſentia ,perfecta huiuſce quæſtionis declaratio ad eũ locũ differenda eſt,quo diſputare propoſuimus ſit ne idem,innatum calidum,& innatus ſpiritus.Hæc cum ita ſint, quæ ſuperius aduerſari videbantur huic ſententiæ , breuiter diluenda ſunt. ac primum etſi ſpiritus tenuiſſimus eſt,non ideo tamen non humidus.Nam & aerem nihil vetat ab omni permiſtione vacuum ſaltem mente & cogitatione comprehendere: tamen hic inter humida corpora primum locum obtinet.nihil igitur facit tenuitas ad ſiccitatis probationem:ſpiritum autem calidum per ſe ſe fatemur,negamus feruidum,niſi accenſione aliqua immutatum, ſic autem merito & igneus appellabitur.πῦρ autem ideſt ignis vocatur à Platone,& Hippocrate,non quod vrat, aut iis omnino qualitatibus prædituſ ſit,quibus ignis noſter,quem θερμονικὸν appellamus; ſed & quod ab igne illo cæleſti, cuius proprium eſt gignere,& fouere promanat , & quod ignis etiam noſtri naturam referat in alimentis decoquendis & tranſmutandis,neque aliter eget ventilatione , ac pabulo quam ignis,cui ſi alterũ deſit,tabeſiat,& extinguatur neceſſe eſt.hoc idem Ariſtoteles Galenuſque reſpexerũt in iis locis,quos modo adducebamus,ex quorum firmiſſimis dogmatis poſitum eſt , innatum ſpiritum non niſi humidum eſſe per ſe.quod confirmat & Auerroys ſecundo collectaneorum cap. 20. Verum quod obiicitur de reſpiratione, quæ attracti aeris frigiditate , & humiditate calorem,ſiue ſpiritum innatum reficit, etiamſi concedamus non modo frigiditate, verumetiam humiditate reficere , & & recreare,non tamen ideo conſequitur ſpiritum eſſe ſicciori natura præditum. Nam ſi iuuat aeris humiditas,iuuat ideo quod ſpiritus à crebro fuliginum acceſſu ſiccitatem aliquam comparat,quàm emendat ingreſſi aeris humiditas,& ſubinde facta expiratio.at verò pabulum & fomes innati ſpiritus ſua ipſius eſt humiditas,quæ ſine dubio continuè abſumitur, donec areſcat animal & moriatur. quamobrem cum natura ſua ſpiritus humidus ſit, ætatum tamen mutationibus non ſemper idem. nam prima puerorum ætate humidior eſt, in ætate florentibus & iis, quos græcè dicimus ἀκμάζοντας ,ſiccior. in ſenibus cepit iam & calorem exuere , & ad frigus aliquo modo inclinare. quæ tamen non faciunt vt abſolutè & per ſeſe non ſit aereus vaporoſusque ac propterea humidus.quod libro ſecundo de generatione animalium cap. 6. manifeſtò docet Ariſtoteles , πνεῦμα ὑπάρχειν ἀναγκαῖον ὅτι ὑγρὸν καὶ θερμὸν τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον, hoc eſt ſpiritum autem eſſe neceſſe eſt,quod humidum & calidum agente altero, altero patiente. quod autem ad actiones pertinet , quas obit in animante, negandum non eſt, nobiliores actiones à puriori, & ſicciori fieri ſpiritu.qualis ille præſertim eſt, quem & animalem vocat Galenus , & in cerebri plexu illo arteriarum admirando elaboratum docet in cerebri ventriculis reſidere. in quibus & nobilior mentis phantaſiæque exercetur actio , & à quibus ad neruos emanat ſentiendi mouendique vis.non ideo tamen dicendum ſua illum natura,& ſine adhibita collatione ſiccum eſſe ſimpliciter. neque quidquam vetat talem eſſe natura ſpiritum, non tamen in omnibus animalis partibus omninò ſimilem , ſed his aut illis actionibus edendis accommodatum, & aptum. quod & Galenus tradit quinto libro ſimpl. medic. cap. 5. καὶ μὴν καὶ περιέχεσθαι μὲν [illegible]πασι τοῖς τοῦ ζῴου μέλεσι φαμὲν τὸ πνεῦμα φαυλὸν, οὐχὶ ὅμοιον δὲ εἶναι παντα χοῦ, hoc eſt, & ſanè in omnibus animalis membris hunc ſpiritum contineri dicimus, non tamen vbique ſimilem eſſe. verum quoniam de hac ſpiritus diſſimilitudine ex Hippocratis & Galeni placitis dicemus nonnulla paulò poſt non omninò tamen aliena à peripateticis ſententiis , quibus explicandis incũbimus, veniendum eſt ad reliqua, quæ in definiendo ſpiritu paulò ante ponebamus. dictum eſt autẽ illum in corde inſitum ab eo ad reliquas corporis partes communicari. quod vt apertius compro-

Digitized by Google

betur, scire oportet, cor illud esse, quod quemadmodum in animalis formatione primum est, ita etiam prima sedes est animæ. dubium autem non est, quin vbi anima est, ibi etiam insit instrumentum. non sum ignarus in libro de formatione fœtus, & libro de semine, & in libris de Platonis & Hippocratis Dogmatis, Galenum summo studio contendere ad probandum, iecur in formatione viscerum primum esse. verum quoniam aliò properamus, de his Galeni & Aristotelis controuersiis nihil in præsentia dicere opus est: cum mihi id præsertim statutum sit, quoad per me fieri potest concordes eos non inuitos reddere. in controuersiis autem, quæ manifestò contrariæ sunt aut parum aut nihil dicere. dicamus igitur, quod à nemine dubitatum est totius caloris focum esse cor id est spiritus ipsius sedem & fontem, à quo per arterias ad vniuersum corpus distribuitur. Nam reliqua membra etsi insito calore sint prædita, tamen nunquam non habent affluentem cordis spiritũ. Nam illa à prima formatione ex quatuor elementis composita cælestis illius spiritus & caloris tantum sortita sunt, quantum satis est ad ea animanda, hoc est reddenda ad animæ susceptionem accõmoda ciusque apta instrumenta. est enim anima corporis naturalis & instrumentalis Entelechia. Verum quoniam in corde spiritus est fons, non possunt commodè suam actionem obire partes, nisi spiritus copia continuè suppetat à corde, propter quem fit vt cũctæ sint in officio, operamque suam commode præstent. quod igitur alimentum partes trahunt, retinent, alterant, assimilant, quod sentiunt instrumenta sensuum, quod mouentur membra motui destinata, postremò quod viuunt maxima ex parte, habent à spiritu, qui à corde aut statim mittitur, aut per media. an iecur primum sit conficiendi sanguinis instrumentum facultatemque nutrientem partibus præstet, in præsentia non disquiro; aio tamen iecur etiam spiritu illo, qui à corde fluit non minimum indigere. quæ cum ita sint, abunde video explicasse, quod primo loco positum est. sequitur, vt videamus, sit ne idem natiuus calor, & spiritus, quod à multis barbaris medicinæ scriptoribus frequenter dubitatum est. ac primum si Aristotelem consulamus temeraria videbitur quæstio. is enim manifestò eundem & spiritum appellat, & calidum. quod cum non vno loco dicere videatur, satis tamen sit locus ex libro secundo de Ortu Animalium cap. 3. πασῶν μὲν οὖν τῷ σπέρματι φύσις ὑπάρχει, ὅπερ ποιεῖ γόνιμα τὰ σπέρματα τὸ καλούμενον θερμόν. τοῦτο δ' οὐ πῦρ οὐδὲ παντὸς δυνάμις ἐστίν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφροδισιακῷ πνεῦμα καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις αἰθέριός τις οὖσα τῷ δυνάμει τοιοῦτον στοιχεῖον. hoc est, omnium enim in semine inest, quod semina fœcunda reddit calidum appellatum. hoc autem neque ignis est, neque huiusmodi facultas, sed spiritus, qui in semine continetur, & in spumoso corpore, & quæ in spiritu natura est proportionem habẽs ad elementum stellarum. Hic Aristoteles calidum innatum spiritum vocat manifesto. in verbis autem his notanda sunt τὸ ὑπάρχειν inesse, quo verbo innatum & insitum calidũ significat. deinde τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον. ἐμπεριλαμβάνεται, scilicet hoc est continetur & comprehenditur spiritus, vt qui insitus, & innatus est. postremo ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις. Spiritus enim natura eius forma est, ea nempe quæ fouet atque viuificat, siue calor sit, siue quæ calore efficit. eadem sententia Hippocratis est, eadem etiam Galeni, quam libro quinto simplicium disertissimè declarauit, late etiam primo commentario in Aphorismos. vnde tamen obiicietur fortasse scrupulus, quòd spiritus aerea substantia sit, caloris autem natiui substantia non modo aeream, verumetiam aqueam vocat Galenus, qui sanè facile tolletur è medio, si quis cõsideret ὑδατώδη, hoc est aqueam spiritus substantiã à Galeno dici, non quòd aqua sit, sed quòd humida, & vaporosa. adde de innato calido ibi verba fieri in prima ætate, & in ipso semine, quib. temporibus vaporis, & humidi, & aqueæ (vt ita dicã) naturæ plurimũ obtinet. vaporem. n. vt qui ex aqua fit, & in aquam facilè cõmutatur, nemo non dicat iure aqueum; non tamen ideo aqua est, aut liquidus, qualis aqua. tale igitur est innatum calidum hoc est innati caloris subiectum, quod spiritum etiã dicimus. neq; audiendi sunt Iudæi medici Halys, & Isacius, qui ineptissimis rationib. diuersum esse innatum caloré à spiritu cõmenti sunt. vix etiã ferendus Petrus Aponensis, qui adhibitis distinctionib. aliqua ratione eundem esse, non tamen absolutè cõtendit. Caloris. n. vel à prima fœtus cõceptione materia spiritus est, aerea sc. substantia, quę totius vitæ moderatrix est. hæc momento temporis à corde, vbi sedem habet, emanãs vniuerso corpori impartitur. itaq; nullibi nõ adest, nullibi nõ agit. atq; optimè diuinus Auctor Hippocrates totã hominis naturam partitus est, εἰς τὰ συνέχοντα, τὰ συνεχόμενα & τὰ ὑπηρέοντα, hoc est in ea quæ continent, ea quæ continentur, & quæ effluunt. nempe ὑπηρέοντα vocat spiritum, qui tenuitate sua vbique adest, & à corde tanquam à fonte vndiquaque influit, vt nulla animalis pars eius fotu atque calore non participet. sunt verò τὰ συνέχοντα solidæ substantiæ, quibus continentur humores, quos vocant συνεχόμενα. præter hæc in animalium natura nihil aliud facile reperias. quæ cum ita sint, statutum & probatum erit eundem esse spiritum & innatum calidum. calorem autem innatum si dicimus, non simplicem qualitatem intelligimus, sed per illam & substantiam, in qua inest. alioquin propriè qualitas est spiritus siue illius substantiæ, quæ & calidum innatum appellatur. quoniam autem ex Galeno dictum est superius in animato corpore non vbique similem esse spiritum, reliquum est, vt id etiam declaremus. scio enim multos fore, qui dubitabunt, quomodo fieri potest, vt idem spiritus non æque se in omnibus corporis partibus habeat. ac primum ponendum est spiritum in corde tanquam in propria sede esse insitum. indeque per arterias in vniuersum corpus fluere. quoniam verò neque sanguis, neque spiritus possunt semper præsto esse ad animalis vitam sustinendam, nisi etiam continuè suppetat materia, quę iis gignendis ac raparandis apta sit, necesse est alimentis vescatur animal, siquidem perenni transpiratione multum substantiæ deperditur, quam reparare oportet ac restituere. Hæc illa est reparatio, quæ dicitur nutritio, quæ quidem

vt

vt de accretione demonstrauit Aristoteles, secundum formam fit, quando materia non semper eadē quippè fluxa, & facilè labilis, cuius apparatus siue in corde primū & per se fiat, siue sanguis in iecore, in corde verò spiritus, & ille sanguis, qui vnà cum spiritu per arterias defertur ad corpus: non potest nisi ab innato illo spiritu fieri, qui & ipse continua nutritione reparatus ad exequenda opera vegetior est. in iecore siue absoluta fiat sanguinis coctio, siue non omnino perficiatur, spiritus insit necesse est, quem naturalem alicubi Galenus vocat. ille cum substantiâ ac formâ idem sit, atque is, qui in corde est, imo ab illo fonte deductus, non tamen qualitatibus omnino similis: Nam neque adeo calidus, neque tenuis ac purus est, at eiusmodi vt eius succi, qui à ventriculo, & intestinis trahitur, transmutationi sit aptissimus. quamobrem etiam humidior, & vaporosior est, vt ita dicam: calidus autem lōgè minus quam in ipso fonte. alitur is & reparatur ex sanguine, cuius euaporatio vt Galenus loquitur, spiritus fit. atque in iecore quidem non adeò elaborata inest hęc euaporatio. in corde vero vbi ipse focus caloris & spiritus est longè tenuior, calidior, ac purior. vnde etiam sanguis, qui à sinistro cordis ventre in arterias illabitur, spiritu plenus est; & valde tenuis, quem Plato in Timæo φορητὸν περιφέρεσθαι, hoc est impetu ac vehementer circumferri dicit. vitalis appellatur hic spiritus, qui à corde per arterias cum sanguine delatus totius vitæ arbiter est. hic & contractionis & distensionis arteriarum & cordis est auctor, & animæ in omni functione instrumentum. Hippocrates libro de corde vocat καθαρὸν & φανερὸν οὐσίαν γεγονέναι ὁκ τῆς διακρίσιος τοῦ αἵματος. hoc est puram & luminosam substantiam ex sangninis separatione genitam. quemadmodnm autem vitalis spiritus in corde residet, ac per arterias calorem corpori impartitur; ita in cerebrum influens accuratioríque opera attenuatus ibi, atque cōcoctus ψυχικὸς appellatur, ideſt animalis. animam illum esse multi existimarunt: in qua sententia dubius aliquando fuit Galenus. anima tamen non est, sed animæ præcipuum instrumentum: hic enim per neruos & sensum & motum dat animali, præterea functionum omnium principalium auctor est. elaboratur autem in plexu illo arteriarum, cuius summum artificium atque structurā non semel admiratus est Galenus in libris de Dogmatis Hippocratis, & Platonis, & in libris de vsu partium, inde que ad cerebri ventriculos illapsus sedem illam obtinet, actioneſque exercet intelligendi, imaginandi, ratiocinandi. his ita declaratis manifestum est, spititus quidem sedem esse cor, in quo etiam anima est, inde tamen cùm vniuerso corpori communicari, tùm iecori ad nutritionem. cerebro verò ad actiones nobiliores obeundas. quamobrem non est, quod aut spiritum diuidamus aut animam nisi adhibito iudicio & re accuratius intellecta. cùm enim triplex videatur spiritus, vnus tamen est, sed pro actionum, quas obit necessitate varius, atque non omnino similis. eo modo, quo anima etsi vna sit in corde, actiones tamen non ibi exercet omnes, sed & cerebrum & iecur adhibet in consortium. quæ duo membra Galenus principalia quidem frequenter vocat, sunt tamen à corde proxima in ipso vitæ principatu. nemini verò mirū sit, quod pro actionum necessitate varium & non vbique similem diximus spiritum existere. Nam & sanguis cum idem forma sit, non vbique tamen similis est. siquidem alio sanguine nutritur pulmo, alio lien, renes alio. neque humorum cæterorum variam commistionem causetur aliquis. satis enim est sanguinem esse non tamen sui vbique similem. itidem ne dicat aliquis, posse id esse in sanguine, qui alimentum est, non in spiritu, qui est actionum animæ instrumētum. Nam quemadmodum pro partis natura aptum adhibet alimentum anima, ita pro actionum natura spiritu vtitur apposito, qui cum tripliciter, vt diximus, dissimilis sit, triplex ideo iudicatur à medicis, quamquàm illum, qui nutritioni seruit, spiritum non vocat, sed simpliciter natiuum calidum, duos verò alios, vitalem & animalem. atque hæc habuimus de natura spiritus dicere antequam librum de spiritu explicandum aggrederemur. facile enim intelligitur intellecta eius natura, de quo agitur, & à quo libri titulus positus est. Nunc ad librum propius accedam.

Liber autem Aristoteli quidem adscribitur, verùm si quis alius eius philosophi liber, maximè videtur dubius. Nam primum veteres peripatetici non videntur eius vnquam meminisse, præterea stylo videtur esse diuerso ab Aristotelico. docendi verò genus perplexum est, atque Aristoteleo concisius: addo etiam minus accuratum. non defuerunt tamen viri doctissimi, qui Aristotelicum agnouerunt. inter eos autem Iulius Cæsar Scaliger vir, & ingenio, & doctrina præstantissimus. non desunt etiam, qui summo studio contendunt Aristotelis non esse, sed Stratonis Lampsaceni Theophrasti discipuli, inter cuius opera librum annumerat de spiritu Diogenes Laertius, quemadmodum & librum de coloribus. quorum opinio cum hoc præcipuè nitatur Diogenis testimonio, vel eo videtur facilè redargui, quod multi sunt Aristotelis libri sine controuersia, quorum nulla apud Diogenem extat mentio. præterea vt demus etiam à Diogenis catalogo totum de libris Aristotelicis pendere iudicium: ille quidem libri meminit περὶ πνευμάτων inscripti, quæ vox sine dubio corrupta est, legi enim debet περὶ πνεύματος. quemadmodum vbi πολιτικῆς ἀκροάσεως libros octo numerat pro φυσικῆς. quamobrem cum aliqua sint, quæ me ancipitem reddant de huius operis auctore, non desunt tamen, quæ penè persuadent Aristotelis ipsius esse. ac primum Galenus vir si quis alius doctissimus, & ad ea tempora proximus, quibus vigebant veteres peripatetici, quorū poterat iudicium, & consensum optimè nosse: ille inquam libro quinto de simplicium medicamentorum facultate librum hunc videtur innuere. de spiritu enim loquens testatur de hoc & Aristotelem scripsisse. scimus autem nullum extare librum, in quo de spiritu agat ex instituto, præter hunc. deinde libro de motu animalium de connato spiritu loquens Aristoteles hæc habet verba: πάσα δὲ φαίνεται τὰ ζῶα καὶ ἔχοντα πνεῦμα σύμφυτον, καὶ ἰσχυόντα τοῦτο. τίς μὲν οὖν ἡ σωτηρία ἢ ἔμφυτος πνεύματος εἴρηται ἐν ἄλλοις. hoc est, videntur autem animalia omnia, & connatum habere spiritum, & per hunc

Digitized by Google

robur, quænam autem innati ſpiritus ſit ſeruatio dictum eſt alibi. Quibus verbis ſine dubio librum hunc ſignificat, in quo hæc primatim agitur quæſtio. accedit, quod magni facienda eſt dogmatum conſenſio. Nam liber hic ne latum quidem vnguem ab Ariſtotelicis recedit dogmatis eadem enim ſententia de innati ſpiritus duratione, quæ & διαμονὴ & σωτηρία dicitur philoſopho, eſt & in libro de ſpiratione. eadem in hoc libro, quæ in illo de reſpirationis cauſis; vt omittam alias, quarum ſi obiter fit mentio, eædem tamen ſunt, atque in iis libris, in quibus ſtudioſè declarantur. Hæ ſunt rationes, quæ huius libri auctorem Ariſtotelem eſſe perſuadent. verum quod initio dicebam ſtyli diuerſitas, & docendi genus vel ipſo Ariſtotelico obſcurius retardant animum ab aſſentiendo. præterea quod in hoc libro arterias nominat Auctor, quas nuſquam alias in libris de animalibus aut de animalium affectibus ita vocauit Ariſtoteles. Cõmuni enim venarum appellat nomine, quemadmodum facit Hippocrates addunt nonnulli opus hoc Ariſtotele indignum eſſe, in quo amphora inſtituitur, & vrceus exit. initio enim quæſtionem proponi de ſpiritu, & tamen ad oſſa, neruos, ſemen, vſum, & differentias partium deſinere. quę tamen ratio nihili facienda eſt. Nã ſi de iis agit, ideo agit, quòd ſpiritus & in ipſo ſit ſemine, & in motu partium, qui per neruos fit agente connato ſpiritu, vt eſt in libro de animalium motu. ex his igitur perſpicuum eſt, eſſe quidem aliqua, quæ ſuſpectum reddunt hunc librum, plura tamen & efficaciora, quæ inter Ariſtotelis libros reponendum probant. niſi fortè dicamus commentarium eſſe non ſyntagma, in quo annotaſſet Ariſtoteles aliqua, quæ fuſius erat alibi tractaturus: neque compoſitum vt in publicum ederetur. quo iudicii genere de pluribus Hippocratis libris Galenus vtitur. ita quidem & perplexitatem excuſabimus, & ſtyli, quæ apparet diuerſitatem. in his tamen ſuum vnicuique relinquo iudicium, ſatiſque mihi fuerit oſtendiſſe leuia eſſe, quæ ſuſpectum reddunt, efficaciora, quæ probant Ariſtotelicum. nunc aliò tranſeamus.

Τίς ἡ τοῦ ἐμφύτου πνεύματος διαμονὴ, καὶ πῶς ἡ αὔξησις. ὁρῶμεν γὰρ αὐτὸ καὶ πλέον καὶ ἰσχυρότερον γινόμενον καὶ κατὰ ἡλικίας μεταβολὰς, καὶ διαθέσεις σώματος.

Quænam eſt innati ſpiritus perduratio, quod ve incrementum? videmus enim illum & maiorem, & fortiorem fieri, & ætatis mutatione, & affectione corporis.

Primis ſtatim verbis Auctoris propoſitum aperitur. eſt enim illud de innati ſpiritus perdutatione, & incremento. Nam etſi alia etiam quædam in hoc eodem libro tractentur, omnia tamen ab hac quæſtione explicata proficiſcuntur. porrò liber hic cùm naturalis philoſophiæ non ignobilem partem explicet, inter eos libros reponendus eſt, in quibus animalium declarantur affectus (vocant eos vulgò parua naturalia) videtur autem poſt librum de ſpiratione ponendus eſſe. quandoquidem ita ſe habent ſpiritus, & ſpiratio, vt ea, quæ inter ſe conferuntur, quæ vulgò dicuntur relatiua. par autem erat vt poſt explicatam ſpirationem declaretur, non quidem natura ſpiritus: declarata enim illa abundè eſt in libris præſertim de generatione animalium: (quã quam & hic diligenter explicantur aliqua, quæ ad eius naturam exactius cognoſcendam pertinent) ſed perduratio & incrementum. dubitatum eſt enim à nonnullis an reſpiratio refrigerationi tantùm calidi natiui ſeruiat, an etiam nutritioni & incremento. eorum autem opinio, qui nutriri ſpiritum attracto per ſpirationem aere opinabantur, vt in libro de ſpiratione paucis refellitur, ita hic multis rationibus confutatur, totaque hæc quæſtio ſubtiliter & accurate pertractatur. exordium autem libri auſpicatur à quæſtione interrogatione poſita. & ſanè ſolet etiam Ariſtoteles in exordiis, in quibus proponitur quæſtio, aut vtramque reſponſionis partem ponere, aut ſi altera pars ſine controuerſia verior eſt, illam tantum. in principio octaui libri de naturali auſcultatione, in quo ardua illa de motus æternitate proponiur quæſtio, vtramque reſponſionis partem apponit. in hoc altera ponitur tantum, quæ omnibus in confeſſo eſt, quæque eſt etiam aliàs demonſtrata. Theophraſtus libro de laſsitudine cœpit & ipſe à quæſtione, & tamen poſuit etiam vtramque reſponſionem. Galenus ſocum hunc in non abſimili materia videtur imitatus, libro de vſu ſpirationis τίς ἡ τῆς ἀναπνοῆς χρεία, quinam vſus ſpirationis? & libro de vſu pulſuum, τίς ἡ χρεία τῶν σφυγμῶν; quinam vſus pulſuum eſt? atque διαμονὴν quidem vocat, quam nos durationem conuertimus, ſpiritus ipſius in vita ſeruationem ac perſeuerantiam, quam in libro de Animalium motu vocauit σωτηρίαν. vt igitur durante animalis vita ſpiritus dicitur διαμένειν, hoc eſt perdurare, ita eius incolumitas, atque ſeruatio optimè διαμονὴ appellatur. & quæſtio quidẽ eſt, quæ ratio ſit, qua innatus ſpiritus perdurat: quæve ratio, qua creſcit & augetur. duplex igitur quãquã eadẽ ratio tã perdurationi quã accretioni ſatisfacit. in toto vitæ animantis curriculo ſpiritus innatus perdurat. vita enim ipſa ſi ad actiones referatur & mores bene dicitur διαγωγὴ. ſi ad illud, quod eſt, διαμονή. Nam donec innatus ſpiritus habeat, vnde alatur, maneatque humidum illud primigenium, quod innati caloris pabulum eſt, perdurat ſpiritus, & incolumis eſt, non alia ratione atque ignis, qui donec habeat pabulum humoris, non extinguitur. verum quoniam vt initio librorum de valetudine demonſtrauit Galenus, continuè humidum exhalat, & abſumitur, niſi etiam continuè reficiatur, optimè ſibi natura conſuluit nutritione, quæ reparat, quod deperditur, vt habeat naturalis calor humorem ad perdurandum. altera quæſtio eſt de incremento, quod græcè dicimus αὔξησιν. quodnam ſcilicet innati ſpiritus ſit incrementum. & quoniam prima quæſtio dubia non eſt: nemo enim neſcit, ſi viuere debet animal focum illum caloris, quo viuit, perdurare: idcirco nullam illi appoſuit rationem. incrementum verò quoniam non cuiuis notum eſt, idcirco rationem addit. videmus enim inquit, illum &

Digitized by Google

illam & copiosiorem, & fortiorem fieri, & ætatis mutatione, & affectione corporis. constat autem in incremento & magnitudinē adquiri, & robur. si igitur magnitudo & robur est, erit etiam incrementum. hæc tanquam nota per se ponuntur, & à communi consensione ratio sumitur. soletque Aristoteles propositionibus multis positis, rationes à communi sensu, & intelligentia sumere. quo verò loco nos copiosiorem vertimus, græcè πλέον est, idest plus. conuenit autem spiritui, vt si propriè dicimus illum multum paucum, dicamus & plus illius & minus. eodem modo de innato calido loquens Hippocrates in Aphorismis dicit τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. cæterum mutatione ætatis plus caloris innati fieri non temerè in confesso est. Nam quæ corpora augentur, qualia puerorum sunt in humano genere, pullorum & catulorum in brutis, plus habent spiritus & innati calidi, quàm eorum qui ætate florenti sunt. cuius rei argumentum est ciborum expedita coctio, corporis incrementum, imo prima illa è semine genitali generatio, in quo copiosam spiritus substantiam esse perspicuum est. quas rationes sequutus Hippocrates rata sententia pronunciauit plurimum calidi innati inesse pueris. dicendum itaque fuerit, Aristotelem non ignorasse, quod antea dixit Hippocrates, sed ad communem sensum respexisse. existimant enim omnes penè qui rerum naturam non exactè considerant, quo robustiora propter ætatem sunt corpora, eò etiam plus habere innati spiritus. verùm id etiam facilè quis improbet. Nam si de spiritus incremento disputaturus est, sine dubio illud cum ætate fieri debet affirmare. neque enim causa quæritur rei, de qua, quod sit, non sit antea constitutum. dicendum potius τὸ πλέον καὶ ἰσχυρότερον simul esse. Nam in ætate florenti & iis, quos ἀκμαίζοντας græcè dicimus, plus non est innati calidi, hoc est illius aëriæ spirituosæque substantiæ, sed plus roboris quod ad actiones & motus pertinet. vt enim in coctione ciborum in nutritione & corporis incremento validior sit spiritus in prima ætate: tamen quò magis ad vigorem tendit, eò plus acquirit roboris. nec ignorandum, quod Galenus dicit secundo de temperam. & commentario primo in Hippocratis Aphorismos, & libro aduersus Lycum de collatione calidi in substantia & qualitate. Nam substantiâ plus esse calidi in prima ætate, qualitate autem in vigore, quod scilicet huius ætatis calor acrior est, & magis igneus, cum primæ illius plus habeat vaporis, & humidi. & tamen quoniam hic de spiritu sermo est, hoc est de substantia sine qualitatis mentione distinctionem illam afferre non opus est. Cæterum non modo ætatis mutatione copiosiorem validioremque spiritum affirmat fieri, verum etiam corporis affectione. vocat affectionem διάθεσιν, quam aliqui dispositionem. cuius latè patet significatio. quod ad rem nostram facit, sanitas affectio est, à qua actiones bene fiunt. cuius cùm ampla latitudo sit, in eaque tam ea corpora sint, quorum infirma quidem est valetudo, non ægrotant tamen, aut sensibili aliquo premuntur affectu: quàm ea, quæ optimè habent, & in ea sunt habitudine, quæ græcè dicitur εὐεξία: prætereà quæ inter hæc media sunt, quorū vt dixi sanitatis latissimum est spaciū, & valde amplū. cum hæc inquā ita se habeāt, quo magis valēt corpora, quò saniora sunt, affectioneque sunt robustiori, eò copiosiorem & robustiorem habent innatum spiritum. contrà verò quò infirmiora sunt, qualia sunt senum, eorum qui ab ægrotatione vires colligunt aliorumque multorum, qui sani quidem sunt, sed imbecilla natura, ac viribus, eò debiliorem & pauciorem habent spiritum. cum autem multa sunt, quæ sanitatem validam faciunt, tum præcipue exercitatio corporis, cuius vtilitates refert Galenus libro secundo de valetudine, membrorum soliditatem, innati caloris incrementum, expeditumq; spiritus motū. has autem vtilitates sequi alias, nempè mēbrorum robur & διαπάυσιν, alimenti tractionē validam à membris factā & coctionē expeditā & celerem, præterea nutritionem inculpabilem, in qua & molleſcant, quæ dura sunt, & attenuentur, quæ crassa, meatusque corporis aperiantur, per quos excrementa educantur facilè. cum hæc ita sint, perspicuum corporis affectione robustiori saniorique adquisita, spiritus copiam & robur crescere. quod in corporibus, quæ cum antea non exercerentur, & erant tamen in ambitu sanitatis, deinde verò cœperunt exercitationibus incumbere, satis fuerit confirmasse.

Ἢ ὡς τ' ἄλλα μέρη προσγινομένῳ τινὸς; προσγίνεται δὲ τροφὴ πᾶσι ἐμψύχοις. ὥστε ταύτῃ σκεπτέον ποιάτε καὶ πόθεν.

An quemadmodum & cæteræ partes alicuius scilicet adpositione? adponitur autem animatis omnibus alimentum. quamobrem inspiciendum quale illud & vnde sit.

Responsio est ad propositam quæstionem de spiritus innati auctione posita ἢ particula, qua frequentissimè in problematum sectionibus vtitur. spiritum si augetur non alia ratione augeri, quam cæteræ animalis partes soleant. demonstratum enim est libro primo de ortu, & interitu, & in secundo de Anima repetitum, accretionem fieri προσιόντος τινός, hoc est, accedente aliquo. nutritio quidem appositione alimēti assimilationisque fit. est tamen & vndiquaque corporis, quod augetur incrementū, quod in simplici nutritione nō est. quod ait προσγινομένῳ τινός. signate dicitur. Nā alimentū προσγίνεται, & adhærendo parti, quæ alitur, alit, & auget, alit quidē quatenus in substantiā, quæ nutritur, conuertitur, auget, quatenus in quandam substantiam. ita enim differunt ratione, nutritio & incrementum. in primo libro de ortu, & interitu eadem est vox in eadem re declaranda: ὥτω καὶ αὐξάνεται ἡ ὕλη τῆς σαρκὸς καὶ οὐχ ὥτω ἡ αὐτὴ προσγίνεται. conuertimus autem nos τὸ προσγίνεσθαι apponi, quod ita sumatur hoc loco, non exactius vt sumit Galenus πρὸ πρόσφυσιν. Nam hanc præcedit appositio alimenti, quam vocat ille πρόσθεσιν. πρὸ πρόσφυσιν autem sequitur ἡ ὁμοίωσις, idest, assimilatio. sumit igitur adpositionem & πρόσφυσιν pro eadem re, neque videtur

Digitized by Google

diſtinxiſſe vnquam, quod Galenus facit in libris de facultatibus Naturalibus, & pluribus aliis locis. atque in verbis quidem hæc animaduerſione digna ſunt. præterea notanda ratiocinatio. ea talis eſt. omnes animalium partes augentur alimenti appoſitione. ſpiritus animalis pars eſt. augetur igitur alimenti appoſitione. an ſpiritus animalis ſit pars, non eſt in præſentia inquirendum pluribus. probatum enim eſt ſuperius, illum eſſe animæ inſtrumentum, neque quidquam moliri animam ſine illo in corporis œconomia. non eſt autem pars, quales ſunt, aut quæ dicuntur ſimilares, aut quæ diſſimilares. nam ſi eſſet ſimilaris, ex quatuor eſſet elementis compoſitus, & ex eo diſſimilares conſtarent. vtrunque autem abſurdum eſt. primum enim ſpiritus ex elementis non conſtat. eſt enim nobilior quædam ſubſtantia à genitali cæleſtis corporis vi in miſtionem elementorum profecta. deinde diſſimilares partes ex ſimilaribus conſtant. quod ex iis compoſitis fiant. at ſpiritus quomodo, aut quibus cum componitur? adeſt enim vbique, neque vlla eſt corporis pars ſiue ſimilaris ſiue diſſimilaris, quam non foueat, & in officio contineat. eſt itaque pars nobiliori quodam modo, quod ſimilaribus ſemper adſit, & diſſimilaribus præſtet officium. neque quidquam vetat, ſi ex elementorum non conſtat qualitatibus. Nam & anima, quæ tamen & nobilior & diuinior eſt, ſpiritu, corporis animati pars dicitur, quippè quod ex anima conſtet, & corpore. alio tamen & illa modo, quatenus ſcilicet rei compoſitæ forma & materia dicuntur partes. atque huiuſcemodi partes non poteſt quis niſi mente, & intelligentia comprehendere. partes verò, in quas totam animalis ſubſtantiam diuiſit Hippocrates, vel ipſo ſenſu licet cognoſcere. ſunt illæ quæ continent, quæ continentur, & quæ influunt. ſic & ſpiritum aliquo modo poſſumus ſimilarem partem accipere, quemadmodũ Auicenna & Auerrhoys intelligunt. non ideo tamen ignoranda eſt huiuſce partis præſtantia & à cæteris ſimilaribus differentia. ſunt & alia in natura ſpiritus innati, in quæ diligentius intendamus animum. Nam partibus ſimilaribus augeſcentibus, augeſcunt etiam diſſimilares. neque enim brachium augeſceret, maiusve aut craſſius fieret, niſi partes prius accreſcerent, ex quib. conſtat, hoc eſt caro, oſſa, nerui, arteriæ, venæ, adeps, reliqua omnia. his enim auctis in diſſimilari parte manifeſta apparet auctio. atqui in ſpiritu non idem fieri videtur, ſiquidẽ quæ augẽtur corpora plurimum habent innati calidi, & ſpiritus, vt bene adnotat Hippocrates. quo verò magis augentur, tantum abeſt, vt innati ſpiritus creſcat ſubſtantia, vt imminui potius videatur. Nam quarto decimo ætatis anno quin corpora hominum accipiant incrementum, dubiũ non eſt. ex eo tamen tempore qualitas quidẽ ſpiritus vegetior eſſe, & acrior incipit. ſubſtantia vero etſi non adeo vt in vigore ætatis, videtur tamẽ & ipſa imminui potius quàm augeri. licet igitur manifeſtò videre, poſſe partes augeſcere ſine ſpiritus incremento. quod ſi hæc ita ſunt, ratio, quam à reliquarũ partium incremento ſumit philoſophus, infirma fortaſſe eſt in ipſa ſpiritus auctione confirmanda. niſi dicamus nõ id dicere, quod dum augetur ſpiritus, augentur & aliæ partes, ſed quod eadem eſt augeſcendi ſpiritus, & reliquarum partium ratio. quod vt verum eſt, & ab ipſo auctore hic dicitur, ita accuratius videndum eſt, an poſſit eſſe ſpiritus imminutio cum partiũ auctione. habet enim res primo aſpectu, neſcio quid abſurdi & parum cõſentanei. ſumitur ratio præſertim ab Hippocratica ſententia, quę augentur plurimũ habere innati calidi ſiue ſpiritus. (iam enim idẽ eſſe probatum eſt) in qua animaduertendum quæ augentur corpora, intelligi donec ad vigorẽ perueniant, à quo non amplius fit auctio. quo tempore dici non poteſt augeri partes ſine ſpiritus incremento. Nam in vigore ſiue ſtatu ipſo nulla partiũ vera fit auctio, quemadmodũ neque ipſius ſpiritus. collatio igitur fit à diuino illo ſene augeſcentiũ corporum, & conſiſtentium in vigore, non ipſorũ inter ſeſe augeſcentiũ, dum in ipſo incremento ſunt. atque hæc quidem fatetur quilibet. nihil tamen prohibet eo modo, quo ille confert conſiſtentibus augeſcentia corpora, & nos ipſa inter ſeſe augeſcentia comparare. ſic autem vel ex ipſa rei natura videtur facile colligi, quo propinquiora ſunt ortui, & infantiæ, eo plus habere ſpirituoſæ ſubſtantiæ & innati calidi: quo magis ad vigorem accedunt, eo minus decreſcere itaque ſpiritum, quo propius ad vigorẽ acceditur. neque tamen interea non fieri partium augmentum. dicamus autem ſpiritum innatum in ipſis generationis principiis & primæ ætatis incunabulis auctũ quidem eſſe, propterea q; maxima eo tempore fieri corporum incremẽta. procedente verò ætate humidæ illius, & halituoſæ ſubſtantiæ paulatim aliquid imminui: quo vero magis imminuitur, eò magis & accretionẽ corporũ imminui, donec ad vigorẽ perueniatur ſit. ab auctu igitur ſummoq; innato ſpiritu ſequitur ſumma corporũ auctio, ab illo imminuto decretio, ab immnuto inquam manifeſto & declinante in interitum. ab imminuto verò & (vt ita dicã) debilitato genitali illo ſpiritu, qui in puerili ætate eſt, ad vigorem tamen procedente, ſequi non debet corporis imminutio, ſed incrementum quidem, minus tamen. quò enim ad vigorem accedit proprius, eò minus fit in corporibus incremẽtum. quamobrem prima ætate maximè creſcere videas corpora, adoleſcentia ſuccedente creſcere quidem, lõgè tamen minus: in iuuentute verò, quæ ante vigentem ætatem eſt omnium minimè. peracto verò vigore & cœpto iam humido illo, in quo calor innatus eſt, abſumi & decreſcere, ſequitur manifeſta corporis decretio, quæ ſenium appellatur. his declaratis, quod ſuperius dicebatur, quò magis augentur corpora, tantum abeſſe, vt creſcat innati ſpiritus ſubſtantia, vt potius videatur imminui: verum non eſt, ſi quod magis dictum eſt, pro maiori ſumamus incremento, verum autem ſi pro maiori progreſſu temporis. ſic autem minus minuſque fieri incrementum dictum eſt, donec ad ſtatum perueniatur. ſequitur deinde. adponitur autem animatis omnibus alimentum, quæ particula ſuperiorem confirmat magis. Nam ſi animata omnia alimenti appoſitione nutriuntur, animatorumque partes omnes, certum erit ſpiritus etiam nutritionem non niſi alimenti appoſitione fieri. ait autem, animatis

matis, propterea quod nihil alitur, augeturve, quod ab intimo principio animæ non nutriatur augeſcatve: nutritioque animatis omnibus conuenit, non iis, quæ animæ ſunt expertia. eadem de auctione ratio, quando vt dictum eſt, non differunt, niſi quod illa ſimplex, hæc cum quantitate. quæ cum ita ſint, meritò quærendum eſſe ait, & quale alimentum & vnde ſit. cum enim natura ſpiritus tenuis ſit, & aeria, conſentaneum videtur ea ſubſtantia reparari, quæ facilè in eius naturã commutetur. qualis igitur illa quærendum eſt. ad hæc quoniam dubium eſt, an à communi nutrimento portio ad ſpiritus nutritionem inſumatur, an aliunde, non iniuria vnde illud ſit accuratè conſiderandum eſt.

Δύο δὴ τρόποι δι' ὧν γίνεται, ἢ ἀφὴ τῆς ἀναπνοῆς ἢ ἀφὴ τῆς κατὰ τὸν τῆς τροφῆς πεπτικὸν πέψεως, καθάπερ τοῖς ἄλλοις. τούτων ἴσως οὐκ ἔλαττον ἂν δόξειεν ἡ ἀφὴ τῆς τροφῆς. σῶμα γὰρ ὑπὸ σώματος τρέφεται, τὸ δὲ πνεῦμα σῶμα. τίς οὖν ὁ τρόπος, ἢ δῆλον ὡς ἐκ τῆς φλεβὸς ὁλκῇ τινι καὶ πέψει. τὸ γὰρ αἷμα ἡ ἐσχάτη τροφὴ καὶ κοινὴ ἐστὶ πᾶσι.

Duo autem modi ſunt, quibus fieri poteſt, aut reſpiratione, aut alimenti, quo animal veſcitur, coctione, quemadmodum & aliis partibus fit. ex his autem non minus videbitur alimento. corpus enim nutritur à corpore. & ſpiritus corpus eſt. quis autem modus? an conſtat id fieri attractione ex vena, & coctione? ſanguis enim extremum atque idem omnibus eſt alimentum.

Cum ſatis conſtet & nutriri & augeri ſpiritum, nõ alia ratione, quàm aliæ corporis partes ſoleant, nutrimenti ſcilicet adiectione: meritò quærendum reſtat, qui modi ſint, quibus alimentum apparatur, & adponitur. duo enim ſoli videntur eſſe poſſe, quorum alterũ multi amplexati ſunt, nonnulli alterum, plures autem vtrunque. Cum enim ſpiratione ducamus, reddamuſque ſpiritũ, non iniuria opinetur aliquis aere ſpiritum connutriri, cùm præſertim aeris ſubſtantia cognata ſit ſpiritui, à quo ipſe & qualitatibus, & eſſentia non multum diſtat. deinde cum alimento nutriantur cæteræ corporis partes, quod innato calore concoctum, atque per vniuerſum corpus digeſtum, membris omnibus adponitur, & aſſimilatur, conſentaneum videtur, quemadmodum aliis partibus alimentum, ita idem & ſpiritui nutriendo tribui. hos itaque modos proponit, alteroq; cõfirmato, alterum refutabit inferius. multis enim validisq; rationibus contendit non niſi alimẽti portione, quæ à ſanguine ipſo educatur, nutriri ſpiritum. quam ſententiam in libro etiam de ſpiratione ſecutus eſt. porrò autem cum tres de ſpiritus nutritione poſſint eſſe ſententiæ, ſuos omnes habuerunt Auctores. Nam Eraſiſtratus medicus, quem fortè & Praxagoras ſequutus eſt, ab aere ambiente & nutriri, & fieri ſpiritum exiſtimauit, cuius erat dogma à pluribus Eraſiſtratiis approbatum, in arteriis non niſi ſpiritum contineri, quod libro huic argumento dicato reiicit Galenus. Ariſtoteles quem peripatetici ſequuti ſunt, ab alimento, quod in venis concoctum, & elaboratum halitum præſtet ſpiritus nutritioni accommodum. Hippocrates verò, Plato, Galenus, totaq; elegantiorum medicorum ſchola, ab alimento quidem nutriri ac reparari ſpiritum arbitrati ſunt, eſſe enim ſpiritum ſanguinis halitum, tamen ab aere etiam illum ſpiritum, qui in cerebri vẽtriculo reſidet animalisq; appellatur nutriri. ex his duobus dogmatis (Eraſiſtratus enim manifeſtò fallitur) ſuo loco examinabimus, vtrum ſit verius. modò enim in Auctoris verbis immorabimur, qui duobus modis propoſitis, philoſophica (vt aiunt) modeſtia non minus ait poſſe ſpiritum nutriri alimento quàm aeris inſpiratione. & tamen demonſtrabit inferius non niſi illo modo poſſe fieri, cum autem legeretur τούτων ἴσως οὐκ ἧττον ἂν οὐκ ἄτοπον δόξειεν ἡ ἀφὴ τῆς τροφῆς. emendauimus nos: οὐκ ἧττον ἂν δόξειεν ἡ ἀφὴ τῆς τροφῆς. vix enim aliter poſſet ſtare ſententia. fecimus id coniectura ducti, quando in mendoſiſſimo codice, exemplariumque inopia non licet aliter. reddit deinde rationem. corpus enim ali à corpore, ſpiritum autem eſſe corpus, à corpore igitur nutriri. quæ ratio nõ modo poſterioré modũ, verùm & vtrunq; videtur reſpicere. Nam non modo alimentũ corpus eſt, verùm etiam aer ipſe, cuius ſpiratione poſſe ali dictum eſt ſpiritum. videatur itaque fortaſſe inepta ratio, niſi corpus hoc loco ſumamus pro compoſito, miſtove, non autem pro ſimplici corpore, quod animalium nutritione ineptum omnino iudicatum eſt, libro de ſenſu, imo etiam ſtirpium, libro ſexto Theophraſti de plantarum cauſis. & profectò vt multæ ſint corporis partes, quæ ad ſimplex aliquod corpus referantur aliquo modo, non ideo tamen ſimplici eas conſtare corpore, non ſemel contra Empedoclem demonſtratum eſt. valebit itaque ratio ſic intellecta. Sed ſtatim exoritur dubitatio, quod ſpiritum elemento ſtellarum proportione dictum eſt reſpondere, elementum autem illud ſimplex eſt, nutrietur igitur alio ſimplici corpore: aere igitur potius, quam alimento. Soluitur tamen, ſi dicamus Ariſtotelem elemento ſtellarum comparare innatum ſpiritum, hoc eſt fontem illum, & focum innati caloris, cuius duratione viuit animal: non autem ſpiritum, qui in continua generatione eſt, quique vt facile exhalat, & inanitur, ita non difficile ab alimento reſtituitur. Nam etſi & hic ſpiritus eſt, propterea tamen eſt, quod à perenni illo primoque cordi primum inſito manat, ac effluit. & alioquin non videtur abſurdum eſſe, vt innatus calor ac ſpiritus concocto & elaborato alimento partem ad ſe ſe nutriendum aptam conficiat, alimentumque inde ſi apparet, ſine quo non poteſt in vita conſiſtere. talis igitur eſt euaporatio illa ſanguinis, ex qua ſpiritus ſubſtãtia reparatur. Non enim poteſt animal aliter viuere, cum in continua fluxione ſit, neceſſeque eſt

Digitized by Google

non aliunde, sed ex animali ipso accersi subsidium. modus tamen huius nutritionis incertus est, quem quærit interrogatione posita. respondet verò. an constat id fieri attractione ex vena & coctione? quæ verba concisa sunt, & perobscura. videtur tamen id velle arterias, in quibus spiritus est, halituosum illum spiritum, qui in venis est, per meatus, qui græcè dicuntur ἀναστομώσεις trahere dilatatione, tractum autem coquere, & elaborare, vt hoc sit ἡ ἑλκὴ καὶ πέψις. quod autem ait ἀπὸ τῆς φλεβὸς. non certam quandam significat venam, sed vniuersum illud vasorum genus, quod hoc nomine donatum est. inferius eodem modo arteriam appellat vnitatis numero omne illud vasorum genus, quod spiritum spirituosumque sanguinem continet. quod verò ait à vena spiritum in arteriam trahi: id manifestius declarandum est. Nam cùm in corde spiritus sedes ipsa sit, cur non de eo potius mentionem habuit: in eius enim sinistro præcipue ventriculo spiritus est elaboratio, ac coctio? an quod id notum erat, & exploratum, ibi scilicet calorem innatum residere, & quemadmodum sanguinis ita spiritus quoque officinam, & promptuarium cor esse, propterea que de spiritu, qui in arteriis continentur, tantum voluit meminisse: habent porrò arteriæ dilatandi constringendique vim à corde communicatam, quæ non ideo dilatantur, quod implentur spiritu, vt Erasistratus malè putauit, sed ideo vt impleantur, vt optimè demonstratum est à Galeno libro de sanguine in arteriis, cap. 6. & sexto de Platonis, & Hippocratis dogmatis. cap. 7. trahunt autem à venis spiritum, qua habent ad eas anastomoses, & oscula, cùm maxima sit venarum, & arteriarum communicatio, non rationibus modo, verum & sensu experientiaque comprobata à Galeno tertio de Naturalibus facultatibus cap. 14. 15. & sexto de partium vsu cap. 16. Non modo autem à venis ipsis trahunt arteriæ, verum & à corde ipso præcipuè, à quo non aliter ad eas aliasque omnes emanat spiritus, quàm tractionis opera. ab aere vero ambiente, quæ sunt in extimis corporis partibus, de quo tamen quæstio est an aliquid conferat ad spiritus nutritionem. illud adnotandum Auctorem hoc loco fortasse innuere in arteriis spiritum tantum contineri. quod tamen minime suspicandum est, cum prius à Platone dictum sit in arteriis sanguinem illum contineri, qui impetu fertur, & motionis vehementia. nisi quis locum obiiciat ex libro tertio de Historia Animalium. capite decimo nono. πᾶν δὲ τὸ αἷμά ἐστιν ἐν ἀγγείῳ ἐν πᾶσι καλουμένοις φλεψὶν, ἐν ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ πλὴν ἐν τῇ καρδίᾳ μόνον. hoc est, omnis sanguis in vase suo est, in venis inquam vocatis, nusquam verò alibi nisi in corde solo. quod & in tertio de Partibus Animalium confirmat clarius. qui locus interpretandus est, accepta latius venarum appellatione pro ipsis etiam arteriis. ita enim vbique solitos appellare veteres Hippocratis argumento testatur vbique Galenus. clare autem Aristoteles significat in arteriis sanguinem spirituosum esse libro eodem tertio de Historia his verbis: σφύζει δὲ τὸ αἷμα ἐν πᾶσι φλεψὶν ἐν ἅπασι πάντη ἅμα τοῖς ζώοις. hoc est, pulsat autem in venis sanguis in omnibus simul vbique animantibus. non enim de aliis venis verum hoc est, sed de iis, quæ pulsandi vim habent, quæque arteriæ vocatæ sunt. neque enim potuit Aristoteles aduersari sensui, cuius fidem maximi facit. quoniam autem (redeundũ enim ad Auctorem nostrum est) spiritum tractione halitus à sanguine, qui in venis est, nutriri dixit, rationem reddit, propterea quod cum sanguis vltimum alimentum sit, necesse est, quẽadmodum cæteræ partes ab eius substantia, ita etiam spiritum ab eius euaporatione refici. commune enim alimentum sanguis est, nihilque est membrorum aut partium in animali, quod eo aliquo modo non nutriatur. non modo autem commune, verum & vltimum alimentum vocatur vbique ab Aristotele, quod scilicet præter sanguinem, nullus alius sit alimenti apparatus propter nutritionem, quæ eius appositione, adhæsione, assimilationeque constat. sane etsi sanguis extremum reuera sit alimentum, potest tamen dici triplici illo significato, quod habet Hippocrates in libro de Alimento. τροφὴ δὲ τὸ τρέφον πᾶσα τροφὴ καὶ τὸ οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον τροφὴ, hoc est, alimentum est, quod iam alit, & quod tanquam alimentum est, & quod aliturum. in venis enim contentus sanguis est, μελλοντροφὴ. cum iam partibus nutriendis apponitur, & adhæresit, οἷον τροφὴ. cum assimilatur, & nutrit τροφὴ τρέφουσα. sic de alimento subtilius, & cogitauit, & scripsit Hippocrates.

Ὡς γὰρ οὖν καὶ εἰς τὸ ἀγγεῖον αὐτὸ ἐν εἰς τὸ περιεχόμενον λαμβάνῃ τροφὴν εἰς τὸ θερμὸν ἀπ' ἀὴρ τὸ ἐνέργειαν ποιῶν τὸν τε πεπλικνὸν αὐτὸς αὐτῷ προσλήψεις αὔξῃ καὶ τρέφῃ οὐδὲν χεῖρον ἄπορον αὖ τε τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πρῶτον ἐκ τῆς τροφῆς. καθαρώτερον γὰρ τῇ ψυχῇ συμφυὲς, εἰ μὴ καὶ τὸν ψυχὸν ὕστερον λέγῃ γίνεσθαι προσκενομένων τῶν σπερμάτων καὶ εἰς φύσιν ἰόντων.

Quemadmodum igitur in suum ipsius conceptaculum, ita & in illud, quod ab eo continetur, sumit alimentum in calidum scilicet innatum. mouet autem ipse aer coctionis auctor, sibique apponens ipsi, & ipsum alit, & auget. atque hoc fortasse absurdum non sit, sed ex alimento prima origine factum esse. purior enim esse videtur quippe animæ cognatus. nisi quis & animam postremò fieri affirmet separatis seminibus, & ad generationem admotis.

Obscura sunt hæc atque perplexa non sine maxima macularum suspicione. interpretari tamen pro viribus tentabimus, ac fortasse aut assequemur Auctoris sententiam, aut alios ad eam intelligendam excitabimus. cum itaque maximè consentaneum esse dixisset, ex alimento nutriri spiritum, nutriendi verò modum attractionem esse, quam à venis spiritus faceret, qui in ar-

Digitized by Google

in arteriis continetur, attrahi verò ſanguinem quippè extremum alimentum. modo rem explicat accuratius, docetque innatum ſpiritum quemadmodum alimentum trahit ad eas partes nutriendas, in quibus eſt, ita etiam ad ſui ipſius nutritionem. mouere autem & agere ſpiritum ipſum, quippè qui alimentum attractum coquit, apponit & aſſimilat. hæc videtur eſſe ſententia primorum verborum obſcuriſſimè tamen expreſſa, & ſatis ambigue. Nam & de quo loquitur, non adeò clarũ eſt, ſiquidem & de ſanguine, & de ſpiritu ſuperius ſermo eſt habitus. & ſi de ſpiritu loqui intelligamus, tamen videtur dicere ſpiritum alimentum ſumere propter calidi nutritionem, non propter ſuam ipſius. poſtremò cum hactenus de ſpiritu loqueretur, quid attinebat omiſſo ſpiritu aerem coctionis nutritionisque auctorem facere? Cum præſertim ſi aere non nutritur ſpiritus aut eſſe aer aut dici nequeat, hæc ſunt, quæ aut mendoſum eſſe locũ arguũt, aut affectatæ cuiuſdam obſcuritatis Auctorẽ inſimulant. examinãda ſunt tamen ſingillatim omnia. ac primũ quod de ſpiritu ſermo ſit, de quo & ſuperius quæſtio propoſita eſt. nõ eſt quod multis diſputetur. cur aũt dicat; εἰς τὸ ἀερειχόμενον λαμβάνει τροφὴν εἰς τὸ θερμόν. cum ſatis eſſet dicere εἰς τὸ ἀερειχόμενον. hæc videtur reddi poſſe ratio, quod cùm innatum calidum trahere, coquere, nutrireque vere dicatur, ſic autem ſpiritum & in arteriam alimentum ſumere dixerit, & in id, quod in ea continetur: ne quis fortè aliud eſſe putet innatum calidum à ſpiritu, melioris intelligentiæ cauſa addidit εἰς τὸ θερμόν. quando modo res vna ſit, nihil refert duobus eam appellare nominibus: quamquàm alterum nomen ſubſtantiam reſpiciat, qualitatem alterum, qua illa efficit. eodem enim modo & lib. 2. de generatione animalium ſine diſcrimine modo ſpiritus, modo calidum nominatur. aerem autẽ cur dixerit omninò dubius ſum: niſi in hac vocum ſynonymia luſiſſe voluit. poſſe tamen aliquo modo dici aerem perſpicuum eſt. Nam ſubſtantia tenuis aeriaque ſpiritus eſt, calida etiam & humida. nutriturque halituoſo aerioque ſanguine ab aeris natura non alieno, & quemadmodum ſimilitudine proportioneq; naturę aer dicitur, ita poſſit etiam dici nutriri aere. atque ita verborum obſcuritati ſatisfactum ſit. nunc ſententiam expendemus. ſpiritum ait in vas ſuum alimentum trahere, propterea quòd vis illa partibus inſita trahendi, continendi, alterandiq; alimenti non niſi à calido innato ſpirituque proficiſcitur. Notandum autem venas & arterias, quemadmodum ſanguinem & ſpiritum deferunt ad alias partes nutriendas, ita & ipſas nutriri primum. quod faciunt & aliæ partes nobiliores, quæ nõ deferunt, ſed apparant alimentum. ventriculus enim ſucco illo, qui χυλὸς græcè dicitur, chylusque ab omnibus nominatur, alitur, ſanguine iecur. fortè & ſemine ſeminalia vaſa. ἀερειχόμενον vocat ſpiritum, qui in arteriis continetur, quæ ἀερίχυτα ſunt, aut vt vocat Hippocrates σαρίχυτα. hæ dilatatæ à corde ac venis alimentum ſumunt, quod & ſibi & ſpiritui deferunt, delatumque illud ſpiritus concoquit. quodq; per illum faciunt partes aliæ, idem ille per ſe in ſe ipſo. appoſitione enim aſſimilationeq; alimenti nutritur, & augetur. atque hoc de ſpiritus nutritione verum eſſe, conſentaneumque rationi dicit Auctor. illud verò abſurdum, quod ex alimento vel à prima ortus origine videtur genitus. ſequitur autem id, propterea quod inde alimur, vnde orimur, vt ſæpe Galenus demonſtrauit. atqui primum factum ſpiritum ex ſanguine, quo nutritur poſtea, ſine dubio abſurdum eſt. Nam quid ſanguinem alimentumve concoxit antequam foret ſpiritus? dicat aliquis in ſemine ſpiritum eſſe, qui in animali à quo fluxit ex alimento conſtat. non negandum omninò id eſt. non tamen ignorandum fontem illum fœcunditatis in ſemine, in animali verò ipſius vitæ non eſſe ad alimentum referendum, cum cæleſtis ille calor ſit, ab elementorumq; natura nõ minimum differat, propterea q; animæ συμφυὴς iure dicitur, id eſt cognatus. Nam & Stoici non aliam eſſe putarunt animam quàm ſpiritum. Hippocrates autem libro ſexto epidemiorum ſegmento quinto iis verbis clarè ſpiritum animam vocat. ἀνθρώπου ψυχὴ αἰεὶ φύεται ἄχρι θανάτου. Hominis anima ſemper oritur vſque ad mortem. non ſemel etiam Galenus dubitauit, an ſpiritus animæ ſubſtantia ſit. Cùm igitur talis ſit ſpiritus puriſſimus ſcilicet, atq; vt vocat Hippocrates libro de Corde φωτοειδὴς, abſurdum videatur ab alimento fieri. dicendum tamen eſt, non illum prima origine ab alimento fieri, ſed cæleſtem eſſe, elementis quatuor longè præſtantiorem, ex alimenti verò tenuiori parte, ac puriori ſeruari, atq; nutriri. quòd ſi ſemen ex alimento eſt, imo alimenti vltimi optimũ excrementũ, non tamẽ ideò, qui in eo eſt ſpiritus omninò ex alimento. natura enim & vis, quàm fœcunditatis focum & fontem iure dicimus, ab animali ad ſemen tranſiens primam illam refert, quàm habet originem, cæleſtem, & ſtellarum naturæ non abſimilem proportione; quo autẽ modo id contingat abunde declaraſſe videor in præfatione. copioſè tamen & eleganter explicat Alexander Aphrodiſiæus libro quæſtio. naturalium 2. quæſt. 3. ita videtur poſſe cõmodè reſponderi dubitationi, quæ nõ ſoluitur ab Auctore, imo magis videtur cõfirmari, quod dicat & animã fortaſſe in ſemine poſterius fieri ſeparatis ſeminibus, & ad generationẽ admotis: quæ tamẽ non dicit ex propria ſententia. dubitatio enim, & quæ dicit de anima ſine dubio vera non ſunt. ſed quod conſueuit in Metaphyſicis præſertim Ariſtot. facere, alibi etiã aliquando, vt ex aliorum dogmatis propoſitam dubitationẽ non diſſoluat, hoc etiã facit hoc loco aut ille, aut quicunq; huius libri Auctor eſt. videtur aũt ad Anaxagoræ ſententiam reſpexiſſe, qui ſeparatione, & coniunctione ſeminũ rerum ortũ, & mutationes fieri exiſtimauit. aut fortè ad Democriti ſententiam adludit, qui atomos vocabat rerum ſemina, ex iisque tenuiſſimis conſtare animam opinabatur. quam ſententiam declarat Lucretius libro 3. de rerum Natura, ex cuius elegantiſſimis verſibus paucula ſunt hæc:

Ergo animam totam perparuis eſſe neceſſe eſt
Seminibus, nexam per venas, viſcera, nervos. Et rurſus:
Quare etiam atque etiam mentis naturam animaq;

Digitized by Google

Scilicet per quam pauxillis esse creatam
Seminibus, quoniam fugiens nihil ponderis aufert.

Quod verò ad animæ generationem pertinet, non est, quod in præsentia disputemus. adeundusque est Aristot. lib. 2. de generatione animalium, cap. 3. nihil enim modò dicendũ est, nisi falsum nõ esse posterius animã in homine fieri, sensitiuã sc. primùm, deinde intellectiuam; Nã ἔνθυρα hoc est extrinsecus illa aduenit. sensitiua enim ex materiæ potestate fit. εἰς φύσιν ἰόντων, ad generationem admotis conuertimus non ineptè, vt opinor, quod hoc loco φύσις pro ipsa generatione sumitur ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, quod est nasci ac generari. quod significatum inter alia declarabatur secundo libro de naturalibus principiis, & 5. Metaphysicorum.

Εἴτε περίττωμα πάσης τροφῆς ἐστί, ποῖα ἀφαιρέσεται ἐκ τούτων. καὶ μὴν οὐδὲ τὸν ἐκπνεόμενον ἀέρα εὔλογον. αὖθις γὰρ ἀναπνεῖται ὑπὸ τοῦ ἀρτηριακοῦ πόρου. ὃν οὐκ ἐνδέχεται λεπτότερον ἢ ταχύτερον. ἀμφοτέρως δὲ ἄτοπον εἰ τοῦτο πάντων ἐστὶ καθαρώτατον. εἰ δὲ παχύτερον, ἔσονταί τινες πόροι μείζους. εἰ δὲ μὴ ἄρα καὶ τοὺς αὐτοὺς λαμβάνει καὶ ἐκπέμπει τοῦτο. αὐτὴ μὲν οὖν ἐκ τῆς τροφῆς αὔξησις καὶ διαμονὴ σχεδὸν τοιαύτη.

Verum si cuiusque alimenti excrementum est, qualia ex hoc excenuntur. Nam per expirationem consentaneum non est. confestim enim aer resumitur alius. restat igitur vt per arteriarũ meatus. sed quod excernitur, aut est tenuius, aut crassius. vtroque autem modo absurdum est. Nam non potest esse tenuius, si spiritus omnium est purissimus, neque etiam crassius. nam erunt aliqui meatus maiores, cum tamen per eosdẽ sumat, & egerat. hæc igitur est ex alimẽto spiritus accretio, talisq; permansio.

De nutritione spiritus ex alimento loquutus est hactenus. Nã & modum ostendit & loca in quibus spiritus alimenti coctione alitur. quoniam autem in omnis partis nutritione excrementum aliquod ab vtili alimento remanet, quod per conuenientia certaque loca facultas excernit, quæ ideo græcè dicitur ἐκκριτικὴ: videtur etiam necessario sequi, vt si coctione alimenti nutritur spiritus excrementum aliquod remaneat. quærit igitur hoc loco, si illud excrementũ est, per quã corporis partẽ educatur. & dilẽmate quodam posito, cũ neque per expirationẽ neque per arteriarum meatus excerni posse videarur, rem tanquam demonstratam relinquit, à spiritus scilicet nutritione nullum relinqui excrementum, omnis autem alimenti esse aliquod recrementum, tanquam rem notam proponit, à nemine que dubitatam. nam si singulas alimenti coctiones cogitemus, nullam sine excrementis inueniemus posse fieri; quarum & loca commoda vt excernantur, natura in animalium corporibus molita est. atque vt omittamus ventris coctionem, cuius excrementa nulli nõ sunt cognita, in iecoris concoctione, quæ secunda dicitur, & bilem vtrãque & serum tanquam sanguinis purgamenta ad certa quædã loca trahi & excerni conspicimus. in tertia coctione, quæ partium est, appositò scilicet assimilatoque alimento, etsi non clare conspiciantur, non tamen obscure colligitur recrementa quædam esse, quę vt educta sanitatem animali præstant, ita retenta morborum sæpè causa sunt. ex iis Galenus vocat tenuia λιγνιώδη hoc est fuliginosa, quę fuliginum instar perspirantur per meatus corporis. Nam crassiora sordes sunt, quæ suprà corpus inhærescunt. si igitur hoc ita est, necessarium videtur, à sanguinis etiam illo halitu, quem ad sui nutritionem spiritum trahere dictum est, aliquid inutile ineptumque remanere, quod fuliginis instar aut per expirationem educatur, aut per transpirationem. atqui per expirationem fieri id non posse demonstrat, quoniam statim ἀναπνεῖται, hoc est educti spiritus loco alium resumit. nam si fieret expiratio, vt educatur excrementum, non inspiraretur statim alius aër. neq; enim esset necessitas statim alium subsequi, etsi necessarium sit simpliciter aerem attrahi ad innati caloris, & spiritus refrigerationem faciendam. confutatio itaque in eo videtur esse posita, quod statim expirationem subsequitur inspiratio. id quod arguere videtur educto & expirato calido aere, alio frigidiori opus esse ad innatum calidum refrigerandum. Nam educto excremento spiritus per expirationem vnde necessitas otitur inspirationis? si itaque recrementum spiritus per exspirationem non excernitur, non per aliã viam excernetur, quam per arteriarum meatus. Nam aut expirari opottet, aut transpirari. si illud non est, hoc igitur. atqui conuincere pergit hoc etiam esse non posse. Nam quod excernitur, aut crassius inquit est, aut tenuius ipso spiritu, cuius excrementum esse dicitur. neutro verò modo esse potest, igitur omninò non est. quod enim tenuius sit, videtur à ratione alienum: nihil enim in animali tenuius puruſq; spiritu, quod toties superius probatũ est: erit itaque crassius. at si crassius est, aut per eosdem meatus excernitur, per quos arteriæ tractu spiritus à venis ingreditur, vt suprà ostensum est, aut per alios. atqui per eosdem excerni videatur absurdum. crassius enim cum sit, non habet meatus illos sibi peruios. ad hæc ea excrementum expelletur, qua sumitur alimentum, quod naturæ videtur omninò contrarium: cum nunquam visum sit eundem locum & excremento, & alimento esse destinatum. quo absurdo premit Aristoteles in libro de Respiratione eos, qui propter alimentũ innati spiritus respirationem fieri existimabant. reliquũ itaque est alios esse meatus, eosq; maiores propter excretionẽ recrementi, alios verò minores propter spiritus ingressũ. at hoc etiã cõsentaneum esse nõ videtur. Nã si dilatatione, quæ διαστολὴ græce dicitur, sanguinis tenuissima pars ad spiritus nutritionem trahitur, qui fieri potest, vt maiores meatus non occupentur ingrediente vapore illo sanguinis, sed minores tantũ? Nã si cribrũ in aquã immittas, in quo & parua sint, & maiora foramina, quemadmodum aquam admittunt, ita si inde auferatur, exeunti dant locum omnia.

nisi

Digitized by Google

nisi quis dicat in animalis instrumentalibus partibus idem non esse, cùm possit esse diuersa foraminum constructio tum eorum, per quæ alimentum sumitur, tum eorum, per quæ egeritur excrementum. at ne id quidem verùm esse potest. siquidem si mortuo animali extractam dissectamq; ad ignem aut solis lumen arteriam inspiciamus, eiusque paruula sensumque penè fugientia foramina, nulla aliis maiora comperiemus. quæ cum ita sint, cum fieri non posse demonstratum sit, vt aut expiretur excrementum alimenti spiritus, aut transpiratione emittatur, sequitur necessario nullum in nutritione spiritus reliquum esse excrementum. ita libuit mihi locum hunc alioquin concisum, & perobscurum explicare latius additis rationibus, quas aut tangit tantum Auctor, aut ne tangit quidem. verùm si eas inspicimus, earumque efficaciam cogitamus, acute quidem non tamen verè probari dicamus, quod probare conabamur. Nam expiratio calidum emittit aerem, qui prius à pulmone thoracis dilatatione tractus est; quid itaque vetat emitti simul & fuliginosa recrementa, quæ à sanguinis spiritusque & omninò ab innati caloris coctione exhalare necesse est? quibus vna cum aere calido eductis necessario inspiratio subsequitur propter necessitatem refrigerationis, quæ nunquam non est expirata fuligine, aereque calidiori. eadem in arteriis ratio, quæ cum ab ambiente aere trahant, & à venis ipsis, & à corde, nihil impedit per eadem foramina, per quæ dilatatæ traxerunt, contractas eas expellere fuligines, quæ necessario ex alimenti coctione exhalant, & expirantur. est enim in corpore animalis talis constructio, vt quod sapientissimè dixit Hippocrates, ῥοὴ μία sit & σύμπνοια μία, hoc est confluxus vnus, & conspiratio vna. propterea quæ fit, vt fuligines vndiquaque exhalantes eò veniant tandem, vt eas educat expiratio, & transpiratio. atque absurda, quibus premit Auctor, leuia sunt, & facilè euitantur. Nam vt crassiores esse fuligines aere vaporeve sanguinis ab arteriis attracto facilè concedamus: non tamen aut absurdum erit eâ & fuliginosa recrementa per transpirationem educi, quâ aut aer, aut halitus sanguinis attrahitur, aut propterea sequetur maiora eductionis, quam attractionis esse oportere foramina. Nam in alio excrementorum genere verum id est, loca esse oportere ab iis separata, per quæ sumitur alimentum, non itidem in fuliginosis, fumosisque exhalationibus, quæ vndiquaque corpus habent peruium, quod rectè vocat Hippocrates ἐκπνοὴν καὶ σύμπνοιαν. differentia verò crassitudinis aut impuritatis tanta non est, vt propterea maiores meatus esse oporteat; aut si tanta est, vt in ægrotis corporibus, in quibus propter inflammationem, & putredinem copia fuliginosorum recrementorum est, tunc natura expirationis magnitudine & celeritate, imo ex sufflatione ipsa, systolesque arteriarum celeritate & frequentia necessitati subuenire nititur. his declaratis perspicuũ est, argumenta hæc probabilitatem habere quandam, nullam vero demonstrandi necessitatem. Sed vt ad spiritus recrementum veniamus, dicendum ne est, in eo nutriendo relinqui, & excerni inutile aliquid? certe neque Hippocrates neque Galenus id prodiderunt. hoc tamen non ignorandum, in sanguine tenuẽ illam & purissimã expirationem spiritũ esse: quod crassiusculũ expiratur, fuliginẽ. in elaborãdo aũt sanguine spirituq;, vt ita dicã, purificãdo, dubiũ non est vndiquaq; abundare fuligines, quæ exhalant, & tamen non dicetur recrementũ habere spiritus. sed in alimento attenuando, elaborandoque, vnde etiam spiritus alitur, fumosum illud recrementum necessario fieri, quod per occulta foramina continuè expellatur. hoc modo siquis dicat tenuem purumque sanguinis halitum à crasso fumidoque vapore secretum spiritum esse, fumidamque illam expirationem excrementum eius existere, non adeò malè fortasse dicat, modo id nouerit fuligines vniuersæ concoctionis alimenti tenue esse, leueque excrementum, eoque modo ad spiritum etiam aliquo modo referri. potest & alio modo illi tribui, quatenus illo agente tum in corde tum in vniuerso corpore, quemadmodum alia recrementa: ita & fumidæ fuliginosæque exhalationes excernuntur. sed ita non loquimur in præsentia. πόα δὲ διαπέμπειν τόνον. locum mendosum existimo, legendumque ἐκ τόνου. de spiritu enim est sermo. εἰ δὲ ἄρα εἰ μὴ ἄρα reposui. sententia autem plana est. quòd si legamus, vt est in vulgatis codicibus, nullus est sensus, sic autem χαδὸν ταῦτα. malè legebatur pro χαδὸν διαύτη. sanè verò totus hic locus mendosus fortasse est, ac mutilus, fortè & aliunde huc transpositus. Nam quæ hic dicuntur melius conuenire videntur inferius.

Ἡ δὲ ἐκ τῆς ἀναπνοῆς, ὥσπερ ἀριστογένης οἴεται, καὶ τὸ πνεῦμα πεπομμένον, τὸ ἀέρος ἐν τῷ πνεύμονι, τοῦτο εἰς τὰ ἀγγεῖα ἀφαιδόδας. τὸ περίττωμα πάλιν ἐκπέμπεσθαι, πλείους ἔχει τὰς ἀπορίας. ἥτε γὰρ πέψις ἐστόπινος. εἰκὸς μὲν γὰρ ἐστὶ αὐτὸ καθάπερ καὶ τἆλλα. αὐτὸ δ' τοῦτ' ἄδηλον, εἰ μὴ διαφέρει τὸ ἔξω ἀέρος, ὅταν δὲ ἡ θερμότης αὖ πέπτοι. καὶ μὴν καὶ παχύτερον αὐτὸν ἄλλον εἶναι, μᾶλλον ὑγρότητος τῆς ἀπὸ τῶν ἀγγείων ὅπερ, καὶ τῶν ὅλων ὄγκων. ὥστε ἡ πέψις αὖ εἰς τὸ σωματῶδες εἴη. τὸ δὲ περίττωμα, εἴπερ γίνεται λεπτότερον οὐ πιθανόν.

Quod verò è spiratione dicunt, quemadmodum putat & Aristogenes, aeremque inspiratum in pulmone concoctum spiritum fieri, atque hunc in vasa digeri, rursus excrementum egeri plures habet dubitationes. coctio enim ab aliquo fit. Credibile igitur est ab eodem fieri, quemadmodum ab eo & aliorum fit coctio. hoc autem absurdum, si ab externo non differt aere, sic autem calor concoquat.

Digitized by Google

atqui & crassiorem oportet esse, cum & humorem secum habeat, qui in vasis est, & in mole reliqua. quare coctio in rem corporatam fiat vtique. excrementum autem vt fiat tenuius, verisimile non est.

Alterum est hoc propositæ partitionis membrum. Cum enim duos esse nutritionis, seruationisque spiritus modos statutum sit, quoniam declaratum est, quomodo ex alimento nutriatur, qui primus erat modus, aggreditur ad alterum, ad ostendendum scilicet, ex inspiratione aeris non posse connatum ali spiritum. quam sententiam pluribus rationibus nititur infirmare, quas suo loco singillatim examinabimus. pertinet autem hic locus ad respirationis præsertim vtilitatem, ac finem. fuerunt enim veteres medici, qui nutriendi spiritus causa inspirationem fieri existimarunt. Nam Asclepiades hanc sententiam sequutus est, Erasistratus non omnino dissimilem, vt opinor. Nam etsi repletionis arteriarum causa, vt Galenus scriptum reliquit in libro de Respirationis vsu, inspirationem fieri putasset: tamen & ille spiritum ex ambiente aere oriri affirmabat, qui primum ad pulmonis veniret arterias, deinde ad cor, cæteraque arterias. præcessit hos ætate Aristogenes Thasius, qui huius dogmatis fortasse primus fuit Auctor. omnes autem ex Hippocrate sumpsisse videntur opinionis fundamentum. ait enim ille libro sexto Epidem. quem locum & superius adducebamus, ἄνθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται ἄχρι θανάτου, anima hominis vsque ad mortem semper oritur. Non fuit tamen Hippocratis alia sententia, quàm illa, quam Galenus tutatur, & sequitur, à qua nec Aristoteles quidem multum videtur recessisse. Sed vt ad Auctoris verba veniamus, refutat Aristogenis sententiã, & illorum, qui ex inspirato aere ali spiritum opinabantur, fuit verò (vt Suidas Auctor est) Aristogenes medicus è Thaso insula, qui & plura de re medica dedit volumina. fuit & alter Gnidius. vtrum vero intelligat incertum est, verisimilius autem, Thasium, quippe nobiliorem propter libros editos. Plinius libro 27. cap. 4. meminit Aristogitonis medici, vbi fortè Aristogenis legendum est. ἡ δὲ ἐκ τῆς ἀναπνοῆς. quod verò è spiratione dicunt, concisa est, & obscura phrasis. intelligitur autem ἡ τροφὴ id est alimentum. dictum enim superius est, duobus modis tantum posse nutriri spiritum, quorũ altero confirmato, reiicit alterũ, (inhæserat autem huic loco macula, quã deleuimus, correximusque, vt est in contextu) putabat enim Aristogenes aerem inspiratione ad pulmones attractum, ibi concoqui, deinde ad vniuersum corpus per arterias distribui. eius vero excrementum foras amandari expiratione. quam sententiam pluribus difficultatibus esse inuolutam ostendit. ac primum vrget hoc argumento. coctio fit ab aliquo igitur & aeris coctio. non autem ab alio quàm ab innato spiritu; siquidem ille omnis in viuo animatoque corpore coctionis auctor est. Nititur autem hæc ratio Naturalis philosophiæ pronunciato. motus est actus mobilis à motore. coctio enim alteratio est, alteratio vero motus. optimè igitur dictum est coctionem ab aliquo fieri. quod verò ait τινὸς μὲν γὰρ ὑπ' αὐτῶν. Credibile enim est ab eodem fieri. non ideo dicit, quod verisimile est. necesse enim est, neque aliter potest fieri. Sed vt sæpe notant Aristotelis interpretes, propter philosophicam modestiam. pergit verò ad absurdum deducere alimentum est illi quod alitur contrarium: fit enim inter contraria actio, & commutatio, & alioquin demonstratũ id est in libris de generatione. igitur & aer erit contrarius spiritui. spiritus crassiusculus est, vt pote humidus & halituosus in arteriis, & corde: igitur si nutritio fit assimilatione, ac primum nutrimentum contrariũ est, deinde simile, necesse est, & inspiratũ aerem crassefieri, vt innato spiritui assimilatus vniatur. mox excremẽtum crassius est, & sordidius alimento. expiratus aer non est crassior alimento, imo tenuior. non est igitur expiratus aer excrementũ. atqui esse statuebatur. Sequetur aũt hinc neque inspiratum eundem alimentũ fieri innati spiritus. Nã si eius portio inepta nutritioni, excrementũ dicitur, foràsque expiratione emitti, & non est, non erit & altera portio alimentum spiritus, vt dicitur ab Aristogene. ex his rationibus colligitur ex aere inspirato non ali connatum spiritum. quæ singulæ accuratè perpendẽdæ sunt, notandaq; omnia, quæ in his verbis Auctoris non temerè vnicuiq; sunt obuia. prima propositio, quæ physico nititur axiomate, coctionẽ ab aliquo fieri, non habet opus longiori explicatione. Nã in quarto Meteor. demonstratũ est coctionẽ à calore fieri. ὅτι ὑπὸ θερμοῦ πέψις, siue igitur in animali fiat, siue in planta, siue constet artificio, & industria hominum, omnis coctio à calore fit. quã obrem recte additũ est, consentaneum esse ab innato spiritu fieri. diximus autem non modo consẽtaneum esse, sed etiam necessarium. necessitas colligitur in syllogismi propositionib. si ita formẽtur. à calore fit coctio. spiritus est calor. igitur à spiritu fit coctio. esse autem calorem spiritum, ita intelligendum est, quatenus natiui caloris appellatione, & substantia ipsa intelligitur, quam & spiritum & innatum calidum appellarunt Aristoteles, & Galenus. Cæterum cùm dicat, quemadmodum ab eo aliorũ est coctio: præter rationem, quam explicauimus, potestate alia vtitur, quę cũ & ipsa necessaria videatur, modestissimè tamen ex ea colligit τινὸς. videtur illa inductio esse, quippe quæ à multis similib. vnum probat. Nam si cæterarum coctionẽ, quæ in animante fiunt, spiritus est auctor, erit & illius, quæ in sua ipsius nutritione fieri debet. addit rursus. Sic autem calor concoquat. quæ verba meo iudicio è sede sua transposita restituimus suo loco. assumitur autem quod è propositionibus declaratis perspicuum est. vocat vero modo calorem non spiritum, quòd spiritus actio per calorem fit. verum quod ait oportere crassiorem esse spiritum, quod & humorem secum habeat, qui in vasis est, ad Galeni trutinam est expendendum. Nam spiritus ille, qui vitalis dicitur, de quo in præsentia sermo est, quique à corde per arterias vnà cum tenuissimo sanguine vndiquaque fertur: etsi sua natura purissimus sit, aerius, imo etiam & ætherius, ac vt vocat Hippocrates φοινικώδης, tamen quod in sanguine est, quodque eius expiratio & halitus, non ea est tenuitate, qua aer. adde quod licet in arteriis

teriis sit,non tamen abest etiam à venis,cum vndiquaque influat,partibusq; omnibus communicetur.hac de causa in primo commentario in Aphorismos non ἀερώδη modo οὐσίαν,sed & ὑδατώδη vocat Galenus innatum spiritum.neque quidquam obstat locus in libro tertio de facultatibus naturalibus cap.14.ait ibi Galenus omnium illorum,quæ in corpore sunt leuissimum, & tenuissimum esse spiritum,deinde vaporem,quem ἀτμὸν vocat:mox sanguineum elaboratum,& attenuatum.nihil inquam obstat locus ille.Nam etsi leuissimus tenuissimusque sit omnium animalis partium spiritus:cum tamen cum sanguine sit,vaporemque permistum habeat, merito crassiusculus est,& vaporosus.quamobrem subdit ille τῶν τ' ἐνεῖς ἑαυτὰς ἕλκουσιν αἱ ἀρτηρίαι παυτοδαπόν. hæc igitur omnia vndiquaque ad sese trahunt arteriæ,spiritum scilicet, vaporem,& sanguinem tenuiorem. & tamen si ita spiritus est,qui est in arteriis,quem vitalem appellant,non ideo ille,qui in plexu illo miro naturæ artificio fabrefacto elaboratus,in ventriculis cerebri residet, tenuissimus nō est,& luci potius quā aeri similis.verum quod ex Galeno superius dicebamus,non vbique sibi similis est spiritus,sed pro partium actionumque natura & vsu,aut tenuior, aut crassior. planum est igitur,cur vitalis spiritus crassior aere,quem inspiramus esse dictus sit.addita ratione, quod cum humore sit,qui est in vasis, & in mole corporis.vasa verò ἀγγεῖα vocat, quibus tam venæ quam arteriæ præsertim significantur, etsi & splen,& vesica fellis,& vrinæ,& alia conceptacula dicantur vasa. quin sexto Epidem.segmento secundo totum corpus πῦον appellat Hippocrates, qua voce vas intelligitur. & est sane vox hæc medicis præsertim in vsu, aliquando etiam Aristoteli vsitata. ex iis, quæ posita sunt, colligit,coctionem in rem corporatam fieri.quæ conclusio ex superiori propositione facile sequitur,quod scilicet crassiusculus sit spiritus propter humiditates, quæ sunt in vasis, & in mole corporis.igitur si ab eo coctio fit,coctio verò propter rationem,quæ assimilatione fit, necesse erit illam εἰς τὸ σωματῶδες εἶναι,hoc est,ita fieri,vt quod tenuius est,dum coquitur,crassefiat,spirituique assimiletur, est & propositio physica in quarto Meteorolog.non semel à Galeno quoque demonstrata,omnem coctionem crassefaciendo fieri.optimè igitur cohæret conclusio.quòd vero ponitur vltimo loco de excremento,probabile non esse,illud tenuius fieri. ex ea propositione pendere dicebamus, excrementum crassius & sordidius esse,quam alimentum. quæ tamen non omnino sine cōtrouersia est. Nam in sanguine conficiendo plura excernuntur excrementa, quæ sine dubio illo tenuiora sunt, quale serum est,quod in vesicam subsidit,qualis etiam bilis flaua.adde fuliginosa recrementa,& vaporosas illas ἀπορροίας vt Galenus vocat,quæ per occulta cutis foramina educuntur,quæque sine dubio sanguine tenuiores sunt.videtur itaque probabilis quidem esse propositio, in aliquibusque vera,non in omnibus.mihi tamen videtur posse consistere, si excrementum consideremus, quatenus ex alimento pars inutilis secernitur intercommutandum. Sic autem sine dubio quod secernitur, crassius est. commutatum verò alimentum si in vlteriori perfectione, tenuioribus etiam aliquot partibus, & excrementis expurgatur nihil refert. Sic sanguis fit ex succo illo, quem ab intestinis per mesereum iecur attrahit crassis partibus secretis,in vlteriorique eius perfectione, quatenus alendis partibus reddendum est aptum,& appositum,nihil refert tenuiores eius partes & aquosiores secerni,quales serosæ sunt.eadem in spiritu ratio.Nā si aere nutriretur eius parte puriori ab impuriori secreta nutriri illum oporteret. Sed si purior pars crassefit,necesse esset excrementum educi crassius, quod impurum esse diximus,& tamen tenuius excernitur.ita possumus pro hac ratione dicere. verum est & aliud negotium. Nam supra negabat spiritus recrementum posse vnquam tenuius existere,quàm illum,quod tamen hic videtur apertè fateri. Sed leuis hæc dubitatio est. Nam superius cum de recremento loqueretur, quod ab alimento fit,hoc est à sanguine, quo spiritus alitur,sure negabat posse illud tenuius esse,quam spiritum.modo vero cum de aere loquatur, disputetque an verum sit eius aliqua parte commutata,& concocta nutriri spiritum, reliquum verò aeris excerni, fatetur tenuiorem illum esse aerem spiritu,quippe quem propter humores vaporesq; qui in venis sunt,crassiusculū esse demōstratū est.fit igitur ibi collatio recremēti,quod excernitur ab alimēto & spiritus:hic spiritus,& aeris,qui alendo ineptus est,& tanquam inutilis expiratur,& transpiratur.

Ἄλογος δὲ καὶ ἡ ταχύτης τῆς πέψεως. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ ἐκπνοή. τί οὖν ὅτῳ ταχὺ μεταβάλλει. καὶ ἄλλοι οὖν, ἐπωλέοι γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἢ ὀξὺ θερμὸν καὶ μαρτυρεῖ. ὅτως ἡ αἴσθησις. ὁ γὰρ ἐκπιεόμενος θερμός. ἐπὶ δὲ ἡμῖν ἐν τῷ πνεύμονι καὶ τῇ ἀρτηρίᾳ ὃ πεπτόμενον, ἡ τοῦ θερμοῦ δυνάμις ἐν τούτοις ὅσον ἔφασιν, ἀλλ' ἐν τῇ κινήσει τῇ τοῦ πνεύματος ἐκθερμαίνεσθαι τὴν τροφήν. εἰ δὲ ἐξ ἑτέρου τινὸς οἷον ὀπτᾶται, ἢ καὶ ψυχομένου δέχεται, τοῦτ' ἤδη θαυμασιώτερον. ἅμα δὲ καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ θερμὸν κινεῖν.

Atque & ipsa coctionis celeritas absurda est, statim enim inspirationem sequitur expiratio,quid igitur est quòd tam cito & mutat, & alterat? putarit aliquis calidū ipsū;& sane hoc testatur & sensus. Nā qui expiratur aer calidus est.adhæc si quod cōcoquitur in pulmone,& arteria cōcoquitur,calidi vis & in iis sita est. hoc tamē negāt illi,sed motione illa,quā obit spiritus alimētū calescere. & si ab alio mēbro calorē extrahit,aut

Digitized by Google

motum aliunde excipit, hoc magis admiratione dignum est, simul autem neque ille erit, qui primum moueat.

Totus est Auctor in demonstrando connatum spiritum non ali, aut augescere ab externo aere: quamobrem non vna aut altera ratione contentus, multis argumentis sententiam illam conatur euertere. ex his autem plura, ad absurda quædam, & minimè consentanea deducunt dogmatis Auctorem, aut etiam eo, vt sibi pugnantia cogatur omnino confiteri, quod præsertim fit in his verbis, in quibus argumentum est ab irrationabili, & absurdo. absurdum enim esse, & minimè consentaneum tam citò coctionem aeris fieri. coctio enim alteratio est, quæ fit à calore. atqui, omnis alteratio temporis eget, neque potest statim, & momento fieri, quod in physicis ratum & certum axioma est. quod enim, si aeris inspirati coctione alteretur spiritus, citissimè & penè momento fieri illam opus esset, vel eo demonstrat, quod statim inspirationem sequitur expiratio. atqui quemadmodum in aliis rebus, quæ alterationem subeunt, & mutationem, certo tempore ad illam obeundam opus est, ita etiam in hac spiritus nutritione, quæ ab aeris coctione, & alteratione perficitur. Nam in libris de Naturalibus principiis demonstratum est, tempus ideo in alteratione requiri, quod cum sit quod alterat, & quod alteratur, & patitur, illud quod patitur, ita patitur, vt etiam & resistat & contrà agat. quemadmodū & quod agit in agendo repatitur. hæc omnia nisi certo temporis spacio possunt fieri, prout que aut efficientis vis maior minorue fuerit patientisque in patiendo promptitudo, aut contumacia, maius, minusve tempus expoſcunt. atqui dicat aliquis aerem inspiratum tenuem esse, & εὐμετάβλητον, hoc est facile mutabilem: fatetur quidem id nemo nō sanus; tamen cum inter inspirationem & expirationem nulla mora videatur intercedere, qui fieri potest, vt tam subita fiat percoctio, & nutritio? & quoniam propter coctionem tam subitam non modo aeris naturam oportet inspicere, qui mutatur, verum etiam efficiendi vim, quæ alterat, idcirco quærit quidnam illud sit, quod mutat, & alterat: neque tamen quod statutum non sit spiritum agere caloris efficiētia, sed quod aduersariorum modo sequitur hypotheses, illisque examinādis in absurdas, & pene ridiculas confessiones illos ducit. respondet autem ad quæstionem, calidum videri coctionem efficere, quod & sensum ipsum ostendere, siquidem expiratum aerem calidum esse. atque id dicit ex communi penè hominum sensu. Nam præterquam quod omnis coctio à calore fit, ac propterea certum est, alimenti coctionem non nisi ab innato calore fieri, sensu id etiam deprehenditur in expirando: calidum enim expiramus aerem. id quod cum negari non possit ab Aristogene, eo ducit, vt fateri cogatur, quod negabat alioquin. Nam cum à pulmone per asperam arteriam aer inspiretur, ibique ex illius dogmate concoquatur, non potest non ibi esse, quod concoquit. est enim naturali philosophiæ probatum, quidquid agit per contactum agere: positum autem est calidum esse, quod concoquit, erit igitur in pulmone & arteria. Sed hoc cum neget Aristogenes, negabit etiam velit, nolit, in pulmone arteriaque coctionem fieri. & quoniam ad id, quod sensus testatur, à calido scilicet coctionem fieri, propterea quòd expiratur aer calidus, respondetur ab Aristogene non ideo dicendum esse calidum concoctionem efficere; siquidem alimentum spiritus id est aerem ipsum motu, & agitatione incalescere: non autem calidi actione; propterea refutat in alterum absurdum deducens. Nam si spiritus calidum aliunde trahit, neque ipse sua natura caloris est particeps, sed ab alio mouente trahit, sequitur illum non esse, qui primus agat, ac moueat, sed illud, à quo calor suministratur. Nam si calor concoquit, coctio verò in pulmone fit à spiritu, qui tamen calorē per se non habet, sed aliunde mutuatur, sequitur spiritum non esse primum motus & actionis effectorem. hoc tamen & absurdum est, & ab omni ratione alienum. Spiritum enim nemo non fatetur primum mouere, illumque quemadmodum totius animalis & partium omnium nutritionem, ita & suam ipsius facere. si hoc igitur absurdum est, & falsum, consentaneum, & verum contrariū est. erit igitur in pulmone spiritus, & simul in eo calor, qui concoquit, quod perperam negabat aduersarius. hæc mihi videtur Auctoris ratio concisa alioquin & perobscura. vt autem hæc argumenta colligamus breuius, primum rationi repugnare spiritus ab aere nutritionem argumentatur à maxima celeritate, expirationeque alternatim & subinde facta post inspirationē. deinde vt detur esse causá adeo validam, quæ tam cito possit & alterare, & concoquere, quærendam illam esse ostendit. Cumque calidum esse quod agit vel sensu attestante subdiderit, in pulmone illud necessario concludit contra Aduersarii sententiam, postremo quoniam ex motu spiritum, & aerem dicebat Aristogenes incalescere non autem sua natura calidum esse, & tamen qua calidum alimentum concoquere, ponit absurdum, quod hac ratione consequeretur, spiritum primo non agere, sed quatenus aliunde calorem accipit. ita probatum est falsam esse Aristogenis positionem, quod aere per inspirationem attracto connatus alatur spiritus.

Ἐπὶ δὲ τῆ μὴ ἀναπνοὴ μέχει τοῦ πνεύμονος, ὥσπερ λέγουσιν αὐτοὶ, τὸ δὲ πνεῦμα δι' ὅλου τοῦ σώματος. εἰ δὲ ἀπὸ τούτου ἀφαιδόται καὶ πρὸς τὰ κάτω καὶ πρὸς τὰ ἄλλα πῶς ἡ πίψις ὕστερα ταχεῖα. θαυμασιώτερον δὲ ὅτι καὶ μεῖζον. ἀπὸ ἀφανεστέρου τοῦ ὑγροῦ πιπτόμενον ὑπ' ἀέρος εἰς κάτω, κρίνει τὸ μὴ δόξαι ἀναγκαῖον εἶναι τῆς πίψεως τοῦτο, γινομένης ἐκ τοῦ πνεύμονος, τῆς τ' ἀναπνοῆς καινουμένων καὶ τῶν κάτω. μεῖζον δὲ ὕστερα καὶ παραδοξότερον τὸ συμβαῖνον, οἷον γὰρ διόδῳ καὶ θίξει γίνεται μείζων ἡ πίψις.

Ad

Digitized by Google

Ad hæc ſpiratio ad pulmonem vſque pertinet, vt aiunt ipſi: innatus vero ſpiritus per totum eſt corpus. quòd ſi à pulmone tum deorſum, tum alio diſtribuitur, qui fiet tam cita concoctio? hoc autem & maius, & admirabilius eſt. non enim cõfeſtim hoc concoctum aerem ad inferiores partes mittit: quamquam neceſſarium eſſe id videbitur, cum in pulmone fiat coctio, inferioreſque partes ſpiratione participent. atque hoc & maius, & abſurdius eſt. Nam veluti tractu, & tranſitu fiet tantum coctio.

Erat Ariſtogenis placitum nutritionem ſpiritus fieri. πεπαμένου τὸ ἀέρος ὑπὸ τοῦ πνεύμονος, καὶ εἰς τὰ ἀγγεῖα διαδιδομένου. hoc eſt concocto in pulmone aere, in vaſaque diſtributo. illud multis modis Auctor nititur euertere, rationibuſque ſuperius poſitis addit & hanc & alias, quæ ſequuntur inferius. & quamquam hoc argumentum ſuperius aliquo modo poſitum eſt, quod ſcilicet attinet ad ipſam coctionis celeritatem, tamen vt ibi ponebatur abſurda in ipſa coctione conſiderata, ita hic in digeſtione. ait itaque ſpiratio ad pulmonem vſque pertinet, vt aiunt Ariſtogenes, & qui illum ſequuti ſunt. igitur aer, qui per ſpirationem attrahitur ad pulmonem vſque pertinebit. at ſpiritus non in pulmone tantum perſiſtit, verum per totum corpus diſtribuitur: vitalis enim ſpiritus à corde fluens per arterias vbique eſt: ſequitur igitur aerem aut nutrire ſpiritum, aut non totum, ſed illum qui in pulmone tantum eſt. verum hoc facilè euitat Ariſtog. ait. n. inſpiratione quidem ad pulmonẽ aerem appellere, exinde tamen concoctum vndiquaque diſtribui. Sed ita celerrimam fieri coctionẽ oportebit: ſiquidem indiget aeris non modo ſpiritus, qui in pulmone eſt, ſed etiam qui in omnibus arteriis, & in corde ipſo propter nutritionem. Nam ſi in pulmone reſtaret, poſſet ibi fortaſſe ſenſim concoqui, excreto interim per exſpirationẽ ſuperuacaneo: ſed cum in pulmone non reſtet, ſed concoctus ibi per vniuerſum corpus diſtribuatur: longè celerior fiat coctio: diſtributio enim facienda eſt, ac propter hanc ſubinde, & continue factam coctio ſtatim atque aer attractus eſt peragetur, vt in arterias digeratur. propter hanc rationem dicit Auctor πῶς ἡ πνοὴ ὅτι ταχεῖα. qui fiet tam cita concoctio? quæ ſcilicet & pulmonis & arteriis ſatis ſit: citiſſimam enim oportebit fieri: id quod difficile poteſt admitti. quod verò ait hoc eſſe maius, & admirabilius, ideo videtur dicere, quod longè citior fiat coctio, ſi aer diſtribuitur, concoctus vndiquaque, quam ſi in pulmone remaneat: hoc autem & maius erit, & admirabilius Nam illud & magnum, & admirabile ſuperius dictum eſt (magnum ſic & admirabile tanquam paradoxum, & incredibile ſumendum eſt) τὰ κάτω καὶ τὰ ἄλλα ſubintelliguntur μόρια hoc eſt inferiores, aliæque omnes partes. & dicit inferiores, quod cum pulmo in ſupernis ſit partibus, plus aeris iis diſtribuet, quam aliis, & tamen omnibus diſtribuet. hactenus παράδοξος καὶ ἄλογος probata eſt citiſſima in pulmone aeris concoctio verbis nõ adeò inuolutis, & obſcuris. quæ ſequuntur longè ſunt difficiliora. (non enim confeſtim hoc aerem ad inferiores partes mittit) primum enim quid intelligat per hoc dubium eſt, niſi fortè πνεῦμα hoc eſt ſpiritum, qui eſt in pulmone: quamquam malim ego ὅτι legere non πῶς, vt pulmo intelligatur, qui vt attrahit aerem, ita diſtribuit ex Ariſtogenis ſententia. Sed hoc parum eſt, & penè nihil. illud qnæſtione dignum, cur hæc addidit Auctor. videntur enim aliquo modo quod ſuperius concluſum eſt, infirmare. Nam ſi non ſtatim fit diſtributio, quid verat non adeò citam coctionem fieri? iam verò citiſſimè fieri abſurdum eſſe probabatur. præterea vnde id ſumit tanquam verum, & minimè dubium, cum contrà probabilius ſit, citiſſimam momẽtaneamque coctionem diſtributionem ſubito factam excipere, quod & ipſe non negat inferius; accedit quod vox γάρ, quæ rationem reddit, non videtur habere locũ. Nã à diſtributione probabatur coctionis celeritas. quid itaque dixiſſe oportuit, non enim confeſtim mittit aerem: ſi id & nihil probat, & propoſitioni ſupra poſitæ penè aduerſatur? niſi quis verba illa, maius enim hoc eſt & admirabilius huc referet, vt ſit ſententia. abſurdum eſſe tam cito in pulmonem aeris coctionem fieri, longe abſurdius, quod non ſtatim diſtribuatur: nam ſtatim facta diſtributio coctionem citius fieri veluti cogeret, iam vero ſtatim non fieri. at ſi ita accipimus, non tamen locus erit integer. Sic enim dixiſſe oportuit. θαυμασιώτερον δὲ καὶ πῶν εἰ οὐ διαπίμπει γε εὐθὺς πεπόμενον τὸν ἀέρα τοῖς κάτω, & forte ita ſcripſit Auctor, librariorum verò deprauauit inſcitia, & tamen ſi ita legamus, vt eſt in contextu, eadem habebitur fortaſſe ſententia. erit illa huiuſmodi. aeris in pulmone concoctionem ſtatim fieri abſurdum eſt, abſurdius ſi ponatur ab aduerſariis non ſtatim & diſtributionem fieri: quippe momento factam coctiõnem, diſtributio tardior non debet excipere: cum enim citiſſima fiat concoctio, citiſſime etiam debet peragi diſtributio: præterquam quod vt in pulmone, ita in omnibus corporis partibus inſpirati aeris eſt neceſſitas: quamobrem quemadmodum propter pulmonis ſpiritus nutritionem fit ſtatim attracti aeris coctio, ita etiam propter ſpiritum, qui in aliis eſt corporit partibus, coqui aerem oportebit. quod ſi hoc verum eſſe ponamus ſtatim ſcilicet fieri diſtributionem, ſequetur tamen aliud abſurdum longè maius, & admirabilius. Nam coctio, quæ in pulmone fit, erit tanquam διόδου ἕξις. Si enim vt ad pulmonem appulit ſpiritus, ſtatim ad omnes corporis partes pertranſit, coctio illa non erit, niſi appulſus ille & tranſitus. qui igitur fieri poteſt, vt ita concoquatur ſpiritus? his abſurdis premit aduerſarios, & ab vno conceſſo ad alia ducit maiora. non abſimilem Ariſtogeni ſententiam habuerunt veteres medici Aſclepiades, Eraſiſtratus, Praxagoras, Philotimus. Nam hi inſpirari aerem opinabantur, non vt qualitate innatum calidum refrigeret, ſed vt ſubſtantia nutriat ſpiritum. hunc enim ſolum reſpirationis vſum

Digitized by Google

esse. atque horum quidem sententiam reiicit Galenus libro de respirationis vsu. Cæterum quod ad rationes has pertinet, quibus ipsam coctionis celeritatem, tanquam maximum absurdum ponit, sciendũ est, illas valere in hypothesib. Aristogenis. Nam si Erasistrati aliorumque sententiã amplexemur, non video, quomodo non possit quiuis facilè respondere. Nam argumento illi, quo citissimam, & penè momentaneam respirationem fieri ex eo probat, quod statim inspirationẽ sequitur expiratio: posset responderi, primum spiritum esse tenuissimam substantiam, calidamque, propterea alicongeneri substantia, eaque tenuissima, & propterea citissimè, & nullo negotio: quod vel inde probari potest, quod eos, qui animo deficiunt odoribus facilè reficimus, & pene statim atque admouemus. deinde cum pulmo thoracis dilatatione aerem attraxerit, cor per arteriam, quæ in pulmonem dispersa est, vicissim attrahet, vnde pulmo vacuus rursus attrahet. non fit igitur statim coctio, sed qui in corde est, eatenus coquitur, donec alius per arteriam à pulmone attractus sit. hic vero aliquod interuallum est. posset eodem penè modo & aliis argumentis responderi, quæ tamẽ vt dixi solius Aristogenis hypotheses destruunt.

Ἄλογον δὲ καὶ τοῦτο, καὶ ἀλογωδέστερον, ἢ ὁ αὐτὸς λόγος τῆς τροφῆς καὶ τοῦ περιττώματος. εἰδὲ δι' ἄλλου τινὸς τῶν σωμάτων, οἱ αὐτοὶ λόγοι οἱ καὶ πρότερον, εἰ μὴ τοῦτο λέγοι τις ὡς οὐ πάσης τῆς τροφῆς, οὐδὲ παῦσι γίνεται περίττωμα, καθάπερ οὐδὲ τοῖς φυτοῖς, ἐπεὶ οὐδὲ τῶν τοῦ σώματος μερῶν ἕκαστον λαβεῖν ἔστιν. εἰ δὲ μὴ ὅλως πάντως, ἀλλ' ἄρα γε ἢ μὴ ἀγγείων αὔξησις, ἢ αὐτὴ καὶ τῶν ἄλλων μορίων. διυνομένων δὲ καὶ διϊεμένων τούτων, πλείων ὁ ἀὴρ ὁ εἰσρέων καὶ ἐκρέων. εἰδὲ καὶ ἀναγκαῖον ὑπάρχει, τοῦτο αὖθ' ζητεῖται τίς ὁ φυσικὸς καὶ πῶς οὗτος πλείων ὑγιῶς ἂν τούτοις φανερὸν αὖ εἴη.

Atque hoc rationi consentaneum non est, ac longe magis si idem & alimenti & excrementi locus est. quod si dicatur per alium locum eorum, qui intra corpus sunt excerni, eædem rationes aduersantur, quas & superius adduximus. nisi dicat quis non omnibus neque ex omni alimento excrementum fieri, quemadmodum neque plantis fit, quando neque cuiuscunque corporis partis inuenire excrementum est. nisi autem & id non est, quod scilicet omnium est, at vasorum accretio eadem est, atque cæterarum partium: iis enim extentis, & dilatatis plus est influentis, & effluentis aeris. quod si quod necessario inest, illud sane quæritur, quinam inquam innatus sit spiritus, & quomodo, manifestum fiat copiosiorem esse sano corpore.

Argumenta, quibus Aristogenis Thasii sententia confutatur, hæc præsertim concludunt, excrementum esse non posse aeris, qui propter spiritus nutritionem inspiratur: esset enim tenuius alimento, quod absurdum est. deinde citissimam illam concoctionem aeris absurdam esse, quæ si à calido fiat, quod non sit in spiritu, sed aliunde accersatur, spiritum non esse, qui primum moueat, & agat. rursus aut digestionem esse concoctionis similem, expeditam scilicet, & confestim factam. aut tardiorem: vtroque modo esse non posse. nam illo modo sequi concoctionem esse appulsum quendam & transitum, hoc vero modo probabile non esse concoctionem celerrimam tardam digestionem excipere. his argumentis dogmatis positio redarguitur. Sequitur modo quarta ratio, in qua duo videtur facere. primum enim ostendit non posse illum esse excrementum spiritus. deinde quoniam à continentis natura perspicuum est illud, quod continetur augescere, quærendum illud proponit quod nam sit. docebit autem inferius neque insectis neque piscibus spirationem esse, esse tamen spiritum: vnde probat eandem esse omnibus animalibus nutritionis spiritus rationem. & quoniam alimentum commune est omnium, inspiratus vero aer eorum tantum, quæ pulmone sunt prædita: necessario colligit ex alimento spiritum nutriri, & augescere. hæc sunt, quæ docet, & probat Auctor in refellenda Aristogenis medici sententia. ἄλογον ὂ τοῦτο. Cum dixisset coctionem aeris esse tanquam appulsum, & transitum, & hoc absurdum, & à ratione alienum, ad aliud absurdum transiturus, & hoc quidem, de quo hactenus sermo fuit, minimè consentaneum esse ait, magis autem à ratione alienum si idem sit locus alimenti, & excrementi. Cum autem mendosè legeretur λόγος, emendauimus τόπος, quod ex iis, quæ paulò inferius addit manifestum est: intelligi scilicet locum non rationem. Nam vbi dicit δι' ἄλλου τινὸς τῶν ὁδῶν, locum apertissimè significat, per quem fiat recrementi exitus. Sed sententiam aperiamus. in omni, inquit, nutritione alius est excrementi, & alius alimenti locus. igitur & in spiritus nutritione alimenti, & excrementi locus alius. hæc autem sententia est & in libro de Respiratione. Nam demonstrat ibi Aristoteles, respirationem non fieri alimenti spiritus causa, & inter alias rationes apponit hanc: συμβαίνει γὰρ κατὰ τὸν διχασμὸν τὸν τροφῆς, καὶ τὸ περίττωμα ἀφίεσθαι. τοῦτο δὲ ὅτι τῶν ἄλλων ἰχθύων ὁρῶμεν γινόμενον. hoc est, contingit enim illâ excipi alimentum, quâ excrementum educitur, quod in aliis non videmus fieri. eadem igitur & ibi agitur quæstio, & eadem affertur ratio ad eos refellendos, qui respirationem fieri dicebant propter nutritionem spiritus, & clarius

clarius quidem ibi, quod & inductio est negatiua, hoc scilicet in aliis non videri. sequitur ἀπόφασις hoc est, obiectionis tacitæ solutio. dici enim posset accipi quidem per os aerem, qui inspiratur, reddi verò excrementum per alia loca, quæ illi sunt à natura destinata. respondet. si id dicatur, easdem rationes, quæ superius allatæ sunt, hic etiam habere locum. significat autem illas, quibus probabat superius nullum esse recrementum spiritus. Nam aut tenuius esse debere, aut crassius: atque si crassius per eosdem arteriarum meatus non posse reddi, sed alios maiores, minores alios esse oportere, quod & repugnat sensui & rationi. atq; hactenus fusius confutauit & nutritionē spiritus, ex aere inspirato, & excrementum redditum vel exspiratione vel transpiratione, vel quauis ratione alia. restat obiectio: esse quidem spiritus alimentum ex aere, recrementum verò nullum: & posse quidem recrementum non esse: Nam & alimentum non omne excrementum habere, & esse animatorum, viuorumque genus, quibus nullum excrementum sit, quale omne plantarū est genus. postremo esse etiam partes, quæ alimento quidem nutriantur sine excrementi egestione. hanc obiectionem ita proponit, vt ad illam nihil respondeat, aut quod responsio temporum iniuria abolita est, aut quod aduersarii, cum quibus agit, in omni nutritione, in omnique membro, & in animatis omnibus excrementum esse opinarētur. propterea sumit εἰ δὲ μὴ ὅπερ πάντων, hoc est, sin autem hæc obiectio falsa est, quando in omnibus quæ aluntur, in omnique alimento excrementū est, considerandum tamen vlterius. vasa inquit vtpote arteriæ augescunt, quemadmodum & aliæ partes. quæ propositio tanquam vera, nullaque egens demonstratione sumitur, quippe cum aliæ partes omnes in animante incrementum recipiant, perspicuum est, & arterias augescere. verum quoniam accretio vndiquaque fit, ita accrescent vasa, vt capaciora, latioraque necesse sit, euadere: hoc enim est, quod ait εὐρωστούμενον & διαμένων, in capaciora laxioraq; vasa plus aeris intrat. sed quoniā nō sunt vasa aeris causâ, quippe qui & intrat & exit, sed aliud quid inesse oportet, qualis est connatus, ac vitalis spiritus, qui influit à corde per arterias, vitamq; animali ministrat, hoc ait quæri, quinam sit naturalis spiritus, & quomodo in his, h.e. in vasis, quæ illum continent, fieri illū auctiorē manifestum fiat. addidit ὑγιῶς, propterea quod in sanitate, & auctio fit innati caloris, & robur adquiritur. Nā in morbis vt moles corporis concidit, & vasa ipsa, ita calor natiuus fit infirmior, spirituſque fatiscit, ac deficit. sic constituit innati spiritus contemplationem, quæstionisque vt aiūt terminos, vt possit eius incremētū inuenire cōmodius, aduersariorūq; sententiā cōfutare. Sed propositio illa: ἀναγκαῖον τὴν ὑπάρχειν: videtur alioquin controuersa. Nā dicat aliquis necesse quidē esse in vasis esse aliquid, & esse quidem aerem, qui effluit & influit perenniter: quāobrē non necessario sequi natiuū inesse spiritum. respondendū. in animato viuoq; corpore satis non esse aerem ingredi, egredique, sed opus esse virtutis alicuius opera illum attrahi, attractū autē expelli, id quod ab innato principio necesse est fieri, quod spiritum innatum, & calidum appellamus, & calorem, imo etiā ignem internum, vt etiam Aristoteles non semel. ex hoc igitur manifesta illationis huius necessitas. hactenus declarata est verborum Auctoris sententia. reliquū est, vt consideremus, quod ait alimēti alicuius non esse excrementum. quod intelligendum est, nisi fallor hoc sensu, vt illud aperte videatur, & locum habeat egestionis. & sane verum est vltimi alimenti penè nullum apparere excrementum: fuliginosa tamen illa, quæ paulò ante dicebamus, omnis alimenti sunt communia. ad de excrementa etiam appellari, quibus natura ad aliquem vsum vtitur, qualia sunt pili, cornua, vngues, pennæ, squammæ. quæ sine dubio extremi sunt alimenti recrementa. & quidem vox περιττώματος latissimæ significationis est apud Aristotelem, & Galenum. eadem ratio in partibus est, quarum nonnullas excrementum non habere, eo sensu accipiendum est, quo & alimentum aliquod excrementi expers esse dicimus. Nam plantas ait Aristoteles libro secundo de Partibus Animalium cap. 3. excrementa non habere, quòd concoctum alimentum, & elaboratum à terra trahant, quod & Theophrastus scriptum reliquit libro sexto de Plantarum causis cap. 13. neque tamen alio sensu, quam quod non habent excrementum, quòd manifestò educatur, cuique egerendo destinatus meatus sit: non enim negandum est esse etiam in plantis excrementitia quædam, ex quibus aliqua inutilia sunt, & noxia, alia verò vtilia, & plantarum (vt ita dicam) ἀποπλίσματα. quod non ignorauit Aristoteles, cuius sunt verba libro secundo de Partibus. atque plantæ quidem (nam & has viuere dicimus) inutilis recrementi locum non habent: ex terra enim confectum accipiunt alimentum, huius vero loco semina fructusque mittunt. habere dicit hic excrementi locum semen & fructum, quo sensu, & animalium semen excrementum vocat in libris de ortu Animalium, in libro de Sensu dupliciter excrementa fieri scriptum reliquit, ἢ ἐν αὐτοῖς ἢ ἔξω. hoc est, aut in ipsis, aut extra, vt plantis. ita distincta recrementi significatione ac natura planum est, quomodo expers illius possit esse planta, membrum animalis, alimentum.

Τοῖς δὲ δὴ μὴ ἀναπνευστικοῖς, τίς ἡ ἔφοδος τοῦ συμφύτου, καὶ τίς ἡ αὔξησις, ἢ καὶ ἔστι τούτοις ἀπὸ τοῦ ἔξωθεν. εἰ δ' ἀπὸ τοῦ ἐνδοθεν καὶ τῆς ἐνούσης ἔφοδος, εὔλογον καὶ ἐκείνοις. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν τὰ ὅμοια καὶ ὡσαύτως.

Verum animalibus, quæ non respirant, quænam erit nutritio, quodue in-

Digitized by Google

crementum innati ſpiritus? non enim his ab externo accedet aere. quod ſi ab iis quæ intus ſunt, & à communi alimonia, conſentaneum eſt idem eſſe iis, quæ reſpirant. ab iiſdem enim ſimilia, eodemque modo proueniunt.

Poſt rationes, quibus innati ſpiritus nutritionem ab aere non fieri demonſtrabat, addit & hanc, quæ maximum ad quæſtionem propoſitam habet momentum. & ſanè ratio hæc in vniuerſum ab animantibus, quæ non reſpirant, probat quod eſt in quæſtione. inferius autem conſiderabitur tum in animalibus inſectis, tum in piſcibus, quæ duo animalium genera non reſpirare ſæpiſſimè dictum, & probatum eſt. ratio autem in animalibus, quæ non reſpirant, eſt nutritio connati ſpiritus ab alimento. animalibus, quæ ſpirant, eadem eſt ratio, atque animantibus, quæ non reſpirant. igitur animalibus, quæ ſpirant, nutritio connati ſpiritus eſt ab alimento, porrò ſyllogiſmus hic in prima figura neceſſario concludit, quod eadem eſt ratio non ſpirantium, & ſpirantium animalium in incremento ſpiritus, & nutritione. Nam quemadmodum eadem eſt ratio, qua animalia ſunt, forma inquam illa propter quam animal eſt animal. ita eadem debet eſſe ratio, propter quam ſpiritus & vita ſit. verum ſi in aliquo quodam genere incerta aut ambigua ſit, in aliis certa, & explorata, neceſſe eſt eodem eſſe modo in illo genere, de quo dubitatio eſt, quo in illo, de quo certum eſt, & exploratum. hæc tota huius argumenti vis eſt, quam Auctor interrogatione proponit. πῖς ἡ τῇ τροφῇ συμφύτου καὶ αὔξησις. Τοῦτο hoc loco intelligit πιοθρίνιν, quam ſuprà vocabat δίλημμα νῦν. pendet tamen à nutritione ἡ δίλημμα. interrogationi poteſt dilemmate reſpõderi. duplicem eſſe rationem auctionis & nutritionis innati ſpiritus, aut ab externo aere, aut alimento. ſed ab externo aere eſſe non poſſe in non ſpirantibus, ſiquidem illa aerem non attrahunt, quando pulmonem non habent. igitur ab alimento communi. alimentum autem commune ſanguinem intelligimus, aut quod proportione reſpondet ſanguini. eandem igitur eſſe rationem etiam in iis animantibus, quæ ſpirant, pulmonibuſque prædita ſunt. quamobrem falſum eſſe aliam nutritionem eſſe ſpiritus, quàm quæ ab alimento eſt. tota huiuſce concluſionis ratio formalis. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν τὰ ὅμοια καὶ ὡσαύτως. ab iiſdem enim ſimilia eodemque modo. πῖς αὐτῶν enim idem genus, eademque eſt αὐτότης hoc eſt identitas, vt vocant. iure igitur iis inſunt τὰ ὅμοια, hoc eſt ſimilia eidem communi formæ conuenienter. quod ſignatè dicit τῶν αὐτῶν ὡσαύτως. ita probatum eſt ab aliis animalium generibus, quæ non reſpirant, ſpiritus innati nutritionem non eſſe ab externo aere. rationem autem hanc ponit Ariſtoteles in libro de Reſpiratione, καὶ γὰρ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων ἐχρῆν ἤτοι συμβαίνειν ἢ τὸ αἰτιολογούμενον τοῦτο, πάντα γὰρ ἔχει θερμότητα ζωτικήν: hoc eſt, nam in aliis animalibus oportet id fieri, aut quod huic proportione reſpondet. omnia enim vitalem habent calorem. eſt in eo libro antecedens poſitum, quandoquidem conſequens perſpicuum eſt, & quod ex conſequenti colligitur, quæ tamen ponit Auctor in hoc loco.

Εἰ μὴ ἄρα καὶ τούτοις ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς, ὥσπερ καὶ τῶν ὀσμῶν αἰσθάνονται. ἀλλ' οὗτοι γε οἷον ἀναπνοὴ γίνεται, καὶ οὐ καὶ ἀναπνοή τις, εἰ κατ' ἀλήθειαν ἔστιν, αὐτοῖς τοῦτο τοιοῦτον καὶ τῶν ἐπιτάσεων τῆς τροφῆς. ὅλως γὰρ ἄμφω πυθόμενος. ἔστι δ' ὑφ' ἧς ἡ καταψύξεως ἀπλέγων, ὡς κἀκείνων δεομένων.

Niſi dicat aliquis ab externo aere his quoque ali & augeri ſpiritum, quomodo & odores ſentiunt: atqui ita veluti reſpiratio quædam eſt, de qua quærat aliquis, an reuera iis quoque ſit, tum hanc rationem afferens, tum etiam cibi ſumptionem, ſimul enim & ſpiritum attrahi. præterea refrigerationis vſum, quippe quo illa etiam opus habeant.

Animalium genera, quod ad propoſitam quæſtionem facit, in duo ſumma genera reducit Auctor. in ea, quæ ſpirandi vim habent, & in ea, quæ non reſpirant. hæc rurſus partitur in piſces, & inſecta. in piſcium autem genere, quod ad ſpirandi impotentiam tria illa genera ſanguine carentium animalium comprehendimus, mollia, cruſtata, teſtacea, quorum illa μαλακόστρακα, hæc ὀστρακόδερμα græcè dicimus. Cùm itaque ſuperius in vniuerſum rationem accepiſſet tam ab inſectis, quàm à piſcibus, quæ ambo genera nullam habent reſpirandi facultatem, probaſſetque eandem in ſpirantibus nutritionis innati ſpiritus eſſe oportere rationem, quæ eſt in non reſpirantibus: modo quoniam res maximè in inſectorum genere controuerſa eſt, quando propter multas cauſas nõ videntur illa reſpirationis priuata munere. obiectiones illas proponit omnes: & tamen quod huius loci non eſt in his quæſtionibus immorari, dubitationibus non ſolutis ad piſces tranſit, à quibus validiſſima, minimeque omnium controuerſa ratio ſumitur pro connati ſpiritus alimento. εἰ μὴ ἄρα καὶ τούτοις. ſuperioris concluſionis eſt ἐπανόρθωσις, hoc eſt, correctio, & veluti caſtigatio. non enim temere ab inſectis argumentum ſumendum eſſe. Nam in illis ab externo aere videri connatum ali ſpiritum. prima ratio ſumitur ab olfactu, quo ſenſu acutiſſimo penè omnia donata ſunt ſectandi alimenti cauſa. Nam apes vel longiſſimo interuallo mellis odore mouentur. formicæ longiores, quos aliqui σκνῖπας appellant, acerrimum habent olfactum. poſtremò nullum non eſt inſectorum, quod optimè non olfaciat, ducaturque ad paſtum odoratu. contrà verò fœtidis grauibuſque odoribus fugantur omnia, alia etiam necantur. quæ omnia vt ſcripta reliquit Ariſtot. lib. 2. de ſenſu & libro de Animaliũ Partibus, ita etiam obiectionẽ hanc diluit, quæ ſumitur ab odoratu. obiectionis

Digitized by Google

iectionis autem vis tota posita est in eo, quod animalia, quæ spirant, non nisi inspiratione olfaciunt. Sit igitur argumentum hoc. olfactus inspiratione fit. insecta habent olfactum. igitur etiam spirationem. quo argumento fortasse ductus Plinius insecta spirare non negat. & Hieronymus Cardanus libro 12. de Subtilitate hoc idem probare contendit. illud tamen facilè soluitur: siquidem non omnis olfactus inspiratione fit, sed animalium tantum, quæ pulmonem habent: docentque Dialecticorum regulæ in prima syllogismorum figura ex particulari prima propositione non colligi necessario vniuersalem conclusionem. Nam vt animalia, quæ pulmonē habent aeris attractione olfaciant, alius tamen modus est, quo insecta odorātur, alius, quo pisces, & aquatilia. docet id Aristoteles præcipuè in quarto de Partibus Animalium. Τὸ ἔντομα διὰ τῶν στοιχείων αἰσθάνεσθαι τῆς ὀσμῶν, καὶ πάντα τὰ συμφύτῳ πνεύματι τῷ σώματος ὄσφρησιν. hoc est, insecta per septum odores sentire, omniaque connato spiritu, quod motu cietur. in libro verò de sensu ideo inspiratione odorari animalia, quæ pulmonem habent, quod sensorium olfactus aere attracto retegatur, quod alioquin nullo tegitur operculo aut in piscibus aut in insectis. quam sententiā etsi vellicet in libro de olfactus instrumento Galenus, non negat tamen & ipse, alium esse odorandi modum spirantibus animalibus, alium non spirantibus. quæ cum ita sint, prima fortasse ratio locum non habeat, quam proponit Auctor addubitans, propterea q; olfactum tanquam spirationē appellat. quo verò loco est in contextu. ἀλλ' ἔστι γε οἷον ἀναπνοὴ γίνεται legendum est ἀλλ' ὥσπερ. non hæc tamen sola ratio videtur confirmare insecta etiam spirare, aereque attracto ali connatum illorum spiritum Sed etiam ἡ δι' ἀσπάσεως τῆς τροφῆς. vbi notanda in varietate elegātia ἀσπάσεως, ὁλκὴ & sanè aeris manifesta est attractio, quæ dicitur inspiratio. sed tamen & cibus trahitur ab instrumentis nutritoriis, à gula inquam & ventre. ratio hæc videtur hoc velle, quod in cibi sumptione seu comestione non potest vnà cum spiritu aer non ingredi: ita verò fieri, vt cibus ad aliarum partium nutritionem destinetur, aer spiritum alat, & augeat. quæ tamen possit fortasse solui, quòd aer aut commiscetur cum alimento, aut non. si commiscetur, non tantùm dicetur ab aere nutriri spiritus, quantum ab aerea alimenti portione. si verò non commiscetur, non negabimus ventrem ingredi aerem, quæremus tamen quomodò ad cor aut ad arterias transmeet, vbi connatus spiritus est. certè enim non attrahetur: non enim petit id aduersariorum hypothesis. quomodo igitur ingredietur? nisi fortasse ratione vacui in maxima spiritus defectione. sed ita replebit vacuum, non alet spiritum. hæc itaque ratio habet quidem ponderis aliquid, est tamen, quod ad solutionem eius afferamus. tertia ratio efficacissima est, quæ ab ipsa refrigeratione sumitur. vocat καταψυξιν, quemadmodum & in libro de spiratione. animalia enim omnia opus habent refrigeratione, siue attemperatione innati calidi. fit illa piscibus ab aqua quæ per branchias & os trahitur, & redditur. spirantib. animalib. ab aere, qui thoracis dilatatione à pulmonibus attrahitur, quiq; arteriarum dilatatione meatus corporis ingreditur, (διάπνοιν græcè dicitur) insectis verò quoniam imbecillum habent calorem, satis est ea refrigeratio, qnæ transpiratione fit. quæ omnia in libro de spiratione ab Aristotele sunt demonstrata. modo argumenti tota vis hæc. quemadmodum ad refrigerationem satis est aer transpiratione ingressus. ita etiam ad alendum spiritum. Nam vt exiguum spiritum exiguus aer attemperat. ita etiam facilè nutrit. exiguus autem est, qui per trāspirationem attrahitur; quamquam & iis, quæ transpiratione viuunt, animalibus, quæ insecta dicimus, non eadem transpirationis mensura, vt inspirantibus non eadem respirandi necessitas. perspicua igitur est inspirationis & transpirationis proportio, quamobrem facile concluditur insectorū innatum spiritum non ali quidem externo aere inspirato, sed transpirato.

Εἰ δὲ διὰ τῶν στοιχείων αὔλειός γίνεται, τοιαύτη δηλονότι καὶ ἡ τῶν ἀέρος εἴσοδος. ὥσθ' ὁμοίοντι τῇ ἀναπνοῇ. πλὴν οὐκ ἀφορίζεται πῆς ὁλκὴ, καὶ στόμου τινος, ἢ εἰ μὴ ὁλκὴ, πῶς ἡ εἴσοδος εἰ μὴ ἄρα αὐλήματος; τοῦτο μὲν οὖν ἔχει καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ σκέψιν.

Quæ si illis à septo fit talis profecto fuerit vt aeris ingressio. quare similis erit respirationi: quamquàm non apertè statuitur, quænam sit in septo spiritus attractio, & à quo fiat, aut si attractio non est, qualis nam est ingressio, nisi sponte potius ac temere. atque id per se se contemplatione opus habet.

Amplificat rationem sumptam à refrigeratione, quæ insectis fit ab aere ambiente. Nam cùm horum aliqua sint exiguo infirmoque calore prædita, alia viuaciora, & calidiora, iis satis est continentis aeris refrigeratio, quæ per meatus corporis fit, his verò attractio fit per septum transuersum, qua scissam tamen habet pelliculam, cuius motu aer ingreditur, caloremq; innatum, & spiritum refrigerat: quod in libro de Respiratione docet Aristoteles. ab hoc autem eodem septo strepentes illos apum, cicadarum, aliorumque huius generis insectorum sonitus fieri, quos bombos vocant, non modo in libro illo de respiratione cap. 9. docuit, verum etiam clarius, & copiosius in libro 4. histor. Animal. cap. 9. præterea quemadmodum in animalibus, quæ spirant. connatus spiritus facit inspirationem, & expirationem, ita insectis facere πλὴν σφύξιν, hoc est pulsationem. ex his omnib. ab Aristotele declaratis rationis huius pendet veritas. Nam si inspiratione alitur innatus spiritus respirantium animalium, dubium non est, quin illa attractione, quæ fit per σφύξιν septi transuersi eodem modo spiritus alatur insectorum. Nam quo modo inspiratus aer alit spiritum, ita & per septum ingressus. iure igitur addit. ὥσθ' ὅμοιον τῇ ἀναπνοῇ, quæ cum ita sint, ratio, quæ ab animalibus non spirantibus sumebatur infirma est. Cæterùm cum hæc vrgeat demonstratio, parat sibi Au-

Digitized by Google

ctor perfugium. dicit enim eos, qui septi transuersi motu refrigerari alique spiritum insectorum tradiderunt, non declarasse πῶς ἡ ὁλκή. hoc est, quæ aeris fiat attractio, & à quo sit. aut si tractio non sit, sed fiat ratione vacui, quemadmodum de inspiratione scripsit Plato, vt locum scilicet impleat, ne inane relinquatur vllum, aut quolibet alio modo, non tamen explicasse illos modum, quicunque ille sit, quo aeris fit ingressio: nisi fortè velint sponte, ac temerè fieri. hoc enim significat τὸ αὐτομάτως.

Id autem suam habere per seſe contemplationem: siquidem non modò rem affirmare oportet, quod sit, verum & ratione aperire propter quam sit. sic vitat argumentum, quo suam determinationem de innati spiritus nutrimento infirmauit. verùm leue perfugium id est. Nam si modus quæritur, illum afferemus, quem adduximus ex Aristotele πῶς ὁλκὴ esse φύξιν, siue δι' φύξιν. id est tractionem esse pulsum, aut per pulsum: fieri verò ab innato spiritu. propterea ad aliã rationem transit, quam sumit ab aquatilibus. iam enim quæ ab insectis sumebatur, tantum abest, vt rem probaret, vt potius aduersariorum firmaret sententiam. sed antequam ad illam aggrediamur, pauca dicemus de diazomate. illud veteres appellarunt φρένας, vt Galenus testatur libro quinto locorum affectorum cap. 4. recentiores vocarunt διάφραγμα ex Platonis verbis. διοείζοντες οὖν γυναικῶν, τῷ δ' ἀνδρῶν χωρὶς οἰκῆσαι, τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν πηξάντες. Aristoteles vbique vocat διάζωμα, quod veluti medium corpus accingat, superioresque partes ab inferioribus separet. neque enim alium eius agnouerunt vsum aut Plato, aut Aristoteles, quem Galenus declarat libro illo quinto locorum affectorum, & libro 5. de vsu partium cap. 15. est autem musculus magnus, & rotundus, qui præterquam quod naturales partes separat à spiritalibus, respirationi faciendæ inseruit præcipue. præterea excrementorum egestioni, quæ tanquam manibus à musculis abdominis & diaphragmate compressa secernuntur.

Τοῖς δὲ δὴ ἐνύγροις, πῆς ἡ τροφὴ καὶ αὔξησις τοῦ συμφύλου; χωρὶς γὰρ τοῦ μὴ ἀναπνεῖν οὐδὲ ἐνυπάρχειν ὅλως ἐν τῷ ὑγρῷ φαμὲν ἄρα λοιπὸν ἄρα διὰ τῆς τροφῆς, ὡς οὐχ ὁμοίως πᾶσιν, ἢ κἀκεῖνα διὰ τῆς τροφῆς τὰ ἔνυγρα. τετμημένων γὰρ ἕν τῶν ἀναγκαίων ἕν.

Verùm aquatilibus animalibus quænam est nutritio, quodve incrementum innati spiritus. Nam præterquàm quod ea non respirant, negamus prorsus in aqua aerem esse, restat igitur & nutriri, & augeri spiritum ab alimento. atque omnibus quidem animalibus similiter, si & aquatilibus ab alimento. tria enim cum illa sint vnum necessarium est.

Quoniam demonstratio, quæ ab insectorum genere sumebatur, multis erat difficultatibus intricata, propterea que minus poterat institutam disputationem diffinire: ideo hoc in loco iis omissis quærit in piscibus, quænam sit innati spiritus nutritio, quodue incrementum. cum autem ab aere nullo modo esse queat, & quia non respirent pisces, & quia in aqua aer non est, concludit, eandem esse in reliquis animalibus alimenti spiritus rationem, quæ in piscibus est. non igitur ab externo aere connatum enutriri spiritum, sed tantùm ab alimento. mentio est in Auctoris verbis τῶν ἐνύγρων. hoc est aquatilium, quod vt dicebam paulò ante, eadem est in omnibus ratio tam sanguineis quam non sanguineis, qualia sunt crustata, mollia, testacea. probationis duplex ratio. Prima quòd non respirant. altera, quòd prorsus in aqua aer non sit. vtramque tanquã alibi demonstratam & definitam ponit, vt hinc etiam possit aliquis facilè coniicere, libri huius Aristotelem Auctorem. probauit enim ille suppositiones has multis validisque rationibus in libro de respiratione, qui locus huiusce disceptationis proprius est. verum vtranque breuiter explicabimus, quod non desunt virorum doctorum, ex his verò & vetustissimorum dogmata, quæ contrariam sententiam tueantur. ac principio Hippocrates in libro de flatibus, si tamen eius libri Auctor est, cum vbique velit esse spiritum nihilque omnino sine illo fieri, tradidit omnia spiritu participare. οὐ γὰρ ἂν ποτε τὰ τελεια ζῶα ζώειν ἠδυνάτη μὴ μετέχοντα πνεύματος, μετέχοι δ' ἂν οὐ πῶς ἂν ἄλλως ἀμὴ διὰ τοῦ ὕδατος, ἢ ὅκ τοῦ ὕδατος ἕλκοντα τὸν ἀέρα. hoc est, neque enim natatilia animalia possent viuere, si non participarent spiritu. quo vero modo aliter participent, quam per aquam, aut ab aqua aerem trahentia?

Eadem fuit Democriti sententia, eadem Diogenis, & Anaxagoræ. existimarunt enim omnes aerem in mari esse, eiusque spiratione pisces viuere. & profectò mutuo se sequuntur hæc, vt si aer in mari sit, spirent pisces: si spirent aerem ibi esse oporteat. neutrum autem admisit Aristoteles, satisque explosa videbantur veterum physicorum placita, si illa quasi rediuiua multis rationibus non confirmasset Guliel. Rondeletius in 4. lib. de piscium historia. Cuius Argumenta etsi doctissimè eleuat Iul. Cæs. Scaliger in libro exercitationum, ad Cardanum Exerc. 273. nihilominus & nos refellemus, ne cui parum in naturæ reb. exercitato possit imponere, atq; ea quidẽ, quæ

quæ ſcribit contra Ariſtotelem pro Diogenis, Democriti, Anaxagoræque ſententia non eſt quod afferamus in præſentia. Nam & Ariſtot. rationes validiſſimæ ſunt, nec temere poſſunt cõfutari, & ac curate illi à Scaligero reſpõſum eſt. ad eius potius hypotheſes & rationes aggrediemur. primum itaque ex Ariſt. Dogmatis conatur ponere aerem in aquis eſſe, quod terra & aqua cœleſti calore, & lumine cum aere, ac igne commiſcentur. deinde locum affert Ariſtotelis ex tertio de Animaliũ ortu cap. 11. in quo aerem in mari eſſe ex eo colligit, quod dicit philoſophus illud calidum eſſe, particepſque omnium, vt pote humoris, ſpiritus & terræ, proptereaque omnibus pene, quæ in ſingulis elementis locisve fiunt participare. idẽ poſſit aptius, faciliuſque colligere non longe ab eo loco, quem adducit. Ait. n. Ariſtot. gignuntur enim in terra, & aqua animalia ac plantæ, quod in terra quidem humidum eſt, in aqua ſpiritus. in his autem totis calor animalis vt aliquo modo plena ſint omnia mox non modo in aqua eſſe aerem, illumque cum aqua inſpirare piſces oſtendit, verum etiam in terra. neque in cauernis tantùm vt putat Ariſtoteles, ſed & in exiguis meatibus, in quibus & talpæ, & lumbrici, vermeſque alii κατὰ διαπνοὴν reſpirant. poſtremo demonſtrare nititur piſces neceſſario aerem reſpirare, quod reſpiratio non ſolum propter refrigerationem fiat innati calidi, verum & propter ſpiritus animalis nutritionem. Nam naturam omnem animalium ſolidis partibus carneiſque & ſpiritu conſtare. iam vero ſolidas partes, carneaſque alimento refici, illas quidem ſolidiori, has vero illo quod in humidorum ſolidorumque medio ſit. igitur & ſpiritum neceſſario, parandum eſſe ſibi ſimili alimento, ſanguinis ſcilicet vapore, & reſpiratione, ac tranſpiratione aeris, qui cum tenuior ſit, & celerius & facilius ſpiritum reparat. hæ ſunt Rondeletii viri ſane docti & diligentis hypotheſes: quas omnes ſingillatim examinemus. ac primum quod ex Ariſtotelis principiis ponit, cœlum inferiora hæc ita regere ac moderari, vt lumine caloreque ſuo cuncta contineat in officio, elementa miſceat, miſtiſque iis calorem viuificum, ſiue ſpiritum participet, verum eſt, & in peripateticorum dogmatis minime controuerſum. quod etiam mare, in quo tot piſcium aquatiliumque variorum generatio eſt, ſpiritu illo genitabili participet, libẽter admittimus non ſemel ab Ariſtotele id edocti. quod autem ſequatur inde, aerem in mari eſſe, quem reſpirationis piſces attrahant; hoc negamus. primum enim ſpiritus ille aer non eſt, ſed elemẽtum cœleſte ſtellis ſimile, vt dicit Ariſtot. deinde etiamſi ſit, ita cum mari commiſcetur, vt miſtum mare ſit, non omnino ſimplex elementum. huiuſmodi penè omnia ſunt elementa, præſertim, quæ inter ſe ſe vicina ſunt, atque contigua. atqui nos ſeparatum in mari quærimus aerem, quem ad reſpirationem piſces hauriant, non ita commixtum cum aqua, vt ſeparari prorſus nequeat, neque enim is erat Ariſtoteles, qui aut ſui eſſet oblitus, aut qui dum aerẽ in aquis neget, ita neget, vt tamen nõ fateatur ſine aere aquam non eſſe, quatenus elementa pura eſſe nequeunt, ſed mutuo ſe variant, atque commiſcent. ita dicentur & animalia terreſtria, quibus pulmo à natura datus eſt, aerem purũ ab omni commiſtione non attrahere, non tamen aquam cum aere ſpirare, etſi in aeris illa commiſtione aqua ſit aliquo modo. negat itaque piſces in mari, dum aquam per branchias attrahunt, aerem inſpirare ſeparatim ab aqua, ſeorſumque exiſtentem, quod volebant priſci illi phyſici. adhæc ſi aer alia ratione, quam commiſtione in mari ſit, penetretque aquas, non video, quo modo non admitteretur corporum penetratio à ſcholis philoſophorum exſibilata. vt mirari ſubeat Auctorem libri de flatibus (Hippocratem enim non eſſe certus ſum) quo modo per aquam aut ex aqua velit piſces haurire ſpiritum. Nam ſi per aquam ab aere inciſam & penetratam, dabitur penetratio haud dubiè. ſi ab aqua aerem ſeparatum, id omninò fieri nequit, vt ſuperius demonſtrauimus. Sed pro illo dicat aliquis, mare à ventis continue pene agitari, ventos autem motum aeris eſſe, aut ſaltem non ſine motu. igitur nunquam aerem deeſſe à mari. accedit fluctuum agitatio, ſpumęque à feruore colliſarum vndarum, permiſtarumque excitatio. in hac autem agitatione ſpumiſque aerem eſſe ſine dubio; fit enim ſpuma ab humoris, aeriſque agitata commiſtione. reſpondeo. verum quidem id eſſe, ſed primum piſces, aquatiliaque cętera in illa aeris ſuperficie non enatare, quę tempeſtatibus efferueſcit. tunc enim dum tempeſtates ſunt, fluctuſque maris attolluntur, ima maris petere experientia cognitum eſt. deinde vt id concedatur, non tamen ſequitur propterea aerem in aquis eſſe ſeparatum, atque ſeiunctum, quomodo putabant veteres phyſici, & quomodo putauit Rondeletius attractum illum retinere piſces aqua interim emiſſa per branchias. erit potius commiſta aqua, & impura, eo modo, quo diximus elementa, qua præſertim inter ſe vicina ſunt, & contigua miſta eſſe, mutuoque alterum alterius participare. alterum argumentum Rondeletii quod à terræ cauernis, cuniculis, rimiſque ſumit, infirmũ eſt, & facilè corruit. Nam primum talpæ, aliaque ſubterranea animalia in cauernis ſunt, vbi caua loca cum ſint, aerem habent ſine dubio halituoſum quidem, & craſſum. aerem tamen, non enim poteſt in vniuerſitate rerum inane aliquid eſſe, quod corpus non repleat. qua ſententia in Meteoris dicit Ariſtoteles in cauernis terræ ſubterraneos eſſe halitus, ex quibus & erumpant aquæ, & fiant metalla, atque foſſilia. deinde non eadem eſt terræ atque aquæ conditio. terra enim cum ſicca ſit, inæqualis, lapidibus plerunque glebiſque compacta rimas facit, præſertim calore ſolis excocta aquiſque fluentibus, aut fluuiis diſiecta. aqua verò humidum elementum vndiquaque homogeneum, ſibique cohærens nullos habet meatus, nullas rimas per quas aer admittatur. qua ratione neque cuniculi neque cauernæ vllæ, hiatusve in aquis ſunt, quæ omnia frequentiſſima ſunt in terra. quæ cum ita ſint, argumentum, quod ſumit ab animalibus ſubterraneis, quæ aut reſpirant aerem, aut quæ ſola tranſpiratione viuunt, locum non habet, & nihil prorſus poteſt aduerſus Ariſtotelem concludere. tertia ratio manifeſto petit in ipſo principio, vt dialectici loquuntur. negat enim in libro de Reſpiratione Ariſtoteles ob aliam rationem reſpirare animalia, quam

Digitized by Google

ob caloris innati refrigerationem, & in hoc libro hæc eadem agitatur quæstio, sed vrget Rondeletius, necessariam esse spirituum reparationem, neque posse spiritum animalem alia nutriri substantia quàm aeris, quippe tenuis cùm sit, neruosque ipsos permeet, halitu sanguinis solo non ali, sed aere naribus attracto. ad hæc validos causatur motus piscium, propter quos deficiens animalis spiritus cita refectione opus habet, quæ non potest non ab aere proficisci. Respondeo Aristotelis sectatorem facilè argumenta hæc eludere. Nam vt tenuissimus spiritus sit, non tamen ideo non est in sanguine aeria tenuissimaque pars, quæ spiritum alat, & augeat, quippè cùm & crassior halitus sit, & tenuior, eodem modo profunctionum, munerumque vsu, & spiritus est, vt Galenus libro quinto simplicium medicamentorum declarauit. quo fit, vt tenuior, elaboratiorque pars animalem spiritum nutriat, quippè qui tenuior, & purior est. accedit quod non statim alit, sed longiori elaboratione attenuatus. vnde accidit & non nisi tenuissimum alimentum omninoque spiritui similimum illius refectioni apparetur. quod verò addit alimentum non sufficere, probandum erat. primùm enim pisces animalia sunt voracissima, vnde suppetet alimenti copia. deinde si nutriendi spiritus necessitas maior est, attenuat vsquequaque innatus calor alimentum, defraudatisque (vt ita dicam) aliis partibus sese iouet, & reparat. Cum verò nunquam innatum calidum non sit in opera, abundè sibi, celerrimeque suggerit pro necessitate. nec erit opus, aerem ad subsidium accersere, si falsum esse demonstrauimus in mari aerem existere. atque hæc quidem positiones, probationesque Rondeletii facilè destruunt ex Aristotelis Dogmatis erutæ, vt nihil aliud addendum esse videatur. sed quoniam opinamur & nos Hippocratis sententiam falsam non esse, alique spiritum aeris respiratione, respondebimus & alia ratione. spiritum scilicet piscium aqueum esse, illique omninò elemento simile, in quo oriuntur, & viuunt. mirum igitur non esse, si quemadmodum animalium, quæ in aere vitam ducunt, spiritus alimentum aliqua ex parte aer est, spiritus inquam aerii, & tenuissimi, ita animalium, quæ in aquis degunt, aqueo spiritui & crasso a qua per branchias attracta alimentum præstet. porrò vt in animantibus terrestribus ipsius spiritus gradus certi sunt, pro eiusq; cõditione & natura alimentum apparatur, aut ex sanguinis vapore, aut ex aere, aut crassius, aut tenuius, ita etiã in vniuersum res habet in piscium genere, spiritusq; iis non quidem omninò aqua est, sed paulò aqua tenuior, vt facile vel leui elaboratione aqua possit ad sui nutritionem vti. quod si ita est, vt esse meo iudicio necessarium est, non video, cur absurdam illam veterum physicorum sententiam reuocare studeamus, velimusque Aristotelem deserere, qui nihil sine validissimis rationibus vnquam docuit. atque de Nutritione spiritus. vt hactenus ex Aristotele, & Auctore hoc nostro quicunque ille sit, satis diximus in præsentia in verbis sententiisque declarandis; ita in iis, quæ sequuntur nonnulla ex Hippocrate, Galenoque afferemus: sic enim & superius promisimus. iam autem ad Auctorem redeamus nostrum, qui cum quærat, quomodo in piscibus nutriatur innatus spiritus, aereque non nutriti probet, propterea quod & non respirant, & in mari aer non est, concludit non aliud esse spiritus alimentum, quàm internum commune scilicet. quòd si in piscibus ita res habet necesse esse eandem in reliquis animantibus esse rationem. Nam vt dixit superius ὑπὸ τῶν αὐτῶν τὰ ὅμοια καὶ ὡσαύτως. ab iisdem eadem eodemque modo. huiusce verò rationis necessitatem explicauimus paulò ante. addit autem, τελῶν ὄντων ἀναγκαῖον ἐν. quæ verba obscura sunt, atque concisa. quod verò significant, hoc est. Cùm tria sint animalium genera, quod ad propositam quæstionem facit, in duobus quidem potest esse quæstio, an ex aeris respiratione aut transpiratione innatus nutriatur spiritus, in altero verò necessarium esse probatum est non ali. quod si necessarium non esse idem potest, atque impossibile, eademque omnibus animalibus nutritionis spiritus debet esse ratio, impossibile erit aliter nutriri, reparariique spiritum, quàm alimento. sic pluribus rationibus demonstratum est, quod erat in quæstione positum, abundeque refutata Aristogenis medici sententia. in verbis fœdæ quædam inhæserant maculæ, quas eluimus. Nam verba illa: ὅτι δι' ἧς τροφῆς ἡ τοῦ πνεύματος γνῶσις: à studioso aliquo in margine adscripta, ab ignaro librario in Auctoris ipsa verba inserta sunt. mox ὡς οὐχ πᾶσιν. restituimus deleta negatione ὁμοίως tantùm, quòd dicebat superius ὡσαύτως. id quod nemini non apertum est. pro ἢ κρείττονα verò legere voluimus εἰ κρείττονα. in his enim verbis hypothetica propositio est breuiter posita.

Καὶ ταῦτα μὲν ὡς περὶ τῆς αὐξήσεως καὶ τροφῆς τοῦ πνεύματος.

Atque hæc de nutritione, & incremento spiritus.

Breuis est superiorum dictorum epilogus Aristotelico sanè more. quoniam autem de spiritus nutritione, & incremento non eandem esse Aristotelis, Hippocratisque sententiam dictum est, necesse autem est aut illius amplexari sententiam, aut huius adhærere Dogmati, dedita opera in hunc locum disputationem distulimus, vt singulorum excutiamus argumenta. Atque Hippocrates in libro de Alimento de spiritus nutritione loquens ita scriptum reliquit: ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, πνεύμων, καὶ ἡ ἄλλη διαπνοή. hoc est: principium alimenti spiritus nares, os, guttur, pulmo, aliaque transpiratio. quam sententiam vt variè fuerunt medici posteriores interpretati, ita de respirationis fine vtilitateque non eadem posteritati reliquerunt dogmata. Nam Erasistratus Asclepiades eum spiritum ani-

Digitized by Google

tum animam esse existimarint (quæ sententia & Stoicorum multis placuit) respirationem propter animæ generationem, aut robur, fieri statuerunt: ducti fortè illa Hippocratis sententia, quam superius non semel adduximus. αἰθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου. Praxagoras verò, Philotimusq; nec non Aristogenes Thasius clarius rem exponentes respirationem fieri voluerunt propter spiritus nutritionem simpliciter. & tamen cùm non ex eo tantum loco Hippocratis habeatur sententia: Galenus, politioresque alii medici duplicem respirationis vsum Hippocratē sequuti esse voluerūt: alterā refrigerationem aut attēperationem innati calidi, alteram alimentū spiritus, vt spiritus non modo ex sanguinis halituosa, tenuique substantia nutriatur, verùm etiam ex inspirato aere. quoniam autem duplex spiritus est, aut qui in corde est, per arteriasque in corpus diffluit, vitalisque appellatur, aut qui in cerebri ventriculis, à quo sensus, motusque proficiscitur, qui etiam animæ rationalis instrumentum est. idcirco si cuius spiritus nutrimentum ab aere constare Galenus intellexerit, quærat aliquis non eodem fortasse modo in variis libris, in quibus locus sic aut declaratur ex instituto, aut obiter tangitur, illum loquutum esse inueniet. Nam alicubi vtrunque spiritum docuit ex aere nutriri præter tenue illud alimentum sanguinis. alicubi animalē, alicubi vitalem. lib. 7. de Dogmatis Hippocratis, & Platonis, cap. 3. videtur velle spiritum vitalem ex aere inspirato, tenuiq; sanguinis halitu enutriri. animalem verò ex vitali elaborato, atq; concocto. nō igitur ex aere, vt loquuntur immediate. in libro de vsu pulsuum duplicem tradit respirationis vsum. alterū maiorem innati spiritus seruationem, alterum minorem alitionē animalis spiritus. id quod & in libro de vsu respirationis confirmat non vno loco. quo tendunt plures loci in libris de vsu Partiū in quib. narium ossiumq; illorū, quæ ἰτμοειδῆ appellantur. constructionem accuratè explicās, docet naribus aerem attrahi à crerebro, & inspiratione quidem spiritum ali, expiratione verò tum fuligines expurgari, tum etiam recrementa expelli crassiora, qualia mucus, pituitaq; à capite defluens. eadem sententia in libro de Odoratus instrumento & plurib. aliis locis. in libro verò 12. de ratione medendi animalis spiritus ait à se manifesto demonstratum cerebrū esse veluti fontem, qui per inspirationem alatur, & per id alimentum, quod à plexu reticulari suggeritur. vitalis verò nō ita quidem demonstrationem manifestam esse, non esse tamen à ratione alienum in corde, & arteriis illū contineri, qui maximè quidē ab inspiratione nutriatur, sed tamen etiam ex sanguine. in his Galeni locis aliqua fortasse videntur inconstantia, vt facilè possit aliquis coniicere non adeò fortasse rem hanc fuisse illi exploratam, & tamen quoniam de diuino illo viro affirmare id minimè possumus; dicemus quidem eius sententiam non aliam fuisse quàm Hippocratis, qui spiritus alimentum non à naribus modò suggeri, verùm & ab ore, pulmoneq; & arteria attrahi existimauit. cur aūt modò vnius, modò alterius spiritus tantum meminit, hanc fuisse causam quod de spiritu quidē vitali haud videretur obscurū esse, propterea; in libris de vsu pulsuum, & respirationis animalis tātum meminisse; in septimo verò de Dogmatis Hippocratis, & Platonis vitalis propterea meminisse tantùm, quod animalis eo loco accurata sit explicatio, quo modo à vitalis elaboratione, longioriq; apparatu fiat. nam quod ad nutrimentum attinet, refrigerationemque ex aere narib. attracto, aliàs declaratum est. his ita positis Hippocr. Galeniq; sententia de spiritus nutritione facilè constat. cumque quatuor sint loca, quæ nutritionis principia ponit Hippocrates, nares animali spiritui nutriendo potissimum seruiunt, os, arteria, pulmoque vitali: quamquàm & hæc, transpiratioque ita vitalē spiritū nutriant, vt & animalem inde alant reficiantq;. atque cum ita senserit Hippocrates, Aristot. tamen manifestò in libro de Respiratione vnū esse respirationis finem voluit, caloris ipsius innati, spiritusque refrigerationem. cum verò respiratio tota inspiratione, expirationeque constet, velitq; Galen. expirationem educendi fuligines causa, quemadmodum & arteriarum systolen siue contractionem fieri, id quidē Aristot. non aperuit, non tamen etiam aduersatur. ex hoc autē constat, quòd cum duæ sint nutritiones spiritus ex aere per inspirationem attracto & ex alimento ipso cōmuni animati corporis: Aristot. ita voluit aerem attrahi, vt non nisi qualitate sua spiritum adiuuet, qualitate verò non fit nutritio, aut accretio, & tamen absurdam etiam illam affirmat sententiam de spiritus ex aere nutrimento. idem confirmat, si tamen ille Auctor est, in hoc libro, qui de hoc argumento agit potissimum. quo magis miror Iulium Cæs. Scaligerum diuini ingenii omnigenæque eruditionis virum in libro exercitationum ad Cardanum hanc sententiam Aristoteli tribuisse ex hoc maximè libro de spiritu; eoq; magis, quod & latinè conuertisse librum scribat, commentariisque explicasse: id quod tantùm abest, vt credam, vt ~~ho~~scitanter potius, & aliud cogitantem legisse, possim sine dubitatione contendere. & quoniam locus, quem adducit, est paulo inferius declarandus, non est, quod in præsentia in eo interpretando immoremur. satis tantum dixisse fuerit, Scaligerum in Aristot. sententia de spiritus nutritione interpretanda apertissimè deceptū esse. atq; cum duæ hæ sententiæ doctissimos diuinosque planè viros habeant Auctores, rationes quidē, quib. Aristot. motus est ad negandum aerem spiritus nutritioni inseruire, non illæ quidem obscuræ sunt, prima autem potissimaque illa est, quam axiomatis instar ponit in libro de Sensu. simplex elementum nullum posse alimentum præstare animato corpori. ad hæc absurdum, quod ponit in libro de Respiratione. postremo vero rationes illæ, quas hactenus explicauimus, quæ aut illius sunt, aut certè ex Dogmatis sermonibusque eius desumptæ Hippocr. rem demonstrauit. Galenus verò cum in confesso esset medicis omnibus, non tantum studuit demonstrare aerem propter alimentum spiritus attrahi, quantum propter refrigerationem innati calidi, quod negabant insigniores medici Erasistratus, Praxagoras, Asclepiades, Phistonicus. si tamen aliqua ratio ex eorum libris sumi potest, ea fuisse potissimum videtur, quod spiritus substantia cum tenuissima sit, facileq;

Digitized by Google

dissipetur, ac pereat alimento aliquo opus habet, quod semper præsto sit ad illum restaurandum. Nam etsi commune totius corporis alimentum possit id ex parte præstare, non tamen potest omnino facere. accedit, quod cùm spiritus aerius sit, nutritur quidem ille aeria alimenti substantia, sed tamen & elemento illo, quod suæ naturæ simile est, quandoquidem ex similibus fit nutritio.

Confirmare verò videtur id & experimentum. nam in animi defectionibus, in quibus vitalis spiritus exoluitur, odoribus crebra inspiratione attractis succurrimus: vt hoc argumentum sit, aere nutriri spiritum, & reparari, eoque magis, quo lubentius propter odorem in eo fusum inspiratur. Hanc Hippocratis, Galenique sententiam Auerrhoys secundo libro collectaneorum exagitat, cuius præcipua demonstratio est, quod corpus compositum non potest à simplici nutriri. quod si spiritus ex aere nutriretur, daretur corpus ex vno elemento factum, id quod & physicis & medicinæ scriptoribus absurdum est, & impossibile. addit verò negasse Galenum aquam nutriendi vim habere, quòd simplex est, igitur neque aerem. pro peripateticis autem facit, quod & ab Aristotele traditur, à Galeno etiam sæpè repetitum ex iisdem ali, ex quibus constant animalia. atqui spiritus ex aere non constat, non igitur ex aere alitur. accedit quod quæ rationes Hippocrati ad hoc dogma constituendum videntur persuasisse, probabiles quidem illæ sunt, non habent tamen necessitatem vllam. nam spiritus quidem aeria tenuisque substantia est, non tamen aer, hoc est, simplex corpus. nutrietur igitur ex tenui vaporosaque sanguinis substantia, neque aere sibi omninò parum commodo opus erit. quod si facilè dissipatur, materiaque opus habet, quæ illi reparando præsto sit, dicetur, quod & superius dictum est, naturam nunquam cessare ab opera, substituereque semper vaporum ex alimento copiam ad spiritum enutriendum. argumentum verò, quod sumitur ab iis, qui animo deficiunt, nullum esse. multa enim sunt, quæ in defectu animi spiritum iuuant, aut vnitione, & constrictione, vt ita dicam, talisque est aqua frigida affusa vultui, vt est in problematum sectionibus, & in libro de Animi defectione Theophrasti. aut alteratione simplici: talis autem est, quæ fit ab odoribus, qui spiritum refrigeratum excalfaciunt, & fouent, aut excalfactum refrigerant. sed & nutritione succurritur animi maiori defectui, vt illi, qui Cardiacus appellatur; at hæc nutritio cur non ex aere sumitur. sed ex vino potius, quod cum tenue vaporosumque sit facilè substantiam spiritus reparat? hęc sunt, quæ Aristotelis, peripateticorumque sententiam adeò videntur confirmare, vt Hippocratis Galenique dogma fatiscere videatur. quamobrem Auicenna libro tertio, quo loco de Respiratione loquitur, euitare volens rationes has, aere spiritum nutriri tradit, non quod ipse conuertatur, spirituque fiat, sed quod eo modo, quo etiam aqua, vehiculum quoddam sit alimenti, quo nutritur spiritus: conferre igitur ad nutritionem, propterea que dici nutrimentum esse: Nam alioquin vere non alere, si quidem simplex corpus est, ex simplici autem non nutritur compositum. alii aeris naturam distinguunt, inter quos est Petrus Aponensis. Nam aut esse purum, & simplicissimum, quomodo non potest alimentum fieri, aut cum aliis elementis commistum, qualiter elementa inter se misceri, à suaque naturali sinceritate desciscere diximus: sic autem acceptum, & intellectum aerem posse facilè spiritum connutrire, quippè qui alimento eget, quod facilimè citissimeque alteretur, & commutetur, quale vel maximè aer est.

Verùm & Auicennæ commentum non sine controuersia potest admitti, & Aponensis distinctio etsi vera sit, ad rem tamen neutiquam videtur facere. Nam vt ab Auicenna exordiar, similitudinem quidem video, modum autem, quo aer vehiculum spiritus alimenti est, non agnosco. aqua enim cum sanguine commiscetur, à renibus autem, & vesica secernitur, abitque simul in sudorem, aer verò attractus & redditus qua ratione cum spiritus alimento misceatur, illique vehiculum fiat, incertum est, & perobscurum. Aponensis ratio inepta est. quis enim nescit quod ait ille? & tamen quando negauit Aristoteles ex simplici elemento corpus compositum enutriri, simplex corpus, siue elementum intellexit latiori significatu, quomodo dixit Galenus aquam non alere, Hippocratesque illam non τροφὴν, sed τροφῆς ὄχημα appellauit. his ita declaratis, difficultas, quæ in hoc philosophię loco maxima est, facilè constat, videturque peripateticorum opinio veritati longè propinquior. & tamen quoniam Hippocratem, à quo optima præclaraq; ad ipsos etiam peripateticos fluxere dogmata, nolim deserere, ita mihi cum peripateticis agendum erit, vt facilè sperem demonstrare falsam non esse diuini senis sententiam. primùm autem ponemus hoc, Aristotelem in libro de respiratione, finem respirationis quærere propter quem fit, qui cùm esse nisi vnus nequeat, quando vnius rei vna forma vnusque finis, meritò illum esse caloris natiui refrigerationem affirmasse. an autem aerem simul etiam in alium vsum vsurpet natura, quemadmodum in nonnullis corporis partibus solet facere, id in magno non posuisse discrimine. præterea cum negat ex aere inspirato ali spiritum, non absolutè negasse, sed tantum propter spiritus nutritionem inspirationem animali tributam esse, quam sententiam exagitat etiam in hoc libro siue ille sit, siue quis alius. Aristogenem enim Thasium confutat, cuius erat opinio respirationem esse à natura datam, vt alatur spiritus: aeremque in pulmone concoqui, recrementum verò expiratione foras eiici: quo tendunt omnes rationes, quas superius explicabamus. adhæc ponemus & hoc, spiritus nutritionem ab aliarum partium nutritione differre, quod illæ longiori muta-

Digitized by Google

ri mutatione opus habeant, vt alimentum, quod aliquo modo parti alendæ contrarium est, assimilent: hic verò ita nutriatur, vt vel leui appulsu, commistioneque similis substantiæ nutriatur. est itaque nutritio hæc vera quidem illa, sed quoniam tenuis res spiritus est, aliisque corporis partibus tenuitate, mobilitate, vt simplicitate maximè præstat, fit vt eius nutritio his omnibus conditionibus præstet aliarum partium nutritioni. neque id dico propterea quod spiritum per simplicem externi aeris mistionem ali existimem, quod vt multis placuisse video, ita mihi nunquam potuit arridere: sic enim nescio quid hæc distaret nutritio ab ea mistione, quæ fit in aeris partium accessione. sed aio spiritus nutritionem illius naturæ accommodatam, celerem, facilem, expeditam, sinceram, postremò vt vno verbo dicam, spiritualem (liceat enim nouo hoc apto tamen appellasse nomine) his positis, non adeo erit ardua Hippocratici Dogmatis defensio. primùm enim facilè patet Aristotelis propositum in libro de Respiratione. in hoc autem libro de spiritu apertè posita est Aristogenis opinio, quam insectatur, ad Hippocratica longè diuersa. deinde cum nutritio spiritus diuersa ab aliarum partium nutritione posita sit, quod neminem arbitror non concessurum, facilè vt opinor eleuamus argumenta, quæ negotium faciebant.

Nam ex aere non ali corpus illo sensu dictum est, quod odore, quem vaporem, halitumque censuerant aliqui, putarunt Pythagorei posse hominem enutriri: ac de nutritione totius corporis verè id intelligi, non de spiritus, cuius nutritionis prærogatiuam illius nobilitati conuenientem iam posuimus. sic & argumentum soluitur, quo proponitur, ex iisdem, ex quibus aluntur orta esse animalia. Nam cùm vera sit propositio, totum ad animal sane pertinet: quod si & spiritus eius pars sit, eaque ratio in toto esse debeat, quæ in parte, tamen cùm spiritus nobilissimæ naturæ sit, cælestisque potius quam elementaris, nil mirum est, quando ex alimento partem seligit purissimam, qua sese nutriat, si ex inspirato aere frigefactus, ac ventilatus, partem quoque ab eo mutuatur, qua citissimè facilimeque alterata propter similitudinem alatur, & augescat. quod pertinet ad odores, quibus videntur spiritus refici, fatemur & nos alteratione sola spiritum ab iis foueri, & sustineri ne labascat, quod autem in lapsu subito virium, & in ipsa syncope, vino succurrimus, aut alioquin cibo sorbili, non ideò ex hoc sumendum argumentum est, aere non refici instaurarique spiritum. Sed cum syncope aut propter insignem alterationem, aut propter euacuationem accidat, aer neque alterationem potest corrigere, neque euacuationem implere, non enim ea est euacuatio, cui possit inspiratio succurrere, sed quæ alimento reparetur, quod & facilimè, citissimeque permeet, & vaporosum sit, & calidum, eoque modo & alteratum emendet spiritum & inanitum facilè instauret. ex rationibus ab Auctore nostro allatis, nulla videtur positionibus nostris aduersari, nisi ea, qua absurdam existimat momentaneam illam spiritus coctionem, & nutritionem subitò factam. Cui tamen respondendum est, absurdam quidem esse, qua ratione ab Aristogene ponebatur, qui & concoqui in pulmone aerem opinabatur, & excrementum inde educi. propter quod excrementum absurdè quidem & temerè positum, rationes tam in hoc libro, quàm in libro de Respiratione veræ sunt, & optimè positæ. non tamen dicendum est absurdam esse celerem illam coctionem eo sensu intellectam, qua Hippocrates, Galenusque intellexerunt. adde Aristogenem in pulmone voluisse aerem concoqui, neque declarasse, à quo quaue facultate id agente. quæ omnia cum illi declarassent ita, vt nihil temere dictum, nihil non consentaneum afferant, & quod ad animalem attinet spiritum, & quod ad vitalem, reliquum erit affirmare Aristotelem Hippocrati non aduersari, sed vidisse quidem illum primum respirationis finem, docteque illum declarasse. ex Hippocrate verò Galenum alium etiam finem agnouisse qui secundarius est, quique bene perceptus, neque naturæ rerum veritati aduersatur, & Aristoteli tantum abest, vt contrarius sit, vt quemadmodum multa in particulari rerum naturæ cognitione ab eo tradita, à Galeno aucta, illustrataque sunt, ita etiam hoc ipsum de aere inspirato, ex quo vitalis animalisque spiritus alitur exactius explicatum sit. hoc enim in multis feciſſe Galenum, quæ ab Aristotele non omninò explicata sunt, testis etiam est Auerrhoys secundo collectaneorum cap. 19. hactenus fuimus euagati in ipsa spiritus nutritione declaranda. Nunc ad Auctorem interpretandum redeundum est.

Περὶ δὲ ἀναπνοῆς, οἱ μὲν οὐ λέγουσι τινὸς χάριν, ἀλλὰ μόνον ὃν τρόπον γίνεται, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος. οἱ δὲ οὐδὲ ὃν τρόπον αὐτῆς λέγουσιν. ἀλλ' ὡς φανερῷ χρῶνται. δεῖ δὲ, καὶ εἰ καταψύξεως χάριν, αὐτὸ τοῦτο διορισαμένους. εἰ γὰρ ἐν τοῖς αἴθωσι θερμὸν, οὐκ ἂν ἔτι οἱ κάτω· ὁ δὲ σύμφυτον πνεῦμα, δι' ὅλου, καὶ ἀρχὴ ἀπὸ τῆς πνεύμονος, δοκεῖ δὲ καὶ τὰ τῆς ἀναπνοῆς εἰς πόρους διαδίδοσθαι καθ' συνέχειαν, ὥστε τοῦτο δεικτέον ὡς οὐκ ὄντ.

Digitized by Google

Sed de reſpiratione, cuius gratia ſit, alii non declarant, ſed quo modo tantum fiat, vt Empedocles, & Democritus. nonnulli neque modum afferunt, ſed vtuntur tanquam manifeſto. oportet autem ſi refrigerationis eſt cauſa id ipſum explicaſſe. Nam ſi in ſupernis partibus calidum ſit, non erit in infernis: connatus vero ſpiritus per totum eſt corpus, & eius principium à pulmone. Sed videtur & reſpiratio continuato quodam motu in vniuerſum corpus diſtribui. hoc autem verum non eſſe probandum eſt.

Locus hic philoſophiæ naturalis, in quo de connati ſpiritus nutritione diſputatur, ad cognitionem abſolutam reſpirationis pertinet. Nam ſi à reſpiratione ſpiritus alitur, propterque illum reſpiratio præſertim animali tributa eſt, perſpicuum eſt maxime reſpirationis omnem naturam comprehendi, quando & finis pernoſcatur, propter quem inſtituta eſt. Sin autem alius eſt ſpirationis finis, aliuſque vſus, vel ideo tamen hic locus neceſſarius eſt cognitu, vt quando alimentum ſpiritus, eiuſque & præſtandi & trahendi modum non obſcure cognoſcimus, ſimul etiam non ignoremus, alimentum quidem ſpiritus eſſe aliquid, illud tamen à reſpiratione non exhiberi. quamobrem cum Ariſtogenes Thaſius reſpirationis finem innati ſpiritus alimentum exiſtimaſſet, aeriſque ſubſtantia in reſpirando opus eſſe, non autem qualitate, illius verò ſententiam abunde confutaſſet philoſophus hoc loco videtur quidem primum alios philoſophos reprehendere, quod eorum aliqui de reſpiratione ita loquuti ſint, vt eius finem non declararint, alii verò neque modum ipſum docuerint, nedum finem, quod ſcilicet tanquam clarum & exploratum ſtatuiſſent. deinde quoniam reſpiratio refrigerationis eſt cauſa, ait, id quidem oportuiſſe eos explicare. poſtremo vero contra hanc ſententiam videtur dubitationes quaſdam proponere, quæ licet non adeo difficiles ſint, non tamen ſoluuntur vſquequaque, quod liber hic in aduerſariis ſcriptus eſt, neque illi extrema manus eſt poſita, aut quod ex iis, quæ ſuperius declarata ſunt, quæque inferius declarabuntur, obuia eſt ingenioſis ſolutio. de reſpiratione ait veteres ita ſcribere, vt eius finem, propter quem fit, non explicarint. non ſemel autem veteres illos phyſicos accuſat Ariſtoteles, quod cum finis nobiliſſima præcipuaque cauſa ſit, illum tamen Anaxagoras, Empedocles, Democrituſque in rerum natura declaranda præterierint. quod igitur fecerunt in aliis naturæ rebus, docet in reſpiratione etiam deliquiſſe Empedoclem, atque Democritum. Nam modum docuiſſe tantum fine præterito. fuiſſe autem alios, qui & finem docendo non attigerint, & modi etiam ipſius, quo ſpiratio fit, nullam habuerint mentionem, ſed tanquam claro ſuppoſito vſi ſint porrò modi reſpirationis, quos Democritus Empedocleſque tradiderunt. extant in libro huius argumenti, vnde facilè peti poſſunt. Democritus enim reſpirationem docebat fieri ſphæricis atomis, ex quibus volebat animam conſtare, cohibitis ab externis aliis atomis, eiuſdem figuræ, quæ cum aerem repleant, ſpirato aere corpus ſimul ingreſſæ, alias quæ egredi alioquin paratæ ſunt, inhibentes ſimulque aerem, qui comprimit, & elidit, animam, vt ne exeat, animalque mortuum deſtituat, prohibere. quamobrem in inſpiratione, expiratione neque vitam animalis eſſe poſitam. Empedocles vero reſpirationis & ille modum docuit elegantiſſimis verſibus, qui extant apud Ariſtotelem. eſt autem ille huiuſmodi. venas putabat ille eſſe aliquas, in quibus ſanguis quidem ſit, non tamen eſſe plenas ſanguine. in iis meatus eſſe maiores ſanguine, minores aere: ſanguinique non eſſe peruios, patere aeri. quare cum vndiquaque moueri natura ſua ſanguis aptus ſit ſurſum ſcilicet ac deorſum, cum deorſum fertur aerem influere, inſpirationemque ita fieri; cum ſurſum foras extrudere, expirationemque ſic effici. hi ſunt modi, quos Democritus, Empedocleſque docuerunt præterito neglectoque fine, quod genus cauſæ vt eſt in libro de Reſpiratione, & ſæpe alibi, nunquam afferre illi in docendo conſueuerunt. his poſitis addit, quòd ſi refrigerationis cauſa reſpirant animalia, oportet ſane id declaraſſe, quod cùm dupliciter poſſit accipi, aut quod neceſſe eſt id quærere, docereque, quo loquendi modo & in aliis locis huius libelli frequenter vtitur; aut quod Auctores, qui de Reſpiratione diſputarunt, id feciſſe docuit: ego tamen ita libentius intelligo, vt ad Auctores illos referatur. ſequitur deinde dubitatio. Nam ſi ſpiratio ſit ad calidum innatum refrigerandũ, illud verò in ſuperioribus eſt corporis partibus, vt in pulmone, & corde, inferiores partes illius non egebunt, quibus cum calidum non inſit, neque refrigeratione opus eſt. ſunt græca Auctoris verba, εἰ γὰρ ὧν τοῖς ἄνωθεν θερμὸν οὐκ ἂν ἔτι οἱ κάτω. quæ cum conciſa ſint & obſcura, fortè etiam non ſunt ſine macula. lego autem aut οὐκ ἂν ἔτι εἰς κάτω, aut omnino deleo τὸ οἱ: vt ſit ſententia, ſi in ſuperioribus partibus calidum eſt, non itidem in inferioribus. quod ſi quis malit ita legere, vt eſt in exemplari edito, fortè verba hæc οὐκ ἂν ἔτι οἱ κάτω accipere oportet, quaſi dixiſſet οὐκ ἂν ἔτι οἱ κάτω καταψύχωσι. ſi enim in iis calidum non eſt, non refrigerantur, non eſſe autem in inferioribus partibus calidum innatum debemus accipere, eo modo, quo in corde eſt, in viſceribuſque, quibus alimenti obitur coctio. ibi enim fons caloris, ſpirituſque eſt, quem & refrigeſcere oportet, & ventilari. at calor, qui in arteriis eſt, & ſanguine tranſpiratione refrigeſcit, non autem reſpiratione, niſi quatenus arteriæ quæ cordi vicinæ ſunt, inde attrahunt ſpiritum aere externo attemperatum: quod tamen non dicit in præſentia, ſed hoc tantum. ſpiritus innatus per totum corpus diffuſus eſt: calidum non niſi in ſuperis eſt partibus: igitur ſpiratio, quæ per totum corpus dilatatur, ſpiritus potius gratia inſtituta eſt, quam calidi: reſpiratio igitur nutriet connatum ſpiritum, quod dicebat Ariſtogenes, qui illius hunc eſſe finem exiſtimabat. quæ ſententia cum vera non ſit, etſi prima vt aiunt facie videatur eſſe, demonſtrandum ait eſſe, reſpirationem vndiquaque non extendi, aut propagari, vt ex hoc concludatur non ſpiritus alendi gratia, ſed refrigerandi illum fieri, hæc eſt dubitatio. quæ cum non habeat

Digitized by Google

beat solutionem ab auctore traditam, nisi fortasse potestare, diluetur tamen à nobis, sed primum adnotandum est videri hic calidum, tanquam diuersum à spiritu statui, non quod ita sit, sed ex hypothesi, quòd hæc erat aduersariorum opinio. hoc posito respondemus calidum & connatum spiritum per totum corpus diffusum esse, sed in corde focum habere, vbi cum anima sit, & ipsum esse necesse est, tanquàm caloris & vitæ promum condum. in corde igitur respiratione refrigerati opus habet, cum in reliquis partib. nō respiratione, sed transpiratione quæ per arterias fit, id nō incommodè consequatur. præterea respiratio non nisi ad cor appellit. Nam etsi corpus sit εἴσπνοον & ἐκπνοον, vt ait Hippocr. non tamen ideò potest verè dici inspiratum aerem, quæ aer est, cor prætergredi. Verùm his positis acrior erit aduersariorum obiectio. Nam respiratio alendo spiritui vitali in corde sufficiet, transpiratio in arteriis: non erit igitur illa ad alium finem instituta. sed & hic scrupulus tolletur, si rationibus vtemur Aristotelis ex libro de Respiratione, & Galeni ex libro de respirationis vsu. potissima verò ratio est, quòd cum alatur spiritus aliundè commodè, refrigerari autem nequeat, nisi per pulmones arteriasque tracto aere, longè consentaneum magis est aere refrigerari, quàm ali: aut si alitur etiam, vt ait Hippocrates, priorem tamen magisque necessarium refrigerationis esse vsum quàm alimoniæ.

Ἄτοπον δὲ, εἰ μὴ δεῖται τινὸς κινήσεως καὶ οἷον τροφῆς. εἰ δὲ διαπνεῖ πρὸς πᾶν, οὐκέτι καταψύξεως εἵνη χάριν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἡ διάδοσις ἅμα τε αἰσθητὸς, καὶ ὁ τάχος αὐτῆς. καὶ πάλιν ὁ τῆς παλυρροίας εἴσω ἀπὸ πόντων θαυμαστόν. πλὴν εἰ ἄλλον τρόπον ἀπὸ τῶν ἐκτὸς. ὁ γὰρ ὠρώτως καὶ κυκλικῶς ἀπὸ τῶν περὶ τὴν καρδίαν. ὡς πολλοῖς δὴ οὕτω τῶν ἐνεργούντων καὶ τῶν δυναμένων.

Atque absurdum est non egere motu, & nutritione aliqua, quod si transpirat vndique, non erit refrigerationis causa. sed & distributio alioquin sensu non percipitur, neque eius quidem celeritas. mox & ex membris omnibus recurrere mirum est, nisi alio modo id fiat ab externis partibus. primò verò ac propriè ab ipso corde: id quod sic habet in multis aliis facultatibus, & actionibus.

Argumenta hic ponuntur aliqua, partim, quæ contrà auctoris sententiam videntur facere, partim, quæ positiones aduersariorum infirmant. ad nullum vero est auctoris vlla responsio, nisi ad vltimum. Quatuor enim cum sint, duo contra sententiam sunt, quæ refrigerationis gratia docet animalia respirare: duo vero in Aristogenem obiiciuntur. primum obscure & præcise ponitur. Nã incertum est an de respiratione loquatur, cuius proxime est habita mentio, an vero potius de spiritu. præstẽt vero spiritum intelligere, qui cum impetu feratur, vt aiunt Plato, & Hippocrates, illum non moueri aut non nutriri affirmare perabsurdum est. atqui ex motu fit dissipatio, vnde necessitas nutritionis. absurdum hoc non video quomodo in Aristotelis sententia locum habeat. Nam & nutriri fatetur spiritum, & motu cieri vndiquaque. refrigerationis tamen eius causa in corde respirare animal: Nam nutritionem ex communi alimento fieri. quare satius est verba hæc de respiratione accipere, quam in corde sisti; neque amplius progredi absurdum ait esse, quod velle videntur, qui refrigerationis causa illam fieri opinantur. ita verò si interpretemur, corrigenda sunt verba καὶ οἷον τροφῆς, legendumque potius καὶ οἷον τροφαῖς. τροφαὶ autem accipietur, quæ inferius παλίρροιαι dicitur. & sanè præstat ita legere. Nam de nutritione satis constat, de recursu hoc minimè. adde particulam illam οἷον similitudinis esse, quæ lenit vocis licentiam, quæ locum non habet ἐν τῇ τροφῇ. omninò verò cum proximè de respiratione sermo sit habitus, quod videatur per totum ferri corpus, idque quærendum proposuerit, demonstrandumque neutiquam ferri, consentanum est existimare, ex eorum hic sententia argumentari, qui motu impetuque ferri illam opinabantur, propterea que dicere absurdum esse negare id, cùm manifestò videatur, motu illi, & veluti conuersione aliqua opus esse. alterum argumentum obscurius. Nam τὸ διαπνεῖ, hoc est transpirat, cùm ad respirationem referatur, impropriè tamen videtur positum. Corpus enim transpirat, non respiratio.

Quare libentius lego εἰ δὲ διαπνοὴ πρὸς πᾶν, hoc est si transpiratio ad totum est. Cuius dicti sententia: si transpiratio in vniuerso est corpore, non opus esse respiratione refrigerationis causâ, quod scilicet ad refrigerandum satis sit transpiratio. quare si refrigerationis causâ non est, restat esse causa innati spiritus nutriendi. non eadem sententia elicitur, si legamus διαπνεῖ, imo nisi fallor inepta est ratio; si respiratio transpirat, non est refrigerationis causa: potest enim refrigerare eademque deinde per corporis meatus transpirari, vt existimabat Plato, cuius erat Dogma illud περὶ περιώσεως, hoc est, circumpulsionis, vt vocat, qui tamen non putabat alium esse respirationis finem, quàm qui ab Aristotele positus est. nisi dicamus rationem id velle, quod si respiratio transpirat excrementum per arteriam, cutisque meatus eiicit, vbi autem excrementum est, ibi & alimentum, non igitur refrigerationis, sed alendi spiritus

Digitized by Google

cauſa reſpirationem exiſtere. argumentum hoc modo intellectum eo referetur, vbi dicebat ſuperius ſi ſpiritus excrementum eſt, aut per os educi, aut per arteriarum meatus. & tamen mihi in hac expoſitione minimũ ſatisfacio, lubenterque accedo ad priorem ſententiam paulum immutata ſcriptura, quæ cum innumeris locis mendis deformioribus ſcateat, facilime potuit leuiuſculum hoc mendum admittere, vt vbi prius erat διαπνοὴ, librarius fecerit διαπνεῖ. Sequuntur deinde duo argumenta contra Ariſtogenis ſententiam, qui cum vellet reſpirationem totum corpus permeare, celerrimeque tranſcurrere, ad alendum innatum ſpiritum, rem abſurdam videbatur affirmare. quãobrem cum ex illius ſententia ſuperius eſſet argumentatus, ſubiicit ἀλλὰ μὴν, quaſi diceret, ſi ſtatutum ſit, non refrigerationis eſſe cauſa, ſed alimenti ſpirationem, attamen diſtributio illa celeritaſque ſenſu non percipitur: & tamen ſi tanta eſſet celeritas, per totumque corpus æquè facta aeris digeſtio, ſentiri illum neceſſe eſſet. Nam ſi aerem maiori inſpiratione attrahamus, ſentimus illum in arterias, pulmoniſque fiſtulas ingreſſum. qui igitur nõ ſentiremus eundem celerrimo motu, vel in anguſtiſſimas arterias peruadentem? alterum argumentum magis vrget. ponebat Ariſtogenes in reſpirato aere παλίρροιαν (recurſum interpretor, aut refluxum, Scaliger reciprocationem, & commeatum) quæ verò eius eſſet in hac reciproca fluxione ſententia nihil poſſum certius affirmare. Coniicio tamen opinatum eſſe, inſpiratum aerem in pulmone percoctum ad cor tranſire, à corde ad arterias per omnes corporis particulas; inde vero refluere, & veluti in orbem circumagi: ſumma enim ſpiritus eſt mobilitas, vnde fluit, & refluit. id iudicat Auctor admirabile. Nam vndique id fieri ab omnibuſq; corporis partibus, ſine diſcrimine mirum eſt; nullum enim principium eſt in circulo: qui igitur cor ab aliis differre partib.? niſi inquit aliter à corde, aliter à cęteris partib. fit recurſus. Nã cor fons eſt ſpiritus accepti, ab eoque recurrit ſpiritus, vt à principio ac fonte, ab aliis partib. vt quæ à corde recipiunt, & mutuantur: id autẽ eſſe ait in aliis etiam facultatibus, & actionibus: omnes enim actiones vitales & naturales in iecore primum ſunt & corde, deinde in aliis partibus omnibus, ſed illa dicuntur membra κύρια, hoc eſt principalia, cætera non item. hæc mihi videtur horum verborum eſſe ſententia. Scaliger πλὴν παλίρροιαν reciprocationem intelligit in libro exercitationum ad Cardanum, quæ à corde fiat ad arterias, ad illudque ab his mutuo. Sed vt à corde ad arterias fiat ſpiritus fluxio, non tamen ab arteriis ad cor ἡ παλινδρομὴ, vt vocat Galenus, niſi παλίρροια ſumatur, quæ per ſyſtolem fit ac diaſtolem. mittunt enim arteriæ per contractionem ad cor, à quo per dilatationem receperunt. quamobrem prudenter Galenus in libro de vtilitate pulſuum. αἱ ἀρτηρίαι διαστελλόμεναι ἕλκουσι μὲν πανταχόθεν, συστελλόμεναι δὲ ἀνωθίζουσι πανταχόσε. hoc eſt dum dilatantur arteriæ vndique trahunt, dum contrahuntur, expellunt quoquo verſum. quæ omnia vt vera ſint, non habent tamen paradoxum illud, quod dicit Auctor, quamobrem præſtat eo modo locum intelligere, quo ſuimus interpretati. fateor tamen ingenuè Delium hic natatorem, vt eſt in prouerbio, deſiderari.

Ἄτοπον δὲ ὅμως εἰ καὶ εἰς ὀστοῦν διαδίδοται. καὶ γὰρ δὴ τοῦτο φανερὸν ἐξ ἀρτηριῶν. δεῖ καθάπερ εἴρηται, σκεπτέον τε καὶ αἰτιατέον, καὶ τίνος ἕνεκα, καὶ ποίοις μέρεσι, καὶ πῶς ἔτι ἡ διὰ τῶν ἀρτηριῶν φορὰ τῆς τροφῆς φέρεται πᾶσι δὲ ἀρτηριῶν. οἷον αὐλοῖς τε καὶ ἀγγείοις καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν μερῶν. ζῇ δὲ καὶ φυτὰ καὶ τρέφεται. ταῦτα μὲν οἰκειότερά πως τῶν περὶ τῆς τροφῆς.

Sed tamen abſurdum eſt, ſi reſpiratio vel ad ipſa oſſa diſtribuatur. hoc enim ex arteriis manifeſtum. quæ cum ita ſint, conſideranda eſt reſpiratio, tum cuius gratia fit, tum quomodo fiat quibuſque partibus. illud addendum eſt, neque alimentum digeri ad omnes partes per arterias, quemadmodum ad vaſa ipſa nonnullaſque alias partes. Sed & plantæ nutriuntur, & viuunt. Sed hæc magis pertinent ad ea, quæ de alimento inſtituta ſunt.

Aliud abſurdum ponit, quod ſequitur Ariſtogenis ſententiam, cum enim ille reſpirationem vndique fuſam diſtribui per omnes corporis particulas poneret, diſtributionem hanc ſuperius, & quod ſenſu non percipitur, & quod recurſu quodam circumagi oporteret, abſurdam docebat eſſe: modo verò vel eo refutat, quod conſentaneum non videtur in ipſa etiam oſſa aerem inſpiratum permeare. cum enim arteriæ ex hypotheſi aduerſarii in oſſibus ſint, omnes autem arterias permeare aerem exiſtimaret, id quod hic dicit facilè ſequitur. Cur autem abſurdum id putet, rationem afferre oporteret, ſed nullam affert. hæc autem videtur eſſe, quod cum oſſa frigidiſſima, duriſſimaque ſint, non videntur habere innatum ſpiritum, propter cuius alimentum aer etiam oſſa ipſa penetret. Sed dicat aliquis vbi arteriæ ſunt, ibi etiam eſſe ſpiritum, dilatationemque, & conſtrictionem, qui proprii ſunt arteriarum motus à corde accepta facultate: nihil igitur vetare & alimentum ex aere eo peruehi. videtur ſi verum eſt arterias in oſſibus eſſe, optime conſequi, quod aduerſarii ſtatuebant. quod enim ait, hoc enim ex arteriis manifeſtum eſt, tan-

Digitized by Google

est, tanquam causam ponit distributionis vel in ossa ipsa ab Aristogene redditam: referendumque non ad totam propositionem, sed ad partem, vbi distributionis est mentio. propterea nihil aliud ad dens, quærendam ait esse respirationem, cuius sit causa, quomodo fiat, quibusque partibus. hîc autem nihil determinat, demonstratum tamen est ab Aristotele & Galeno refrigerationis causa potissimum fieri pulmonis thoracisque dilatationem, & constrictionem, iis verò partibus, quas Galenus docet in libello de Respirationis causis, cap. 6. & in quarto de affectis locis, cap. 9. nec non in libro secundo de Musculorum motu, & in secundo de Dogmatis Hippocratis & Platonis. sunt autem Respirationis instrumenta præter pulmonem, qui primum instrumentum est, diaphragma, licet neque à Platone, neque ab Aristotele in vsu cognitum, musculi, costarum, ceruicis, abdominis, dorsi, quos omnes in libello illo de Respirationis causis Galenus quatuor facit & quadraginta.

Cæterum cum Auctor ex Aristogene attulerit arterias in ossibus esse, propterea que in ea spiritum etiam deriuare, ne quis existimet verum esse, notandum est, in iis venulas quidem esse adeo tenues, vt obtutum fugiant, arterias autem nullas. causam propter quam adeo exiles venulæ sunt, reddit Galenus libro decimo sexto de partium vsu. cum enim ossa durissimæ frigidissimæque substantiæ sint, neque alimentum eorum, nisi serius absumatur, atque ideo reparatione non multum egeat, exiguæ illæ venulæ satis sunt ad eorum nutritionem, arterias verò nullas quod sciam nemo aut Medicorum aut Anatomicorum tradidit. Non valet igitur, quod deducebat Aristogenes ab Arteriis, quæ in ossibus sunt. sed obiiciat fortè aliquis spiritum vbique esse, neque modo in arteriis, verum in venis etiam, & in qualibet vel angustissima cauitate corporis. quod vt etiam concedatur, quamuis necessarium non est, tamen spiritus ille sanguinis halitus est, aer esse non potest, qui non nisi per arterias deducitur ex aduersarij positione. sequitur porrò illud addendum est, neque alimentum digeri ad omnes partes per arterias, quemadmodum ad vasa ipsa, nonnullasque alias partes. in quibus verbis argumentum est ex aduersarij sententia, qui ab eo probatur spiritum etiam posse ferri per corpus, non autem vbique per arterias, quemadmodum & alimentum & ad ipsarum fertur venarum, arteriarumque corpus, & ad aliquas alias partes, non autem per arterias ac præsertim cum alantur plantæ, viuantque, quibus nullæ sunt arteriæ, nullæ venæ. quod argumentum leuissimum est.

Nam in omnibus membris, quibus nutritione opus est, iis exceptis quæ alimentum continent, venæ necessariæ sunt. quamquàm & in iis fibræ sunt, quæ possunt venarum instar existere: sic enim in libro de inæquali intemperie negat Galenus arterias, venasque simplices esse, sed ex membranis, & fibris conditas. & ventriculus ipse non caret aut arteriis aut venis. iam verò plantæ etsi venas non habeant, habent tamen fibras, & τὸ ἀνάλογον venarum, vt ait in primo de stirpium Historia Theophrastus. ita responsum sit ad argumentum. postrema verba ἔοικε μὲν ἰκιόπερα πᾶσι φλεψὶ πᾶσι φλεψὶ παὶ φλεψὶ, vt planã habent sententiam si deleamus maculam, ita illa manente obscura sunt. legendum itaque pro φλεψὶ τροφὰς. de alimento enim cum facta sit mentio in vniuersum, locum hunc hanc disputationem dicit non exposcere, sed pertinere ad eas tractationes, in quibus de Nutritione agitur.

Ἐπεὶ δὲ τε εἰς αἰ κινήσεις τὴν ἐν τῇ ἀρτηρίᾳ πνεύματος, ἀναπνοὴ σφυγμός. πεῖτη δ' ἡ τῶν ἔργων ἐπάγωγα καὶ κατεργαζομένη λεκτέον γὰρ ἑκάστης. καὶ ποῦ, καὶ πῶς, καὶ τινὸς χάριν. τούτων δὲ ἡ μὲν τοῦ σφυγμοῦ καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὰ καθ' ὁτιοῦν μέρος ἀπτομένοις. ἡ δὲ τῆς ἀναπνοῆς, μέχρι μὲν τοῦ φανεροῦ. ὃ δὲ πλέον, κατὰ λόγον. ἡ δὲ τῆς ἕξεως ἅπασα κατὰ λόγον, ὡς εἰπεῖν. ὡς ἐκ τῶν συμβαινόντων δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν.

Sed quoniam spiritus, qui in arteria continetur, triplex est motio, respiratio, pulsus, atque ille, qui alimentum conficit, & digerit, de vnaquaque dicendum est & vbi, & quomodo sit & cuius gratia. ac primum pulsus sensu percipitur, vel si quamlibet attingas partem. respiratio vero aliqua quidem ex parte manifesta est, plurimum tamen ratione comprehenditur. alimenti vero motio tota rationis est, vt ita dicam, quanquam quod ad euenta pertinet, & in sensum cadit.

Cùm de nutritione spiritus & incremento satis superque disputatum sit, quod erat initio libelli propositum ad ipsius spiritus actiones & motus adgreditur. totus enim liber in tres partes penè diuiditur, in prima nutritionem, & incrementum docet innati spiritus, dubitationesque soluit, quæ possent suam infirmare sententiam. in altera motus explicat

Digitized by Google

eiuſdem ſpiritus, refellitque eorum ſententiam, qui ab aſpera arteria ad ventrem deferri ſpiritum, rurſuſque exire exiſtimabant: præterea ſoluit nonnullas dubitationes de ſenſu arteriarum, de anima, de aere, quem inſpirant animalia: denique de venis, neruis, arteriiſque: deque earum tractione obiter diſſerit, ac de reſpirationis fine, qui eſt calidi innati refrictio: quæ omnia ad illam ſpiritus actionem, & motum pertinent, quæ dicitur reſpiratio. in tertia de inſtrumentis agitur ac membris, quibus inexiſtens ſpiritus obit nutritionem, & motum, qui ad locum fit, obiterque cõmoda occaſione de oſſibus. & quoniam coctio nutritioque à ſpiritu per calorem fit de calidi actione, doctiſſimè diſputat, actioniſque differentiis. Nunc verò tres ait ſpiritus motus eſſe, ſpirationem, pulſum, motumque illum, qui trahit alimentum & conficit, quod ponit tanquàm certum in hypotheſi ἐφεξῆς. quod ſi motus hos inſpiciamus, ad quænam motuum genera referantur, duo videntur ad locum eſſe, tertius verò alteratio, ſed non ſine motione, quæ ad locum fit. Nam pulmonis dilatatio, atque conſtrictio cùm loci in ipſo viſcere mutatione, ac motu fit, quod in pulſu, & arteria fieri perſpicuum eſt, quæ & attollitur & deprimitur; ſubleuatio autem depreſſioque motus ad locum manifeſti ſunt. alimenti coctio alteratio eſt, quam tamen præcedit tractio ἡ ὑπάγουσα, hoc eſt, quæ vehit, quæ & ipſa localis eſt motio. dicit verò τῷ ἐν τῇ ἀορτείᾳ πνεύματος, propterea quod non in arteria modò, ſed etiam in ipſis cordis ventriculis ſpiritus eſt, qui etiam huius, de quo loquimur, fons eſt, & principium. cordis autem motus in libro de ſpiratione tres docuit Ariſtoteles, pulſum, ſpirationem, & πάδησιν. ex quo loco poteſt aliquis dubitare, ſi cordis motus hi duo ponuntur proprii, pulſus, inquam atque ſpiratio, cordis ſcilicet, in quo eſt ſpiritus, neque enim agit ſine hoc, quo modo hoc in loco iidem arteriæ, ſiue ſpiritui in arteria contento tribuuntur. atque de pulſu quidem facilis eſt reſponſio. eſſe quidem cordis propriam actionem hanc, ab eo tamen vim arteriis tribui, quæ & ipſæ dilatantur ad attrahendum aerem, & conſtringuntur ad expellendum fumidos halitus ſiue fuligines. de Reſpiratione difficilior eſt quæſtio, quippè quæ ita videtur eſſe cordis propria, vt nullo modo videatur arteriis conuenire. cum enim reſpirationis pulmo præcipuum inſtrumentum ſit, reſpiretque ille elatione, & depreſſione, quem motum à corde accipit, vt Ariſtoteles tertio de partibus animalium tradidit, maximè videtur eſſe dubium, quo poſſit modo arteriæ tribui reſpiratio. dicat aliquis arteriam hoc loco non pro toto arteriarum accipi genere, ſed pro illa, quæ aſpera dicitur, per quam pulmo aerem attrahit, in hac enim ſine dubio fit ſpiratio. Nam & Hippocrates reſpirationis inſtrumenta numerans, inter alia & βρόγχον apponit illum pro aſpera accipiens arteria. & ſane vt hæc reſponſio abſurdum euitat, ita ex multis huiuſce libri locis, poteſt oſtendi arteriam vnitatis numero apud hunc ſcriptorem, pro vaſis illius vniuerſo genere accipi, quod arteria nuncupatur. adde hìc de connato ſpiritu verba fieri, qui in arteriis eſt, in vniuerſum, eiuſque recenſeri motus. præterea in aſpera arteria vix eſſe aliud, quam aerem externum reciproca motione tractum & redditum. quærendum igitur adhuc eſt, quamobrem reſpirationẽ, quæ cordis eſt propria, ſpiritui, qui in arteriis eſt, tribuerit. poteſt autem quæſtioni duplici ſolutione ſatisfieri. primũ, ſpiritũ qui in arteriis eſt reſpirationis auctorẽ fieri, nõ quatenus in arteriis eſt, ſed quatenus à corde habet originem, cuius motus eſt proprius reſpiratio. deinde reſpirationem motum eſſe voluntarium, hunc autem à ſpiritu fieri, qui in arteriis quidem eſt cerebri & ventriculis, ad neruos autem infuſus & permeãs motum efficit pectoris, quemadmodum & totius corporis. motus autem pectoris reſpirationem facit. ſed hæc reſponſio ex Hippocratis & Galeni ſumpta eſt dogmatis, quæ in hoc auctore locũ non habet. quamobrem aut quo loco legitur ἀναπνοὴ, legendum eſt διαπνοὴ, aut ἀναπνοὴν, διαπνοῆς loco poſitum eſſe putandum eſt. Nam & Plato in reſpirationis illa circumlata ſpiritus pulſione, tranſpirationem in ipſo reſpirationis ambitu videtur comprehendere, & aliquo modo poteſt. Non impropriè, quæ per arteriarum meatus fit, reſpiratio nuncupari per Analogiam ſcilicet vt aiunt. Sed neque id verum eſt, ſiquidem ex iis, quæ dicuntur inferius, liquet de reſpiratione illum verba facere. quamobrem præſtat illam reſponſionem tenere, quam in ſolutione primùm attulimus, donec meliorem excogitet alius. σφυγμὸν hoc loco confundit cũ eo motu, qui palpitatio appellatur, quod etiã faciebat Eraſiſtratus, de quo loquemur, vbi commodior locus eſt in eius cauſis declarandis. tertium motum ſpiritus vocat, qui ἐπάγει καὶ κατεργάζεται τὴν τροφὴν, hoc eſt, qui vehit, & conficit alimentum. actiones hìc decet intelligere innati caloris, & ſpiritus, quæ naturales appellantur, quas quidem & agnouit Plato, & Ariſtoteles non obſcurè tetigit. poſt Hippocratem verò Galenus ſuis auxit explicationibus. Nam in nutritione vires tributæ ſunt membris omnibus, vt trahant alimentum, contineant, concoquant, quod verò ſuperuacaneum eſt, & noxium expellant. habentque membra omnia facultates has, quæ fibris etiam donatæ ſunt, vt commodè cuique actioni ſeruiant, auctor tamen innatus eſt ſpiritus, per quem omnis in animato corpore fit actio, per quẽ etiam animalis membris inſitæ dicuntur vires, & facultates agendi. his itaque ſpiritus innati motibus enumeratis, dicendum ait eſſe de vnoquoque. tria verò declaranda proponuntur. τὸ ποῦ & πῶς καὶ πνὸς χάριν, quæ ſingula declarabimus in ipſarum ſpiritus motionum explicatione. modo verò ſatis ſit dicere ex his tertium eſſe finis cauſam, quæ vna vt in omnibus naturæ rebus, ita in animalium partibus, facultatibus animæ, innatique ſpiritus actionibus præcipua ab Ariſtotele iudicata eſt, ex duobus verò reliquis primum ſignificare locũ, alterum modum. Nam & locus in animali eſt, in quo apparet præcipuè ſpiritus, & modus quidam certus eſt, quo mouet, & efficit. cum autem tres eſſe tantum innati ſpiritus motus dicat, quæri poteſt, an plures ſint. Nam & motus ille, quo ſenſus fit, & ille quo animalia progrediuntur ad ſpiritum ſine dubio referuntur. Nam de aliis animæ functionibus non eſt, quod quæramus in præſentia,

cum

Digitized by Google

cum non adeò manifestum sit, an per spiritum illas obeat, an anima ipsa per se agat, ac simpliciter. Certe enim vt à peripateticorum dogmatis non recedam, Arist. in libro de sensu, & in quinto de Animalium ortu scriptum reliquit meatus esse à sensuum instrumentis, qui ad cor desinant, quippè quod communis sensus sedes est, & instrumentum. per illos igitur vis illa sentiendi transfertur à corde cum spiritu. adhæc in libro de Animalium motu mouendi potestatem spiritum innatum habere tradidit, ait enim πάντα ὃ φαίνεται τὰ ζῶα ἔχοντα πνεῦμα σύμφυτον ἐν ἰσχύοντα τούτῳ. hoc est, omnia vero animalia, & connatum videntur habere spiritum, & ex hoc mouendi robur. deinde paucis interiectis: φαίνεται ὃ εὐφυὼς ἔχειν ἀρχὴν τὸ κινητικὸν εἶναι ἐν παρέχειν ἰσχύν, τὰ ὃ ἔργα τῶν κινήσεων ὦσις καὶ ἕλξις. ex his planum est spiritus motus plures esse, quam quos dicit Auctor. dubitatio quidem hæc non leuis est. conabimur autem diluere. atque vt à sensibus ordiamur, dubium non est illos per spiritum exerceri. Nam neque medicis, neque physicis dubium est, quin anima actionem hanc sensuum obeat. siue per meatus illos, quos dicit Aristoteles, siue per neruos, qui sensus & motus instrumenta sunt. & tamen hoc loco non quæruntur motus, aut actiones, quas instrumentales partes per spiritum innatum obeunt, sed simplices motus iique euidentes, quas ipse spiritus in aliquibus partibus locisve Animalis per se facit. pulsum enim siue pulsationem, quam σφύξιν vocat Aristoteles, spiritus per se videtur in arteriis facere in animalibus perfectis, in insectis verò in membranis iis, qua septum transuersum est, de quo pulsus genere quæremus inferius, quemadmodum & de palpitatione, quæ & ipsa à flatu spirituve videtur statim & sine medio fieri. eadem videtur in respiratione ratio. Spiritus enim est, qui & respirat, & transpirat, quique motus illius auctor est, per quem tractio omissioque spiritus fit, siue per arteriam & pulmonem, siue per leues corporis arterias. Cæterum in alimenti coctione videtur esse dubitatio, siquidem illam non obit spiritus diuerso modo ab eo, quo aut sensus fit, aut motus. Nam vt spiritus ad neruos sensoriaque transiens siue à corde, siue à cerebro, & sentire facit, & moueri partes, ita idem vndiquaque fusus coctionis videtur auctor, primum quidem in partibus principalibus existens, deinde ab iis omnibus corporis partibus impartitus. præterea quemadmodum ea spiritus motio, quæ in alimento occupatur, ratione comprehenditur; in sensum autem non cadit, ita etiam, quæ sensum & motum efficit; vt hac ratione aut hos etiam motus debuerit enumerare, aut si sensui tantum manifestos docere voluit, motum etiam nutritionis prætermittere. huic difficultati sic videtur esse occurrendum. non esse quidem diuersam rationem in motu spiritus, qui in nutritione cernitur, & qui in motib. qui sensum & motũ efficiunt, verum quod ad effecta pertinet, magis ad sensum cadere spiritus actionem in alimento. Nam sensus iudicium, quod per spiritum fit, sine dubio reconditum est, & sola ratione comprehenditur. neque quidquam inde euentum sequitur, quo motus ille spiritus ad sensum significetur. eadem in motu voluntario ratio. Nam etsi vim aliquam inesse membris, quibus animal mouetur, ratione & mente cogitet, vnusquisque non tamen habet vnde sensu percipiat à spiritu vim hanc proficisci. at in alimenti coctione euenta sunt longe (vt ita dicam) sensibiliora. Nam & alimenti tractio non sine calore potest fieri (sensu id in aliis percipitur, ratio verò à similibus facile colligit) Nam & in cucurbitulis & in ellychniis accensis, & in partibus inflammatis id aspicimus: coctionẽ verò manifesto sensus indicat à calore fieri. expulsio & comprehensio fortasse non adeo sensum feriunt. proptetea neutram memorauit. notandum autem non id me dicere eadem ratione alimentum trahi in partẽ, quę nutriẽda est, qua sanguis humorve alius in inflammatione, aut oleum in ellychnium, sed id tantum affirmare, sensum cognoscere calore tractionem fieri. Nam deinde ratio adhibita differentiam constituit eatum tractionum, quæ à simplici calore fiunt & illarum quæ ab insito, vt ab animę nutrientis instrumento, cuius ministræ facultates illæ sunt, quæ naturales appellantur, agũtque insiti spiritus caloriscque ministerio. his declaratis manifesta est ratio cur tres tantum dixit innati spiritus esse motus. Nos verò pergamus ad reliqua.

Τούτων δὲ ἡ μὲν τοῦ σφυγμοῦ καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὰ καθ' ὁτιοῦν μέρος ἀπτομένοις· ἡ δὲ τῆς ἀναπνοῆς μέχρι μὲν τοῦ φανεροῦ. ὁ δὲ πλέον, κατὰ λόγον. ἡ δὲ τῆς ἕψης ἄπασα κατὰ λόγον, ὡς εἴρηται, ὡς ἐκ τῶν συμβαινόντων δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν.

Ac primum pulsus sensu percipitur, vel si quamlibet attingas partem. respiratio vero aliqua quidem ex parte manifesta est, plurimum tamen ratione comprehẽditur. alimenti vero coctio tota rationis est, vt ita dicam, quamquam quod ad euenta pertinet, & in sensum cadit.

Hæc in superiori explicatione declarata sunt, & tamen afferemus singillatim, quæ ad apertiorem intelligentiam faciunt. motus spiritus attulit, qui aut per se sensu percipiuntur aut per euenta sensibilia: motus qui sensu per se & simpliciter persentitur, est pulsus, qui in omni corporis parte aut sensu percipitur, aut naturæ eius non repugnat, quin sentiatur. qui euenta habet sensibilia, ipse verò ratione intelligitur, motus est, qui cernitur in alimento. medius inter hos respirationis est motus, qui & sensu & ratione cognoscitur. hoc est, quod ille ait in his

Digitized by Google

verbis Auctor. demonſtranda modo ſingula ſunt. pulſus in ſenſum tactus cadit, eiuſque omnes differentiæ non niſi tactu cognoſcuntur: quamquam & in illo ſunt affectus, vt ita dicam, aliqui, qui ratione potius comprehenduntur, quam ſenſu. docuit id Galenus in primo libro de differẽtiis pulſuum, & in libris de illorum dignotione. eſt autem pulſus actio primum cordis propria, deinde arteriarum, quæ à vitali facultate mouentur ad innatum calorem attemperandum, & ad gignendum in cerebro animalem ſpiritum. hæc definitio à Galeno tradita eſt libro quarto de pulſuum differentiis, pluribuſque rationibus explicata. conuenit autem Galeno & Ariſtoteli: Nam & ille pulſum agnouit cordis proprium in libro de ſpiratione, ab eoque arteriis impertitum libro ſecundo Hiſtoriarum, quo loco venarum ſanguinem pulſare tradidit, venas autem vocat arterias. efficientem cauſam quæ facultas vitalis eſt, ſpiritum ſuperius diximus, quod animæ vis in ſpiritu primum & agnoſcitur, & agit, facultaſque illi ab anima communicatur, ac per illum agere dicitur anima. finem pulſus non aperuit Ariſtoteles, aut etiam fortè non nouit, quomodo & animalem ſpiritum, aut gigni aut creſcere ab aere aut per nares attracto, aut per arterias, nondum illi erat exploratum & cognitum. cum autem pulſus arteriarum ſit motus, arteriæ verò per vniuerſum corpus diſtributæ ſint, in gracilibus corporibus vbique ferè; ſi tactu illos explores ſentiuntur, ac maximè ſi motu, labore, ira, ægrotatione que aliqua incaleſcant. in pinguibus & obeſis non item, quod arteriæ carne, & pinguedine cohopertæ ſint. quamobrem in carpis præſertim pulſum tactu quærimus, quod nudior illa pars eſt, qualia etiam ſunt tempora. quod ait itaque pulſum perſentiri, vel ſi quamlibet attingas partem, ita accipiendum eſt. pulſum ſcilicet ſua natura ſenſibilem vbique eſſe, niſi caro, pinguedoque cohoperiens impedimento ſit, ne manus ſentiat. reſpirationis plures ſunt differentiæ, quas Hippocrates poſſunt in prognoſtico, & in coacis præſagiis; fuſius autem Galenus declarauit in libris de difficili reſpiratione. ex iis vna moderata eſt, hoc eſt, quæ neque maior neque minor nec celerior crebriorve eſt, quam naturæ conueniat, cæteræ, quæ quouis modo à mediocritate recedunt videntur immoderatæ. illæ omnes ſenſu percipiuntur: nemo enim eſt, qui ſi bene animum aduertat reſpirans nõ videat animal. quin & in mulierib. quæ ab vtero ſtrangulatur, eaque reſpirationis difficultate afficiuntur, quæ ἄπνοια græcè dicitur, vt Galenus docet libro ſexto locorum affectorum lana, goſſipioue naribus admoto, aut vaſe aqua pleno in pectore poſito motũ thoracis explorant medici, vt mortuæ ne ſint, an viuæ, quæ ab vtero ſuffocantur mulieres, internoſcant. in omni itaque genere non latet ſenſum reſpiratio. quod verò ait partim in ſenſum cadere, partim ratione comprehendi; ita cenſeo intelligendum aliquatenus ſpirationem in ſenſum cadere, cætera verò ratione & mente intelligi. reſpirari enim, & attrahi aerem nemo non conſpicit, eius verò per arterias pulmonis ingreſſum tranſitumque ad ipſum cor ſola ratione intelligimus. atque ita de reſpiratione ſentiendum eſt, cuius motus partim ſenſu partim ratione cognoſcitur. de illo verò ſpiritus innati motu, qui in alimento eſt, non eſt, quod aliud afferamus præter ea, quæ in priori explicatione dicta ſunt. quare ad reliqua pergendum eſt.

Ἡ μὲν οὖν ἀναπνοὴ δῆλον ὡς ἀπὸ τῶν ἐνδοτάτω ἔχει τὴν ἀρχήν, εἴτε ψυχῆς δύναμις. εἴτε ψυχὴν δεῖ λέγειν τοῦτο, εἴτε καὶ ἄλλο τινὰ σωμάτων μίξιν, ἣ δι' αὐτῶν ποιεῖται τὴν τοιαύτην ὁλκήν.

Atque reſpiratio quod ab intimis partibus habeat originem perſpicuum eſt, ſiue animæ facultas vocanda ſit, ſiue anima ipſa, aut alia quædam corporum commiſtio, ſi per ea eiuſmodi fit aeris attractio.

Adgreditur ad ſingulos ſpiritus motus explicandos, ac primum ad reſpirationem, quæ videtur vitæ maxime neceſſaria, cum animal nequeat ſine illa vel minimum viuere. eius principium intimum quidem illud eſſe docet, idque aut animam aut animæ facultatem. animæ enim ſedes cor eſt, in quo etiam innatum illud calidum, quod & ſpiritum appellamus. iam verò calidum auctũ alimento attolli & eleuari docet in extremo libro de reſpiratione Ariſtoteles, ſecumque & membrum, in quo eſt attollere, quem admodum folles faciunt, deinde ſubſidere imminuto calore propter refrigerationem. hoc autem modo & inſpirationem & expirationem fieri. primum igitur mẽbrum quod videtur eleuari, cor eſt, à quo motus principium accipit pulmo, vt eſt in tertio de partibus Animal. cap. 6. cordis illa eleuatio σφύξις dicitur Ariſtoteli, cuius attulit causã ὅτι ἡ καρδία ἐν τῷ ἀεὶ παρεισιόντος ἐκ τῆς τροφῆς ὑγροῦ δι' ὑπερβολὴν θερμότητος ὄγκωσιν ποιεῖ σφυγμὸν αἴρουσα τὸν ὑστερον χιτῶνα τῆς καρδίας. id eſt quod in corde humoris eleuatio, qui per calorem ex alimento accedit pulſum facit extrema cordis tunica eleuata. de facultate hac pulſante cordis longè aliter ſentit Galenus, diuerſamque illam à nutriente facit illius viſceris propriam vitalemque appellatam. Sic & de reſpirationis principio, neque enim cor ille reſpirationis eſſe putat principium, ſed cerebrum. eſſe enim illam motum voluntarium non autem naturalem, fierique diaphragmatis, & pectoris motu per neruos, quorum principium eſt cerebrum. eſt & in pulmonis motu ab Ariſtotele diuerſa ſententia: pectus enim docet moueri per neruos à cerebro, motumque huius pulmonem ſequi ſecundario, quæ Galeni dogmata pluribus ab eo libris fuſè tradita vix quam ſine culpa prætermittere, & cum Ariſto-

Digitized by Google

Aristotelicis non conferre, quando ex hoc loco optima huius disputationis sese obtulit occasio. ac primum vis illa cordis φυκτικὴ siue pulsatoria non propter finem aliquem videtur instituta Aristoteli, sed ex necessitate fieri intrinseco illo igne aucto ab humido alimento. quamobrem nec aliunde fieri, nisi à nutriente facultate, quæ in corde residet. hanc sententiam confutandis Galeni rationibus conatus est confirmare Auerrhoys in tertium librum de partibus Animalium, cuius in Galenum argumenta discutienda sunt hoc in loco. primum absurdum existimat præter facultates illas animæ nutrientem, sensibilem, atque motricem aliam esse ab his diuersam, hoc est vitalem. Nam si sit facultas, & actionem fore, sed non esse actionem; igitur neque facultatem. non esse autem actionem, si quidem præter nutritionem, sensum & motum, nullam aliam in animali actionem edi. alterum argumentum est, quòd vocatur græcè αἰτιολογικὸν.

Nam vt concedatur diuersam actionem esse à nutritione, motu & sensu, tamen ad motum necessario referri, cum & ipsa cordis pulsatio motus sit. neque quidquam facere, si quis dicat motum cordis non esse voluntarium: Nam & alios esse motus non voluntarios, quibus nutriens facultas vtitur, & tamen à diuersa virtute non proficisci; esse autem illos tractionem alimenti, retentionemque, & excretionem superfluî. obiri vero motiones has per fibras longas, transuersas, obliquas: iam vero fibras etiam habere cor, quibus vtitur vitalis illa facultas in eius dilatatione & constrictione. cur igitur motum hunc pulsationis non referri ad nutritionem? eandem enim esse probationem tractionis & expulsionis, quòd ad nutriendi vim referantur; atque eam, qua probat Galenus dilatationis, qua trahit, compressionisque, qua expellit, motus, ad vitalem facultatem pertinere. deinde vitalem actionem ex Galeni sententia communem esse: ab illa enim calorem, & spiritum ad membra animalis influere: his autem nutritionem effici, neque vim communem esse aliam, quàm nutritiuam: igitur & vitalem nutritiuam esse, eminentiorem autem in corde, quod illud princeps membrum sit, in eoque prærogatiua quædam actionis & facultatis esse debeat. postremò si inquit præter nutritionem, motum, & sensum alia à corde membris impertiretur facultas, necessario esset in membris diuersa quædam ab his actio; quæ cum nulla sit, sequitur in corde nullam aliam facultatem esse præter has, vitalem autem ad illas referri. Nam quatenus spiritus à corde influens coctionem adiuuat, ad nutritionem referendam. quatenus sensum adiuuat ad sensitiuam facultatem: quatenus motui auxiliatur ad motricem. quæ cùm ita sint, non esse in corde vim separatam, sed vires illas, & facultates omnes in illo esse positas, à quo & sentiendi, & mouendi, & nutriendi vis membris omnibus communicetur. hæc ille atque alia eiusdem sententiæ in secundo libro collectaneorum: cui illud primum respondum volo, Aristotelem non cognouisse finem, ac vsum motus cordis & arteriarum, quippe qui non docuit innatam esse cordi facultatem hanc, ab illoque arteriis impertitam; sed ex necessitate propter caloris feruorem eleuari cor tradidit, eius verò eleuationem, simulque pulmonis aeris ingressum consequi. Nam si cognouisset facultatis huius præstantiam, neque silentio præteriisset, neque eo modo, quo censet Auerrhoys, fortasse de illa existimasset. deinde etiam si demus vitalem facultatem nutritionem adiuuare, non ideo tamen facultatem hanc separatam negari cordi oportere. Nam cùm membra omnia insitam habeant vim illam, qua sibi alimentum assimilant, siue à iecore, siue à corde propagatam: à cordis facultate hac, quam vitalem libuit appellare medicis, per spiritum innatum fouentur, & in officio ritè permanent. neque propterea dicendum est, vim hanc nutrienti facultati inseruire, quin potius illi, vt inferiori opem ferre, quatenus per spiritum influentem calorem communicat vimque membrorum adiuuat in nutritione: & tamen non id solum facere, sed dilatatione & constrictione, quæ in corde, & in arteriis est, & alimentum spiritus trahere, & refrigerare calorem: præterea verò fumidos halitus expellere, & amandare. nec video quid possint eius argumenta, quæ contra Galenum studiosè congessit. primum enim, in quo consequentis negatione putat collegisse præter nutrientem facultatem, sensibilem atque motricem, aliam non esse: nam neque vllam aliam actionem esse: primum inquam illud falsò negat, & malè colligit. est enim in membris per arterias vitalis actio, quæ & insitum calorem fouet, & spiritum alit, restituit & purgat. modò verò si actio est, & facultas erit, quod pertinacissimè negat ille. altera ratio vrget illa quidem, sed non destruit Galeni sententiam. Nam vt concedatur motũ esse dilatationem, & compressionem cordis, quod neutiquam negandum est, non ideo tamen ad mouentem facultatem referetur. vis enim illa voluntate, delectuque mouet: quod cautè animaduertit Auerrhoys: neque etiam ad nutrientem, eo modo, quo tractionis expulsionisque motus nutrienti facultati inseruiunt, illique meritò tribuuntur. Nam hi motus, facultatesque illorum nutrientis facultatis ministræ sunt: neque potest sine his membrorum fieri nutritio. motus cordis tantùm abest, vt ministri sint, vt opem ferant, non tanquàm ministri, sed tanquàm domini. neque à fibris argumentum sumendum est: Nam etiamsi cordis vitalis illa actio per fibras obeatur, non tamen vbicunque fibræ sunt, alia non est actio, quàm nutritoria.

Valet enim ratio, vbi nutritio est, fibras oportet esse, quibus attrahatur contineaturque alimentum, recrementum verò excernatur: non è contrario. Nam & in cordis motibus necessariæ fibræ sunt, quæ propriæ facultati, quæ vitalis dicitur, inseruiunt. atque tractio, expulsioque cordis alium habent vsum, quàm tractio alimenti recrementiq; pulsio. trahit enim cor spiritum, & aerem, expellitque fuligines, quæ necessario fiunt, eandemque vim dat arteriis, vt vniuersa membra, & facultate, & actione hac participent. Tertium etiam argumentum infirmum est,

Digitized by Google

& ex iis, quæ posuimus facilè corruit. Nam vt à vitali actione nutriens adiuuetur, non ideo tamen eadem cum illo putanda est, sed longe præstantior, quæ non modo in corde est, verum etiam per arterias in membris. Sic autem & ad quartum argumentum respondendum. neque propterea absurdum putabitur virtutes pene omnes à vitali adiuuari & tamen hanc ab iis separatam esse. habet enim actionem illa propriam, quæ si præter illam, quam præstat operam, alias etiam fouet & in officio continet, non ideo tamen ad illas referenda censebitur. atque ita responsum sit Auerrhoy. Si quis autem quærat, si hæc ita sunt, an animæ illa diuisio, quam in secundo de Anima attulit Aristoteles, aliqua ex parte deficiat (diuisit autem ille in nutrientem, sentientem, mouentem, & intelligentem (respondendum sine dubio in his partibus vitalem non esse: & tamen optimam esse diuisionem. Siquidem vbi nutriens, & sentiens, ibi etiam vitalis est, quæ animalium est propria: quemadmodum vbi sentiens & mouens, vis etiam illa est, quæ phantasia appellatur, potuit autem, vt phantasiam præteriit, quæ sine dubio alia à sensu est, ita etiam vitalem præteriisse, quæ à nutritione diuersa est. & tamen quod dicebam paulò ante, non nouit illam diuinus ille vir, qui non propterea culpandus est; non enim si multa nouit, potuit omnia. Galeno verò quem inique damnat Auerrhoys summæ sunt habendæ gratiæ, quod ita fuit Aristotelis interpres in multis, vt aliqua etiam illustrauit, & auctiora, melioraque reddiderit. qui velit autem eius de vitali cordis facultate sententiam accuratè cognoscere libros adeat secundum, & sextum de Dogmatis Hippocratis, & Platonis, & sextum de vsu partium humani corporis: nec non libellos de respirationis, & pulsuum vsu. deinceps videndum est, sit ne voluntarius, an naturalis motus respiratio, sic autem & principium explicabimus vtrum sit, cerebrum scilicet an cor. Galenus secundo De dogmatis Hippocratis, & Platonis, & secundo de motu musculorum pluribus rationibus ostendit respirationem pectoris motu fieri: illud verò neruis moueri, quorum principium cerebrum est. præterea motum esse voluntarium, quippe volũtate posse cohibitionem fieri, & aliquando si libuerit crebriorem spirationem, quam opus sit. deinde quod secto neruo, qui septo transuerso motum suggerit, offenditur respiratio. neruus autem voluntarii motus est instrumentum. Cæterum contra Galenum contendit Auerrhoys libro secundo collectaneorum cap. 19. respirationem voluntariam actionem non esse, sed aut ex vtraque mistam aut potius naturalem. primum enim respirare animalia in somno: atqui in somno non esse voluntatem, & cogitationem. deinde respirationem in iis, quibus non male membra respirationis affecta sunt pulsibus respondere proportione. at verò pulsuum motum naturalẽ esse: igitur & spirationem. ad hæc accedere suspiria, & anhelationes, quas nequimus aliquando cohibere, quemadmodũ neq; tussim: quamobrẽ naturalem esse actionem respirationis motum. Si vero voluntate aliquando fit, tũc fieri quando naturalis vis cordis necessitati non videatur satisfacere. ad argumenta Galeni respondet, atque illum insciitiæ arguit in dialecticis: quippè & principia falsa sumere, & syllogismo in figura vitioso vti. vitium enim in syllogismo esse, quando remoto neruo motum auferri putat consequi. neque enim cõsequi vt si quando dum neruus est, motus etiam certus quidam sit, neruoque ablato cesset motus, illius causa neruum esse. Nam arterias illas carotidas vocatas dissectas spiratione volũtaria primare animal & tamen voluntarium motum illarum non esse proprium. his rationibus Auerrhoys persuasi sunt eruditi nonnulli viri, pedibusque in eius iuêre sententiam. & tamen temere Galeni sententia intelligenda non est. Nam efficientem causam ille intuens proximam ac per se voluntatem merito pronunciauit. Nam si remotiorem causam inquirimus, illa sine dubio naturalis est. est enim naturalis, quæ necessitatem imponit voluntati: voluntaria tamen est actio, quæ à voluntate proficiscitur primum ac per se. non ita se res habet in tussi, sternutatione, hossitatione, ac singultu: Nam hæc symptomata sunt morbosa quidem illa, adiuuante tamen natura ob irritationem facta, vt est in secundo de symptomatum causis apud Galenũ. similior est illorum musculorum actio, qui in vesicæ cervice sunt, & in recto intestino: non tamen omnino similis in iis & in respiratione ratio. Nã ii relaxantur dum natura parat excernere, grauataque est excremento, alterque expellit, & claudit, hoc est, qui in vesica est, alter verò claudit tantum. at si fortè sine voluntate exeant vrina, ac stercora, motus voluntarii dicetur læsio, quod scilicet musculorum sit, qui voluntario motu cientur: quorum est actio non illa quidem in excernendo, sed in continendo, ne inuoluntariè recrementa exeant. docet hæc Galenus libro secundo locorum affectorum capite 1. libro quinto de vsu partium capite 16. & secundo de musculorum motu cap. 8. respiratio simpliciter voluntaria actio est, sed quatenus illa propter necessitatem fit innati caloris attemperandi, videtur non esse omnino libera, sed à natura dependere (sumimus modo naturam lata significatione, vt facit Galenus in secundo de symptomatum causis) hinc fit, vt pro necessitate, quam natura videtur imponere, voluntas moderetur actionem hanc, reddatque crebriorem, velociorem, maiorem, minorem, moderatam, tardam raram; non enim alia ratione in dolore lateris respiratio parua est, & crebra, nisi quod pro necessitate, qua vrget dolor, & calor, voluntas moderatur motum pectoris, quo respiratio constat, facitque minorem propter dolorem, vt minus persentiatur, crebriorem propter calorem, & illum, quo ad fieri potest, attemperet. in sanitate æqua moderatio, in qua nulla præter naturam necessitas. postremo omnes differentiæ respirationis à voluntate proficiscuntur, prout necessitas fuerit in animali. his ita positis Galeni sententia facile constat, in quem iniusta est Auerrhoys accusatio. & tamen etiam manifesto patet, quo modo & simpliciter voluntaria actio sit respiratio, & aliquo modo mista ex naturali ac voluntaria, & naturalis

Digitized by Google

ralis fortaſſe tantum ea, qua diximus ratione intellecta. atque ita & Auerrhoys ſententiam tuebimur, quod ille noluit pro Galeno facere. ſed ſoluamus & argumenta, quorum difficilimum illud, quod à ſomno ſumitur; quod tamen ſi æquus perpendatur, facile tollitur. Nam etſi ſomnus, ſenſus motuſque videatur eſſe vinculum, non tamen in eo phantaſia obruitur, atque ſopitur, vt nequeat actionem exercere ſuam, à qua motus pectoris proficiſcitur. in hoc enim motu ſatis eſt ſola neceſſitatis animalis perceptio; neque cogitatione opus eſt, quæ διάνοια græce dicitur, diſcurſus barbarè. ad illam autem perceptionem imaginatio vna ſatis eſt, quæ in ſomnis etiam reſpirationem pro neceſſitate moderatur. Nam etſi voluntaria dicatur actio ſpirationis, quemadmodum & alii muſculorum motus, non ideo tamen dicitur, quòd intellectus cogitatione in ea opus ſit: ſatis enim eſt phantaſia, quæ & ipſa iudicandi vis eſt, craſſior, & ſenſibilior, vt ita dicam ad hanc operam exercendam: quæ omnibus animalium, quæ ratione carent, actionibus, ac motibus ſola præeſt. & alioquin vnde dormientibus motus, ſitus mutationes, plerumque etiam è ſtratis erectio? quam agnouit & Ariſtoteles in libro de ſomno, & in quinto de ortu Animalium. tanta itaque abeſt, vt Auerrhoys ratio in Galenum concludere videatur, vt mirandum ſit acutum, & doctum hominem contradicendi ſtudio rem alioquin perſpicuam, non animaduertiſſe. reliqua vero argumenta expoſitionibus noſtris poſſunt à quouis facile dilui. ad illud potius veniamus, quo premit acrius ad argumentandi inquam genus, in quo deceptum ait Galenum propter dialectices ignorantiam. Nam quando neruus proprium eſt motus inſtrumentum, ſineque illo nulla poteſt in corpore fieri motio, neſcio quomodo non ſequatur, quod à diſſecto neruo deducebatur à Galeno. Nam quod eſt in generibus, quæ latius, quàm ſpecies enunciantur, vt iis ablatis auferantur inferiora, illud magis in iis eſt, quæ æquè dicuntur, atque inter ſe conuertuntur. Siquidem hæc ablata mutuo ſe interimunt. Cum itaque neruus in vniuerſum proprium ſit motus inſtrumentum, nonne optimè conſequitur, neruus non eſt, igitur neque motus? atque è contrario motus non eſt, qui à voluntate proficiſcitur, igitur neque neruus, quod eſt inſtrumentum eius actionis? dum igitur de motu aliquo controuerſia eſt, ſit ne voluntarius, an naturalis, & ob nerui ablationem aut ſectionem, imminui illum, aut aboleri, certum eſt, neſcio quomodo neceſſario non ſequatur, illum à voluntate & conſilio proficiſci, quando hæc inter ſe mutuo reſponde re dictum eſt, vt poſita, ſtatuant, demta verò ſimul auferant. atque argumentum quidem Galeni demonſtratio eſt à ſigno, neceſſarium tamen, quod de rebus eſt, quæ inter ſe conuertuntur, cuius argumenti exemplum in terra interpoſita, & lunæ defectu non ſemel attulit Auerrhoys in Analyticis poſterioribus quod verò affert de arteriis illis, quas carotidas appellant, mirum ſi id à Galeno accepit quomodo non animaduerterit, quæ ille ſecundo de Dogmatis memoriæ prodidit; veteres carotidas illas appellaſſe, quaſi voce priuarent animal diſſectæ, quam priuationem κάρον dicunt: id tamen verũ non eſſe, neruos enim recurrentes id facere, arterias vero non item. Subdit autem ἀλλ' οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις τὰ νεῦρα τοῖς βρόχοις διαλαμβάνοντες, εἶτα ἄφωνον ὁρῶντες αὐτίκα τὸ ζῶον γιγνόμενον ἀρτηριῶν τὸ πάθος οἴεσθαι ἐπάρχειν, καὶ κάρον αὐτὸ ὀνομάσαι οὐκ ὀρθῶς εἴρηται. h.e. ſed plurimi medicorum, ac philoſophorũ vna cum arteriis vinculis neruos excipientes, videnteſque deinde animal ſtatim muteſcere affectum illum arteriarum eſſe opinati ſunt, & perperam vt puto carum appellarunt. ex his planum eſt Galeni argumentum vitioſum non eſſe, fallique potius Auerrhoym cui in multis medicinæ dogmatis contendendi cum Galeno ſtudium magis videtur placuiſſe, quam veritas. Siquidem à neruo ad motum valet ratio, à motuque ad neruum, alteroque ablato alterum neceſſario demitur, quod in iis neceſſario eſt, quæ inter ſeſe conuertuntur. experimentum etiam à Raſe obſeruatum decepit & ipſum, quemadmodum & illos, qui neruos recurrẽtes cum arteriis ligabant, credebantque animal propter eas ligatas immuteſcere. declarauimus vt opinor duo illa, quæ propoſuimus de facultate cordis & arteriarum pulſatoria, & de reſpiratione ſit ne motus naturalis, an voluntarius, ſimulque de eius principio. reliquum eſt tertium, an pulmonis motu an thoracis fiat reſpiratio. Galeni ſententia pluribus eius librorum locis manifeſta eſt: ac præſertim libro, quem de hoc argumento edidit, necnon ſecundo de dogmatis, & libro ſexto de partium vſu. principium enim reſpirationis eſſe voluit thoracem, à quo pulmo moueatur, quod ſpiritus eſt conceptaculum, & reſpirationis primum inſtrumentum. Ariſtoteles cum pulmonem inſtrumentum reſpirationis vocat, optime quidem ille, vt omnia, non potuit tamen nouiſſe, quæ poſteriorum medicorum abſoluerunt ingenia. quamobrem & thoracis motum non animaduertit, & ab eo vt à continente pulmonem attolli dilatatione, & conſtrictione ſubſidere, Auerrhoys libro ſecundo collectaneorum longa eſt de hac re diſputatio. eius autem ſententia eſt pectoris & pulmonis illum eſſe conſenſum, vt ne vtrius ſine altero poſſit eſſe motus poſtremo naturalis motus principium eſſe pulmonem & voluntarii pectus. quæ vt poſſit aliquo modo vera eſſe, tutius tamen, & verius eſt cum Galeno dicere, pulmonem moueri à pectoris motu, cum ille per ſe moueri nequeat: vacuus autem cum ſit, & ſpongiæ naturam referens & arterioſus, dilatatione thoracis dilatari & impleri aere non ſecus ac folles: quo ſimili Ariſtoteles primum, deinde Galenus appoſitiſſimè vſus eſt. atque hactenus digreſſi ſumus propterea quod ex verbis Auctoris nobis occaſio nata eſt. Nunc ad ipſa verba redeundum eſt. ait reſpirationem internum habere principium aut animæ facultatem aut animam ipſam, imo vtranque. nam vbi facultas ibi & ſubſtantia ſit oportet. quæ nam vero ſit facultas, à qua reſpiratio fiat, declaratum eſt ex Ariſtotele. quod verò ait: aut alia quædam corporum commiſtio: niſi fallor ad Democriti ſententiam de reſpiratione referendum eſt. volebat

Digitized by Google

enim ille intra corpus corpuſcula quædam eſſe ſphærica, quæ eadem, & animam & innatum calidum opinabatur: quæ ab aere inſpirato facilè elidi, & deturbari, niſi alia cum ipſo aere ſimul ingreſſa compreſſionem aeris impedirent. hæc igitur corpuſcula hoc loco cenſeo ſignificari: quæ vt commiſta ritè vitam ſeruant, ita deturbata & excreta mortis cauſam afferunt, vt putat Democritus: per hæc verò animam, quæ atomorum erat cum inani miſtio reſpirationem edere, quæ tractio aeris hic dicitur, Democritus opinabatur niſi fallor: quod hoc loco Auctor ſignificat.

Ἡ δὲ θρεπτικὴ αἰτιαποδίδοται, καὶ ὁμοία τῷ ἀληθέϊ. εἰ δὲ μὴ, πρῶτον ὁμαλίζει τοῖς χρόνοις τὸ σῶμα κατὰ τὸν τοιοῦτον κίνησιν. ἢ εἰ μηδὲν διαφέρει τὸ ἅμα πάντα τὰ μέρη κατατέλεον.

Verum quæ alimenti motio eſt reuera rependit ſimilia. quod ſi non eſt, poſt tempus aliquod corpus eiuſmodi motu ſibi inæquale redditur, quod ſi nihil differre videatur, momento, ſtatimque conſpectum, inſpiciendæ omnes partes ſunt.

Poſt abſolutam reſpirationem motum ſpiritus aggreditur, qui cernitur in alimento verbis quidem adeò obſcuris, vt ego diffidam quàm maximè an ſim aſſequuturus Auctoris ſententiam. fortè & mendoſus locus eſt, quod tamen cum affirmare non licet in præſentia, tentabimus vadum explorare. Sententia verborum videtur hæc eſſe, motum, quē in nutriendo obit ſpiritus, reſtaurare corpus, quod alitur alimento ſimili: quod ſi nequeat facere, inæquale reddi corpus, id quod ex inſpectis partibus facilè manifeſtum fieri. ἡ θρεπτικὴ, κίνησις intelligitur, agit enim περὶ τῆ ἀναπνοῆς κινήσεων. hoc eſt, de ſpiritus motibus: ἀποδίδοται, rependit, retribuit. ita vero vertimus etſi obſcurius quàm græcè. videtur autem ſignificare motum hunc nutrientem ἀποδιδόναι τῷ τροφῷ, hoc eſt, rependere nutrimentum. Cum enim continuè ab innato calore ſubſtantia & ſolida, & humida corporis abſumatur, neceſſe eſt alimentum de perditæ ſubſtantiæ loco ſibi reparet facultas nutriens.

Galenus non abſimili voce vtitur: non ſemel in primo de valetudine. Sunt eius verba; ῥεύσης γοῦν τῆς οὐσίας ἀπὸ παντῶν τῶν ζώων, εἰ μὴ τις ἐπέσει ὁμοίας ἀποτάξει τῇ ἀπορρύσει, διαφθείρεσθαι τὸ θ σκεδασθήσεται σύμπαν ὅτως τὸ σῶμα. hoc eſt, cum igitur ab vniuerſis animantibus ſubſtantia defluat, niſi quis illi quod defluit ſimilem aliam reponet ſubſtantiam diffluabitur & diſſipabitur totum corpus. & rurſus. δὲ μὲν ἓν τῆς ἐδωδῆς αἱματωθῆναι ὅσον ἀναπλήρωσιν τῆς ξηρανθείσης οὐσίας. eſt itaque apud Galenum τὸ ἀποτάττειν, & αἱματωθῆναι, quod apud hunc τὸ ἀποδιδόναι. quod ſequitur ὁμοία τῇ ἀληθεῖ. hoc eſt reuera ſimilis, illud ſignificat, quod nutriens facultas deperditæ ſubſtantiæ ſimilem apponit, & aſſimilat ex alimento. pergit porrò. εἰ δὲ μὴ. quod ſi non. neceſſe autem eſt ex hac ſuppoſitione contrarium afferatur. & tamen eadem & in his verbis eſſe videtur ſententia atque in ſuperioribus. quare cenſeo pro πρῶτον ὁμαλίζει legendum ἀποδιδόναι. vt ſententia ſit, nutritionem reſtituere alimentum ſimile corpori, quod alitur: Sin autem id non faciet, corpus inæquale fieri ex mala aſſimilatione alimenti. & ſane facile fuit incautum librarium lapſum eſſe in his vocibus. vitia verò, quæ ex vitiata nutritione proueniūt, docuit Galenus libro tertio de ſymptomatum cauſis. ſunt illa impetigo, alphus niger, & albus, Elephas. in his inæqualitas quædam fit. Nam aliquæ partes, in quibus fruſtratur nutritio, vitiantur: aliquæ vero immunes ſunt. in elephāte corpus tumidum eſt, & inæquabile totum. poteſt & nutritio non vitiari, ſed deficere: Sic aūt aliquarum partium ſequitur ἀτροφία, imò etiam totius corporis. Si aliquarum partium fiat, manifeſta eſt inæqualitas, ſi totius corporis, inæqualitas erit, ſi cū priori corporis habitu conferatur, non abſolutè. εἰ δὲ μὴ διαφέρει τὸ ἅμα. Sin nō, differat ſtatim aſpectum. quod dicit vt opinor, id eſt, ſi verò inæqualitas non cognoſcatur, videaturque ſtatim aſpectum ſuis partibus non differre corpus, aut inæquale eſſe, inſpiciendæ partes ſunt, vt agnoſcatur inæqualitas.

Nam ſi in aliquibus membris ἀτροφία ſit, & fruſtrata nutritio, nō agnoſcitur inæqualitas, niſi ipſis membris rectè inſpectis. ſic in libro de articulis iubet Hippocrates in humeri luxatione accuratè inſpiciendum, & conferendum luxatum humerum ſano, vt luxatio pernoſcatur. & ſanè cognitio, vt eſt in libro de officina Medici apud eundem ex ſimilibus fit, ac diſſimilibus inter ſe collatis. hanc horum verborum opinor eſſe ſententiam, quæ ſi cuiquam non arrideat, alteram afferam commodiorem. eſſe quidem in omnibus partibus ſibi conſentientem, & verè ſimilem nutritionem (id autem Auctorem velle διὰ τῶ αἱματοῦσθαι) quod ſi id non ſit, ſed in aliis partibus, aut materiæ, aut facultatis vitio, aut defectu, aliæ partes magis quàm aliæ nutriantur, tum porro inæquabile corpus fieri, idque ſi non ſtatim appareat, inſpectis tamen partibus ſingulis facile dignoſci. hæc ſententia, ſi cui magis placeat, non ὁμοια legat, ſed ὁμοία vt in vulgatis legitur exemplaribus.

Ὁ δὲ σφυγμὸς, ἴδιός τις περὶ ταύτας, πῆ μὲν αἰσθητῶν ἐν κατὰ συμβεβηκός. εἴ γε ὅταν ἐν ὑγρῷ πλῆθος ἢ θερμότητος, αἰσθητὸν ἐκπνεύματούμενον διὰ τὴν ἀνα-

πόλη-

Digitized by Google

πόλησιν ποιεῖν σφυγμόν. ἐν τῇ ἀρχῇ δὲ καὶ πρῶτον. εἴπερ τοῖς πρώτοις σύμφυτον. πάσχει δὲ πρὸς τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν τοῦ ζώου τοῦτ' ἐκ τῆς ἐνεργείας ἀνάγκη τοῦτο προσλαμβάνειν. ὅτι δ' οὐδὲν πρὸς τὴν ἀναπνοὴν ὁ σφυγμός, σημεῖον. ἐάντε γὰρ πυκνὸν, ἐάντε ὁμαλὸν, ἐάντε σφοδρὸν, ἢ πρᾷον ἀναπνέῃ τις ὅτε σφυγμὸς ὅμοιος καὶ ὁ αὐτός. ἀλλ' ἡ ἀνωμαλία γίνεται καὶ ὄπτασις ἔν τε σωματικοῖς τισι πάθεσι καὶ ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς φόβοις, ἐλπίσιν ἀγωνίαις : &c.

Cæterum pulsus præter alios hos motus peculiarem habet naturam, & aliqua ex parte videtur ex accidenti fieri. Siquidem cum in humore caloris sit copia, in flatum conuersus humor pulsum faciat propter eleuationem necesse est. verum est & primus & ab initio, quandoquidem & primus connatus est. forte vero & ad ipsam animalis essentiam, quæ actione constat & opera necessario consequitur. quod autem nihil ad respirationem pulsus pertinet, argumento est, quod siue frequens siue æquabilis, siue vehemens, aut parua sit respiratio, pulsus tamen idem & sibi similis est. huius tamen inæqualitas & magnitudo fit in corporis quibusdam affectionibus & in animi ægritudinibus, timore, spe, angore. Cæterum an pulsus in arteriis æqualis sit, atque idem rhythmo, videndum est. & sane non videtur in longinquis & extremis arteriis. atque minimè omnium alicuius finis causa, vt ante diximus, videtur fieri. Nam respiratio & nutritio siue inuicem natura seiunctæ sunt, sine vtræque referantur ad se se, alicuius finis gratia videntur esse, & rationem habent aliquam.

Post respirationem ac nutritionem sequitur pulsus vnus ex tribus connati spiritus motibus: ad illum ergo aggreditur explicandum. primum autem animaduertendum, quod etiam dicebam paulò ante. veteres philosophos ac medicos non multam pulsuum eorumque vsus habuisse notitiã. Nam vt ab Hippocrate incipiamus, ille aut nullibi, aut si alicubi pulsuum meminit obiter & perobscurè videtur meminisse. habuit sua primordia pulsuum cognitio ab Herophilo medico insigni, quam etiam propter nimiam subtilitatem à posteris desertam esse, Auctor est Plinius li. 11. cap. 37. perfecit verò hanc sententiam Cl. Galenus, qui si quam aliam certè hanc medicinæ partem numeris omnibus absolutam reddidit. Aristotelis enim & Theophrasti temporibus exacta pulsuum scientia non fuit ab aliquo declarata. quamobrem & Erasistratus medicus Theophrasti contemporaneus in eorum vsu, in spiritu, qui ab arteriis continetur, in respirationis fine hallucinatus non semel à Galeno reprehenditur. hæc cum ita sint, mirum ne sit, si nonnulla in hoc Auctore fuerint quæ si ad Galeni præceptiones referantur, non adeo deprehendentur accuratè tradita. ac primùm quod ait pulsum quadamtenus ex accidenti esse, vtpote quando ex humore concalefacto editur, palpitationem confundit cum pulsu, quod fecisse Praxagoram, Philotimumque medicos traditum est à Galeno libro sexto de Dogmatis Hippocratis & Platonis cap. 7. palpitationis verò causis doctè idem attulit in libro, quem de hoc edidit argumento, & in libro de symptomatum causis primo cap. 2. esse autem palpitationem docet διάτασιν παρὰ φύσιν. hoc est, dilatationem præter naturam, in iisque membris fieri, quæ possunt natura distendi, qualia musculi, cutis, vesica, vterus. à pulsu verò differre, quòd ille naturalis sit motus arteriarum atque perennis, hæc præter naturam neque semper sed in malè affectis corporibus. causam materialem esse vaporem crassum ex humida substantia eleuatum, qui aut sub cute, aut alibi coarctatus, dum quærit exitum, palpitationem efficit. efficientem causam calorem imbecillum, qui nequeat digerere atque dissoluere flatuosum halitum. Aristoteles quoque in libro de respiratione palpitationem pro ipso pulsu videtur attulisse.

Nam dum ait ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ ἀεὶ περιττώσεως ἐκ τῆς ἐσθιομένης ὑγροῦ διὰ τῆς θερμότητος ὄγκωσις ποιεῖ σφυγμὸν αἴρουσα τὸν ἔσχατον χιτῶνα τῆς καρδίας. hoc est in corde autem eleuatio humoris semper ex alimento accedentis per calorem pulsum efficit extrema cordis tunica eleuata. pulsationem quidem declarare voluit, causam tamen attulit, quæ palpitationi magis, quàm pulsationi conueniat. Auctor libri de flatibus, quem falso Hippocratem opinantur aliqui, palpitationis causam ad pulsum retulit. at verò in libro de locis in homine alia est pulsus arteriarum tradita causa, quæ tamen & ipsa vera non est. sed his omissis redeamus ad id quo de agitur hoc in loco. Nam cum reliquos motus spiritus declarasset, in præsentia declarat pulsum, quem ait habere quiddam quasi peculiare ac proprium, quod aliqua ex parte ex accidenti fiat. ex accidenti autem, aut quod finem non habere videatur, certamque rationem, aut quod ab accidentali fiat causa, vtpote à calore aucto, aut propter vtranque causam. quod enim ait τῷ μὲν αὐξανόμενον, τῷ illud, quod aliqua ex parte conuertimus, non omninò ex accidenti pulsum fieri arguit, sed cum calore aucto halitus ex humore eleuatus

Digitized by Google

tollit arteriam hic tamen pulsus non est appellandus, vt dixi, sed palpitatio. ὁ ἐκπνευματίσμων humidum significat, quod flatum excitat, à quo pulsus fit, seu palpitatio. ἀναπνοὴς verò est eleuatio illa, quam διαστολὴν vocat Galenus Cæterum non accidentalem modo pulsum quadamtenus esse ait, verum etiam connatum ab ipso generationis principio. πρώτας intelligit μίσεις, hoc est, primas partes in quarum prima formatione pulsus sequitur. Nam si cor ortus animalis principium est, à quo arteriæ, vt à radice propria oriuntur, certum est motum arteriarum, qui pulsus dicitur, & primum esse in primisque partibus, & connatum. verum cum Galenus neget in libro de formatione fœtus primæ formationis initio cor esse formatũ, aut cordis aut arteriarũ motu fœtui opus esse, quatenus plantæ vita viuit, non est quod in præsentia de hac re disputationem instituam. Nam quod ad locum hunc facit, vt etiam Galeno concedatur, pulsus tamen connatus est: siquidem principij illius est proprius, quod vitam ministrat, à quo & arteriis communicatur ad calorem innatum attemperandum. id quod videtur Auctor significare dum dicit, pulsum fortasse necesse esse ad ipsam animalis substantiam consequi, perobscurè quidem innuens pulsum ipsi vitæ animalis substantiæque conseruandæ necessarium. cùm tamen id dubius dicat rationemque nullam afferat, Galenus hoc fundamentum dubiè positum locupletauit, & auxit optimis contemplationibus. est in græcis verbis τὸ ἐκ τῆς ἐνεργείας, non sine mendi suspicione, quod si ita fuit ab Auctore scriptum animal intelligit ex animæ actione viuens. mihi tamen placet magis τῆς ὀπ τῆς ἐνεργείας. Nam substantia animalis actione ipsa constat, atque perficitur. actionis autem non vnum genus. quin & actus ipse secundus animæ, de quo in secundo de anima mentio est. quid aliud est, nisi actio? quæ si desit nulla vita sit, nulla facultas. mox declarat aliud, quod vt aliqua quidem ex parte verum sit, non tamen simpliciter & omninò. Nam pulsus, & respiratio cum ab vno non pendeant principio, mirum non est ita sibi aliquando non respondere, vt in expiratione fiat pulsus contractio, in inspiratione dilatatio non tamen potest omninò fieri, vt si respiratio aut naturalis sit, aut præter naturam immutata, æquabilis tamen pulsus, sibique constans perpetuo sit. Nam in ea difficili respiratione, quæ ἄσθμα græcè dicitur, solet quidem crebra esse respiratio propter pectoris angustiam, crassorumque humorum collectorum copiam, vnde cum nihil cordi communicetur, vt arteriarum ope egeat, pulsus æquales erunt, & sibi similes, & omninò eodem tenore præditi aliquando quo sanorum sunt, solet enim asthma sine febre esse, definitque illud Paulus Ægineta δύσπνοιαν sine febre. at in peripneumonia, angina, pleuritide, & spiratio difficilis est, (si quidem crebra, celer, parua, aliquando & quam μαπυρὸν vocat Hippocrates) & pulsus non sine insigni à naturali statu mutatione. adde febres ardentes, in quibus vt maior est æstuatio, maiorque expiratio propter fuliginum copiam, quam inspiratio, ita & pulsuum concitata, crebraque motio. in quarto de locis affectis ad extremum casus Antipatri medici possit fortè confirmare, pulsum ac respirationem mutuo sibi respondere, posse tamen etiam non respondere. habebat enim Antipater summam pulsuum inæqualitatem, nec modo quæ συσπασμὸς dicitur, sed etiam in singulis arteriarum pulsationibus: & tamen non simul sed multò post cœpit & difficultate respirationis, cordisque palpitatione laborare, vnde etiam diem suum obiit. Auerrhoys secundo collectaneorum docet pulsuum motum respirationi respondere, modone instrumenta respirationis malè affecta sint, id quod in sanitate non videtur necessarium, quàmuis possit id etiam aliquando contingere. in thoracis instrumentorumque respirationis affectionibus frequenter accidit, vt eadem penè inæqualitas, quantitas, qualitasque pulsuum & respirationis sit. postremò vt vno verbo rem concludam, pulsatio cordis atque arteriarum respondent mutuo, siquidem ab eadem facultate vitali proficiscuntur. respiratio si respondet, non necessariò tamen vt opinor. respondet autem non in sanitate solum, verum & in morbis aliquot. his omissis notandæ differentiæ respirationis, quas ponit, frequentia, æqualitas magnitudo, μεγέθη, quam vertere libuit patuitatem: quamquam fortè & symetria potest intelligi. μεγὰς enim appellamus, qui in iracundia moderatè se habent, & μεγάθη, ait Aristoteles, μεσότης ἐστὶ περὶ τὰς ὀργάς. potest igitur eadem ratione μεγὰς ἀναπνοὴ hoc est mansueta respiratio nominari, quæ neque crebra est, neque celer, neque parua, magna, rara, inæqualis, intercisa, sed quæ naturalis, ac moderata, qualis fit, quando facultas, vsus, ac instrumentum naturaliter se habent. pergit porrò Auctor ad pulsuum causas declarandas refertque illas ad corporis quasdam affectiones, & ad animi perturbationes. qui verò quorum morborum pulsus sint proprij, qui singularum animi ægritudinum. postremò quales fiant à sex iis causis, quas non naturales appellant, non est, quod in præsentia disputemus. satis erit dicere in sanis, ac temperatis corporibus, animi nulla perturbatione aliove accidenti commotis temperatos pulsus esse, differentias alias, quæ à moderatione recedunt fieri à morbis præcipuè, sed & ab animi perturbationibus, ira, gaudio, timore, spe, dolore, ac aliis. item ab aeris mutatione, anni temporibus, corporis motibus, somno, vigilia, cibo, potu, balneo, ætate, temperamento. causas verò, quæ ab his omnibus esumuntur, tradidit Galenus in libris de pulsuum causis. non modo autem ab his causis duæ hæ differentiæ fiant, quas meminit, sed omnes, quæ ad qualitatem ac quantitatem motus arteriarum pertinent, earumque corporis affectionem. ὄγκος magnitudinem videtur dicere. est autẽ hæc quando arteria exigente id vsu propter calorem auctum in tres dimensiones dilatatur, altitudinẽ, latitudinẽ ac longitudinem, æqualitas aũt, quæ ἰσότης græcè dicitur, non in pluribus modo pulsationibus, sed & in vna cernitur in variis arteriæ partibus. eadem ratione & inæqualitas, cuius differentiæ & appellationes copiosè extant in primo de pulsuum differentiis apud Galenum. cæterum in pulsibus præter differentias, quæ à motu & arteriarum cor-

pore

Digitized by Google

pore desumuntur,& æqualitatem, & inæqualitatem, est ordo, & inordinatio, & rhythmus, & arhythmia,de quibus Galenus consulendus est.

Εἰ δὲ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις ὁ σφυγμὸς, καὶ ὁ αὐτὸς ὢν ῥυθμῷ καὶ ὁμαλὸς ἢ, σκεπτέον. οὐκ ἔοικε δέ γε τοῖς μακρὰν ἀπηρτημένοις. ἥκιστα δὲ ἕνεκά του φαίνεται γίνεσθαι, καθάπερ εἴρηται. Ὁ γὰρ αὐτῆς ἀναπνοῆς καὶ τῆς ἐπαγωγῆς, εἴθ' ὡς ἕτερον σύμπαν ἀλλήλων, εἴθ' ὡς θάτερον τοῦ θατέρου, ἕνεκά του φαίνεται, καὶ ἔχει τινὰ λόγον.

Cæterum an & pulsus in arteriis æqualis sit, atque idem rhythmo videndum est. & sanè non videtur in longinquis,& remotis arteriis. atque minimè omnium alicuius finis causa, vt ante diximus, videtur fieri. Nam respiratio & nutritio siue inuicem natura seiunctæ sint, siue vtræque referantur mutuò ad sese, alicuius finis causa videntur esse, & rationem habent aliquam.

Quatuor de pulsu superius docuit, primum accidentalem illum aliquando esse, quam tamen non pulsus, sed palpitationis nomine vocabamus. alterum, ab ipso ortus initio animantibus connatum esse, quin & ad ipsam animalis substantiam consequi. tertium nihil esse commune respirationis, ac pulsus. quartum vero & vltimum, inæqualitatem eius & magnitudinem à morbis fieri, & ab animi perturbationibus. & quorum pulsus arteriarum est motus, illæ vero per totum corpus disseminatæ sparsæque sunt, in præsentia quærit, an idem vbique sit pulsus, eodemque rhythmo, atque æqualitate præditus. Quæstioni aũt respondet breuiter, non videri consentaneum remotarum arteriarum pulsum æqualem esse illi, qui arteriarum illarum est, quæ sunc cordi propinquiores. postremò docet pulsum non videri finis alicuius esse causa, cùm tamen alij spiritus motus ad certum, statumque finem referantur. hæc sunt, quæ de pulsu docet hoc loco, quæ si quatuor aliis, quæ suprà docuit, adiungantur, sex erunt. ex iis autem tria negatione, reliqua affirmatione declarata. iam igitur perpendamus,quæ in hoc loco reliqua sunt. æqualitas inæqualitasque duplex est in pulsibus, altera, quæ in vna pulsatione cernitur, in variis tamen arteriæ partibus,altera, quæ in pluribus pulsationibus,quæ& συστηματικὴ græcè dicitur, de illa inæqualitate quærit Auctor,quæ vna pulsatione obseruatur, in variis tamen arteriis:contẽplandumque esse proponit sit ne pulsus æqualis,idẽque rhythmo in arteriis necne. rhythmus in ipsa quiete,& motu cernitur. Nã vbi tempus quietis motus tẽpori conferatur,rhythmus oritur. quod si motus interuallũ interuallo quietis rite respondeat εὔρυθμος pulsus nominatur. si verò diuersum sit vnũ ab altero ἄρυθμος: non quòd omnino pulsus rhythmo careat, id enim fieri non potest, sed quod à perfectione illa, quæ in eurythmo est præcedere videat. sunt autẽ tres eius species, παιδόρυθμος, ἑτερόρυθμος, καὶ εὔρυθμος. de his autem omnibus copiosè, & doctè Galenus in primo de pulsuum differentiis cap. 8. cæterũ cum proposuisset inquirendum id esse an in arteriis eadem esset pulsuum æqualitas rhythmusque, subdit postea, non videri æqualem, eodemque rhythmo seruari pulsum in remotioribus arteriis. dixit autem non omninò affirmando, sed modestia quadam philosophi propria, οὐκ ἔοικε, non videtur. quod si nos ex ipsa rei natura quæstioni respondeamus, dicemus sanè in sano corpore, vbi facultas valida, arteriæque nullam obstructionem, nullamque à corde inæqualem habeant intemperiem,aut duritiem, aut aliam inter se inæqualem affectionem,pulsum æqualem esse, eodẽque etiam rhythmo in omnib. arteriis & in ipso corde. quod si in ægro corpore cordis arteriarumque inæqualis intẽperies sit, facultas inualida, arteriaque inter se non eodem habeant modo, aut propter obstructionem,aut propter duritiem, aut propter aliam causam, quæ illas inæquales reddat, tunc non in remotioribus modo arteriis, verum & in cordi proximis, postremo in ea arteriarum parte, quam attingunt quatuor digiti,posse inæqualitatem obseruari. atque inæqualium pulsuum in vna pulsatione modi extant apud Galenum libro primo de differentiis. causæ vero luculenter traditæ libro secundo de cauſis, & secundo de præsagiis. cum hoc de pulsu statutum sit, quod est ex iis, quæ initio dicebamus quintum numero, ponit & extremum. pulsum minimè omnium videri propter finem aliquem esse. Τὸ φαίνεται autem potest accipi dupliciter, aut quod videatur quidẽ,sed non sit,aut quod & videatur,& sit. interpretabimur tamen nos æquius dicemusque non negare finem esse, rationemque pulsus, sed nec videri, nec vnicuique esse obuium. Nam motus, & actio spiritus in alimento finem habet vnicuique perspicuum : respiratio etiam non ignotum pulsus verò nõ item. qui tamen pulsus vsus sit & finis, diximus superius non semel. ἐπαγωγὴν vocat nutritionem, siue spiritus motum in alendo ἀπὸ τῆ ἐπάγειν τὰς τροφάς. ita enim demum corpus alitur. suprà dicebat ἡ κίνησις πλὸ τροφὴν ἐπάγουσα καὶ κατεργαζομένη. vtranque autem spiritus actionam præter pulsum finem habere certum, ad quem referantur, tanquam certum ; alibique demonstratum statuit. id autem ita dicit, vt simul significet, non esse, quod in præsentia inquiratur, an separatæ sint actiones, atque inter se diuersæ, an altera referatur ad alteram, respondeantque simul inuicem. sed ex Aristotelis Dogmate videntur duo hi motus ita esse separati, vt alter referatur ad alterum. Nã aucto caloris aliméto cor distendi, pulmonemque aerem attahere scriptum reliquit in libro de respiratione. verum cum de pulsante facultate cordis, eiusq; fine postremo de respirationis principio ex Galeni Dogmatis plura sint à nobis superius declarata, quid de hac re statuendum sit ita constat, vt superuacaneum sit quidquam addere ὁ ἕνεκά του finem intelligit, quem

Digitized by Google

& secundo de naturali auscultatione, & pluribus aliis locis λόγος appellat. est enim finis rei, quæ gignitur forma, ac ratio, ad quam naturale agens institutum est, agitque donec effectione consequatur, diuersaque ratione & forma, & finis optime dicitur. λόγος autē, & quod rei essentia sit, & quod ita demum causa redditur, quando ab illo reddita sit.

Τειδὴ οὐσῶν, πότερον ἄλογον ἔστι τινὰ σφυγμόν, καὶ τινὰ ἀναπνευστικὸν ἢ γὰρ τροφὴ τοῦ ὑπάρχοντος, ἢ οὔ. ὁ μὲν γὰρ ἀναπνοὴ, ὅταν ἀπολυθῇ τῆς κυούσης. ἡ δὲ διαφορὰ καὶ τροφὴ, καὶ ξωισταμένου καὶ ξωιστικοῦ. ὁ δὲ σφυγμὸς ἄθροος ὁ τῇ ἀρχῇ ξωισταμένης τῆς καρδίας καθάπερ ὁ τοῖς ὠοῖς γίνεται, φανερὸν ὥστε αὕτη πρώτη, καὶ ἔοικεν ἐνέργειά τινι, καὶ οὐκ ὁ ἀπολήψει πνεύματος εἰ μὴ ἄρα τοῦτο πρὸς τὴν ἐνέργειαν.

Cæterum cùm tres motiones sint spiritus, priorem esse pulsum, item respirationem consentaneum est. alimentum enim eius est, quod prius existit. an non ita est? Nam respiratio fit, quando animal à pariente matre prodierit, nutritio autem, & cōstituto iam animali, & dum constituitur. pulsus autem statim ab initio formato corde, vt in ouis manifesto fit. erit igitur ille primus motus. præterea videtur esse quædam actio, neque tantum in retentione spiritus existere, nisi hoc ad actionem referendum sit.

Cum de tribus spiritus motibus loquutus esset, disputassetque præcipuè de respiratione ac pulsu, modo comparat illos, quæritque quinam aliis prior sit, statuitque pulsum initio formationis animalis apparere: nutritionem, & dum constituitur, & postquam constitutum est: respirationem verò non nisi illo genito. Cum autem in vulgatis exemplaribus πότερον legeretur, qua voce philosophi in proponendis quæstionibus vti solent, correxi πρότερον ita sententia postulante. porrò autem cum non vna sit prioris posterioriſque significatio, vt in libro quinto Metaphysicorum notat Aristoteles, hoc loco de priori, ac posteriori sermo est, quod ad tempus pertinet. in libro secundo de ortu animalium cap. 6. priora posterioraque membra in generatione inquiruntur. extantque hæc de hac voce comparationis verba. τὸ δὲ πρότερον ἔστι πολλαχῶς· ὅτι, τὸ τοῦδε ἕνεκα καὶ τὸ τίνος ἕνεκα διαφέρει, καὶ τὸ μὲν τῇ γενέσει πρότερον αὐτῶν ὅτι, τὸ δὲ τῇ οὐσίᾳ. hoc est prius autem multipliciter dicitur: hoc enim cuius gratia, & hoc huius gratia differunt, alterumque generatione prius est, alterū substantia. Cæterum in hoc loco, vt dictum est prius, posteriusque tempore intelligendum est. Nam quærit qui motus primum in concepto animante appareat. Cum autem dicat. ἄλογον ἔστι τινὰ σφυγμόν, & τινὰ ἀναπνευστικὸν maculam inesse vereor, legendumque potius arbitror ἢ τινὰ ἀναπνευστικὸν, vt collatio sit pulsus ac respirationis: de his enim potest esse quæstio, verisimiliusque est pulsum præcedere, cum non nisi animante genito respiratione opus sit. alimentum enim non ita sese habere videtur, vt de illo quæri iure possit: est enim τῷ προϋπάρχοντος hoc est, eius qui præexistit. Nutritio enim actio est animæ nutrientis in animali iā perfecto, quod genitum quidem est, vt seruetur autem nutrimento opus habet. in hoc .n. generatio discrepat à nutritione. illa enim nouum quid, quod prius non erat, producit, hæc autem quod genitum est, & præexistit alimento seruat. quoniam verò id, quod modo dicit Auctor, dubium est, quando non sine nutrientis animæ actione, aut semen genitale cōcipitur, aut conceptum animatur, foueturque, constatque animal initio vitam viuere plantis etiā ipsis communem, procedente verò tempore alias etiam animæ partes exeri; idcirco subdit ἢ οὔ, an non ita est, hoc enim ad nutritionem præcipuè referendum esse arbitror, de qua paulo post. Nam quod ait de respiratione illam non exerceri nisi iam animali edito, & verisimile satis est, & sensu penè ipso constat. vnde enim fœtui respiratio choriis in vtero inuoluto? Sed & Galenus confirmat libro sexto de partium vsu cap. 20. qui vt etiam fusius docet, quomodo in fœtibus cordis feruor attē peretur, naturæque demonstrat industriam, qua fit, vt etsi à pulmone aer cordi non communicetur, aliunde tamen refrigeretur, quatenus illi satis est. qui tamen in eo libro in quo quæritur, sit ne, quod in vero est, animal, respirare fœtum memoriæ prodidit, Auctoreque id confirmauit Hippocrate ex libro de natura pueri, cuius loci momētum maximum quidem apud me esset, nisi certo scirem falsò librum Galeno tribui, & Hippocratem non de respiratione loqui, sed de spiritus vt ita dicam difflatione, quam vocat πνοὴν, quæ in semine, & in conceptu sine dubitatione vlla fit. quod cùm ita apertum sit, vt declaratione nulla egeat, deceptum esse Auctorem illius libri dicendum est, dum nimium studet fœtibus omnia tribuere, quæ perfectis sunt animalibus. notanda verò vox τῆς ἀπολύεσθαι, qua à vinculis iis, choriisque, quibus in vtero continetur, liberari, ac solui fœtum significat. atque hactenus de respiratione. Nam nutritio, quam διαφορὰν vocat, vt superius διαγωγὴν non in edito modo animali est, sed & in ipsa formatione, ac conceptu: nunquā enim illa fœtū deserit. propriissimè autem loquitur σωισταμένου & σωιστικοῦ. qua voce in hac re significanda frequētissime vtitur Aristoteles, à quo mutuatus Galenus non raro: vt in libro quarto decimo de vsu partium. & δὴ λέγομεν ὅ κινούμενον εἴτε τινὰ τροφὴν σύστασιν, εἴτε τινὰ ἕξιν ἅπασαν σύστασιν. dum constituitur itaque animal (hoc est enim est σωισταται) nutriente facultate agente constituitur. Nam vis illa caloris,

ac spi-

Digitized by Google

ac ſpiritus, quæ in ſemine eſt, quæque conceptum cogit initio, nutritiua eſt. eadem alimentum attrahit per vaſa illa, quæ ad vmbilicum inſeruntur fœtui. eadem concoquit, format membra, & perficit, excernitque ſi qua inutilia ſunt. iam verò conſtitutum & in lucem editum animal eadem ſeruat vſque ad interitum. meritò igitur dictum eſt, conſtituendo, & iam conſtituto animali ſpiritus innati actionem, quæ in alimento exercetur, incumbere. cæterum de pulſu ita ſtatuit, ſtatim ab initio formato corde apparere. quæ ſententia non longa eget explicatione. Nam ſi cor primum eſt viſcus, à quo fiunt cætera, in quo anima, vt in propria ſede reſidet, ſuaſque obit actiones, planum eſt, ſtatim atque illud efformatur, pulſum conſequi. eſt enim actio à corde arteriiſque inſeparabilis vt aiunt. quod verò ait vt in ouis manifeſtum fit: non tantùm ad pulſum quantum ad cordis conſtitutionem referendum eſt. cùm enim in ouo & alimentum ſit, & conceptus ipſe, licet in ipſo videre cor, quod primum omnium conſtituitur, ab eoque procedentes venulas tum ad membranulam, quæ vitellum ambit, quippè quod alimentum eſt, tum ad illam, quæ ambit animal ſecundæ inſtar χοριοειδὴς vocata ab Ariſtotele: quamquam non de ipſa tantùm, ſed & de ipſo pulſu licet intelligere, quod ab Auctore de ouo dicitur. Nam ſexto hiſtoriarum cap. 3. καὶ ὀκλείπεται τὸ ὠὸν, καὶ ὅσον στιγμὴ αἱματίνη ἐν τῷ λευκῷ καρδίᾳ, ὃ πρῶτον φαίνεται ὥσπερ ἔμψυχον, καὶ ἀπὸ αὐτοῦ δύο πόροι φλεβικοὶ ἴσαιμοι ἐλαυνόμενοι, οἱ φέρουσιν αὐξανομένου εἰς ἑκάτερον τῶν χιτώνων τῶν ἀμφιχόντων. hoc eſt. atque ouum detegitur ea parte, & cor quaſi punctum ſanguineum in candido liquore conſiſtit, quod punctum ſalit iam & mouetur, vt animal. tendunt ex eo meatus venales ſanguigeri duo tortuoſi ad tunicam ambientem vtranque dum augetur. ex his autem ita declaratis deducit Auctor pulſum primum eſſe, quippe cordis motus eſt, quod primum eſt omnium in animali. primum autem licet hic accipere naturæ præſtantiâ, fortaſſe etiam tempore. Nam etſi ante formatum cor vis nutriens in ſemine eſt, calore inquam, & ſpiritu agens, tamen incœpto fœtu à corde proficiſcitur. iam verò cor ſtatim atque conſtitutum eſt, pulſat, licetque cogitatione comprehendere prius pulſationem cordis, quam nutritionem, aliarumque animalis partium formationem, quæ ab eo proficiſcuntur. quod porrò ait actionem quandam eſſe videri, nec tantùm in retentione ſpiritus exiſtere: hunc habet ſenſum, pulſum arteriarum & cordis actionem quandam eſſe, quæ & ipſa propter aliquid fiat. ex quo loco notandum eſt, quod dicebat ſuperius ex accidenti illum eſſe, non id ex ſua dixiſſe ſententia, ſed ex eo, quod apparet. quamobrem & ſubdidit ad animalis eſſentiam pertinere. quod enim ſequitur non exiſtere in ſpiritus nutritione: propterea dicitur, quod pulſare cor, & arteriæ videantur prius cohibito flatu, ac ſpiritu, à quo pulſatio fit dilatatione cordis, arteriarumque ἀνάληψιν accipio, quando ab alimento ortus ſpiritus & in corde, & in arteriis retinetur, qui dilatationem cogit fieri, quem cauſam eſſe pulſus cordis putat Ariſtoteles, idcirco etiam additum eſt, niſi & hoc ad actionem referendum ſit: quaſi fateatur actionem eſſe quidem cordis pulſum. non tamen propterea non eſſe à ſpiritus retentione factam, quippè quę præcedat opus, vt dilatatio cordis arteriarumque conſequatur. ſed de his ſuperius abunde ſermo eſt habitus.

Τὸ δὲ πνεῦμα ὃ ἐκ τῆς ἀναπνοῆς φέρεσθαι μὲν εἰς τὴν κοιλίαν. ἀλλὰ ἀπορεῖ τὸ μὲν ἐκ τῆς ἀρτηρίας διὰ τοῦ στόματος καὶ τοῦ οἰσοφάγου, διὰ οὗ τῆς ἀναπνοῆς φέρεσθαι ὃ πνεῦμα ἐκ τοῦ βεγγχίου εἰς τὴν κοιλίαν, καὶ πάλιν ἔξω, τοῦτο δὲ τῇ αἰσθήσει φανερόν. ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ τὰ πρὸς τὴν αἴσθησιν. εἰ γὰρ ἡ ἀρτηρία μόνον αἰσθάνεται, πότερον τῷ πνεύματι τῷ δ' αὐτῆς, ἢ τῷ ὄγκῳ, ἢ τῷ σώματι, ἢ εἰ ἄρα ὁ ἀὴρ πρῶτον ὑπὸ τοῦ ψυχικοῦ τῷ κινητικωτέρῳ τε καὶ θερμοτέρῳ.

Atque ſpiritum, qui reſpiratione trahitur, ad ventrem ferri, ſed dubium eſſe, quomodo ex arteria per gulam feratur ad ventrem, rurſuſque foras: hoc autem manifeſtum eſſe ſenſu: quamquàm & quæ ad ſenſum pertinent, dubitatione non carent. Nam ſi ſentit tantum arteria, quæri poteſt an ſentiat ſpiritu, qui in ea eſt, an mole, an corpore, an ſi aer primum poſt poſt animam eſt aere vt priori & nobiliori.

Cùm de ſpiritus nutritione, ac motu ſuam poſuiſſet Auctor ſententiam, ſimulque abſurda quædam aliorum reiecisſet dogmata, videbatur abſoluiſſe, quod erat illi propoſitum. & tamen hoc loco lectorem exercet proponendis ſoluendiſque quæſtionibus aliquot, quæ ad ſpiritus naturam, ad animæ ipſius, arteriæ, quæ continent ſenſum, naturam, poſtremò etiam nerui, cutis ſanguiniſque referuntur eſſentiam. quæ omnia vt perplexiſſimis verbis ſunt propoſita, & declarata, ita ſunt etiam adeo fœde & miſere depranata, vt vis poſſit quis vnam, aut alteram ſententiam eruere. equidem quod ad me attinet conabor ſuam Auctori dare ſententiam. cùm tamen & emendationis codicis nulla mihi copia ſit, & coniecturis tantum res agatur, quas in hoc commentandi genere poſtremum habere locum certum eſt: excuſatum me velim, ſi quando à ſcopo videar aberraſſe. primum autem quod eſt in verbis διὰ τοῦ οἰσοφάγου, diu me torſit, quomodo reponerem: corruptum enim eſſe nemo non videt. at cùm ventris fiat mentio, ad illum verò ciborum ſit introitus per œſophagum, quem latini gulam dicunt, græci vetuſtiores dixerunt ſtomachon. viſum eſt reponere οἰσοφάγου coniectura quidem nō omninò à ratione aliena, & quod arteriæ aſperæ mentio eſt, à qua ad œſophagum fit ſpiritus tranſitus, ſi ad ventriculum deſcendit: & quod facilis fuit ſciolorum lapſus ἀπὸ τοῦ διὰ τοῦ οἰσοφάγου εἰς τὸν διὰ τοῦ οἰσοφάγου. iam verò locum aſteriſco notatum mutilum eſſe

certum est: tamen ita vt est malui relinquere, quàm de meo aliquid comminisci. possumus autem aut λέγουσιν aut νομίζουσιν, aut quid simile intelligere, quando hæc non ex propria dicuntur Auctoris sententia, sed aliorum, qui de spiritu commentati sunt, ex quibus fuit & Aristogenes Thasius, cuius explosa sententia est de spiritus nutritione. quod verò est in verbis ὁπὸ τῦ βραγχίου emendandum est ὁπὸ τῦ βρόγχου. sic enim veteres arteriam asperam appellarunt: & Hippocrates βρόγχια aliquando dixit, exponitque Galenus in glossis χονδρώδη ἀρτηρίαν, hoc est cartilaginosam arteriam. opinor itaque sententiam Auctoris hanc esse. sunt qui putent spiritum, qui respiratione trahitur ferri non ad pulmonem tantum, verum etiam ad ventriculum ipsum, exiguum tamen esse in gula (id enim significare puto τὸ ἄπορον hoc in loco) ex arteria verò ad gulam transire, per illamque ad ventriculum, rursusque foras remeare, non aliter atque in ipsa fit arteria: hoc autem sensui etiam manifestum esse. pertinet aliquo modo hæc sententia ad illud Aristogenis placitum de spiritus in vniuersum corpus distributione. volebat enim ille per omnes partes spiritum distribui. poterat autem distributionis etiam docuisse modum in alias quidem partes per arterias, in ventriculum autem per gulam, quæ asperæ adiacet arteriæ, dixisseque sensu percipi aeris ingressum hunc in arteriam. quamobrem quærit hoc etiam, quænam sit ratio, qua scilicet arteria aerem, qui inspiratur, persentiat. Nam aut spiritu, qui per ipsam vltrò citroq; fertur, aut corpore suo, aut corpore, & spititu simul: ambo enim hæc censeo significare voce illa ἕξει, nempè enim fit ὄγκος siue moles ex arteriæ corpore, & spiritu ab ea contento. ex his autem simul propositis magis consentaneum existimat spiritu sensum fieri, quippe qui cum animæ instrumentum sit, animæ autem actio sit sensus, consentaneum est spiritu sensum fieri. dicit autem aerem τοῦτον ὑπὸ πνεύματος ψυχικοῦ: aerem & spiritum vnius eiusdemque loco intelligens. rectè autem ὑπὸ πνεύματος ψυχικοῦ, quod anima præsit, sub qua spiritus sit, per quem agat illa actiones, quas in animato obit corpore. hac eadem ratione & θερμότερον & κινητικώτερον vocat, quod scilicet magis accedat ad animam, quam aliæ partes corporis, quippè qui & purissimus sit, & cœlestem referat originem. quamobrem plurimi etiam non aliam esse putarunt animam, quam spiritum. Cùm autem multiplex sit τὸ θερμότερον significatio, hoc loco prius intelligitur secundùm vires τὸ γὰρ ἰσχύϊ τῇ δυνάμει θερμότερον ἐστὶ τὸ δυνατώτερον ait Aristoteles in quinto metaphysicorum, hoc est, quod præstat viribus potentiusque est illud etiam prius. aut potius secundum motum. Cùm enim anima motus omnis mutationisque naturalis causa sit, spiritus verò ad illum propius accedat, sequitur propterea aliis omnibus, quæ sunt in corpore præter animam, illum esse priorem, ac præstantiorem. hæc sunt quæ quæruntur in hoc loco. Notandum autem est per fauces & asperam arteriam aerem inspiratum in pulmones ingredi, non tamen ideo non posse etiam per gulam in ventriculum. verùm in arteriam quidem attrahitur pulmonis, pectorisque dilatatione: in gulam & ventriculum quatenus aeris est loca caua & inania occupare illudque necessario fit, hoc non necessario, vixque vt aiunt melioris causa. notandum etiam alterum de arteriæ sensu. quæri enim potest, an illa prædita vllo sensu sit, siquidem dū arteriæ secantur, vruntur, scinduntur, non sentiunt, quod in libro decimo sexto de vsu partium scripsit Galenus. qui igitur fiet vt spiritum, qui in ea continetur, sentiat? an non de omni arteria sermo hic est, sed de aspera? illa autem sensu non est expers propter neruos & musculos, quibus in larynge ipso donata est. an verum quidem id est, sed ii quorum opinio ab Auctore recitatur, in vniuersum de omni id arteria verum existimarunt? magnique facienda opinio illa non est, siquidem ab aliis fortasse pendet absurdioribus. Verum quod ad sensum arteriarum pertinet in libro de plenitudine non negat Galenus & venas & arterias sanguinis & humorum sentire copiam: qui fortasse locus illi repugnare videatur, qui est in sexto decimo de vsu partium, cap. 4. quamquam dicendū arterias & venas grauitatem ex copia sentire quidem illas modo quodam diuerso ab eo, quo externa sentiunt obiecta sensumque licet perobscurum in vasis inesse propter superuacui humoris grauitatem. alterum autem de quo loquimur, nullum esse: de illoque loquutum Galenum in libro de plenitudine, de hoc in libris de vsu partium. quamobrem non absolute posse nos dicere venas & arterias vacare sensu. absolutè enim vacant sensu ossa aliqua, pinguedo, glandulæ nonnullæ, fortasse etiam & medullæ omnes, vt Galenus tradidit in libro de vtilitate respirationis, qui inter libros spurios Galeni meritò ponitur, nihil in corpore animalis sentire traditum est, præter venas, arterias, pelliculas, & neruos, quod ex iis vnum quidem continuum cum corde sit. verum sententia hęc non adeò magni facienda est, aut erit ex Hippocratis dogmatis interpretanda.

Τί οὖν ἡ ψυχὴ δυνάμιν φασὶ τὴν αἰτίαν τῆς κινήσεως τοιαύτης ἢ ὅλην ὡς οὐκ ὀρθῶς ἐπιλυμήσεις τῆς δὲ λογικῆς, ἣ θυμικὴν, ἣ γὰρ ἕξει ὡς δυνάμει, λέγουσιν, ἀλλ' εἰ δὴ ἡ ψυχὴ τῷ ἀρέσκοντι τούτῳ, ὅτος γε κοινὸς, ἢ πάσχων γέγηθε, ἢ ἀλλοιύμενος, ἢ λόγως αὖ ἡ ψυχὴ, πρὸς ὃ συγχωρεῖ φέρεται. καὶ τῷ ὁμοίῳ δὲ ὅμοιον αὔξεται, ἢ οὐδὲ γὰρ ὅλον οὐκ ἀὴρ, ἀλλὰ συμβαινόμενόν τι πρὸς ταύτην τὴν δυνάμει ὁ ἀὴρ, ἢ δὲ τοιούτῳ ποιοῦν ἢ δὲ ποιῆσαι τοῦτο ἀρχὴ ἢ ὑπόθεσις· τῆς δὲ μὴ διαπνεύσει, ἵνα ἀνεπίμικτος ᾖ ἔξω, ἢ, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι τρόπον μιγνύμενος.

Verum si hoc ita est, quid est anima? facultatē aiunt esse eiusm odi motionis causam, an ita non possis illos iure reprehendere, qui animam constitui putant facultate ratio-

Digitized by Google

rationabili & iraſcibili. Nam hi tanquam facultas ſit, id dicunt. verum ſi anima in hoc aere eſt, hic autem aut communis eſt, aut perpeſſus aliquid, & alteratus. iure igitur animatus eſt, & ad illum, vt ad cognatum fertur anima, & ſimile nutritur ſimili. an ita non eſt, omninò enim non eſt aer, ſed ad vim illam aer confert aliquid. an neque hoc eſt? Nam quod vim hanc facit & fecit, illud principium, & fundamentum eſt, atque iis, quæ non reſpirant animalibus, cum externo non communicat. aut potius neque ita, ſed alio modo commiſcetur.

Tota hæc ratio ἀπορητικὴ eſt, hoc eſt in dubitationibus & quæſtionibus occupata. quærit enim nonnulla, quibus reſpondet ex aduerſariorum placitis; aliaque præterit, tanquam per ſe nota, quod abſurda ſint, alia etiam tacitè refutat, nonnulla caſtigat & corrigit. omninò autem perplexa oratio eſt, & obſcura non ſine ſuſpicione vitii. quod autem ait hoc eſt, quoniam de anima ſuperius ſermo eſt habitus, poſtquam ſpiritus ſtatuebatur, quæritur hoc loco quid eſt anima: reſpondetque ex aduerſariorum placitis, illam eſſe facultatem eiuſce motionis: ſuperius autem non alius motus generis mentionem habuit niſi ſenſus. Nam ſuperius etiam erat quæſtio, quomodo ſentiat arteria: ſenſus igitur & non alius motus intelligitur. Sane autem ſenſum in genere motus alterationis poſuit Ariſtoteles. ait verò ἀμείνω γὰρ αἰτίαν: Sic enim legendum exiſtimo, quod ipſa & facultas ſit, à qua hic motus proficiſcitur, & cauſa prima. eſt autē anima ſubſtantia quidē illa, ſed quæ plerunq; nomine facultatis, ſiue poteſtatis ſignificatur, quòd pendet ſtatim à ſubſtantia facultas, à qua proficiſcitur actio, & motus. addit porrò, an ita non poſſis iure eos reprehendere. quæ verba poſita ſunt propter definitionem ab iis philoſophis allatam, quibus cum diſputationem inſtituit, qui animam malè definiebāt, cum tantum facultatem eſſe dicerent. quando quidem definire illam oportet, quâ ſubſtantia eſt, & forma animatorum, non qua in ea ſenſus, motus nutritionis, aut etiam intellectus facultas ſit. quòd fortè vitium iis etiam tribuendum, qui animam definiunt per facultatem τῷ θυμικοῦ & λογικοῦ. id eſt, iraſcibilis & rationabilis. ait itaque ſi bene reſpondetur ad quæſtionem, qua quæritur. quid anima ſit, per facultatem, igitur rectè ii fecerunt, qui animæ naturam explicarunt per facultatem. Significatur autem facultas, dum dicimus iraſcibile, & rationabile, quare ait οἱ γὰρ ὅτι ὡς δυνάμει λέγουσι, hoc eſt, hi tanquam facultate ſit, id dicunt, quod ſcilicet animam potentiis iis declarant, tanquam poteſtate ſit, hoc eſt perinde ac ſi facultas potentiaque ſit. fortaſſe legendum ὡς ἀμείνω. & tamen etiamſi legamus vt eſt in exemplari vulgato, nihilominus intelligemus animam in potentia, non quod actu non ſit, ſed quod eius eſſentia & natura in facultate ſit ac potentia iraſcendi & intelligendi, ac fortè Platonem Academicoſque intelligit, quorum erat illa partitio animæ in rationabilem, iraſcibilem, & concupiſcibilem. & tamen ſi eos carpit, male carpit, quod illi non voluerunt ita animam definitam, ſed diuiſam. neque ſanè carpit apertè, ſed latet reprehenſio, quod malè feciſſe, qui animam per facultates illas iraſcendi, & intelligendi declararunt, innuitur: & quod ab hoc deducitur, malè etiam reſponſum ab his, qui animam eiuſce motus, de quo agitur facultatem eſſe reſpondeant. hac verò quæſtione præterita tacitè etiam reprehenſa, tranſit ad aliam, quæ videtur ad Democriti dogma eſſe referenda. non enim agit, cum vnius dogmatis, ſectæue philoſophis, ſed cum quibuslibet, qui veritatem non ſunt adſecuti. volebat ille aerem iis corpuſculis, quę vocabat atomos eſſe plena, ex quibus anima conſtat, imo quæ animam & intelligentiam appellabat, quod declarat in libro de reſpiratione Ariſtoteles εὖ γὰρ πᾶ ἀέρα πολλὰ ἀριθμὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἃ καλεῖ ἐκεῖνος νοῦν & ψυχήν. hoc eſt in aere enim horum corpuſculorum multum eſſe numerum, quæ vocat ille intelligentiam & animam, reſpirationem autē fieri ingreſſo aere, ſimulque corpuſculis illis, quæ aeris depulſionem impedirent, vt ne animam deturbet, & extrahat? ita verò reſpiratione animal viuere. idem & in primo libro de anima traditum eſt. eo igitur reſpicit Auctor, vtiturque hac ratione. nam ſi in aere, quem inſpiramus anima eſt, hic autem inſpiratus aut in ſua natura manet, qualis vniuerſus aer eſt, qui nos ambit, aut affectus, & alteratus, meritò & animatus ille dici poterit, & anima, quam ſpiritum eſſe multi philoſophi voluerunt, vt Stoici: aut ex iiſdem conſtare corpuſculis, quæ in aere ſunt, vt Democritus: feretur ad ſimile vt pote ad aerem & ex eo nutrietur, & augebitur, quando ex ſimili naturaliter nutritio fit. referuntur hæc ſane ad ipſam ſpiritus nutritionem ex inſpirato aere, de qua tota hæc tractatio inſtituta eſt. cum verò hæc dixiſſet, addit ἢ ἐ; Dialecticorum more, reiicitque quod ſupra concluſum eſt, veriſimiliuſque eſſe ait animam, ſiue ſpiritum innatum (pro eodem enim ex hypotheſi videtur ſumere) aerem non eſſe: ſed aerem ad illius conſeruationem confetre, ſiue refrigerando tantum ſpiritum putat Ariſtoteles, ſiue etiam alendo, & augendo, vt Hippocrates, Galenuſque voluerunt. caſtigat deinde & hanc ſententiam. aitque quod vim illam, facultatemque facit, & fecit, hoc eſſe ἀρχὴν & ὑπόθεσιν. videtur autem prærogatiuam hanc aeri tribuere, in quo ſi vere vt putat Democritus, anima eſt, ab eo habet animal, vt viuat. ſi verò vt alii exiſtimarunt, ille eſt, qui alit, & auget ſpiritum, quem eundem atque animam nonnulli opinati ſunt, & Hippocrates alicubi: meritò & efficientis cauſæ rationem habere videbitur & materiæ. pro efficiente autem cauſa ſignificanda videtur vſus voce τῆς ἀρχῆς. pro materia τῆς ὑποθέσεως. proprium enim eſt materiæ ὑποτίθεσθαι & ὑποκεῖσθαι. Cæterum quoniam aer aut reſpiratione aut tranſpiratione corpus animalium ingreditur, illaque ratio manifeſta eſt, hæc igno-

Digitized by Google

ta, ſolaque intelligentia comprehenſa. propterea primum pronunciat aerem in animalibus, quæ non reſpirant, cum externo non commiſceri. deinde corrigit hanc ſententiam, aliamque commiſtionis rationem docet eſſe, quam quæ ſpirantium animalium eſt propria. intelligit autem illam, quæ græcè διαπνοὴ nominatur, quæ per meatus occultos fit arteria um attractione, quæ per diſtentionem fit. Notanda autem mox τὸ μίγνυσθαι: Nam ex illorum philoſophorum ſententia, cum quibus hoc loco diſputat, videtur poſita. volebant enim illi ſpiritum ali ex aeris inſpirati cum ipſo ſpiritu commiſtione. quam ſententiam nonnulli recentiorum ſequuti ſunt, Ariſtotelique etiam ipſi tribuerunt, allatis ex hoc libello locis aliquot. & ſanè ſi ex aere nutriuntur ſpiritus, quod & nos ex Hippocrate probabamus, commiſceri iis opus eſt aerem, & adponi elaboratum, & attenuatum. ſi verò ſola qualitate ſpiritus & innatus calor opus habent, vt putat Ariſtoteles, & hic Auctor, quicunque ſit, commiſtione opus non eſt, ſed appulſu ſimplici, & commeatu. ſententiam verò illam Ariſtoteli tribuere, quam ex inſtituto multis rationib. refutat, pro eaque confirmanda locos adducere ex hoc libello, in quo omninò contraria ſententia comprobatur, hominum eſt non dicam impudentum, ſed in philoſophiæ ſtudiis hoſcitantium. Auctoris verba cum aliquot locis deprauata ſint, correximus in hunc modum. εὐλόγως αὖ ἔμψυχος καὶ ἡ ψυχή. deinde pro συμβαλλόμενον συμβαλλόμενοι, poſtremo ἵνα ἀνεπίμικτος, μόνη ἀνεπίμικτος. emendationis rationem reddere non videtur operæprecium, cum vnicuique ſit obuia.

Τίς οὖν ἡ διαφορὰ τοῦ ἐν τῇ ἀρτηρίᾳ πρὸς τὸν ἔξω; διαφέρειν μὲν ἄλογον. πάσχειν δὲ καὶ ἀναγκαῖον λεπτότητι. ἀλλ' ἔτι δὲ καθ' ἑαυτὸν θερμὸς, ἢ ὑφ' ἑτέρου. φαίνεται μὲν, ὃν ἔσω κατ' ὀλίγον. βοηθεῖται δὲ τῇ καταψύξει. πότερον δὲ, ἔξω μὲν μὴ πρόσω, ἐμπεριληφθεὶς δὲ πνεῦμα, καθάπερ πυκνωθεὶς καὶ διαθθείς πως, ἢ μίξιν τινὰ ἀνάγκη λαμβάνειν; ἐν ὑγρότητί τε καὶ σωματικοῖς ὄγκοις αἰωρούμενον, οὐκ ἄρα λεπτότερος εἰ περ μέμικται. καὶ μὴν εὔλογόν γε ὂν πρὸς τὸν δεκτικὸν ψυχῆς, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ ψυχὴ παχεῖα, καὶ ἀκαθαίρετος καὶ ἀμιγής.

Quod igitur diſcrimen eſt eius qui in arteria eſt, & externi? Nam differre inter ſeſe rationi conſentaneum eſt: ac forte neceſſario in tenuitate diſcrimen eſt, ſed præterea quæritur an per ſe calidus ſit, an ab alio. Nam internus talis videtur eſſe, qualis etiam externus eſt, refrigeratione autem iuuatur. an verò externus quidem aer eſt, intro verò ſumptus ſit ſpiritus denſatus, & aliquo modo digeſtus? an miſtionem aliquam capiat neceſſe eſt, dum in humore & corporata mole volutatur? non igitur eſt aere tenuior, ſi commiſtus eſt, ſed eſſe oportuit: quando ille primus eſt animæ capax: niſi forte talis ſit, & anima neque ſyncera, aut immixta.

Quoniam ſupra rurſus ad ſpiritus ex aere incremento & nutritione reditum eſt, quærit hoc loco, quid inter illum, & hunc interſit: totus enim hic locus quemadmodum diximus in quæſtionibus eſt poſitus. illum qui in arteria eſt, ſpiritum intelligit, qui in arteriis & corde propriè continetur. τὸν ἔξω verò, hoc eſt, externum aerem qui ambit. non differre hos interſe ex iis, quæ dicta ſunt, poſſit aliquis affirmare: & quod in externo aere ſit anima, & quod ille interni ſpiritus auctor eſt, & fundamentum, omninò verò, quod eadem ſubſtantia vtriuſque: contrà verò differre hos inter ſe conſentaneum eſt, propterea quod vix poteſt aliquis intelligere quomodo fieri poſſit, vt idem ſit ſpiritus vitalis, atque aeris elementum. Nam nutritio etſi inter ſimilia ſit, non tamen omnino inter ſimilia, ſed quæ forma contraria ſunt, materia verò eadem conueniunt. iure igitur dicit Auctor conſentaneum eſſe, aerem à ſpiritu diſſidere. atque cum duo dicat εὔλογον καὶ ἀναγκαῖον, hoc eſt, probabile & neceſſarium, alterum refertur ad differentiam, quod eſt, alterum qualis eſt. eſſe enim ait neceſſarium illam eſſe tenuiratem, tenuioremque innatum eſſe ſpiritum aere. hoc autem & ſuperius dictum eſt, & neceſſitas vel eo demonſtratur facilè, quod innatus ſpiritus aere eſt longè calidior. atqui calor tenuiorem vſquequaque reddit ſubſtantiam. neque modò calidus abſolutè ſpiritus eſt, ſed etiam ſiccus, id quod tenuitatem maximè arguit. adde celeritatẽ, mobilitatem, præterea nihil in animato corpore illi non peruium. vnde colligitur ſi differunt inter ſe ſpiritus innatus, & externus aer, non alia diſcrepare differentia, quam tenuitate. & tamen non abſolutè neceſſarium eſſe pronunciat: ſed fortè ait neceſſarium eſt propter illa, quæ dicentur inferius. mox quærit aliud. ſit ne ſpiritus per ſe calidus an aliunde. quæſtionis rationem addit, quod aeri externo ſimilis eſſe videatur. iam vero aer non omnibus calidus viſus eſt, imò plurimis etiam natura ſua frigidus à ſolis radiis incaleſcens, id forte & de ſpiritu poſſe dici, qui cum non ſit per ſe calidus, ſed per aliud, tamen cum incaleſcat, poteſt per reſpirationem aere accepto refrigeſcere. hoc quærit in contextu Auctor dubitans quidem in alienis dogmatis: Nam quid de ſpiritus natura ſtatuendum ſit, quidque in illum agat inſpiratus

aer

Digitized by Google

aer, ſuperius abundè explicauimus. Sequitur tertia quæſtio, in qua in abſurdum deducit aduerſarios: Nã in aliquib. ita agit, vt diſſimulare videatur, quæ minus conſentanea ſunt, in aliis verò habet abſurda indicare, neque in iis multum immorari: Nam ad poſitionem Ariſtogenis Thaſii, Eraſiſtrati, aliorumque veterum philoſophorum, & medicorum manifeſtò ſequebatur aerem inſpiratum dum in ſpiritum tranſmutatur coctione craſſiorem effici, talemque redditum per corpus digeri. ad hæc autem neceſſario craſſitudinem, vt ita dicam, induere. atqui iiſdem tenuiſſimum ſpiritum ſtatuunt, differreque illum ab aere tenuitate. in hoc igitur eſt abſurdum, quòd ſpiritum & craſſum & tenuem iidem fateri coacti ſunt, tenuem quidem propter præſtantiam, qua ad animæ naturam proximè accedit. Craſſum autem propter humorum miſtionem, & coctionem, quæ craſſitudinem acquirit, dum peragitur. id aliquo modo concludit neceſſarium eſſe illud vel ex hoc conſentaneum ait eſſe, quod ſpiritus eſt, qui animam ſuſcipit. debet igitur & animæ aliquo modo eſſe non abſimilis; eſt enim illa ex aliquorum ſententia ſubſtantia tenuiſſima, pura, ab omni ſorde, & commiſtione libera. cum ad hoc abſurdum deduxiſſet. ſubdit, niſi fortè talis ſit, & anima neque ſyncera aut immiſta; quibus verbis ponit aduerſariorum aliquod confugium, quod tamen per ſe abſurdum eſſe facilè conuincitur. Nam animam καθαρὸν eſſe καὶ ἀμιγὲς, hoc eſt purum quid & immiſtum, nemo ferè veterum phyſicorum non affirmat. Anaxagoras in tertio libro de Anima neceſſario dicebat animam ἀμιγῆ ἵνα κρατῇ ἵνα γνωρίζῃ. hoc eſt, immiſtam, vt dominetur, & cognoſcat. Diogenes aerem exiſtimabat animam omnium tamen tenuiſſimum, cæterorumque principium, agnoſcereque quod alia ab ipſa orta ſint, agitari verò ac moueri, quod tenuiſſima ſit ſubſtãtia. Heraclitus ἀσωματώτατον ῥέουσαν ἀεὶ, hoc eſt maximè incorpoream, & quæ ſemper fluat putabat animam. ex his igitur manifeſtum eſt veteres phyſicos, vel eos, qui corpoream animam cenſuerunt ab omni commiſtione alienam illam fuiſſe arbitratos: vnde poteſt abſurdum colligi, ad quod tacite deducitur aduerſarius: ad confirmandum ſcilicet animam tenuem non eſſe ſynceram, aut impermiſtam. Cæterum quoniam de tenuitate ſpiritus, & craſſitie ſuperius habita longior eſt diſputatio, eo redeat oportet lector, ne repetamus quod ibi ex Ariſtotelis Galenique rationibus poſitum, & concluſum eſt.

Τὴν ἀρτηρίαν μόνον εἶναι δεκτικὴν πνεύματος, ὃ δὲ νεῦρον οὔ. Διαφέρει δὲ, καὶ ὅτι τὸ μὲν νεῦρον ἔχει πάσιν, ἡ δὲ ἀρτηρία ταχὺ διαῤῥήγνυται καθάπερ καὶ ἡ φλέψ. ὃ δὲ δέρμα ἐκ φλεβὸς καὶ νεύρου καὶ ἀρτηρίας. ἐκ φλεβὸς μὲν, ὅτι κεντηθὲν αἷμα ἀναδίδωσιν. ἐκ νεύρου δὲ, ὅτι πάσιν ἔχει. ἐξ ἀρτηρίας δὲ, ὅτι διαπνοὴν ἔχει: μόνον γὰρ δεκτικὸν πνεύματος ἡ ἀρτηρία.

Arteriam tantum eſſe, quæ ſpiritum capiat, non autem neruum. differre enim, quod neruus facile tenditur, arteria verò vt & vena citò rumpitur. Cutis autem ex vena conſtat, neruo, & arteria. ex vena quidem, quòd ſi pungatur, ſanguis educitur: ex neruo quòd tenſionem patitur; ex arteria verò quod perſpirat. hæc enim ſola ſpiritum continet.

Locus hic, ſi quis alius mendoſus eſt, deeſſe etiam in eo plura facilè coniicimus, propterea quod cum ſuprà de ſpiritus incremento rurſus diſputaret deducendis in abſurdas ſententias aduerſariis, hic de arteria, neruo, ac vena verba facit, ita verò facit, vt facilè pateat aliorum hic referri ſententiam, quam non improbat, ſed tantum recitat. Sunt autem, quæ hoc loco docentur tria numero. primum arteriam ſolam ſpiritum continere, non autem neruum: alterum differre arteriam à neruo, quod hic diſtenditur, arteria verò facile rumpitur, quemadmodum & vena. tertium cutim ex vena, neruo, & arteria conſtare, id quod probat etiam ab iis, quæ ſingulorum propria ſunt. Nam ſi quæ ſingulis per ſe inſunt, & cuti inſunt, manifeſtum eſſe ex iis, illam eſſe compoſitam. Nunc verò adgrediemur ſingula, primo vero primũ, arteriã eſſe quæ ſpiritum continet vna cum tenuiſſimo ſanguine, qui à corde per vniuerſum corpus diſtribuitur ſatis dictum eſt. veteres eandem communi venæ appellabant nomine, quamquam Hippocrates tum alibi tum libro de carnibus, arteriam nominet. compoſita eſt ex duplici tunica, cũ vena ſimplici tantum conſtet. craſſiorem ſextuplo quã venam eſſe ex Heraclito teſtatur Galenus libro ſexto de partium vſu cap. 10. & lib. primo de ſemine. cap. 13. quæſitum verò eſt, an ſpiritum tantum, an etiam ſanguinem ſimul, & ſpiritum contineat. Eraſiſtratus ſpiritũ in illa tantũ contineri putauit, quẽ damnat Galenus libro huic diſputationi, dicato, quin & res ipſa manifeſto arguit illum non mediocriter deceptum eſſe. Eraſiſtrati ſententiam, vt etiam ſupra notauimus, videtur ſequutus Ariſtogenes Thaſius, qui facilè aut eodem potuit fuiſſe tempore, aut non multò antè: Cuius etiam credibile eſt hoc in loco referri ſententiam. neruus, motus, ac ſenſus inſtrumentum eſt, qui à cerebro oritur, imò vt alicubi Galenus retulit, primo de motu muſcul. initio. veluti compactũ, & condenſatum refert cerebrum. defert verò ſenſum, ac motũ, aut vim illã animalẽ ſumẽs à cerebro aut etiam ſpiritum ipſum. fugit vero obtutum ipſum, nec licet videre, an peruius ſit. quamobrẽ præter neruos illos, qui aſpectui ſeruiunt, propterea; optici dicti ſunt, in nullis aliis temere meatum liceat inuenire. vnde non immerito per huiuſmodi

Digitized by Google

neruos vim illam animalem transire Galenus tradit non aliter, atque radii solis faciunt per aera aut per aquam. quæ cum ita sint, prima propositio, cum de vase loquimur, proprioque spiritus, vt ita dicam, conceptaculo, vera est, & nulli vel physicorum vel medicorum controuersa. potest tamen aliquo modo & neruus διαπλὶς πνεύματος intelligi, nõ quod contineat, sed quod aut spiritum ipsum aut facultatem suscipiat, quæ proficiscitur à cerebro. differre verò arteriam à neruo dubium non est constructione, substantia, vsu. ex his tamen substantiam, hoc est corpus ipsum Auctor huius positionis videtur sumere, non tamen sine constructione: quippe cum arteria caua sit, & tunicis constet, facilius citiusque rumpitur, quam neruus. porrò cum duæ huiusce ruptionis differentiæ sint ῥῆγμα, & σπάσμα, Galenus ῥῆγμα carnosis potius partibus tribuit, σπάσμα verò neruosis ipsis, quãquàm eodem penè genere contineatur tam σπάσμα, quàm ῥῆγμα. affectus itaque τὸ ῥήγνυσθαι tam venæ, & arteriæ, quàm etiam neruo conuenit: citius tamen disrumpitur arteria, ac vena, quàm neruus, id tamen cautè intelligendum: Nam carnosæ partes, quæ carne, neruis, arteriis, venisque constant, si distrahũtur, disrumpuntur quidem potius in fibris per musculos dispersis, quàm aut in arteriis aut in venis. iam verò fibras neruorum esse constat, qui in musculos ipsos dispertiuntur: neque enim aliter in musculis actu neruos reperias. quocirca dicendum est nerum hoc loco intelligi tendinem: sic enim plerunque accipi non vulgò modo, verum & veteribus græcorum scriptoribus non semel Galenus testatus est. τὸ δέρμα. tertia propositio. cutis carnis operimentum est, quam in Timæo Plato nasse comparat. fit illa ex semine, estque, vt græcè vocant, σπερματικὸν μόριον, hoc est seminalis particula, quemadmodum vena, arteria, neruus. in primo de temperamentis media inter neruum, & carnem ponitur tum substantia tum temperamento. siquidem neruus & exanguis & frigidus; caro verò & calida, & sanguine multo prædita est. inter vtrunque verò media est cutis tanquàm sanguineus neruus. quod igitur est in contextu, illam ex arteria, vena, & neruo constitutam esse, non illud quidem propterea verum est, quod sanguinem habet cutis, quod venæ proprium est, aut quod transpirat, & quod tenditur, quorum alterum arteriæ, alterum neruo conuenit, sed fortè quod ex his similaribus particulis in extimas partes simul connexis ac veluti complicatis cutis exoritur: quod veteribus aliquot medicis placuit mirum non est, quando illius libelli Auctor, qui de viuorum corporum dissectione inscriptus est, id ipsum claris verbis scriptum reliquit. & tamen id etiam affirmandum non est, sed dicendum potius cutim indumentum esse corporis, propria quidem substantia, naturaque constans, temperamento prorsus inter calidas frigidasque corporis partes medio, vt exactè possit, quæ in sensum tactus cadunt percipere: causam verò eius opinionis dedisse multis; quod venarum arteriarumque alicubi neruorumque tenuissimæ partes ad illam confluunt, & desinunt. Cætetum rationes, quas veteres illi afferebant ad cutis ipsius constitutionem probandam, nullius esse momenti perspicuum est. habet enim cutis sanguinem quemadmodum & caro, ad quam à venis sanguis trahitur, longè tamen vt diximus pauciorem. transpirat verò per foramina, quibus est prædita propter fuliginum excretiones. tenditur aut quod ex substantia constat, quæ facile potest distendi, ac contrahi. habet enim viscidum quid, ac glutinosum optimè à calore elaboratum, & percoctum, quamobrem libro tertio historiarum animalium scribit Aristoteles, in omni cuti visciditatem quandam muccosam existere.

Τὰς δὲ φλέβας ἔχειν πόρους, ἐν οἷς ὁ θερμὸν ὃν ὥσπερ ἐν χαλκείοις, θερμαίνει τὸ αἷμα. φύσει γὰρ οὐκ εἶναι θερμὸν, ἀλλ' ὥσπερ ταύτῃ καταδιαχεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀρτηρίαν, καὶ ἔχειν ὑγρότητα, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ τοῖς χιτῶσι τοῖς περιέχουσι τὸ κοίλωμα, φανερὸν ἔκτε τῆς ἀνατομῆς ἔστι).

Venas autem habere foramina, in quibus cum sit calor, vt in ferrariis officinis, sanguinem calefacere. Natura enim non esse calidum, sed hac ratione diffundi: quãobrem & ex anatome manifestum esse concrescere in arteria, & humorem habere, tum in se ipsa, tum in tunicis, quæ cauitatem ambiunt.

Qui nam sint meatus ii per quos sanguinem in venis calefieri existimabant illi, quorum hic refertur opinio, difficilè est iudicare, nisi vellent τὰς ἀνακομώσεις, quæ mutuo sunt in venis & arteriis, per quas arteriæ halitum trahunt à sanguine, venæ verò calorem & spiritum ab arteriis. sunt enim illæ vt Galenus docet sexto de vsu partium non frustra à natura conditæ, sed vt non modo cor & arteriæ à pulsibus & respiratione iuuentur, verùm etiam venæ ipsæ, in quibus sanguis continetur. hoc igitur est fortasse, quod ait in iis calorem esse, ab eoque sanguinem calefieri. simile verò quo vtitur ὥσπερ ἐν χαλκείοις, quod nos vertimus tanquàm in ferrariis officinis (fateor ingenuè) non satis intelligo. nisi fortè dicamus, quod vt in fabrorum officinis ignis in camino aerem vniuersum calefacit, ita à calore, qui per meatus ingreditur in venas, totus sanguis calefit. porrò χαλκεῖα vasa etiam ænea possunt intelligi. per quorum meatus ingressus subiectus ignis, humorem, qui in vasis est, calefacit. æs enim ferrumue calefactum, quidquid simul continet, calefacit. calefit autem & æs, & ferrum ab igne, qui in meatibus eorum est, non aliter atque aqua in spongia vel in panno.

Metalla.n. rara sunt, suosque habent & illa meatus, in quibus ignis est, dum illa ignita sunt, atq; canden-

Digitized by Google

candentia, vt docuit Iul. C. Scaliger duodecima ad Cardanum exercitatione. huiusce verò meatuũ illorum vsus rationem aperit, dum dicit sanguinem sua natura non esse calidum: qui si per se calidus non est, in venis autem est actu calidus, rationem afferre oportet, & modum, quo calefit. afferebant verò modum hunc veteres illi, qui si reuocetur ad Galeni præceptiones eo modo, quo diximus verus est. quæ deinde sequuntur, videntur posita ad probandum sanguinem sua natura non esse calidum, sed frigidum: præterea humidum non per se, sed quatenus à calore funditur, quod significat hac voce διαχεῖσθαι. potest igitur esse calidus, vt aqua feruens, quæ alioquin si in suam naturam redeat frigida est: quo simili vtitur Aristoteles in secundo de partibus, quem locum declarabimus inferius. sumitur & ratio à concretione, quæ sensu nititur. nam in dissectis corporibus sanguis concretus reperitur in venis & arteriis, at concretio succedente frigore fit propter caloris absentiam qui fundit, & eliquat. si igitur abeunte calore talis manet sanguis, manifestum est, hãc eius esse naturam, frigidumq; illum & siccum esse. hoc est argumentum, quod à sensu, & anatome ipsa sumitur. legendum verò, διὸ πήγνυσθαι ὑπ τῇ ἀρτηρίᾳ, vt de sanguine dictum istud intelligamus. humorem vero habere non potest in ipsa concretione: crescit enim à frigido, non vt gelatur aqua, quæ iterum calore liquescit, sed vt terrena omnia, quæ concrescunt frigore. igitur humidum esse sanguinem intelligendum est, propter calorem, qui illum fundit, & calefacit. τὸ ὑπ αὐτῇ corruptum censeo, legoq; lubentius ὑπ αὐτῷ, vt pro sanguine accipiatur. si cui verò placet vulgata lectio arteriam intelligat αὐτὸ, cuius sunt & tunicæ, quæ cauitatem faciunt, in qua sanguis est. est itaq; hæc Auctoris sententia. esse veterum illorum opinionem venas donatas esse foraminibus, aut meatibus nonnullis, per quos sanguis calefiat à calore, quod ille sua natura calidus non est. id quod ostendit eius in cadaueris dissectione concretio, quæ frigidam, & siccam naturam arguit, licet in venis, & arteriis, & calidus sit, & humidus. si legimus ὑπ αὐτῷ possumus accipere sanguinem, tum in suo ipsius corpore humidum esse, tum qua adhæret arteriæ tunicis. quid autem sit, quod cum de sanguine venarum superius loqueretur, statim de illo loquitur, qui in arteriis est, illud opinor esse in causa, vt ex hoc demonstret, quod si in arteriis sanguis, quem constat calidissimum esse & tenuissimum, concrescit post mortem, idque frigiditatis illius argumentum est, longè magis credẽdum est id in venis fieri, frigidioremque & terrestriorem, vt ita dicam, ibi esse sanguinem. Cæterum cũ dicat sanguinem sua natura non esse calidum, dictumque id sit, & in secundo libro de partibus Animalium, cap. 2. considerandum accurate quomodo sit intelligendum. Nam id nec ipse negauit Hippocrates in libello, quem de corde inscripsit, si tamen verus ille Auctor est: ait enim τὸ αἷμα γὰρ οὐκ ἐστι θερμὸν, οὐδὲ γὰρ ἄλλοτι ὕδωρ, ἀλλὰ θερμαίνεται. δοκέει δ τοῖς πολλοῖσι φύσει θερμὸν, hoc est, sanguis enim sua natura non est calidus, neque enim alia quædam aqua, sed calefit: videtur autem multis natura calidus. Galenus & ipse fatetur aliquo modo in extremo primo libro de temperamentis calorem sanguinis à corde esse: quam sententiam Cornelius Celsus libr. 4. cap. 3. sequutus est. dicit enim, neque enim natura sanguinis est, vt vtique caleat, sed ex his, quæ in homine sunt, is celerrimè vel ca- « lescit, vel frigescit. non desunt, qui sanguinem, vt in animali est consideratum calidum pronun- « ciant, vt verò in se ipso intellectum, quatenus ex materia constat, quæ & aquæ multum habet, & frigidum. at vero primo modo intellectum à spiritu, calorisque fonte, qui in corde est, calidum reddi. quibus id velim in primum obiicere, Galenum in libris de temperamentis vniuscuiusque partis temperamentum perpendere, & hac ratione sanguinem calidum & humidum pronunciare. Nam si non à proprio temperamento calidus est, sed aliunde calorẽ habet: qui potest in ordine tẽperamentorũ secundus à spiritu statui? deinde cur reliqui humores absolute quali tẽperamẽto prædicti sint, considerantur, sanguis adhibita distinctione? rem igitur accuratius expendamus. duob. locis in 2. de partib. animal. de sanguine suã aperit sententiã Arist. tum vbi de calidi significatis pluribus loquitur, tum vbi de sicco agit, ac humido. vtrobique autem eadem videtur prorsus dicere. sanguinem scil. quod ad subiectum pertinet, calidum non esse, posse enim illud esse sine calore, igitur non esse sanguinem natura calidum, sed aliquo modo esse, quando scil. calefactus est, aliquo modo non esse, in propria scil. materia intellectum. an idem verò humidus sit, an siccus, hac eadem ratione videtur decernere: quod cum actu humidus sit in animante, eductus ab illo concrescit, & siccus remanet. propria igitur materia siccus est. ex his Aristot. verbis omnes penè id colligunt, illum existimasse sanguinis temperamentum naturale esse frigidum, & siccum: quod cum Galeni placitis aduersetur, alii variis distinctionibus conciliare nituntur maximos hos Auctores, alii verò rationibus in Aristotelem inuehuntur, erroriſque illum insimulant. sed ne longior sim in alienis referendis sententiis, quid sentiam, breuiter afferam. sanè in cuiusque membri temperamento, naturaue exploranda, aut quod in illo membro per se est inspicimus, aut quod illi aliunde accidit; aut quod actu est, aut quod potestate. ita Galenus arteriarum venarumque naturam inspiciens doctè dixit in extremo primo de temperamentis illarum tunicas naturæ esse frigidæ & exanguis, propter sanguinis autem propinquitatem incalescere, & in mediam duci temperiem: esseque propterea moderati temperamenti. eadem ratione sanguinem intuens, actu, non potestate, scilicet qua nutrimentum est animati corporis, humidum esse pronunciauit, quod in humido, ac ex humido nutritio fit. & tamen si non actu, sed potestate fuisset contemplatus extra animal, siccum sine dubio censuisset, vt etiam facit Aristoteles.

Sanguinis igitur temperamentum tractat ille, & quatenus illi aliunde accidit aliquid, & quatenus actu talis est. accidit aũt illi à natiuo calore humiditas, & calor, quippè qui cum innatum humidũ, & calidum in se habeat, quo tota penè eius substantia, naturaq; cõstat, necessario & humi-

Digitized by Google

dus redditur, & calidus. Verùm extincto calore hoc, ſanguis calido illo, humidoque deſtitutu terrenus eſt, atque non dicam omninò frigidus, neque enim id dicit Ariſtoteles, ſed ſan è non calidus, ſiccus tamen, qualem diximus eſſe poteſtate poſt natiui caloris extinctionem. quod autem ſuperius obiiciebam Galenum vniuſcuiuſque partis temperamentum perpendere, atque ita ſanguinem calidum, & humidum pronunciare, non illud quidem negandum eſt, dicendum verò proprio naturalique temperamento temperamentum tale accedere, fierique propterea illius temperamenti, cuius dictum eſt à Galeno, quemadmodum de Arteriarum tunicis dicebam modo, atque non id temperamentum ex accidenti eſt: ſiquidem etſi extra animal poſſit eſſe ſanguis ſiccus, & non calidus. non tamen in animali, in quo propriè ſanguis eſt calidus & humidus, in quibus vtriſque qualitatibus vita conſiſtit. non eadem verò reliquorum humorum, & ſanguinis eſt comparatio: ſiquidem hoc alimentum eſt, in quo calor natiuus multus apparet, illi excrementa ſunt potius. Nam quatenus alere poſſunt, ipſa etiam cum ſanguine conſiderantur, remittuntque aut augent illius qualitates proprias, non omninò alias reddunt. his ita poſitis & declaratis, & Ariſtotelis rationes veræ ſunt, & quæ Galenus tradidit, non minus vera, quàm ſuæ tractationi neceſſaria.

Καὶ ὅτι εἰς ὄ ἔντερον, καὶ εἰς τὴν κοιλίαν αἵ τε φλέβες καὶ ἡ ἀρτηρία συναπτουσιν, ἃς εἰκὸς ἕνεκα τοῦ τρέφειν ἕλκειν. ἐκ δὲ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς σάρκας διαδίδοσθαι τὴν τροφήν. οὐ κατὰ τὰ πλάγια, ἀλλὰ κατὰ τὸ στόμα, καθάπερ σωλῆνας. ἀποτείνει γὰρ ἐκ τῶν πλαγίων φλεβῶν, φλεβία λεπτὰ ἐκ τῆς μεγάλης φλεβὸς καὶ τῆς ἀρτηρίας. παρ' ἑκάστην πλευράν· καὶ φλέβαν, καὶ ἀρτηρίας παρακεῖσθαι. καὶ τὰ ὀστᾶ δὲ καθάπτειν τὰ νεῦρα καὶ τὰς φλέβας εἰς τὰς συμβολὰς καὶ εἰς μέγα τῶν κεφαλῶν, δι' ὧν τὴν τροφὴν δέχεσθαι τοὺς ἰχθύας καὶ ἀναπνεῖν. εἰ δὲ μὴ ἀναπνεοιεν ἐξαιρεῖσθαι τας αὐ ἐκ τοῦ ὑγροῦ θνήσκειν.

Præterea ad inteſtinum & ventrem pertingere & arteriam & venas, quas oportet nutrimentum trahere. ex venis autem alimentum ad carnes digeri non per latera, ſed per oſcula, vt tubos faciunt, ex obliquis enim venis tenues quaſdam protendi venulas ex arteria, ac vena magna, & ſingulas coſtas permeare. oſſa autem cum neruis committi. item cum venis, qua iuncturæ ſunt, & maximè ad capita, per quas etiam piſces & alimentum ſumere, & reſpirare. Nam ſi non reſpirent mori oportuiſſe, ſtatim atque extrahuntur ex humore.

Hæc quemadmodum & ſuperiora tanquàm ab aliis tradita referuntur, de quibus tamen quid ipſe ſentiat, neque hic neque ſupra poſuit. quæ verò dicit hæc ſunt. exiſtimaſſe nonnullos & venas, & arterias ad inteſtina & ventrem pertingere, indeque alimentum attrahere, rurſusque ad carnes ipſas diſtribuere: id autem non fieri per venarũ latera, ſed per oſcula tanquã ſi tubi eſſent aliqui. deinde in ſingulis coſtis, & venam, & arteriam appoſitam eſſe. mox & venas & neruos cum oſſibus in ipſis iuncturis articuliſque coniungi ad oſſium præſertim ipſorum capita. ex his autem tanquam corollarium addit, hac fieri piſcium reſpirationem. quod ſi non reſpirarent piſces aliquo modo, ſtatim omnes atque ex aqua extrahuntur emori. id autem verum non eſſe, multos enim viuere, aliquos etiam mori quidem illos, ſed non eodem momento interire. ſed iam examinemus ſingula, vt latius interpretemur, quæ dicta ſunt. atque venæ ad inteſtina quidem pertingunt illæ, quæ alimentum à tenuioribus inteſtinis ad iecoris portas appellatas attrahunt. cum iis & arteriæ ſunt quæ à magna propagantur arteria, qua illa exit à diaphragmate. ſunt enim tam venæ quàm arteriæ in ſingulas inteſtinorum ſpiras diſpertitæ, cum iis autem & nerui, vt latius in ſexto decimo de partium vſu à Galeno explicatum eſt. quemadmodum autem & venæ & arteriæ in inteſtina diſperſæ ſunt, ſic & in ventriculum ipſum. ſuas enim habent ſingula membra venas, per quas aluntur, & fouentur connato ſpiritu. quod verò ſait ἃς εἰκὸς ἕνεκα τοῦ τρέφειν ἕλκειν: conuertimus: quas oportet nutrimentum trahere. τὸ εἰκὸς enim neceſſitatem habere videtur in hoc loco. ſi cui verò aliter placet, interpretetur: quas alimentum trahere conſentaneum eſt. notandum autem membra illa, quæ totius corporis miniſtra ſunt, illa etiam eo nutrimento ali; quod conficiunt, & elaborant, vt plerique medicorum poſt Galenum ipſum opinati ſunt. ex venis ad carnes alimenti fit tractio: Nam & diuinus Hippocrates in ſexto epidemiorum ſeg. 6. σάρκες ὀλκὴ ἐκ κοιλίης ἐξωθεν. trahitur autem ſanguis ex venarum foraminibus, ſiue meatibus ἀτμοειδῶς aut etiam ἀτμοειδῶς, hoc eſt in vaporis roriſue modum. id autem in maioribus venis credendum eſt: Nam in exilioribus iis venulis, quæ vix in obtutum ipſum cadunt, mirum non eſt, & per oſcula ipſa ſanguinem & trahi & reddi ad partium nutritionem. quamobrem quaſi id animaduerteret huius Auctor ſententiæ, poſitionis rationem addidit, quæ in contextu eſt, hoc eſt à magna vena, magnaque arteria plurimos venarum ramos diſpergi vndique, per quos ſanguis ad vniuerſum corpus deducitur. in tertio de partibus Animalium pulcherrimus locus eſt, quem Galenus expreſsit latius in extremo tertio de facultatibus naturalibus. Nam vt in hortis ab vno fonte ſiue principio plures canaliculi ductuſque

Digitized by Google

ctusque aquam excipiunt, ſicque nulla non horti pars humore irrigatur, ſic etiam corporis omnes partes habere venas, quæ à maioribus illis exortæ ſanguinem ad alendum corpus deducunt, atque diſtribuunt. quoniam autem tractionis eſt facta mentio: illa duplex eſt, altera, quæ à longè ſit per latiores apertioreſque meatus, ſubſequente facilè quod exinnaitur, & educitur. altera, quæ propè ſit tantum ad partes illas, quę proximè adiacent. ſuperioris in vrina exemplum eſt, quæ per vreteras ad veſicam ducitur, huius verò in ipſo ſanguine, qui ad carnes, quæ propè venas ſunt, trahitur propter vicinitatem; non aliter atque in ipſis hortorum canalibus, qui ita facti ſunt inter ſe diſſiti, vt ab iis ad partes proximas poſſit humor ille percolare, nihilque non riguum relinquatur. nutritionis verò modus hic eſt. proxima pars à vaſis primum excipit, deinde quæ huic proxima eſt attrahit, mox alia, deincepsque alia poſt aliam, donec irrigentur omnes, perueniatque ad cunctos, alimenti qualitas. Cæterum voce hac τὴν σωλῆνων in eadem penè re vſus eſt Galenus libro decimo ſexto de vſu partium, cap. 10. φαίνεται τόλμη ἡ φύσις αὐτοῖς μαγίσοις τὴν ἀγγείων ὁμοίως τοῖς ἀγγρηοῖς τὴν ὑδάτων χρωμένη, καθ' ἕκαστον ὃ τὴν χωρίων, ὧν διεξέρχεται ταῦτα, τοῖς φλεβίοις ἅπασι οἷον ἰχνεῦς τινὰς, ἢ συρίγγας ὑπτιπάτουσα διαφόρους τῷ μεγέθει κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ χρείαν τὴν πληρουμένων. ſequitur Auctor ad ſingulas coſtas & arteriam, & venam adiacere, quod verùm eſt, ipſaque anatome facilè demonſtratur. Notandum verò τὸ παρακεῖσθαι. non enim ad coſtas ipſas, ſed κατὰ τὴν μεσοπλευρίων χώρας, hoc eſt in loca, quæ inter coſtas ſunt, vt Galenus loquitur, venæ arteriæque propagantur. quod verò ait, neruos ad ipſa oſſa pertinere, pro neruis aut tendines accipiendi, qui ad ipſa capita oſſium inſeruntur, aut etiam ligamenta, quæ iuncturas ipſas obueſtiunt, συμβολαὶ autem iuncturæ ipſæ intelliguntur, qua voce tum alias tum in ſexto de vſu partium Galenus vtitur. διήκουσι δ' εἴσω ὀστῶν κατὰ τὰς συμβολὰς αὐτῶν ὑπερ ἴσασιν ἴσως φέρεται δὲ νεῦρα. quod verò de piſcibus in contextu eſt, ſi mendoſus locus non eſt, quod ego maximè vereor, ita intelligendum eſt, vt opinor, quaſi ii quorum hoc loco refertur opinio exiſtimarint per venas arteriasque quæ ad ipſas oſſium iuncturas pertinent, alimentum per tranſpirationem à piſcibus attrahi, alimentum inquam ſpiritus, ac ita eos etiam reſpirare (reſpiratio hic pro tranſpiratione ſumitur; venæque pro ipſis arteriis) ratio verò, quæ videtur in abſurdo poſita: ſi id non eſſet, ſtatim ipſos piſces emorituros: quàm valida ſit, non eſt, quod in præſentia demonſtremus: ſatis enim ſuperius huic diſputationi datum eſt, & in libro Theophraſti de piſcibus, qui in ſicco degunt, annotauimus, quæ ad hunc locum videntur facere. hic annotaſſe ſatis ſit piſcium alios ſtatim ab aqua extractos emori, alios non ſtatim; nonnullos etiam aliquandiu viuere. cauſam autem eſſe, non quòd reſpirant, ſed quòd aliorum branchiæ maiores latioreſque ſunt, ingreſſus que aer ſtatim ſuffocat, aliorũ verò minores propterea que non ſubito ſuffocat aliorũ minimæ, vt murænarum, & anguillarum, quæ etiam in ſicco multas horas perdurant. atque hæc de piſcibus.

Τὰς δ' φλέβας καὶ τὰς ἀρτηρίας συναάπτειν εἰς ἀλλήλας, καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὸν εἶναι· τοῦτο δ' οὐ καλῶς συμβαίνειν. εἰ μὴ ἐδεῖτο καὶ τὸ ὑγρὸν πνεύματος. καὶ τὸ πνεῦμα ὑγροῦ τῷ θερμὸν εἶναι· ἐν ὕδατι καὶ ἀρτηρίᾳ καὶ φλεβὶ θερμότατον δὲ καὶ οἷον φλεγωδέστατον τῷ ἐν τῷ ὕδατι. ἄτοπον οὖν τὴν τοῦ πνεύματος χώραν θερμὸν, ἄλλως τε καὶ καταψύξεως χάριν. εἰ δὲ ποιεῖ, καὶ οἷον ἀναζωπυρεῖ θερμῷ γίγνοιτ' ἄν. ἔτι πνεύτων τῶν ἐχόντων θερμότητα σύμφυτόν πως ἡ ἀναπνοὴ μηδενὸς αὐτικειμένου μηδὲ καταψύχοντος; ὅτι γὰρ πάντα δεῖται καταψύξεως, φανερὸν, τῷ αἷμα κατέχειν ἐν τῇ φλεβὶ τὸ θερμὸν οἷον ἄπος ἔχον· διὸ καὶ ὅταν ῥυῇ μᾶλλον εἶναί τε καὶ ἀποθνήσκειν, τῷ δ' ἥπαρ οὐκ ἔχειν φλεβίαν ἀρτηρίαν.

Venas autem & arterias inter ſeſe committi vel ſenſu manifeſtum eſſe. hoc autem non oportuiſſe factum, niſi & humor egeret ſpiritu, & humore ſpiritus: cum ſit calor in neruo, arteria, & vena, vehementiſſimus autem in neruo. verum abſurdum eſt in ſpiritus receptaculo calorem eſſe, ac præſertim, ſi ſpiritus eſt refrigerationis cauſa. quod ſi refrigerat, ac veluti reficit calorem poteſt id fieri. præterea ea, quæ innatum habent calidum, quomodo poſſunt durare, niſi contrarium habeant quod refrigeret? quod enim cũcta refrigeratione opus habeant, penè conſtat, quando ſanguis in vena calorem cohibet, ac continet, quocirca cum effluxit ille calidum abit & extinguitur, quod iecur nullam habeat arteriam

Ex his, quæ hoc loco dicuntur, quædam vera ſunt, quædam falſa. Nam arterias plurimum cum venis eſſe & committi vel ipſo ſenſu manifeſtum eſt. teſtatur id & Galenus diligentiſſimus Auctor libro decimo ſexto de vſu partium, cap. 14. οὐδαμῶς γὰρ ἀπολείπεται φλεβὸς ἀρτηρίας, ἀλλ' ἔνθα αὖ ἴσης ἀρτηριῶδης ἀγγεῖον ὀφθῆναι ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ φλεβὸς ἐλάττων ἀποχωρούσης εἰς τὰ πέριξ τὸ αἷμα σύμπασι χωρὶς ἀρτηριῶν.

Digitized by Google

dus redditur, & calidus. Verùm extincto calore hoc, ſanguis calido illo, humidoque deſtitutu terrenus eſt, atque non dicam omninò frigidus, neque enim id dicit Ariſtoteles, ſed ſanè non calidus, ſiccus tamen, qualem diximus eſſe poteſtate poſt natiui caloris extinctionem. quod autem ſuperius obiiciebam Galenum vniuſcuiuſque partis temperamentum perpendere, atque ita ſanguinem calidum, & humidum pronunciare, non illud quidem negandum eſt, dicendum verò proprio naturalique temperamento temperamentum tale accedere, fierique propterea illius temperamenti, cuius dictum eſt à Galeno, quemadmodum de Arteriarum tunicis dicebam modo, atque non id temperamentum ex accidenti eſt: ſiquidem etſi extra animal poſſit eſſe ſanguis ſiccus, & non calidus. non tamen in animali, in quo propriè ſanguis eſt calidus & humidus, in quibus vtriſque qualitatibus vita conſiſtit. non eadem verò reliquorum humorum, & ſanguinis eſt comparatio: ſiquidem hoc alimentum eſt, in quo calor natiuus multus apparet, illi excrementa ſunt potius. Nam quatenus alere poſſunt, ipſa etiam cum ſanguine conſiderantur, remittuntque aut augent illius qualitates proprias, non omninò alias reddunt. his ita poſitis & declaratis, & Ariſtotelis rationes veræ ſunt, & quæ Galenus tradidit, non minus vera, quàm ſuæ tractationi neceſſaria.

Καὶ ὅτι εἰς ὄ ἔντερον, καὶ εἰς τὴν χοιλίαν αἵ τε φλέβες καὶ ἡ ἀρτηρία συνάπτουσιν, ἃς εἰκὸς ἦν τὸν τροφὸν ἕλκειν. ἐκ δὲ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς σάρκας διαδίδοσθαι τὸν τροφόν. οὐ κατὰ τὰ πλάγια, ἀλλὰ κατὰ τὸ στόμα, καθάπερ σωλῆνας. ἀποτείνει γὰρ ἐκ τῶν πλαγίων φλεβῶν, φλεβία λεπτὰ ἐκ τῆς μεγάλης φλεβὸς καὶ τῆς ἀρτηρίας. παρ' ἑκάστην πλευρὰν, καὶ φλέβαν, καὶ ἀρτηρίας διήκειν. καὶ τὰ ὀστᾶ δὲ καθάπτειν τὰ νεῦρα καὶ τὰς φλέβας εἰς τὰς συμβολὰς καὶ εἰς μέσα τῶν κεφαλῶν, δι' ὧν τὸν τροφὸν δέχεσθαι τοὺς ἰχθύας καὶ ἀναπνεῖν. εἰ δὲ μὴ ἀναπνέοιεν ἐξαιρεῖσθαι τὰς αὐτίκα τοῦ ὑγροῦ λύεσθαι θνήσκειν.

Præterea ad inteſtinum & ventrem pertingere & arteriam & venas, quas oportet nutrimentum trahere. ex venis autem alimentum ad carnes digeri non per latera, ſed per oſcula, vt tubos faciunt, ex obliquis enim venis tenues quaſdam protendi venulas ex arteria, ac vena magna, & ſingulas coſtas permeare. oſſa autem cum neruis committi. item cum venis, qua iuncturæ ſunt, & maximè ad capita, per quas etiam piſces & alimentum ſumere, & reſpirare. Nam ſi non reſpirent mori oportuiſſe, ſtatim atque extrahuntur ex humore.

Hæc quemadmodum & ſuperiora tanquàm ab aliis tradita referuntur, de quibus tamen quid ipſe ſentiat, neque hic neque ſupra poſuit. quæ verò dicit hæc ſunt. exiſtimaſſe nonnullos & venas, & arterias ad inteſtina & ventrem pertingere, indeque alimentum attrahere, rurſusque ad carnes ipſas diſtribuere: id autem non fieri per venarū latera, ſed per oſcula tanquā ſi tubi eſſent aliqui. deinde in ſingulis coſtis, & venam, & arteriam appoſitam eſſe. mox & venas & neruos cum oſſibus in ipſis iuncturis articuliſque coniungi ad oſſium præſertim ipſorum capita. ex his autem tanquam corollarium addit, hac fieri piſcium reſpirationem. quod ſi non reſpirarent piſces aliquo modo, ſtatim omnes atque ex aqua extrahuntur emori. id autem verum non eſſe, multos enim viuere, aliquos etiam mori quidem illos, ſed non eodem momento interire. ſed iam examinemus ſingula, vt latius interpretemur, quæ dicta ſunt. atque venæ ad inteſtina quidem pertingunt illæ, quæ alimentum à tenuioribus inteſtinis ad iecoris portas appellatas attrahunt. cum iis & arteriæ ſunt quæ à magna propagantur arteria, qua illa exit à diaphragmate. ſunt enim tam venæ quàm arteriæ in ſingulas inteſtinorum ſpiras diſpertitæ, cum iis autem & nerui, vt latius in ſexto decimo de partium vſu à Galeno explicatum eſt. quemadmodum autem & venæ & arteriæ in inteſtina diſperſæ ſunt, ſic & in ventriculum ipſum. ſuas enim habent ſingula membra venas, per quas aluntur, & fouentur connato ſpiritu. quod verò ait ἃς εἰκὸς ἦν τὸν τροφὸν ἕλκειν: conuertimus: quas oportet nutrimentum trahere. τὸ εἰκὸς enim neceſſitatem habere videtur in hoc loco. ſi cui verò aliter placet, interpretetur: quas alimentum trahere conſentaneum eſt. notandum autem membra illa, quæ totius corporis miniſtra ſunt, illa etiam eo nutrimento ali; quod conficiunt, & elaborant, vt plerique medicorum poſt Galenum ipſum opinati ſunt. ex venis ad carnes alimenti fit tractio: Nam & diuinus Hippocrates in ſexto epidemiorum ſeg. 6. σάρκες ὁλκὴ ἐκ κοιλίης ἐξωθεν. trahitur autem ſanguis ex venarum foraminibus, ſiue meatibus ἀτμοειδῶς aut etiam προσταδῶς, hoc eſt in vaporis roriſue modum. id autem in maioribus venis credendum eſt: Nam in exilioribus iis venulis, quæ vix in obtutum ipſum cadunt, mirum non eſt, & per oſcula ipſa ſanguinem & trahi & reddi ad partium nutritionem. quamobrem quaſi id animaduerteret huius Auctor ſententiæ, poſitionis rationem addidit, quæ in contextu eſt, hoc eſt à magna vena, magnaque arteria plurimos venarum ramos diſpergi vndique, per quos ſanguis ad vniuerſum corpus deducitur. in tertio de partibus Animalium pulcherrimus locus eſt, quem Galenus expreſsit latius in extremo tertio de facultatibus naturalibus. Nam vt in hortis ab vno fonte ſiue principio plures canaliculi ductuſque

Digitized by Google

ctusque aquam excipiunt, ſicque nulla non horti pars humore irrigatur, ſic etiam corporis omnes partes habere venas, quæ à maioribus illis exortæ ſanguinem ad alendum corpus deducunt, atque diſtribuunt. quoniam autem tractionis eſt facta mentio : illa duplex eſt, altera, quæ à longè ſit per latiores apertioreſque meatus, ſubſequente facilè quod exinnaitur, & educitur. altera, quæ propè ſit tantum ad partes illas, quę proximè adiacent. ſuperioris in vrina exemplum eſt, quæ per vreteras ad veſicam ducitur, huius verò in ipſo ſanguine, qui ad carnes, quæ propè venas ſunt, trahitur propter vicinitatem; non aliter atque in ipſis hortorum canalibus, qui ita facti ſunt inter ſe diſſiti, vt ab iis ad partes proximas poſſit humor ille percolare, nihilque non riguum relinquatur. nutritionis verò modus hic eſt. proxima pars à vaſis primum excipit, deinde quæ huic proxima eſt attrahit, mox alia, deinceps que alia poſt aliam, donec irrigentur omnes, perueniatque ad cunctos, alimenti qualitas. Cæterum voce hac τῶν σωλήνων in eadem penè re vſus eſt Galenus libro decimo ſexto de vſu partium, cap. 10. φαίνεται τόλμη ἡ φύσις αὐτοῖς μαγίστοις τῶν ἀγγείων ὁμοίως τοῖς ἀγγείοις τῶν ὑδάτων χρωμένη, καθ' ἕκαστον ὧν τῶν χωρίων, ὧν διεξέρχεται πᾶσι, τοῖς σωληνίοις ἅπασι οἷον ἰχετὰς τινας, ἢ σωλῆνας ὑποτέμνουσα διαφόρους τῷ μεγέθει κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ χρείαν τῶν λαμβανόντων. ſequitur Auctor ad ſingulas coſtas & arteriam, & venam adiacere, quod verùm eſt, ipſaque anatome facilè demonſtratur. Notandum verò τὸ παρακεῖσθαι. non enim ad coſtas ipſas, ſed κατὰ τὰ μεσοπλευρίων χώρας, hoc eſt in loca, quæ inter coſtas ſunt, vt Galenus loquitur, venæ arteriæque propagantur. quod verò ait, neruos ad ipſa oſſa pertinere, pro neruis aut tendines accipiendi, qui ad ipſa capita oſſium inſeruntur, aut etiam ligamenta, quæ iuncturas ipſas obueſtiunt, συμβολαὶ autem iuncturæ ipſæ intelliguntur, qua voce tum alias tum in ſexto de vſu partium Galenus vtitur. διήκουσι δ' εἴσω ὀστῶν κατὰ τὰς συμβολὰς αὐτῶν ὅσα περ ἔσωθεν ἔξω φέρεται τε νεῦρα. quod verò de piſcibus in contextu eſt, ſi mendoſus locus non eſt, quod ego maximè vereor, ita intelligendum eſt, vt opinor, quaſi ii quorum hoc loco refertur opinio exiſtimarint per venas arteriasque quæ ad ipſas oſſium iuncturas pertinent, alimentum per tranſpirationem à piſcibus attrahi, alimentum inquam ſpiritus, ac ita eos etiam reſpirare (reſpiratio hic pro tranſpiratione ſumitur; venæque pro ipſis arteriis) ratio verò, quæ videtur in abſurdo poſita : ſi id non eſſet, ſtatim ipſos piſces emorituros : quàm valida ſit, non eſt, quod in præſentia demonſtremus : ſatis enim ſuperius huic diſputationi datum eſt, & in libro Theophraſti de piſcibus, qui in ſicco degunt, annotauimus, quæ ad hunc locum videntur facere. hic annotaſſe ſatis ſit piſcium alios ſtatim ab aqua extractos emori, alios non ſtatim; nonnullos etiam aliquandiu viuere. cauſam autem eſſe, non quòd reſpirant, ſed quòd aliorum branchiæ maiores latioreſque ſunt, ingreſſus que aer ſtatim ſuffocat, aliorũ verò minores propterea que non ſubito ſuffocat aliorũ minimæ, vt murænarum, & anguillarum, quæ etiam in ſicco multas horas perdurant. atque hæc de piſcibus.

Τὰς δὲ φλέβας καὶ τὰς ἀρτηρίας συνάπτειν εἰς ἀλλήλας, καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὸν εἶναι τοῦτο· οὐ μὴν καὶ συμβαίνειν. εἰ μὴ ἐδεῖτο καὶ ὁ ὑγρὸν πνεύματος. καὶ ὁ πνεῦμα ὑγροῦ τῷ θερμὸν εἶναι· ἐν ὑδρῳ καὶ ἀρτηρίᾳ καὶ φλεβὶ θερμότατον δὲ καὶ οἷον φλεγωδέστατον τῶν ἐν τῷ ὑδρῳ. ἄτοπον οὖν τὴν τοῦ πνεύματος χώραν θερμόν, ἄλλως τε καὶ καταψύξεως χάριν. εἰ δὲ ποιεῖ, καὶ οἷον αἰαζωπυρεῖ θερμῷ γίγνοιτ' ἄν. ἔτι πνεύτων τῶν ἐχόντων θερμότητα σύμφυτον πῶς ἡ ἀναπνοὴ μηδενὸς αὐτικειμένου μηδὲ καταψύχοντος; ὅτι γὰρ παύεται δεόμενα καταψύξεως, φανερὸν, τῷ αἷμα κατέχειν ἐν τῇ φλεβὶ θερμὸν οἷον ἄπος ἔχον· διὸ καὶ ὅταν ῥυῇ μᾶλλον ἐναί τε καὶ ἀποθνήσκειν, τῷ δ' ὅλως οὐκ ἔχειν φλεβίαν ἀρτηρίαν.

Venas autem & arterias inter ſeſe committi vel ſenſu manifeſtum eſſe. hoc autem non oportuiſſe factum, niſi & humor egeret ſpiritu, & humore ſpiritus : cum ſit calor in neruo, arteria, & vena, vehementiſſimus autem in neruo. verum abſurdum eſt in ſpiritus receptaculo calorem eſſe, ac præſertim, ſi ſpiritus eſt refrigerationis cauſa. quod ſi refrigerat, ac veluti reficit calorem poteſt id fieri. præterea ea, quæ innatum habent calidum, quomodo poſſunt durare, niſi contrarium habeant quod refrigeret? quod enim cũcta refrigeratione opus habeant, penè conſtat, quando ſanguis in vena calorem cohibet, ac continet, quocirca cum effluxit ille calidum abit & extinguitur, quod iecur nullam habeat arteriam

Ex his, quæ hoc loco dicuntur, quædam vera ſunt, quædam falſa. Nam arterias plurimum cum venis eſſe & committi vel ipſo ſenſu manifeſtum eſt. teſtatur id & Galenus diligentiſſimus Auctor libro decimo ſexto de vſu partium, cap. 14. ἀδαμῶς γὰρ ἀπολείπεται φλεψὶ ἀρτηρίας, ἀλλ' ἔνθα αἱ ἴσης ἀρτηριῶδεις ἀγγεῖον ὀφθῆναι ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ φλεψὶ ἐλίγον ἀποχωζομένων εἰς τὰ πέριξ τὸ λίπμα σώματα χωρὶς ἀρτηριῶν.

Digitized by Google

hoc est, nunquam enim est vena sine arteria, sed vbicunque arteriam videas hic necessario, & vena est, cum paucæ ad ipsum corpus circa cutem sine arteriis diffundantur. præterea quod ait mutuum sibi venas arteriasque vsum præstare, quod spiritus humore opus habeat, & humor spiritu, id etiam si bene intelligatur verum est. habent enim quod & supra non semel diximus arteriæ, venæque διασομφώσεις illas, quas latinè meatuum laxationes dicere possumus, per quas & arteriæ spiritum trahunt, & venis etiam reddunt aliquo modo, quando nec in venis sanguis est sine spiritu. ad hæc exinanitis arteriis venæ etiam inaniuntur, manifesto quidem argumento transitus sanguinis à venis ad ipsas arterias per meatus mutuos, quod testatur Galenus libro tertio de facultatibus naturalibus cap. 15. verum quod ait calidum esse in vena, arteria, ac neruo φλογοδέστατον autem in neruo hoc est inflammandi maximam vim habens, id quidem verum non est. Nam vt in venis arteriisque calidum sit sine vlla dubitatione, in neruo tamen exiguum est. est enim neruus exangue corpus, ac frigidum. præterea calidum in venis est, quod concoctionem efficit, in arteriis, quod influës à corde membra fouet omnia. in neruo calore nõ opus est, nisi spiritu illo animali, quem à capite diximus ministrari. atqui hic etsi calidus sit, & idẽ aliquo modo cum ipso, quo de agimus calido, tamen de hoc etiã dubium est, an vi sola neruos afficiat, admotũq; dirigat, an etiã per occultos transeat, vtcunque sit, non est in neruo per se calidum, tantum abest, vt nimiũ, & feruẽtissimũ. quæ sequũtur deinde obscura sũt, & nisi fallor mẽdis innumeris deprauata. sententia tamen hæc est. quoniam dixit in arteriis, venis, ac neruis calidum existere, superius autem demonstratum est in arteriis esse spiritum, absurdum ait esse in iisdem arteriis, quæ sunt χωρὸς τοῦ πνεύματος hoc est ipsius spiritus locus, & calidum esse. videtur deinde dubitationi respondere non negando quidem calidum in arteriis esse, id enim verum esse positum est, sed probando calidum perdurare non posse sine refrigeratione: à spiritu autem refrigeri: igitur in eodem vase posse debere eq; & calidum esse & spiritum. cæterùm verba; ἄλλως τε καὶ καταψύξεως χάριν; de ipso spiritu sunt intelligenda: vt sit sententia. Spiritum alioquin refrigerationis esse causa. quomodo igitur in eodem loco cum ipso calido, quod illi contrarium est, posse consistere? εἰ δὲ ποιεῖ τὸ οἷον αἰαζωπυρεῖ θερμῷ. Corrupta hæc sunt, legendaque nisi fallor εἰ δὲ ψύχει τὸ οἷον αἰαζωπυρῶν τὸ θερμόν. Sensus autem est: si spiritus refrigerat. refrigerando autem reficit, recreatque calidum, fieri potest, neque à ratione alienum est, vt calidum cum spiritu in arteria sit, qui quidem spiritus non extinguit sed attemperat, non absumit, sed excitat intrinsecum illum calorem. Confirmat vero id vniuersali propositione, omnia quæ calidum innatum habent non posse perdurare, nisi innatus calor refrigeretur. refrigeratur autem respiratione ac transpiratione. deinde probat ab eo quod sanguis in vena calidum cohibet; effluente verò sanguine deficienteque innato calido mors succedit. Sanguinem autem cohibere calidum tanquam materiam accipiendum est: Sanguinem enim dixit superius calidum esse non tamen per se, sed vt dicebat Aristoteles, quomodo dicimus aquam calidam. quod infert in extremis verbis tanquam si rationem reddat eo quod iecur nullam habeat arteriam, maximè vereor an integrum sit. Lacunosus mihi videtur locus, in quo vix potest extrema hæc oratio cum superioribus cohærere: nisi dicamus, cum dixisset superius spiritũ, qui per arterias trahitur, ad attemperationem caloris esse necessarium, addidisseque in sanguine calorem cohiberi, in hoc loco probare, propterea cum sanguine calorem exhauriri, quod in iecore nulla sit arteria, quæ calorem suminístret, & veluti foueat. Sed id nullo modo probandum est, primum enim falsum est in iecore nullam esse arteriam. deinde etiamsi concedamus non esse, animal interit, aut suffocato calore aut exhausto & inanito. ne suffocetur opus habet spiritu, vt superius dictum est. atqui dum exinanitur & perit cum sanguine etiam educitur spiritus, neque vllum potest præstare officium. hæc mihi locum suspectum reddunt, in quo nequeo vlla ratione acquiescere. porrò quæ dicuntur de spiritu, non de innato illo spiritu intelligenda sunt, quem eundẽ atque innatum calidum esse diximus, sed de aere, qui aut respiratione trahitur, aut transpiratione, arteriarum scilicet dilatatione. Nam quemadmodum calorem, qui in corde est, refrigerat respiratio, aut vt Galenus loquitur attemperat, ita illum, qui in arteriis est, per earum dilatationẽ transpiratio. de hoc spiritus genere ita accepto (dicitur enim attractus aer aliquo modo spiritus) quæ superius dicuntur vera sunt. omninò tamen locus est vnus ex iis, in quibus Delium natatorem desiderari paulò ante dictum est.

πότερον δὲ σπέρμα ἀφὶ τῆς ἀρτηρίας ὡς καὶ συνθλιβόμενον, καὶ ἐν τῇ παρόδῳ μένον.

Sed semen est ne in arteria tantum, dum veluti compressum per eam eliditur.

Qui librum hunc negant Aristotelis esse, inter cætera, quæ afferunt argumenta hoc vtuntur tanquam eximio, quod cum de spiritu connato cœpisset agere, tamquam sui oblitus ad semen, neruos, ossaque transeat, quæ ad ipsius tractationem nihil pertinent. ego vero vt non contendo librũ esse Aristotelis, maloque aut discipulo cuipiam tribuere, aut etiam affirmare commentarium esse à maximo philosophorum concinnatum, non ideo vt in lucem ederet, ita tamen facile videor afferre posse rationem cur de semine agat hoc loco, cur paulò inferius de neruis ac ossibus. Nam cum superius de spiritu loqueretur, & de arteria, quæ spiritum continet, inibique & de venarum cum ipsis arteriis coniunctione, & de neruis, tum quod videntur aliquid habere cum arteriis ac venis, in quo cõmunicent, tum etiam quod in iis calidum illud vehemens esse aliqui opinarentur, quod

Digitized by Google

quod attemperat attractus in arterias dilatatione spiritus. in arteria vero non spiritus modo, sed & sanguis, imo in seminali arteria, & semen ipsum continetur, idcirco quærit hic an in arteria semen sit coactum, & concoctum, an in emissione tantum per illam transeat. nihil autem addit ad quæstionis declarationem, vt sæpè alias facere notauimus. lego autem verba sic. πότερον δὲ τὸ σπέρμα διὰ τῆς ἀρτηρίας ὡς ἔχει συνθλιβόμενον ἢ ἐν τῇ προέσει μόνον. quoniam vasa, quæ spermatica dicuntur, venas arteriasque esse constat, quæ à magnæ venæ, arteriæque caudice non longè à renibus oriuntur, quærendum esse ait, an in arteria semen sit, cum ibi prius coaceruetur, & concoquatur, an in emissione tantum, & iaculatione, quæ fit in concubitu per arteriam transeat. Cæterum quæstioni respondendum est, in venis arteriisque seminalibus maximè qua varios anfractus faciunt, sanguinem in semen conuerti, ibique diutius restitare, & vt ait ipse συνθλίβεσθαι, quod in ipsa corporum anatome manifestò constat: in meatibus verò iis, qui à testibus ad penem semen deferunt, quos κυρτώσεις τῶν ἀγγείων dicimus, ita semen esse, vt transire potius per eos dicendum sit, quam ibi cogi aut concoqui.

Et potest fortè arteriæ nomine parastatas eos appellare, licet illi neque arteriæ nec venæ sint, sed meatus, qui à testibus ad colem semen deferunt. notandum verò in verbis τὸ συνθλίβεσθαι, quod significat comprimere, proprieque de semine dicitur, quando compressione quadam in seminariis iis anfractibus collectum concoquitur. πρόεσις verò emissio seminis apte dicitur, estque vsitatissima vox Aristotelis in libris de generatione animalium. libro secundo (ne multos locos afferam) ὥσπερ καὶ τῆς τῶ ἄρρενος γονῆς τὸ ὑγρότατον ἐστὶ τῆς εἰς ἀπαξ προέσεως. & rursus ὅσαις ἢ μὴ γίνεται συγκρισις προέσεις τε. & paulo post. ὥστε μὴν ἔν τῆς ἄρρενος προέσεως τῇ σπουδαίᾳ ἀδιώκριτον συλλαβεῖν.

Ἐν οἷς δὴ φαίνεται καὶ ἡ ἐξ αἵματος μεταβολὴ, δοκεῖ τὰ νεῦρα ἀπὸ τῶν ὀστῶν τρέφεσθαι. καθάπερ γὰρ αὐτὰ, ἢ οὔτε τοῦτο ἀληθὲς. καὶ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ νεῦρον, καὶ νεῦρα δὲ ἐκ τῶν ὀστῶν ἠρτημένα. οὐ σπεύδοντει δὲ ἐν ἑτέρῳ, ἀλλ' εἰς σάρκα ἀποτελοῦντα, καὶ τοῦτο γ' οὐδέν. εἰη γὰρ ἂν εὐδὲν ἧττον ἀπὸ τοῦ ὀστοῦ ἡ τροφή. ἀμφισβητεῖ δ' ἀπὸ τοῦ νεύρου; τοῖς ὀστοῖς μᾶλλον τῶν τροφῶν. ἄτοπον γὰρ καὶ τοῦτο ξηρὸν φύσει καὶ ἔχον πόρους ὑγροὺς, ἡ τροφὴ δ' ὑγρόν. σκεπτέον δὲ πότερον εἴσω ἀπὸ τῶν ὀστῶν, τίς ἡ τοῦ ὀστοῦ τροφὴ, ἢ φέρουσα πόρον, καὶ ἐκ τῆς φλεβὸς καὶ ἐκ τῆς ἀρτηρίας εἰς αὐτὸν, καὶ ἐν πολλοῖς μὲν ἄδηλον, μάλιστα δ' εἰς τὴν ῥάχιν. ἔοικε δ' ἀπὸ τῶν ὀστῶν γίνεσθαι σπερχὴς ὥσπερ πλευρικῆς, ταύτας δ' ἀπὸ τῆς κοιλίας τινὰ τρέπον. ἢ πῶς τῆς ὁλκῆς γινομένης, ἢ τὰ πολλὰ ἄχορδα καθάπερ ἡ ῥάχις, ἀλλ' οὔτι πρὸς τὴν κίνησιν, ἢ σπανίως χάειν. δεῖ δὲ εἰ καὶ ἀπὸ τοῦ νεύρου ὅστοῦν τρέφεται, τὴν τοῦ νεύρου τροφὴν εἰδέναι. ἡμεῖς δὲ φαμὲν ἐκ τῆς ὑγρότητος κλιναρᾶς οὔσης τῆς περὶ ὃ αὐτὸ. πόθεν δ' αὐτὴ καὶ πῶς λεκτέον.

Verum in iis, in quibus ex sanguine mutatio fit, nerui videntur ab ossibus enutriri: contingunt enim illa. an ne hoc quidem verum est, nam sunt & in corde nerui. præterea nerui ab ossibus quidem oriuntur aliqui, non contingunt autem sese alibi. Nam in carnem desinunt. atqui ne hoc quidem momentum aliquod habet: Nam nihilo secius potest neruis ab ossibus alimentum suggeri. Sed putandum potius ossa à neruis alimentum trahere. Sed & hoc absurdum est, cum neruus aridus natura sit, neque meatus habeat humectos; alimentum autem humidum sit. verum si ab ossibus nutriuntur nerui. inspiciendum est quodnam sit ossium alimentum, quod meatum ducit ad ea ex vena atque arteria. & in multis quidem ossibus obscurum id est: præsertim autem in spina. Sed & quomodo meatus alii ab ossibus continui producantur, veluti in costis, alii verò ab ipso ventre, & quomodo ipsa fit alimenti tractio, si multa ossa cartilagine carent, qualis est spina: sed aut ad motum aut connexionis sunt causa. Verum si è neruo os alitur, oportet nerui alimentum non ignorare. dicimus vero nos ex humore tepido, qui circa ipsum inest, os nutriri. verum vnde ducatur humor is, quoue modo dicendum est:

Cum

Cùm tres esse connati spiritus motus & actiones dictum sit, ex iis verò de pulsu quidem pauca, de respiratione verò multa declarata sint. sequebatur de nutritione etiam dicendum esse, quoniam autem nonnullarum partium nutritio manifesta est, aliquarum obscura, ideo illa omissa hanc explicat. est enim manifesta carnium carnosarũq; partium ex sanguine facta nutritio. earum verò partium in quibus alendis sanguinis maiori mutatione opus est, non adeò est manifesta. manifestam autem intelligo quod ad causas & modum. Nam nutritionis effecta omnibus perspicua, sunt. sunt verò illæ partes ossa ac nerui, propterea de iis agit, ac primũ de neruis, propterea quod ex ossibus nutriri illos nonnulli veterum existimarunt. atque illud inprimis adnotandum est, sanguinem vt ait Aristoteles vltimum esse alimentum animalis, singularũq; eius partium: illum verò facili mutatione assimilari in carnes, & viscerum, quæ vocantur παρεγχύματα: difficiliori longiorique in ossa, neruos, ligamenta, cartilagines: quamobrem à natura constituta esse penu instar loca quædam in quibus longiori coctione alimentum conficiatur. tales sunt in ossibus cauitates, cauernulæ, circa ligamenta vero & cartilagines & neruos ipsos lentus quidam, & mucosus humor colligitur: quandoquidem illæ partes ex multis fibris constant, quæ similares reuera sunt, & sensibilia elementa: inter has autem humorem, qui ad partium nutritionem aptus est, diffusum esse, qui quidem à venis deductus est, quoad fieri vero potuit similis iis partibus, quæ addendæ sunt, assimilari vero paulatim & in substantiam commutari partium quæ nutriuntur. his positis, quæ dicuntur ab Auctore facilius intelligentur. sunt autem in contextu menda innumera, vtinam etiam non deessent multa, quæ omnino reddunt imperfectã sententiã. Auctoris tamen hæc videtur vniuersa dictio. inter ea, in quib. est à sanguine alimenti mutatio (significat aũt longiorẽ illã mutationẽ, qualẽ fieri diximus in ossib. neruis & ligamẽtis) videri neruos ab ossibus nutriri. ratio quod nerui ossa cõtingunt. iã vero alimenti transitus facilè fit inter ea, quæ sunt contigua. quæ sententia fuisse videtur Hippocratis in libro de locis in homine, si liber ille germanus Hippocratis est, sunt eius verba. τὰ δὲ νεῦρα ξηρά τε ἰσχνά τε ἀκοίλια τε πρὸς τὸ ὀστέον πεφύκασιν, καὶ πρίφονται πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ὀστέου. h. e. nerui autem sicci sunt sine cauitate & ossi coniuncti & plurimum aluntur ab osse. Cæterum quoniam si nerui ab ossibus sumunt alimentum & non aliunde, coniunctos esse ossibus necesse est, à quibus attrahant, id autem in aliquibus quidem videtur neruis, & non in omnibus, ideo etiam hanc positionem infirmat duabus rationibus, altera quod nerui à corde primum oriuntur, propterea que illud neruosum tradidit, altera quod etsi ab ossibus proficisci videantur nerui aliqui, non tamen in ossa desinant, sed in musculos. atqui ex his altera quidem ratio valida est, & maximum facit negotium, altera infirma nullius que penè momenti. potest enim etiamsi non inserantur in ossa nerui, sed in carnem desinant, ab ossibus quidem alimentum proficisci, à quibus oriuntur nerui, in eosque dispergi, quacunque distribuuntur, & vbicunque desinunt. ponit deinde alteram sententiam. Nam quod & superius annotauimus, plura quæruntur in hoc libro de iisque dubitationes dialecticorum more proponuntur. est altera quæstionis pars: ex neruis potius ossa, quàm ex ossibus nutriri neruos. & tamen quod fecit in altera parte facit & in hac. refellens enim & hanc sententiam absurdum ait neruos ossibus alimentum suppeditare; propterea quod nerui natura sunt sicciores densioresque, neq; meatus habent, per quos feratur alimentum. quod cùm humidũ fluxileq; sit, locos habeat peruios necesse est, per quos efferatur. meatus autem negat humidos esse neruis, hoc est qui facilè cedant, viamque præbeant: contrà enim densi sunt & sicci, quippe qui peruii non sunt. cùm igitur res ita habeat, videanturque potius ab ossibus nutriri nerui, quam ab his illa, quærendũ proponit, quodnam sit alimentum ossium. τίς ἡ τοῦ ὀστοῦ τροφὴ ἢ φέρουσα πόρος: non sine vitii suspicione, quippe impropriè admodum dicitur ἡ τροφὴ φέρειν πόρον. φέρεσθαι enim ἀληθῶς διὰ πόρου, hoc est per meatum ferri propriè dicitur. quare placet magis reponere ἔχουσα, etsi quo quis modo legat nihil interfit, modo sententia plana sit. in multis vero neruis manifestum negat esse quod nam illorum alimentum sit, & qua feratur: maximè vero ad spinam, μάλιστα δὲ εἰς τὸν ῥάχιν. quibus verbis id videtur velle maxime omnium in spinæ ossibus, & alimentum, & eius meatus ignotos esse: id quod tamen non admittit loquendi modus. dicendum enim esset. μάλιστα δὲ ἐν τῇ ῥάχει. aut igitur locus habet vitium, vt pene totus libellus hic, aut ita sermo continuè intelligendus. alimentum habere meatum, per quem feratur in ossa, maximè autem in spinam etsi in multis ossibus occultum. sed ex his, quæ ponuntur inferius placet magis prior explicatio. omnino enim ait, quod meatus alii sint, qui ab ossibus oriantur, quemadmodum à costis, alii autem qui à ventre ipso, quærendum esse quomodo sit, quoue modo fiat alimenti tractio. subdit autem ἢ τὰ πολλὰ ἄχουδρα καθάπερ ἡ ῥάχις, ἀλλ' ἢ πρὸς τὴν κίνησιν ἢ σωφρόνως χάριν. quæ verba & per se obscura sunt, & sententiam habent omnino falsam. obscuritas in eo videtur posita, quod incertum est, an superiorem confirmet sententiam de meatibus ossium alimentique tractione, propterea quod multa ossa cartilagine priuata sunt: quasi velit, vbi cartilago non est incertum esse modum nutritionis, an potius distincta à superiori rem afferat. falsitas vero manifesta est, quod negat spinam cartilaginem habere, quippe & per se clarum est, & ab anatomes scriptoribus, præsertim vero à Galeno traditum est, cartilaginem spinam integere, qua vertebræ inter se coniunguntur. equidem cum hanc difficultatem mecum considero; quid afferam solatii incertus sum. Nam quod ad connexionem pertinet, præstat interpretari, vt dictum est, Auctorem superius dictum confirmare, hoc est in multis ossibus dubium esse, quomodo fiat alimenti tractio, quibusque meatibus: quandoquidem multa ossa cartilagine sunt destituta. quasi enim à cartilagine ossium pendeat alimentum, ait ἢ τὰ πολλὰ ἄχονδρα: an multa ex ossibus carent cartilagine, vt spina, sed sunt aut motus, aut connexionis causâ.

lego

Digitized by Google

lego autem pro ὅπ ὧν; Nam ad ὅπ sequi oporteret ἐκὰ non ἢ, quod ad alterum ἢ siue ἤπ, vt loquuntur Attici, optimè sequitur. Sed esto sanè, sint ossa aut propter motum, aut propter connexionem, vt in genu patella est, aut vt iugulum inter pectus, & scapulam. Sed erunt ne propterea ἄχονδρα? at sensus obtedit contrariũ, quid igitur si legamus ἄκοιλα? quasi propterea incertus sit nutritionis locus & motus, quod ventre & cauitate careant ossa aliqua, quando vt ex Galeno dictum est, alimentum congestum seruatur in ossium illis cauitatibus. Sed si ita legamus, erit ne spina ἄκοιλος? minimè omnium. Siquidem illa medullam continet, quæ omnium est nobilissima, quæque neruos producit & propagat. an de vertebris spinæ verum id erit, quæ si separantur à se ipsis, nullam aliam cauitatem habent, si franguntur, vt tibia, vlna, radius. attamen ita etiam dicit Auctor rem penè omnibus ridiculam. ego sanè quid aliud dicam non habeo: cum autem locus sit vitiatus, & mutilus, videbunt studiosi, quid afferri possit pro eius intelligentia: ego enim pro ingenii tenuitate attulisse videor, quæ potui, sed redeamus ad Auctorem, qui cum duplicem nutritionem ossium neruorumque proposuisset, aut illorum ab his, aut horum ab illis. Cum de ossium alimento quærendum esse dixisset, si ab iis nutriuntur nerui, remque esse in multis ossibus affirmasset admodum dubiam: ad alteram partem rediens ait, quærendum esse & neruorum alimentũ, quod nam sit, si ab iis nutriuntur ossa. ponit verò & sententiam suam neruos ali humore tepido, qui circa ipsos sit, quid verò intelligat voce hac τῆς χλιαρᾶς ὑγρότητος hoc est tepidæ humiditatis, quærendum est. χλιαρὸν dicimus, quod medium est inter calidum & frigidum. & sanè neruus libro primo de temperamentis penè medius ponitur inter calidas partes & frigidas: penè inquam medius: Nam magis ad frigidum declinat. quo enim exanguior est cuti, quæ reuera media est, & temperata, eo frigidior existimatur. si itaque ita habet, non ineptè videtur positum alimentum eius esse tepidum. Cum autem tres sint tepidi differentiæ, quas ex Herodoto ponit Oribasius libro quinto collectaneorum χλιαρὸν, ὑγρὸν, & γαλακτῶδες hoc est tepidum, egelidum, lacteum, quouis modo sumamus, non videtur improprie alimentum nerui appellari tepidum: quando & illud temperamenti talis videtur esse alimentumque ei, quod alitur, simile est. potest & leue esse scripturæ mendum, vt pro γλίχρας librarius χλιαρᾶς fecerit. Nam Aristoteles in tertio de historia, de alimento neruorum verba faciens. ὑγρότης δὲ περὶ ταῦτα μιξώδης γίνεται, & λευκὴ, & κολλώδης, ἡ πρίφεται, & ἐξ ἧς γεγόμενα φαίνεται. hic sumpsit Galenus in extremo tertio de facultatibus naturalibus. Τοῦτόν τε & τοῖς χόνδροις ὅτι τὸ περιεχόμενον μυξώδες καὶ τοῖς σωδέσμοις & τοῖς ὑμέσι, & τοῖς νεύροις τὸ παρεισαρμένον ὑπ' αὐτοῖς ὑγρὸν γλίχρον. notandum in verbis καὶ τὸ περὶ αὐτό. sic enim & Aristoteles περὶ ταῦτα. & Galenus τὸ παρεισαρμένον ὑπ' αὐτοῖς. atque hæc pro verborum explicatione dicta sint. Cæterum quod dictum est, cor habere neruum ex Aristotelis dogmatis est. ait enim ille in tertio de partibus Animalium. ἔχει δὲ καὶ νεύρων πλῆθος ἡ καρδία, καὶ τοῦτ' εὐλόγως, ἀπὸ τούτου γὰρ αἱ κινήσεις. hoc est, est cordi & neruorum copia, & id iure, ab ipso enim motus fiũt. quam sententiam cum Galenus libro sexto de partium vsu moderatus sit, non est, quod in hanc disquisitionem veniamus, à corde ne, an à cerebro oriantur nerui. Nam sensus apertissimè pro Galeno facit. de facultate quidem potest esse quæstio, à corde ne an à cerebro proficiscatur primum; & tamen hæc etiam quæstio, quoniam huius loci non est, ad commodiorem locum differetur. & alioquin in libros de Animalium partibus multa in hoc argumentum fuimus commentati. illud dicendum potius, quod est in quæstione, frustra quæri. neque enim aut os à neruo aut ab osse neruus alimentum sumit, sed suum cuique membro alimentum apparatur suæ naturæ valdè conueniens quamobrem in ossium cauitatibus medulla est pro ossis alimento. circa neruos verò cartilagines & ligamenta, dispersum est idoneum alimentum. Cauitates ossium κοιλίας appellamus græcè. & ita etiam vocat Galenus sæpenumero. quamobrem videnduman quod in verbis legitur, τούτους ἢ ἀπὸ τῆς κοιλίας τινα τρόπον. de cauitate ipsa sit intelligendum: quamquam & de ventriculo ipso possumus accipere, à quo non statim quidem, sed per multa media, ad ipsa etiam ossa nutrimentum trahitur. Sic & Hippocrates loquutus est in 6. Epidemiorum segm. 6. σάρκας ἕλκει καὶ ἐκ κοιλίης καὶ ἔξωθεν. hoc est, carnes attrahunt & ex ventre, & extrinsecus. nempè enim ex ventre carnes non attrahunt, sed si primam alimenti concoctionem & originem intuemur, venter est commune veluti ταμεῖον & promptuarium membrorum omnium nutritionis.

Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας τὴ σάρκα. ὅτι πολλαχόθεν αἷμα τῇ κεντήσει, ἁθρόος ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ζώων, οἷον ὀρνίθων καὶ ὄφεων καὶ ἰχθύων, ἢ ὅλως τῶν ᾠοτόκων. ἀλλὰ τῶν πολυαίμων τοῦτ' ἴδιον. ἐπεὶ καὶ τῶν ὀρνιθίων γε καὶ τεμνομένων ὁ σπλὴν ἰχωρὶ, οὐχ' αἷμα. ἐμπεδοκλῆς γὰρ οὐ νοέω ὃν ὄνυχα τῇ πήξει. ἐρωῶ οὕτω καὶ θέρμα πρὸς σάρκα; ἀλλὰ δῆς ὡς ἐρυθρὸν θέρμοις καὶ μελαίνης ἐοίκοις πῶς ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἡ τροφή. τοιοῦτον γὰρ δοκεῖ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἐντὸς ἢ τῶν ἐκτὸς, ἔτι δὲ ποία; καὶ ἆρα πίνων ἢ τῆς χειλίας ἡδέος. καὶ πάλιν ἡ ἐκείνων αὖ τροφὴ πρὸς τὸ σάρκα, καὶ πῶς ἄλογος οὖσα πολὺ γὰρ θαυμαστὸν φαίνεται καὶ ἀδιάτον. ὅλως ἄρα ἄλλοις ἄλλη τροφὴ καὶ ὑπάσι τροφὴ ὃ αἷμα πλὴν ὀνόματος τἄλλα.

Digitized by Google

Porrò ex arteria, ac vena carnem nutriri. ſi quis ideo putat, quod ſi quis vbique pungat, ſanguis exit, falſum ſciat id eſſe in reliquis animalibus, vt in auibus, ſerpentibus, piſcibus, & omnino in ouiparis omnibus: ſed proprium id eſt eorum animalium, quæ multum habent ſanguinem: quandoquidem ſi auium pectora quis diſſecet, ſanguis non eſt, qui exit, ſed ſanies. Empedocles ex neruo putat vnguem fieri concretione, verum ita ne & cutis ad carnem ſeſe habet? Cæterum teſtaceis, atque cruſtatis quomodo ab externis partibus nutritio eſt? Contrarium enim videtur potius, vt ſcilicet ab internis, non autem ab externis nutriantur. præterea quinam, aut per quos ductus ventriculi commeatus eſt? rurſumque quomodo ad carnem fit meatuum replicatio, quippe quæ ratione caret? videtur enim & admirabile & impoſſibile. omnino igitur aliis aliud alimentum eſt, neque omnibus alimentum eſt ſanguis, niſi quod ex illo cætera conſtant.

Quatuor quærit in his verbis, primum an ex arteria ac vena conſtet caro: alterum an ex neruo congelato vnguis vt putauit Empedocles: tertium an ex carne congelata cutis: poſtremum an cruſtata, ac teſtacea animalia ab externis partibus nutriantur, an ab internis. quæſtionum occaſio videtur inde nata, quod cum de neruis ac oſſibus ſuperius loqueretur, quæreretque vtra ab vtris alimentum trahant propter ſubſtantiæ ſimilitudinem, conſentaneum viſum eſt quærere, quæ ex quibus corporis partibus conſtant. quemadmodum autem ſuperius ab eo, quod cutis ſanguinem habet, tenditur, ac perſpirat, ex arteria, vena ac neruo conſtare dicebatur; ita etiam hoc in loco ab eo, quod ſanguis educitur à puncta carne, ſanguis verò in arteriis continetur, ac venis, argumentum ſumitur ab vtriſque conſtare carnẽ. ratio aũt inepta eſt, nec quidẽ propter illud, quod dicit Auctor, ſed quoniam non in venis modo, ac arteriis, ſed & in carne ipſa ſanguis eſt, quando nihil aliud eſt caro, quàm concretus concoctuſque ſanguis: eſt enim in venis vt in vaſis propriis: in carne verò vt alimentum, quod roris inſtar aſpergitur, & copulatur. ratio vero, quam adducit hic, haud ſcio quàm recta ſit. Nam vt verum ſit non ſanguinem, ſed ichorem ex carne ouiparorum animalium fluere, propterea ne ſequitur ex arteria, ac vena non conſtare? Nam dicemus in illorum venis arteriisque ichorem eſſe non ſanguinem, eandemque rationem eſſe viuiparorum, & ouiparorum animalium. quamobrem niſi mendum ſit, rationem hanc admittamus qualis ſit. mirum vero ne ſit, ſi diſſecto auis pectore ichor aqueus ue ſanguis exeat: ſiquidem talis eſt penè auium ſanguis. an non in omnibus id auibus verum eſt, ſed in aliquibus? experientia enim comprobatum eſt, ſi aues iugules nonnullas diſſecesue, copioſum floridumque manare ſanguinem. contrà ab aliis non ſanguinem purum, ſed ichorem potius effluere. atque quod ouipara parum dicit habere ſanguinis, ſcriptum eſt in libro tertio hiſtoriarum, cap. 19. ἐνίοις δὲ τῶν ἐναίμων πολὺ πλειόνεσσι, ὥσπερ καὶ οἱ ἀσπάλακες καὶ ἔξω ζωοτόκα καὶ τῶν ἐναίμων δὲ οἱ ὀβελίσκοι δέ. hoc eſt ex ſanguineis plus iis eſt ſanguinis, quæ animal & intra ſe, & extra pariunt, quàm ſanguineis ſed ouiparis. ſanguinem autem illum aqueum, neque percoctum, qualis in calidioribus eſt animalibus, vocat ἰχῶρα (ſaniem vocat Theodorus Gaza ſequutus Plinium) quid vero ſit declaratur in libro ſecundo de partibus animalium cap. 4. eſſe enim aquoſam ſanguinis partem, quæ nondum concocta ſit: Plato vero in Timæo ſanguinis ſerum appellat ichora, probatque in ſextum Hippocratis Epidemiorum Galenus omnem humorem aqueam habere partem, quæ vocatur ichor. id quod non modo de quatuor humoribus dictum voluerunt Auctores, ſed etiam de lacte, cuius eſt ſerum proprium. ait enim Ariſtoteles lib. tertio de hiſtoria. c. 20. πᾶν δὲ γάλα ἔχει ἰχῶρα ὑδατώδη ὁ καλοῦσι ὀρρόν, omne autem lac ichorem habet aqueum, qui vocatur ſerum. quod ad vnguem ſpectat, de quo fit in contextu mentio, Empedocles, vt Auctor eſt Plutarchus in libro de philoſophorum placitis ex neruis, vbi aeri occurrerunt refrigeratis vngues fieri exiſtimauit. neruos enim conſtare ignis, & terræ duplicibus admiſtis partibus: ex his autem congelatis frigore vngues fieri. hæc igitur eſt, quam vocat πῆξιν hoc eſt congelationem, quæ fit à frigore, & profecto in vnguibus, cornibus, roſtris, ac vngulis congelatio eſt à frigore, ac propterea etiam molleſcunt à calido: ſiquidem quæ ex aqua terraque conſtant, ſed plus habent terræ à frigidoque congelantur exhalante calore, illa eadem à calore non liquantur quidem, ſed molleſcunt. talia eſſe dicit Ariſtoteles in quarto Meteorologicorum ferrum, & cornu. Cum autem in tertio de hiſtoria animalium eandem eſſe naturam cornu, vngulæ, vnguis, ac roſtri traditum ſit, ſequitur etiam eaſdem fore affectiones. eſt igitur in vnguibus congelatio, ſed non neruorum, vt putauit Empedocles, ſed certæ cuiuſdam naturæ, ex qua conſtant vngues, quæ ſanè oſſea videtur eſſe, mollior tamen oſſibus: ſiquidem cum vngues findantur & flectantur, neutrum habent oſſa, ſed franguntur potius. cur autem tales à natura ſint vngues inſtituti, docuit quidem Ariſtoteles, ſed & Galenus copioſius in primo de vſu partium cap. 10. & 11. quoniam autem vnguis cutis naturam referre videtur aliquomodo, quandoquidem & eodem, quo cutis, eſt colore præditus; & rationabile videtur in extimis partibus, vt fit ab occurrente frigido congelatio, ita etiam in carne fieri: ideo quærit an quemadmodum ex congelatis neruis fiunt vngues, ita etiam ex carne congelata fiat cutis. verùm vt falſum illud eſſe diximus, ita & hoc verum non eſt. Cutis autem naturam & vſum ſatis ſuperius explicauimus, neque repetere in præſentia opus eſt. ſanè Hippocrates in libro de carnibus non alienus videtur ab hac ſententia,

niſi

Digitized by Google

niſi quod non ex carne, ſed ex humido congelato in extimis partibus cutim fieri pluribus rationibus confirmauit. nihil tamen refert, carnem dicat ille an humidum, quando conſtat carnem mollé eſſe, ac humidam. poſt quæſtiones, quas hactenus declarauimus, ſequitur vltima de cruſtaceorum ac teſtatorum alimento. μαλακόστρακα dicuntur græcè, quæ latinè vocantur cruſtacea, qualia ſunt cancri, paguri, cammari, ac huiuſmodi. ὀστρακόδερμα verò teſtacea, quibus eſt cutis loco oſtreum. talia oſtrea ſolenes, pectines, conchæ, pinnæ, ac ſimilia. cruſtacea diſcriminatas habent partes inſtrumentales. teſtacea magis accedunt ad plantarum genus: natura ſiquidem ad imperfectiora deſcendente, donec veniat ad animata ſenſu vacua, quæ plantæ ſunt. his tamen omnibus & locus eſt, quo ſumunt alimentum, & quo egerunt: vt mirum ſit, cur quæratur in præſentia, an ab externis alantur partibus, an ab internis. planum enim eſt ab internis ali; quod & ipſe ſignificat his verbis. contrarium enim videtur potius, vt ſcilicet ab internis, non autem ab externis nutriantur. trahunt enim ore alimentum, quod in ventre concoctum & carnem alit, internaſque eorum partes, & oſtreum ipſum, atque cruſtam. Nam vt de cruſtaceis nihil afferam, quibus & carnes & muſculi intra cruſtam ſunt, quę cutis in iis habet locū, manifeſtoque ex internis aluntur partibus: in teſtaceis omnibus caro adhæret oſtreo, atque iis, quæ μονόθυρα vocat Ariſt. & quæ δίθυρα (Theodor. biualua & vniualua) ita adhærent, vt niſi per vim nequeat diſtrahi. turbinatis verò, quæ σπειροειδῆ dicimus, laxior hæret, faciliuſque detrahitur. vt ex hoc manifeſtum ſit, oſtrea ipſa ab internis partibus ali, quæſtionemque ab aliquo veterum philoſophorum fortaſſe propoſitam ab Auctore verò recitatam ineptam eſſe. quęrit rurſus ποία καὶ διὰ τίνων ἡ δίοδος τῶν κοιλίας. hoc eſt, qualis aut per quos ductus ventriculi commeatus eſt. ex Ariſtotelis autem quarto de Animalium hiſtoria reſpondendum eſt, os, ventriculumque, ipſumque etiam inteſtinum, continuum eſſe in teſtaceis vſque ad ipſum excrementi locum, qui vocatur μύκων (Theodorus verò papauer vocat) alios autem ductus, fibraſue aut venas occultas eſſe. cruſtacea verò os quidem habent, gulam, ventriculum, ac inteſtinum excrementique locum manifeſtiorem, cætera non quidem manifeſta diſtinctiora tamen quàm teſtata. quam verò ait ἀναστροφὴν, id eſt replicationem ad ipſam carnem, ex hypotheſi videtur quærere, ſi ſcilicet ab externis partibus ad carnem tranſeat alimentum. id quod cùm falſum eſſe probatum ſit, non eſt, quod in hac quæſtione laboremus: cum & ipſe Auctor irrationabilem exiſtimet, imo etiam impoſſibilem. quod verò ponitur extremo loco, millies ab Ariſtotele dictum eſt, ſanguinem extremum eſſe animalium alimentum in ſãguineis. in iis verò animalibus, quæ ſanguine carent π' ἀνάλογον. hoc eſt quod ſanguini reſpondet proportione. hoc eſt igitur quod ait aliis aliud alimentum eſſe, neque omnibus ſanguinem, & tamen alimentum illud, vt iam ſuprà dixi, ſanguinis loco eſt. ex ſanguine autem, aut ex hoc partes nutriuntur omnium animalium.

Τῶν τῶν ὀστῶν φύσιν ἄρα σκεπτέον, ἢ πρὸς κίνησιν, ἢ πρὸς ἔρεισμα, καὶ πρὸς ὃ μὲν ἔχειν καὶ περιέχειν. ἔνια δὲ εἰ ὥσπερ ἀρχαί ἐστι καθάπερ ὁ πόλος. λέγω δὲ πρὸς μὲν κίνησιν, οἷον χειρὸς, ἢ ποδὸς, ἢ σκέλους, ἢ ἀγκῶνος, ὁμοίως τούτοις καμπτικῶν καὶ τῶν κατὰ τόπον. ὑδὲ γὰρ τὸ ποστικὸν, οἷόν τε δῶδ κάμψεως ἄνευ δὲ καὶ τὰ ἐρείσματα τὸ τούτοις. τοῦδε τὸ ἔχειν καὶ περιέχειν, οἷον τὰ τὸ τῆ κεφαλῆ ὃν ἐγκέφαλον, καὶ ὅσα δὴ ὃν μυελὸν ἔχει. αἱ δὲ πλευραὶ, τὸ συγκλείειν. ἀρχὴ δὲ καὶ μόνη ἡ ῥάχις, ἀφ' ἧς καὶ αἱ πλευραὶ πρὸς τὴν σύγκλησιν. ἀνάγκη γὰρ εἶναί τοιοῦτον. ἅπαν γὰρ τὸ κινούμενον ἐξ ἠρεμοῦντος.

Oſſium itaque naturam inſpiciamus, quæ aut ſunt ad mouendum, aut ad ſuſtinendum, aut ad continendum, & tegendum. Sunt & aliqua veluti principia poli inſtar, atque ad mouendum dicimus condita, vt oſſa manus, pedis, cruris, aut cubiti, tũ flexu tum etiam loci mutatione, neque enim loci mutatio poteſt ſine flexione contingere. ferè autem hæc etiam fulciunt, & ſuſtinent. quæ verò contegunt & continent, ſunt oſſa capitis, quæ cerebrum continent, & quæ medullam intra ſe habent. coſtæ autem obſepiendi ſunt cauſa. principium verò ſpina eſt, à qua orientes coſtæ pectus obſepiunt. Nam neceſſe eſt eſſe huiuſmodi principium in oſſibus: quandoquidem quidquid mouetur, à quieſcente mouetur.

Videtur hæc oſſium declaratio quaſi alieno loco poſita: Nam cum ipſius libri argumento nihil habet, in quo conueniat. quid enim habet innatus ſpiritus cum ipſis oſſibus? & tamen non deeſt etiam huic tractationi ſua ratio. cum enim de oſſium alimento ſuperius diſputatum ſit, commoda hic viſa eſt occaſio illorum naturæ declarandæ. eſt autem partium natura præcipua ratio, & quod dicitur cuius gratia. illam igitur declarat hoc in loco. adde ſpiritus actiones hic pertractari; inter illas autem & motum eſſe, qui loco fit, qui tamen non ſine oſſium adiumento poteſt fieri. oſſibus enim accepta refertur corporis ſuſtentatio, oſſiũ autem articulis ipſa flexio, & tamen nõ ſine flexione motus. dubitabit aliquis cur inter actiones, motuſue ſpiritus motum progreſſionis non poſuerit. & tamen dubitationem diluimus ſuo loco, propterea quod abſurdum non eſt præcipuas manifeſtaſq; motiones numeraſſe. cum iis autem & motum hunc comprehendiſſe. quod enim ab innato

Digitized by Google

ſpiritu motus progreſſionis fiat ex Ariſtotele liquido monſtrauimus. his poſitis videamus, quid velit Auctor. ait oſſa omnia non vnum habere finem, alia enim ad motum facta, alia ad ſuſtinendum appoſita, nonnulla ad continendum aut ſepiendum, quædam verò, quæ veluti fundamenta ſunt, in quibus aliorum motus fit. quales ſunt in cæleſti ſphæra poli. declarat verò ſingula atque ad motum eſſe deſtinata brachiorum oſſa, crurum, pedum, ac manuum: ad motum inquam, qui loco fit, & ad flexionem ipſam: eſt autem & flexio aliquo modo loci mutatio, quod ſitum corporis immutat, & tamen refertur ad loci mutationem. propterea quod illa non poteſt ſine flexione fieri. conſtat enim localis motus ex tractione & impulſu, quæ ambo in flexione, diſtentioneque membrorum manifeſta fiunt. atque hæc membrorum oſſa, etſi videantur illa quidem ad motum facta, tamen eſſe etiam ait ἐρείσματα, quæ ſcilicet carnes, & quidquid illa obueſtit, fulciunt. neque eo ſignificatu vocat ἐρείσματα, quo dictum eſt ab Ariſtotele in libro de Animalium inceſſu, vnius membri quod mouetur, aliud, in quo mouetur, ac flectitur, eſſe ſuſtentaculum, ſed quo dictum eſt ab Auctoribus penè omnibus oſſa facta eſſe ad corporis fabricam ſuſtinendam. Hippocrates in libro de oſſium natura τὰ ὀστέα τῷ σώματι στάσιν καὶ ὀρθότητα καὶ εἶδος παρέχονται. hoc eſt, oſſa dant corpori ſtationem, rectitudinem, & ſpeciem. Ariſtoteles in quarto hiſtoriarum, & in ſecundo de partibus Animalium ſimili vtitur ad hanc rem appoſitiſſimo. Nam ita eſſe carnibus oſſa ſubiecta, vt ſolent, qui è luto corpus aliquod fingunt, ſolida corpora, primaque conſtituere, ſuper quibus formant, & fingunt. eadem penè & Galeni ſimilitudo in primo libro de aggreſſionibus anatomicis. illud igitur ratum ſit, oſſa primum ἐρείσματα eſſe ideſt fulcra, quæ ſuſtinent: quoniam autem animal moueri neceſſe eſt, ita illa eſſe articulata, vt neruis, ac muſculis, poſſint moueri ad omnes ſitus, prout opus fuerit. ſunt itaque ad ſuſtentandum apta nata, & ad ipſum motum peragendum. niſi enim eſſent ipſa fundamenti inſtar, nulla poſſet fieri motio. optimè igitur Ariſtoteles. τοῖς μὲν ἐν ἅλμοις ἐστὶν ὀστᾶ σαρκώδεσι μορίοις, τοῖς μὲν κινουμένοις διὰ κάμψιν τούτου χάριν, τοῖς δὲ ἀκινήτοις φυλακῆς ἕνεκεν. hoc eſt, atque aliis quidem carnoſis partibus oſſa ſubiacent, iis, qui mouentur flexione propter hanc cauſam, iis autem, quæ non mouentur, propter cuſtodiam. hæc cum ita ſint, facilè conſtare arbitror, quomodo eadem oſſa & flexioni deſtinata ſunt, & ſuſtentant etiam, ac fulciunt. ſequuntur oſſa, quæ cõtinent. talis eſt caluaria, quæ cerebrum habet, & grandia oſſa, quæ in cauitatibus ſuis medullas continent, præſertim aũt ſpinæ, vertebræ, quæ medullam vllam, à qua nerui producuntur, ambiunt. cum autem illud, quod alicuius gratia inſtitutum eſt, formam ac rationem habeat, illud, cuius cauſa eſt inſtitutum, caluaria autem continendi cerebri cauſa ſit, formam illam ac rationem habere videtur, vt cerebrum complectatur: ac propterea non alia de cauſa factum eſſe caput, niſi propter cerebrum. quæ ſententia cum in ſecundo de partibus Animalium ab Ariſt. poſita ſit, pluribus tam en rationibus à Galeno intentata eſt in octauo de vſu partium: cuius rationes non eſt, quod perpendamus in præſentia. ſatis enim eſt rationem attuliſſe, quæ Ariſtotelis dogmati confirmando mãximè videtur appoſita. videtur enim eius ſententia ad veritatem maximè accedere; deinceps ponit oſſa, quæ cõplectuntur & ſepiunt; hæc aũt eſſe coſtas, quæ à ſpina oriuntur, pectuſque circumſepiunt. ſpinam autem oſſium eſſe veluti fundamentum atque principium non ſemel & ab Ariſtotele dictum eſt. illam appellat μόνιν καὶ ἀρχὴν, quod non modo ab illa reliqua oſſa proficiſcantur, ſed quod in corporis motu illa ſubſiſtit, & aliqua ſui parte immota eſt, ſcilicet quod nequit membrorum motus fieri niſi pars ſit, quæ non moueatur, quod principium & poſitum & oſtenſum eſt in libris de motu, & inceſſu Animalium cap. 7. in tertio autem hiſtoriarum traditum eſt, quemadmodum venas, ita & oſſa ab vno principio proficiſci. id autem eſſe ſpinam, redditque rationem in libro ſecundo de Partibus, quod ſpina & longitudinem, & rectitudinem præſtet, eſtque omnium oſſium veluti fundamentum. hac eadem ratione & polis comparat. Nam vt cæleſtis ſphæra motu cietur polis immotis, vt in libris de cælo oſtenſum eſt: ſic & membra manente ſpina in priuatis iis motibus firma ac ſtabili. ſic declarata ſunt oſſa, quæ in diuiſione ſunt poſita. porro autem ſi fines ſingulorum oſſium inſpicimus, duo videntur eſſe præcipui, ſuſtentatio, & cuſtodia, ad quos alij referuntur. & tamen quos attulit Auctor, veri ſunt, & ingeniosè traditi. Auicennas libro primo ſen. prima doctrina quinta, vbi de oſſibus agit plures illorum vſus attulit. poſtremò verò ſummo iudicio rem clauſit. omnia oſſa corporis ſuſtentaculum & erectionem: Hippocratis ſententiam illam ſequutus, quam attulimus. de variis verò oſſium vſibus plena ſunt Galeni volumina, & ea præſertim, in quibus partium vſus explicantur.

Ἅμα δὲ καὶ δεῖγμα εἰ) ὃ οὗ ἕνεκα, ὡς ἐπὶ μὲν καὶ τοῦ ἐγχέφαλον. ἐπὶ δὲ τοῦ θώρακος ὅτι στερεωφῆς καὶ συγκλείστεως χάριν, οἷον ἡ κλεὶς, ὅπως καὶ τοῦνομα. πρὸς δὲ τὰ χρείαν ἕκαστον καλῶς. οὔτε γὰρ ἡ κάμψις, ὅτε τὸ ὅλου ὅτε τῶν μερῶν εἰ μὴ τοιαῦτα, οἷον ῥάχις, πῶς, ἀγκών. εἴσω γὰρ διὰ τὰ κάμψιν πρὸς τὰ χρείαν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τὸ σῶδος καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων. πρῶτα ἢ ἕνεκά του, ἢ τὰ ἐν τούτοις ὄντα. οἷον ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι κερκὶς, ἕνεκα τῆς τροφῆς τοῦ ἀγκῶνος καὶ τῆς χρείας· οὐ γὰρ δυνάμεθα πρίωπ καὶ ὑπτίαν ταύτην κινῆν αὖθ ταύτης, οὐδὲ τοὺς πόδας ἐπαίρειν καὶ καμπτὴν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐν τῇ κινήσει κερκίδες. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα σκεπτέον. οἷον ἡ τοῦ τραχήλου κίνησις εἰ ἓν ὄντος οὕτω. διὰ δὲ καὶ ὅσα πρὸς κατάληψιν, ἢ σωδεσμον,

Digitized by Google

δεσμον οἷον ἡ μύλη ἡ ὀπὶ τῷ ῥάχατι, ἀλλὰ καὶ ἕνεκά τοῦ τοῖς ἄλλοις οὗ. ὅσα μὲν οὖν κινητικὰ πόρια μετὰ νεύρων, ἴσως δὲ ἴσα τοῦ ἀκτικῶς μάλιστα, οἷον τὰ περὶ ἀγκῶνα καὶ σκέλη καὶ χεῖρας καὶ πόδας. τὰ δὲ ἄλλα σύνδεσμου χάριν καὶ ὅσα δεῖται. σήσιος γὰρ οὐδὲν, ἢ ἐπ' ὀλίγον. ἴσως, οἷον ἡ ῥάχις ἀλλ' ἡ κάμψις. καὶ γὰρ ἡ πρὸς ἄλληλα κάλλησις, ἐχώρησε ἡ ὑγρότης μυξώδης. τὰ δὲ ἡ σύνδεσμα νεῦρα οἷον τὰ περὶ τὰ ἄρθρα.

Simul autem & illud oportet esse, cuius gratia, in quo nonnulli principium statuunt, medullam scilicet spinalem, & cerebrum. præterea sunt ossa compaginis, & cõpactionis causa, qualis clauicula est, cui ideo hoc nomẽ est inditum. porro vnumquodque ad suum vsum accommodate habet. Nam neque partium, neque totius corporis potest flexio vllo modo fieri, nisi hæc sint, spina, inquam, cubitus, pes. intus enim flecti oportet, prout vsus fert, similemque & pedis, & cæterorum flexum esse; omnia autem, quæ in singulis his membris ossa sunt, & illa alicuius finis gratia sunt. Nam in cubito radius est, vt tum cubitus tum manus vertatur, nam neque pronam neque supinam possemus vertere, nisi esset ille, neque etiam pedes attollere, aut flectere, nisi duo essent in motu radii. atque reliqua eodem modo contẽplandum est: vt colli motum, si vnicum esset os. præterea quæcumque sunt colligationis, & coniunctionis causa, vt in genu patella est, quod est in aliis posita. quæcunque igitur mouere possunt, omnia cum neruis sunt, & ex his forte quæcunque maxime agunt, vt quæ sunt in cubito, cruribus, manibus, ac pedibus. Nam reliqua compaginis causa neruos habent, & quæcunque ligata sunt. Nam aliquibus aut parum aut nihil opus est, vt spinæ. quamquam hæc etiam vertitur. Nam vertebras inuicem humor quidam mucosus conglutinat, alia vero ossa neruis colligantur, vt articuli.

Dupliciter accipi τὸ οὗ ἕνεκα scriptum reliquit Aristoteles in secundo libro de Anima. τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ. alterum huius, alterum huic. cum itaque de fine loquutus sit, cuius gratia, modo de illo meminit, qui huic dicitur. exemplum finis cuius causa, ponitur à Themistio ex libris de moribus ipsa hominis felicitas. eius vero, qui huic, homo ipse, cuius felicitas est, est itaque ossium finis, cuius causa is, quem in singulis superius explicauimus. ille verò, qui huic, hic esse videtur, quem declarat. Nam etsi priuatis vsibus sunt omnia ossa destinata, huic tamen fini videntur inseruire aliqua, quod aut medullam spinalem, aut cerebrum continent. medullam quidem spinalem dorsi vertebræ, cerebrum autem ipsa caluaria. quocirca & principium ait aliquas statuere vtrunque. & ἐγκέφαλον & ἐγκεφαλὸν, μυελὸν intelligens. hoc est spinæ capitisque medullam. Nam veteres vtrumque μυελὸν hoc est medullam vocauerunt, atque hoc nomine vocauit & Plato in Timæo. & Iulius Pollux lib. primo, μυελὸν τὸ ἐγκεφάλου hoc est medullam cerebri substantiam ipsam cerebri nominat. posteriores simpliciter ἐγκέφαλον à capite ipso voluerunt appellare, medullam verò tantùm quæ est in dorso, & aliis ossibus. sed de hac appellatione videndus Galenus in octauo de vsu partium. cap. 3. post explicatum finem ᾧ siue huic, ex abundantia, quod aiunt, alium affert vsum ossium, præter quatuor illos, quos supra posuit. est autem ille ἡ σωσφὴ καὶ ἡ συγκλεισις, hoc est compago, atque coniunctio. optimè autem τὴν κλεῖδα tribuit τῶν συγκλεισιν, hoc est claui coniunctionem (sic dicimus, quando à claui nullum latinis est verbum vt græcis) clauicula autem os illud appellatur, quod pectus colligat cũ scapula. atq; proprie quod clauis instar sit, hoc nomine à veteribus donata est. eius vsum explicauit Galenus libro 13. de vsu partium, differentiamq; quæ inter hominis clauiculã est, & quadrupedum animalium. Siquidem quadrupeda angusto esse pectore, scapulasque contractas intus habere, ne anteriores pedes impediant, si expansæ sint. Hominem vero qui rectus incedit, iure & scapulas retro expansas habere, & pectus latius, clauimque quæ pectus, qua latius est, cum scapulis colligat. cum autem omnes ossium fines attulisset, concludit in vniuersum; omnia ossa rectè à natura fuisse condita ad vsum, cui destinata sunt accommodata, id quod demonstrat à fine, qui inter omnes præcipuus est, is cernitur in motu, vocaturque à græcis κάμψις, à latinis flexio. Nam propterea esse articulos institutos, vt fiat flexio, nullamque sine articulis flexionem fieri. confirmat id in spina, pede ac cubito, quorum singula manifestò & flectuntur & extenduntur à musculis, quibus conteguntur. & tamen nulla posset fieri flexio, nisi esset articulatio commoda suo cuiusque muneri à natura instituta. Non enim eodem modo ossa inuicem coniuncta sunt, sed aut ἐνάρθρωσιν, aut ἀρθρωδίαν aut γιγλύμον. quasomnes videtur in spina pede ac cubito voluisse ostendere. in his enim manifesto omnes articulationum occurrũt species. & quoniam inter ossa aliqua videntur eximia, aliqua verò iis aliquo modo adiecta sunt. propterea non illa modo, sed & hæc ad aliquod munus condita esse declarat. hæc sunt quæ vocat τὰ ἐν πύπτοις ὀστᾶ, hoc est ossa, quę in his. qualis est radius vlnæ appositus propter flexionem in pronum, & supinum ipsius brachii. qualis est & in crure, fibula, quæ ad commodam cruris constructionem & motum fuit necessaria, vocatur illa græcis πτόνη,

Digitized by Google

latinis fibula. aliud verò os crassius dicitur κνήμη, latinè tibia. vtrumque Auctor vocauit κερκίδα impropriè tamen, cum non nisi brachii alterum os ita appelletur, quod latini dixerunt radium. Eandem rationem ait esse & in ipsa ceruice, quæ etsi vna sit, non ex vnico tamen osse constat, sed ex septẽ vertebris, quibus flectitur & extẽditur. quin & in summa ceruicis vertebra caput ipsũ vertitur vt Galenus demonstrat. quoniam autem, quæ aliis ossibus adiecta sunt, aut motui seruiunt, aut illa coniungunt, & copulant, idcirco non illa modo consideranda docet, sed & hæc, si non per se saltem quòd aliis insunt. Sic enim intelligenda puto verba, ἀλλὰ δηλ. τὸ τοῖς ἄλλοις. è quibus deleuimus negationem, quod nullum habere locum videretur. ratio non inepta est. Certè enim quæ vinciunt, & colligant ossa, non ita debent considerari, quemadmodum illa quæ per se motum faciunt. & tamen quoniam & hæc adiuuant, prætereunda omnino non sunt. inter hæc quæ copulant, & coniungunt, ponit & illud, quod in genu est. μύλλω græcis vocatum, latinis patellam. quod cartilaginosum rotũdumque interiacet, qua tibia fœmori coniungitur, subiectorumque ossium capitula finibus comprehendit, paulumque intumescens, quod inter fæmur tibiamque spacium patet, complectitur. eius vsum Anatomici scriptores esse voluerunt ne fæmur in tibia, genuue flexione luxetur in anteriora. Vesalius & alium excogitauit, vt scilicet in maxima genu flexione fœmoris impetum sustineret. vtcunque sit, patella cum inter ossa fœmoris, ac tibiæ posita sit, non iniuria dicitur comprehendere, & colligare. à colligatione autem, quæ fit ab osse, ad illam transit, quę à neruo fit, & cartilagine. quarum illam veteres dixerunt σωτεύρωσιν, hanc συγχόνδρωσιν. neruos autem licet intelligere ligamenta. sic enim frequenter sumuntur apud veteres. Hippocrates libro 3. de Fracturis ἐξάρτηται μέν τοι καὶ τούτων τῶν νεύρων κατὰ τὴν κοινὴν σύμφυσιν τῶν ὀστέων. πλεῖον δὲ μέρος ἔχει τὸ ἄρθρον. atque hoc quidem neruis in communi ossium coniunctione annexum est. est autem σωτεύρωσις illorum articulorum, quorum est motus manifestus, & validus, quos [illegible]κτικὸς Auctor nominat. συγχόνδρωσις illorum, qui aut mouentur, aut obscurius, aut non validè. inter hos articulos ponit spinam. & tamen cum illa non obscure moueatur, non affirmat absolutè, & sese corrigit. in verbis verò illis καὶ γὰρ ἡ τοῖς ἄλλοις. rationem reddit colligationis, de qua supra loquutus est; Nam quæ de spina dicuntur per parenthesim sunt interiecta, ἰχῶρα autem μυξώδη vocat cartilaginem, & lentum illum succum, ac veluti gluten, quod coniungit articulos.

Παίτων δ' ἐστὶ λόγος ὁ βελτίων ὡς καὶ νῦν ζητεῖν, ἀλλὰ τὰς ἀρχὰς ἐφ' ἑκατὸν ὧν χάριν σκεπτέον. οὐκ ἐπὶ δοξάσεως ἕνεκα τὰ ὀστᾶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ νεῦρα ἢ τὰ αἰσθάνεσθαι, ἐν ᾧ τοσούτῳ τὸ πνεῦμα τὸ κινητικὸν, ἐπεὶ καὶ ἡ κοιλία κινεῖται καὶ ἡ καρδία νεῦρα ἔχει. τὰ δ' οὐ πᾶσιν, ἀλλ' οἷοις ἀνάγκη καὶ τοσοῦτον τοιαύτην κίνησιν νεῦρα ἔχειν ἢ εἷς † ὁ γὰρ πολύπους ἐπ' ὀλίγον καὶ κακῶς βαδίζει. δεῖ γὰρ τοῦτο λαβεῖν, ὥσπερ ἀρχὴν, ὅτι πᾶσιν, ἢ ἄλλου τινὸς χάριν. ἀλλὰ τοσοῦτον τὴν κίνησιν τὴν οἰκείαν, οἷον τοῖς μὲν πεζοῖς τοσοῦτος πόδας, καὶ τοῦτο τοῖς μὲν ὀρθοῖς δύο, τοῖς δὲ τετράποσι τέτταρας ὅτι τῆς γῆς, πλείους, ὅσοις ἡ ὕλη γεώδεστέρα καὶ ψυχροτέρα. τὰδε καὶ ἄποδα ὅλως ἐγχωρεῖ. βία γὰρ ἄτοπον κινεῖσθαι. τοῖς μὲν ὑγροῖς τοιαύτας καὶ τούτων τὴν μορφὴν οἰκείαν τῇ φύσει. διαφέρει δὲ τοῖς πτηνοῖς καὶ βαρυτέροις. πόδας δὲ τῆς τροφῆς χάριν καὶ ἀναστάσεως πλὴν τῆς νεκρείδος. δι' καὶ τὴν τροφὴν οὐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μὴ δεῖσθαι διαναπαύσεως. οὐ δέονται γὰρ δι' ἄλλων. τὰδε ὀστρακόδερμα τῶν ἐνύδρων ἐστὶ ποδία διὰ βάρος, καὶ ταῦτα μὲν τοῖς τὴν κατὰ τόπον ἀλλαγὴν. ὅσα δὲ τοῖς τὴν ἄλλην χρείαν, ὥσπερ ὑφηγήται, καὶ ἑκάστου τὰ ἴδια, καὶ εἴτι μὴ τοιαῦτες, οἷον διατί τὰ πολύποδα βραδύτατα. καὶ τί τὰ τετράποδα, θάττω τῶν δίποδων. πότερον ὅτι τῆς γῆς ὅλα τὰ σώματα, ἢ ὅτι φύσει ψυχρὰ καὶ δυσκίνητα, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν.

Porrò habent omnia rationem meliorem, ad quam referuntur, quæ in præsentia quærenda est. Sed & principia quærenda abundè sunt, quorum causa. sane non videntur ossa motus esse gratia, sed nerui, aut quæ his proportione respondent. in quibus primum est motiuus spiritus. Nam & venter mouetur, & cor neruos habet. nerui vero non omnibus sunt, sed aliquibus. necesse autem est ad motum peragendum neruos esse, & ad

† Nam multipes animal parum, & malè incedit. hoc enim veluti principium sumendum est, quod omnibus non propter alium finem, sed propter motum proprium pedes dati sunt. vt terrestribus animalibus, ex iisque quæ rectà incedunt bini, iis vero, quæ omninò per terram repunt, multi. quippè quorum ma-

Digitized by Google

rum materia frigidior, ac terrestrior est. Sunt & quæ omnino pedibus carent, & moueri iis impetu datum est. Volucribus autem alæ datæ sunt eorumque naturæ forma commoda, differunt autem alæ minorum auium, & quæ magis ad volandum aptæ sunt. porrò pedes instituti in auibus, vt firmentur, & pascantur, excepto vespertilione, qui propterea motum habet ex aere, neque opus habet, vt stet. ex aquatilibus vero animalibus illa, quæ testa teguntur, pedibus carent propter grauitatem, & pondus. & hæc sunt, quæ ad loci mutationem pertinent. quæ autem ad huiusce generis vsum seruiunt, tanquam ducis funguntur loco, & sunt sua vniuscuiusque propria, quamquam aliquid clarum non est, vt cur multipeda tardissima omnium, cum quadrapeda celeriora, quàm bipeda. an quod ad terram inclinent corpora, aut quòd natura frigida sunt, & difficilè moueri queunt: an propter aliam causam.

De ossium fine superius loquebatur. in membris autem animalium primum finis est, & ratio, quam vnam præcipuè physicis exquirendam docet Aristoteles in primo de partibus Animalium: nonnunquam præter finem τὸ βέλτιον. hoc est, quod melius est. quocirca sæpè illum videas multorum membrorum conformationes ita factas dicere τῆ βελτίονος ἕνεκα, hoc est melioris causâ. hæc cum ita sint, non obscurum est, quod dicit Auctor. omnium esse meliorem rationem, quam oportet quærere. videtur vniuersalis propositio in ipsa veritate periculosior. & tamen si in singulis membris exerceamur, vix reperias, in quo non possis meliorem illam nōtam reddere. Cæterum etsi iubeat meliorem rationem inspiciendam, magis tamen principia, quorum gratia hoc est fines, finalesue causas, quas ideo ἐφ' ἱκανὸν præcipit cognoscendas esse, hoc est abundè, & accuratè. ἀρ'χῆς autem siue principii significatio cum multiplex sit, significat tamen & causam, cuius gratia aliquid fit in 5. libro metaphysicorum. οὐκ αὖ δόξειε κινήσεως ἕνεκα τὰ ὄντα. Dubitatio hæc ex abrupto videtur proposita, vt ex hoc facilè dubitem locum integrum non esse. Quoniam aliquorum ossium finem dixit esse motum articulosque propter motum præsertim conditos, quærit an motus causâ sint ossa, an potius nerui, aut quæ respondent proportione neruis. ratio contrariæ propositionis est, quod innatus spiritus, per quem motus fit, non in ossibus, sed in neruis est: pars autē illa motui destinata est, in qua motiuus est spiritus. in neruis autem esse vim motiui spiritus, tanquam per se manifestum ponit: quandoquidem ossa calore penè destituta sunt, sensusque expertia; naturæque terrestris ac frigidæ. videturque Auctor Medicorum sequi sententiam, quorum ratum est dogma, animalem spiritum ad neruos fluere. non declarat autem rem accuratè quòd huiusce loci non est. præterquam quòd non à cerebro sed à corde vim hanc spiritus fluere peripateticorum penè omnium est sententia. Verum res in maxima quæstione est posita, an calor motiuus siue spiritus in neruo primum sit, sitque huic motus primum instrumentum, an in musculo, quem constat motus voluntarij auctorem esse. certe enim perspicuum est animam esse, quæ motum dat, quippe corpus si esset, ab alio moueretur corpore, infinitaque esset inquisitio, animæ autem vis in spiritu tanquam instrumento sita est, quæ siue à corde siue à cerebro defluat, vbi suam actionem primum exerceat, incertum est. Galenus & Medici penè omnes neruum motus instrumentum vbique prædicant, in quem animalis spiritus aut facultate, aut etiam ipsa substantia à cerebro defluit. Auerrhoys in secundo collectaneorum contendit, non neruum sed musculum motus esse voluntarii instrumentum. affertque rationes magni quidem illas momenti, sed quæ tamen facile possint meo iudicio à medicis euitari. Nam vt musculus sit motus instrumentum, verumque id sit, quod monstrat Auerrhoys, neruum per se nullum motum edere, tamen vis, quæ motum efficit musculo per neruum communicatur. id quod manifestò liquet musculi constructionem cogitātibus. constat enim ille ex carne, neruo, arteria, vena, plerunque autem desinit in tendinem. quem ex ligamento, ac neruo fieri, & sensu penè constat, & à Galeno demonstratum est. iam verò vix motrix nulli ex iis partibus data est, nisi neruo igitur si mouet musculus, mouet quia neruum habet. hinc est, quod si neruum abscindas musculusque alioquin integer sit reliquis sui partibus, motu omninò destituitur: quòd non fieret si musculus, quà musculus motiuum illum animalemque spiritum susciperet, esset que ille proprium instrumentum & non neruus. neque negandum est musculum esse motus instrumentum, id enim manifestò constat, sed dicendum sine neruo non mouere musculum, esseque primam, ac per se causam motus neruum in ipso musculo positum. Notandum in Auctoris verbis κινητικὸν πνεῦμα appellari, quod σύμφυτον supra dicitur, & in libro de motu Animalium, cuius cū plures actiones sint, hæc etiā non obscura est, quæ dicitur motus, qui à volūtate proficiscitur. ἐστὶ δ' ἡ κοιλία κινητὴ δ' ἡ καρδία πνεῦμα ἔχει. hæc videntur dicta quasi dubitet Auctor an neruis debeat motus voluntarius attribui; quandoquidem ventriculus, quem constat neruis motoriis carere, moueatur, cor autem moueatur quidem illud, sed & neruos habeat (neque dicendum hos non esse motorios, cum cuiusuis generis neruorum ipsum principium sit, & fons) & tamen non de omni motu loquimur in præsentia, sed de voluntario, quo ventriculus, & cor destituuntur. mouetur enim aliquando ventriculus palpitatione, fluctuationibusque iis, quæ græcè dicuntur κλιδῶνες. præterea cibis, potibus, flatibus, humoribus attollitur, & subsidet, cuius generis motus ad localem motū referuntur, quæ vt vera sint, nos tamen de voluntario motu loquimur. De cordis aūt motib. satis, superque dictum est, quemadmodum etiam de neruis, quos cordi tribuit Aristoteles, quam-

Digitized by Google

obrem non est, quod in præsentia repetamus. quod verò ait Auctor necesse esse, quæcunque mouentur in Animalis corpore habere neruos, verum est si de voluntatis motu loquitur, non item si de quouis alio motu.

Ὃ γὰρ πολύποδον ἐστὶν ὀλίγον, ἢ κακῶς βαδίζει.

Multa desunt in hoc loco, qui vnicuique clarum est, omninò mutilus est, & fœdo vulnere detruncaus. Credendum tamen est, quando de motu voluntario cœptum est agi, ad pedum etiam animalium mentionem ventum esse, quorum & differentiæ afferuntur hoc in loco. porrò ex Animalibus alia sunt pedata, alia impedata (sic dicimus τὰ ἄποδα) pedatorum autem alia multipeda, alia quadrupeda, alia bipeda. quadrupeda ac bipeda sanguinea sunt. multipeda autem exanguia. Sed illorum, quę carent pedibus, alia manifesto mouentur motu, alia non manifesto, alia verò nullo modo locum immutant. his positis percurramus Auctoris verba, τὸ γὰρ πολύποδον. Sic emendauimus, quod videatur absolutè de multipedis omnibus loqui, non autem de solo polypo. male autem, & lentè incedere multipeda animalia ex libro de incessu didicimus. δεῖ γὰρ τὸ πολλαβεῖν. Corrupta multa sunt. Videtur tamen hæc esse sententia, animantibus omnibus non ob alium finem datos esse pedes, quàm ob incessum, pedataque animalia, quę πεζὰ vocat, aut quatuor fortita esse pedes, aut duos, aut multos. ex illis autem esse, quæ pedibus carent, sed motu corporis, & quasi violenta quadam tractione moueri, quale serpentum genus est. quoniam autem, vt est in libro de incessu Animaliũ demonstratum, quatuor rotis animalia sanguinea mouentur omnia, duo verò pedes auibus tantum dati sunt, ideo illas habere alas, easque suæ naturæ accommodatas: aliter enim volant palustres aues, aliter graues & magnas, aliter, quæ ad sublimia aeris loca peruolant, habentque volatui proprio accommodatas à natura alarum formas, ac magnitudines; Nam pedes habere vt possint & quiescere, & pasci, in libris de Animalibus sæpe dictum est. πολλὰ τῆς νυκτερίδος. in libro de incessu Animalium dictum est phocam, & vespertilionẽ mutilis esse pedib. quod quadrupeda sunt, sed male. in 4. de Animal. partib. ad extremũ cũ de phoca loquutus esset Arist. de vespertilione subdit hęc. καὶ νυκτερίδες, ὡς μὲν πτηνὰ ἔχουσι πόδας, ὡς δὲ τετράποδα οὐκ ἔχουσιν, καὶ ὕτε κέρκον ἔχουσιν, ὕτε ὀρροπύγιον διὸ μὲν τὸ πτηνὰ κέρκον, διὸ δὲ τὸ πεζὰ ὀρροπύγιον. συμβέβηκε δὲ ταύτας, τοῦτο ἐξ ἀνάγκης, εἶεν γὰρ θερμόπυροι, οὐδὲν δὲ ἔχει ὀρροπύγιον ἢ κῶλον ἄτερον. οὐ τοίνυν γὰρ ἁπτὸν τὸ ὀρροπύγιον γίνεται. ἡ δὲ κέρκος ἐμπόδιος ἂν ἦν ὑπάρχουσα οἷς τοῖς ἀτεροῖς. hoc est vesper
» tiliones etiam pedes vt volucres habent, vt quadrupedes non habẽt; cauda etiam tam quadrupedis
» carent. quam volucris. Nam quia volucres sunt, cauda quadrupedis vacãt. quia pedestres volucris.
» quod iis necessario accidit. habent enim curtas pennas: nullum aũt volatile caudã habet nisi penna
» scissa volatile sit. genus enim id caudæ ex penna eiusmodi constat. Cauda vero quadrupedis gene-
» ri volatili adiuncta vel impedimento eius pennis procul dubio esset. ex his verbis potest Auctoris sententia percipi. Nam vespertilioni quatuor sunt pedes, iique mutili, contrà atque aliis animalib. quod ait alimentum ex aere sumere & non indigere quiete (lego enim ἐκ μὴ δεῖσθαι) non mirum in Historiis Animalium legisse. Plinius libro 10. cap. 61. gratissimos esse illi culices in cibatu prodidit. potest igitur illos venari in aere, atque ita verum esse, quod hic dicitur. τὰ δ' ἐναντιώτερα τῇ ἀναπνοῇ. in condendis Animalibus, Natura, quæ summi opificis in rebus est dispositio, gradus ita seruauit, vt si à superioribus incipias illa contemplari, paulatim ad imperfectiora desinas, tandemque ad infima; quæ aut vno, aut vix gemino sunt sensu prædita, motuque omninò sunt destituta. Si verò ab infimis naturæ ordinem inspicias paulatim ad perfectiora videaris ascendere, vt à plantis ad ea, quæ dicuntur ζωόφυτα, ab his ad ostrea, à quibus ad alia subinde perfectiora, ab hisque ad alia, donec ad hominem ascendas, qui diuinum animal est. hoc ita notabat Aristoteles initio octaui libri Historiarum, & per se manifestum est. impedata autem dicit ostrea propter grauitatem. quippè terrenæ naturæ sunt, neque ad motum apta, & omninò imperfecti generis animalia.

Ὅσα δὲ πρὸς πλῶ ἄλλου χρείαν. mendum hic subesse censeo, quænam est enim hæc ἄλλη χρεία, quæ cernitur in pedibus, qui vnum habent vsum ac finem gradiendi? lego igitur πρὸς πλοῦν πλῶ χρείαν. Nã pedes qui ad hunc vsum sunt πορηγεῖσθαι καὶ ὑφηγεῖσθαι dicuntur. leniit tamen vocis licentiam similitudinis aduerbio ὥσπερ. Singulis autem generibus animalium naturisque illorum accommodatos esse, pedesque proprios planum est: etiamsi quid in his obscurum est. est autem illud quod quæritur cur multipeda tarda sunt, cuius solutio, quam affert, obscura non est. Corpora multipedum animalium in terra esse propterea fortasse dicit, quòd multipedum animalium flexiones omnes sint ad latera, corporaque ideo in terram inclinent.

Οἱ ἀναιροῦντες ὡς ἡ θερμὸν τὸ ἐργαζόμενον ἐν τοῖς σώμασιν, ἢ ὅτι μία τις φορὰ καὶ δύναμις ἡ τμητικὴ τοῦ πυρὸς καλῶς λέγουσιν. οὐδὲ γὰρ ὅλα τοῖς ἀψύχοις ταῦτα ποιεῖ πᾶσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκτυκνοῖ τὰ δὲ μανοῖ καὶ τήκει, τὰ δὲ πήγνυσιν. ἐν δὲ τοῖς ἐμψύχοις ὅτως ὑπολαμπτέον, ὥσπερ φύσεως πῦρ ζητοῦντες καθάπερ τέχνης. καὶ γὰρ ἐν ταῖς τέχναις, ἔστιν ὃ χρυσοχοϊκὸν καὶ ὃ χαλκευτικὸν καὶ ὃ τεκτονικὸν πῦρ ἀποτελεῖ, καὶ ὃ μαγειρικόν.

Qui caloris actionem negant in ipsis corporibus, aut quod vnus quidam est in igne motus vnaque segregatio, ac diuidendi facultas, male dicunt. Nam neque in iis, quæ anima carent, eadem à calore effecta prodeunt; sed alia densantur, alia rare-

Digitized by Google

rarefiunt, & liquantur, alia concrescunt, atque in animatis putandum est naturæ nos ignem talem quærere, qualis etiam artis est. Nam in Artibus aliud ignis efficit, cuius vi aurum liquatur, & funditur; aliud ærarius & materiarius, aliud vero coquinarius.

Spiritus innatus idem nobis, atque natiuus calor demonstratus est. eius durationem, alimentum, actiones, superius declarauimus, obiterq; nonnullarũ partiũ & alimentum & naturã, quæ spiritum suscipiunt, illoque mouente & regente munia obeunt. talia sunt præsertim ossa ac nerui, de quibus superius copiosè disputatum est. quoniam autem non modo ipsa vita calori refertur accepta, verum etiam prima similarium partium generatio, etsi hæc non modo calori, verum & frigori, sed illi primum, huic illius absentia, & vt ita dicam priuatione, ideo hoc in loco declarat Auctor interni huius caloris effecta in animatis corporibus. vocat verò ignem ad Platonis exemplum, qui tum alibi, tum in Timæo calorem hunc innatum ignem vocitat. atque initio reprehendit illos, qui actionem ignis in animatis corporibus pernegabant, vnamque affirmabant actionem caloris, argumento sumpto à sensu in rebus anima carentibus, in quibus pro subiecti corporis natura aliud atque aliud effectum calor edit, atque ita demum docet in animatis corporibus calorem intelligendum innatum, quemadmodum in variis artibus, quibus cum ignis vsui sit, non tamen idem agit in omnibus. Nam in Aurificina liquat, quippe metalla illi subiecta sunt, quæ calore igneo colliquescũt: in ferraria non liquat, sed ἐλαύνει vt græcè dicam, atque mollefacit: ferrum enim colliquescit, neque funditur, sed mollescit & ducitur, propterea que id genus metalli vocat Aristoteles ἐλατὸν. in culina ignis aliud agit. Nam coqui igne coquũt opsonia. est verò duplex coctio ἕψησις, ὄπτησις, hoc est elixatio & assatio. vtraque verò fit ab igne, sed illa fit ab igne in humido, hæc ab igne sicco. constat igitur cum in variis reb. ignis vsurpetur non vbique eadem effecta parere. quo fit, vt si id ita est in artificiosis rebus, credendum meritò sit, longè magis esse in naturalibus. ac præsertim in animatis, in quib. caloris opera euidentior. Sic reiecta est vulgi aut etiam vulgaris alicuius philosophi opinio. Calidũ vbi vocat, non simpliciter intelligit, sed quod innatum dicimus, de quo liber hic institutus est. ὁ τοῖς σώμασι vero vbi dicit, corpora animata, nisi fallor, intelligit. Nam etsi aliorum corporum absolutè fiat infrà mentio, tamen est ad horũ confirmationẽ habita. quæ vero sequuntur aut quod vnus quidam est in igne motus, vnaque segregandi, ac diuidendi facultas, propterea dicitur, quòd qui vnam ignis caloris que actionem agnoscebant, eam tantum videbantur agnoscere, quæ τμητικὴ dicitur. & tamen illa μία τις est non μία μόνη, hoc est vna quæpiam, non vna sola. Cum enim plures sint caloris vires, quòd ad corpora, in quibus exercentur, pertinet, vna ex iis est, quare dicitur ignis secare, & segregare. dicitur autem secare, quòd tenuitate sua secat, penetratque corpora, segregatque illa, quæ diuersa sunt à cognatis, atque similibus. videtur à Platone vox hæc primum vsurpata, ac fortasse non ineptè possit aliquis suspicari Platonem in hoc loco tacitè redargui, qui vnam hanc virtutem igni videtur in Timæo tribuere, ab eo quòd figuræ sit acutæ instar Pyramidis. Sunt eius verba. σφοδρὸν μὲν οὖν ἢ πῦρ θερμὸν λέγομεν ἴδωμεν ὡδὲ σκοποῦντες πρῶτα διαίρεσιν, ἣ τμήσιν αὖ τῶν θρεπτικῆς σώματα πᾶσιν γιγνομένην ὀνομάζομεν, ὅτι μὲν δὴ ὀξὺ τὸ πάσης σφόδρα κρούει αἰσθανόμεθα, πρὸς δὲ λειότητα τῆς γραφῶν, ἣ κλευρῶν ὁ ξύτητα. τῆς τομείους σμικρότητα, ἣ τῆς φορᾶς τάχος, οἷς πᾶσι σφοδρὸν ὂν ἣ τομὸν ὀξέως τὸ περιτυχὸν ἀεὶ τέμνει λογιστέον αἰσθανομένοις πρῶτα δ' χάματος αὖθ' γίγνεσθαι. ὅτι μάλιστα οἰκεῖον, καὶ οὐκ ἄλλη φύσει διϊκνούμενα ἡμῶν τὰ σώματα κερματίζοντα. διὸ δὴ πᾶν θερμὸν λέγομεν εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τὸ ποιοῦν σφρίγος. hoc est, in primis qua ratione ignis calidus dicitur videamus, quòd ita demum perspiciemus, si discretionem diuisionemque ab eo in nostro corpore factam consideremus: quod enim acumen quoddam ea passio sit ferme est omnibus manifestum. tenuitatem verò angulorum, laterumque subtilitatem paruitatem particularum, motus velocitatem, quibus omnibus vehemens, & penetrans est, velociterque quod occurrit diuidit semper & dissipat, considerare debemus. figuræ ipsius generationem memoria repetentes. ea quippè & non alia natura corpora nostra diuidens, & in partes exiguas partiens, meritò passionem illam, quæ legitimè calor nominatur, inducit. Cæterum cùm proposuisset malè illos existimare, qui calorem esse negabant auctorem in animatis corporibus, vnamque tantum ignis vim affirmabant, qua secaret atque diuideret, confirmat id inanimatorum corporum exemplo: estque argumentum satis euidens. ignem enim non eadem euenta in omnibus inanimatis facere, sed alia cõdensare, alia rarefacere, alia indurare, liquare alia. vbi vides, à facultate eadem contrarios penè effectus. Virgilius in pharmaceutria elegantissimè.

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit
Vno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore.

Et tamen eadem est ignis actio. calefacit enim omnia, sed quæ aquea sunt à frigido congelata incalescentia liquefiunt. Cõtrà verò quæ subliquida crassis tamen terreníque partibus illa abeũte humore, exhalanteque indurantur à calore. eadem ratione condensat, quæ terrena sunt, atque aerea aere expirante, terreníque partibus durioribus redditis, & sese, (vt ita dicam) arctantibus. rarefacit vero quæ ex aqua constant, atque aere attenuatis crassioribus aquæ partibus. iisdem itaque viribus videtur ignis contraria euenta facere. Sed quod dicit Aristoteles

Digitized by Google

notandum est, τὸ αὐτὸ τῷ αὐτῷ κατὰ ταυτὸ οὐκ ἐστιν αἴτιον ὂ ἐναντίου. hoc est idem, in eodem secundum idem non esse contrarii effectus causam. Idem igitur ignis cum sit non tamen in eodem subiecto, neque secundum idem facit contraria. His positis eandem rationem in natiuo calore intelligendã esse docet, quæ est in artificialibus rebus. vbi etiam notandum non alienam esse propositionem hanc ab Aristotelicis scriptionibus. is enim innumeris penè locis librorum Naturaliũ, res naturales ab artificialibus explicat facilius. signate autem φύσεως πῦρ dixit calorem innatum, ac spiritum, leniitque vocis audaciam similitudinis aduerbio. quid autem in artibus enumeratis igne faciant artifices, non est, quod in præsentia dicendum sit. Nam & per se nota res est, & nos superius nonnulla diximus. ad alia igitur veniamus.

Ἴσως δ' ἀληθέστερον, ὅτι αἱ τέχναι χρῶνται ὡς ὀργάνῳ, μαλάττουσαι καὶ τήκουσαι καὶ ξηραίνουσαι, ἔνια δὲ καὶ ῥυθμίζουσαι. ὃ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ αἱ φύσεις, ὅταν δ' ᾖ πρὸς ἄλληλα διαφοραί. δι' ὃ γελοῖον πρὸς ὃ ἔξω κεῖνον. εἴτε γὰρ διακρῖναι, εἴτε λεπτῦναι, εἴθ' ὅτι δὴ ποτ' ἐστὶ θερμαίνεσθαι καὶ πυροῦσθαι, διαφοραὶ ἔχει τὰ ἔργα τοῖς χρωμένοις. ἀλλ' αἱ μὲν τέχναι ὡς ὀργάνῳ χρῶνται, ἡ δὲ φύσις ἅμα καὶ ὡς ὕλη. οὐ δὴ τοῦτο χαλεπὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὃ τῷ φύσιν αὐτῷ νοῆσαι τῷ χρωμένῳ, ἥτις ἅμα τοῖς αἰσθητοῖς πάθεσι, καὶ ὃν ῥυθμὸν ἀποδώσει. τοῦτο γὰρ οὐκέτι πρὸς, οὐδὲ πνεύματος. τούτοις δὲ καταμεμίχθαι τοιαύτην δύναμιν, θαυμαστόν. ἔτι δὲ τοῦτο θαυμαστὸν ζῴου καὶ περὶ ψυχῆς. ἐν τούτοις γὰρ ἐνυπάρχει. διὸ τὸ ἀκακῶς εἰς ταὐτὸν, ἢ ἁπλῶς, ἢ μᾶλλόν τι δημιουργῶν, καὶ ὃ τῷ κίνησιν ἀεὶ τὴν ὁμοίαν ἐνυπάρχειν ἐνέργειαν. καὶ γὰρ ἡ φύσις ἀφ' ἧς καὶ ἡ γένεσις.

Forte enim verius est dicere artes vti igne tanquam instrumento, quo emolliunt, liquant, exsiccant, postremò continuè & apte poliunt. hoc idem & naturæ faciunt: quocirca & animalium singula differunt. ridiculum igitur est ita de calore naturali iudicare, vt cum externo igni quis conferat. nam quidquid sit calefieri, & igneſcere, siue segregari, siue attenuari, effecta ab iis, quæ vtuntur & faciunt, habent vt differant. verùm artes vtuntur igne tanquam instrumento, Natura simul & tanquam materia. & hoc quidem difficile non est intelligere. sed naturam, quæ vtitur & facit difficile non est comprehendere, quæ vnà cum sensibilibus accidentibus rhythmum accommodat, & proportionem. opus enim hoc non est spiritus, aut caloris. mirum verò cum his commisceri opificem facultatem. atque hoc idem & de Anima admirari est: in his enim inest. quamobrem non malè ad idem subiectum aut simpliciter, aut ad partem aliquam pertinet quòd efficit, & format, quodque vt similis semper sit motus in causa est. Natura enim illa est, à qua & generatio.

Cum innatum calidum superius comparasset igni, cuius in artificiosis rebus magnus vsus est, nec ille quidem vnus, sed multiplex, modo particulatim rem magis explicat. deinde differentiam ostendit, quæ est inter insitum hunc animantium ignem, & externum, quo in artibus vtuntur homines. id autem ea de causa facere, ne quis in vtriusque cognitione decipiatur, credatque non differre natiuum ignem ab externo ministroque artium, (vt ita dicam.) postremò vim illam, quæ calore natiuo tanquam instrumento materiaque vtitur, exquirit, siue illa sit anima siue separata facultas aliqua, quam διαπλαστικὴν vocat Galenus, formatricem recẽtiores. quoniam itaque dictum est artes vti igne variaque opera eius vsu facere, eandemque rationem in naturali animalium igne reperiri, propterea subdit fortasse verius esse ignem instrumẽti instar esse artibus. siquidem illas ad opera facienda eo vti, vt ad molliẽdum, ad siccandum, ad liquefaciendum, ad poliendum. id autem ipsum in natura etiam animalium existere, essèque calidum illud innatum animæ, quæ eadem & forma, & actus, & natura dicitur, instrumentum. pro eiusque actione varia, varia etiã in animante edi opera. hæc primorum verborum est sententia, in quibus notandum, quod facit hic comparando effectus ignis in artibus, & interni ignis in Animalibus, Hippocratem in vniuersum fecisse, si tamen ille auctor est in primo libro de Diæta, vbi varias artium actiones comparat actionibus, quę aut ab anima aut à natiuo calore ac spiritu proficiscũtur. deinde innati caloris in animalium membris conformandis operam hoc in loco quærit, quoniam cum membrorum alia mollia, alia dura, nonnulla tendi possunt, alia minimè, aliqua frangi, ac disrumpi, alia contundi tantum. postremò quoniam alij, aliique affectus sunt iis proprij, videtur non eandem in iis præstare operam, nihilominus, ac ignis facit in artibus, in quarum aliis siccat, in aliis liquat, in nonnullis mollit, atque tenuat. id autem etsi clare non dicat Auctor, tamen non alia meo iudicio potest esse eius sententia. porro autem quod ad similarium partium generationem pertinet, Aristoteles libro 4. Meteorologicorum non calidum modo, verum etiam frigidum agere docuit, cum enim quatuor sint primę elementorum qualitates, duas agere, hoc est calorem, & frigus, duas pati, humidum & siccum, tradidit.

Digitized by Google

tradidit. Quam sententiam cum non perciperent recentiores aliquot peripatetici, vel ex secundo libro de generatione Animalium admoneri poterant ad illam intelligendam. qui locus quoniam ad rem nostram mire pertinet, apponam ipsa philosophi verba. ἡ δὲ γένεσις ἐστὶ τῶν ὁμοιομερῶν ὑπὸ φύσεως ἐκ σωμάτων συνεστάτων δ', ἐκ θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ. hoc est similarium generatio à calore est & à frigore. concrescunt enim, & coagmentantur alia quidem calido, alia frigido. ex quibus verbis apparet philosophi sententia de similarium partium generatione, & cur duæ qualitates primæ dicuntur agere, duæ pati. cæterum ex his dubitatio oritur, siquidem in partium conformatione non modo calor agit, verum etiam frigus. quid igitur oportuit calidi tantum meminisse in hoc libro omisso frigido? an cum vtraque qualitas agit, calidum agit magis per se, cuius est vitam dare, omniaque peragere munera, ad quæ illo tanquam instrumento anima vtitur. an etiam frigus non absolutè est in viuente corpore, sed caloris remissio, aut absentia frigus est. vt ait in Timæo Plato, qui τὸν τῶν περὶ ἀπαλλαγὴν ψύξιν nominat. hoc est, caloris absentiam frigus. an etiam quod Auctoris propositum est de spiritu, natiuoque calore agere, satis habuit effectum caloris differentiamque quæ in eius effectis est ostendere, in ipsis inquam similaribus partibus, non autem absolutè conformationem, conformationisque illarum afferre causam. sed iam pergamus ad ipsa Auctoris verba. cum enim ignem externum ministrumque artium cum interno naturæ igne comparasset, quoniam non usquequaque conuenunt, ridiculum esse ait, hunc ita iudicare, ac cognoscere, quasi nullo modo ab externo differat. Nam primùm etiamsi effecta penè videantur eadem, tamen differunt, quòd multum interest inter artes, & naturam, quæ vtuntur. Nam natura insitum est rei in quæ est motus, & quietis principium. contrà ars externum est, & aduentitium. deinde natura calido vtitur, & tanquam materia, & tanquàm instrumento; artes vt instrumentum sibi arrogant, id autem ita esse in artibus manifestum est. forma enim in artificiosis rebus est, quæ post operam sequitur, quámque in mente dum agit, & antequàm agat, meditatur, & tenet artifex, materia illud, in quo & ex quo faci; instrumenta illa, quibus facit. efficiunt autem non instrumentis modo artifices, quæ artis sunt propria, sed plerique & ignem adhibent administrum. Verùm cùm materia dicatur dupliciter, aut ex qua fit aliquid, ait in qua aliquid inest, cogitandum quomodo Auctor intelligat calorem esse materiam. dicendum autem natiuum calorem esse duplicem, vt superius ostensum est, insitum membris, & influentem à corde continuè. ille insitus aliquo modo in mistionem est adhibitus, & materia est, ex qua. influens etiam hanc rationem materiæ potest habere. est enim materia ex qua membra fouentur, vegetantur, nutriuntur. est & materia, in qua apparet, & est præsertim anima, quæ illo & tanquàm materia, & tanquam instrumento vtitur. Hoc modo potest Auctor intelligere calorem, ac spiritum, & instrumenti locum habere, & materiæ; idque intelligere difficile ait non esse, difficilius naturam illam cõprehendere, quæ illo & instrumento & materia vtitur. quæque cum affectibus sensibilibus rhythmum præstat membris compositis. sensibles autem affectus, quos vocat πάθη, sunt accidentia, quæ in sensus cadunt, quæque compositionem consequuntur. imo ad ipsam compositionem pertinent. rhythmus est commensuratio, symetriaue partium compositarum, in qua Galenus & primo & quinto de vsu partium & in Thrasybulo optimè dixit pulchritudinem ipsam consistere. reddit vero rationem eius quod proposuit, eò quod partium conformatio non videatur aut ignis esse aut spiritus opera, sed virtutis præstantioris. atque ita sanè res habet. Nam dum in vtero conceptus est, viuitque illa vita, quæ cum plantis communis est, tota illa membrorum conformatio, quemadmodum & nutritio, & incrementum nutrienti animæ facultati tribuenda est: quæ an quatenus conformationi incumbit, eatenus δημιουργικὴ sit appellanda, vt Galenus censuit, non est quod in magno discrimine ponendum sit, huiusce quidem facultatis necessitatem, præter illam alterationem, commutationemque, quæ fit ab elementorũ qualitatibus animaduertit ille in secundo libro de temperamentis, quænam vero sit, an anima nutriens, an altera animæ pars præstantior, an anima mundi, quam Platonici commenti sunt, satis dubitat in extremo libro de fœtus formatione. Cæterum quomodo formatrix hæc vis intelligenda sit, & ad quam animæ partem referenda, facilè est ex Aristotelicis Dogmatis definire. Nam pro cognitione facultatis huius ponendum est principium illud, quod in physicis axiomatis instar est. omne quod fit à simili fieri, quamobrem in omnibus naturalibus rebus, quæ gignuntur, principium insitum esse, quod moueat, agatq; donec formam similem agenti principio consequatur. sic in semine hominis principium illud est, quod ab actione non desinit, nisi ex menstruo sanguine, ac semine similis forma fiat illi, à qua semen decedit. sic in singulis animalibus res habet. sic in plantis omnibusque animatis, quæ sibi simile producunt. vis hæc aut principium anima est sine dubio: non potest autem esse alia quàm nutritiua. Nam in formatione animalium sensitiua, motiua, intellectiuaque oriantur. neque audiendus Galenus est, quod formationem à sapienti facultate dicat fieri, nutritiua verò sapiens non sit. Nam actio illa non voluntate aut electione fit, sed simplici, naturalique propensione, quæ bonum expetit, suaque natura ad illud assequendum nititur. bonum autem est forma, quam & rationem & finem, & id, cuius gratia dicimus. illa igitur hæc est facultas, quam quærit hoc in loco, quam animam esse significat, dum illud idem de Anima admiratione dignum iudicat. in his enim & illam esse hoc est in igne, ac spiritu. nempe enim nutrientis animæ vis non nisi calore innato spirituque agere perspicitur. Sequitur postremò conclusio, quæ quidem subobscura est, latius tamen à me latinè reddita. Sensus verborum videtur esse. agens principium in eodem esse subiecto, in quo & focus ille internus est, aut in eodem absolutè, hoc est in toto corpore, aut in parte aliqua,

Digitized by Google

agens autem principium esse, & quod δημιουργεῖ, hoc est, efficit, & producit; quodque eodem motu agitari illud, quod mouetur, ac commutatur in causa est. hoc principium vt diximus anima est, quæ & efficit, & producit, & non nisi similes obit motus, sibique conuenientes, non in animante tantum, cuius forma, verum etiam in fœtu ipso, dum est in vtero. ita fit vt ex leonis semine leo, ex hominis homo proueniat. postremò ex animali animal. ex planta planta. legendum autem non ἐνέργειαν, sed ἐνεργεῖ, vt & hæc vox respondeat alteri δημιουργεῖν. cæterum pars illa corporis, in qua & natiuum calorem, & animam esse tradit, non alia est, nisi cor, in quo vt in propria sede, quemadmodum anima est, ita & illud, quo agit, instrumentum. quærendum autem, si subiectum natiui caloris & animæ quæritur, cur non dixit ἐν αὐτῷ sed εἰς ταυτὸν. vox enim illa potius subiectum, quam hæc significat. dicendum autem sic loquutum, quasi significare velit, ad idem subiectum pertinere, & calorem, & animam ipsam, quæ calore tanquam materia vtitur, & instrumento quærendum & aliud. cur admiratione dignum iudicat cum calore, ac spiritu facultatem, quæ formæ immisceri: itidem autem & animam. an quod non adeò in promptu est iis qui modum & rationem ignorant.

Nam anima cum illud in quo est corpus, informet, atque perficiat, tota in toto est, estque in calore, & spiritu vt in materia, eo quod partes sunt animati corporis. vtitur autem & tanquam instrumentis, quòd actiones obit caloris, ac spiritus ope ac ministerio.

Ἀλλὰ δὴ τίς ἡ διαφορὰ τοῦ καθ' ἕκαστον θερμοῦ, εἴθ' ὡς ὄργανον, εἴθ' ὡς ὕλλω, εἴθ' ὡς ἄμφω. πυρὸς γὰρ διαφορεῖ κατὰ τὸ κᾶλλον καὶ ἧττον. τοῦτο δὲ φανερὸν, ὥσπερ ἐν μίξει καὶ ἀμιξίᾳ, ὁ γὰρ καθαρώτερον μᾶλλον, ἐκεῖνος δὲ λόγος καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ἁπλῶν. ἀνάγκη γὰρ ἐπεὶ ὥσπερ ἕτερον ἰσουῶ καὶ σαρξ ἡ ἵππου καὶ ἡ βοὸς, ἢ τῷ ἐξ ἑτέρων εἶναι, ἢ τῇ κράσει διαφέρειν. εἰ μὴ οὖν ἕτερα, τίνες αἱ διαφοραὶ ἑκάστου τῶν ἁπλῶν, [καὶ τίς] ταύτας γὰρ ζητοῦμεν, εἰ δὲ ταὐτὰ τοῖς ἐν τοῖς ἄλλοις, ἀνάγκη γὰρ δυοῖν θατέρου καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις. οἴνου μὲν γὰρ καὶ μέλιτος κράσιν, διὰ τὸ ἑτεροκίρμονα, οἴνου δ' αὐτὸν, εἴπερ ἕτερα, διὰ τὸν λόγον.

Verùm quænam est cuiusque caloris differentia: siue ille vt instrumentum sit, siue vt materia, siue vt vtrunq; ignis enim in eo quod magis, ac minus differentia est. hoc autem tanquam ille mistionem habeat, aut non habeat, ille enim qui prior est, magis illud habet. eadem & in cæteris simplicibus ratio. necesse enim est, si os, & caro bouis, & equi differunt, ita differre, quod aut è diuersis constent principiis, aut quod diuersa mistione temperata sint. si igitur diuersa sunt, quænam sunt simplicium singulorum differentiæ? has enim quærimus. sin autem eadem sunt, atque illa, quæ in aliis, necesse enim alterum ex duobus esse, quemadmodum in aliis: vini enim, & mellis mistio propter materiam subiectam inter se differunt: vini autem ipsius, si ab alio vino differt propter mistionis rationem.

Cùm ignem externum animatorum igni superius contulisset, modo quoniam ignis ipse suas habet differentias, quæ in excessu & defectu præcipuè positæ sunt, quærit an & natiuus ille ignis Animalium, de quo instituta tractatio est, differentias aliquas habeat, atque in hac re similis quoque sit externo igni. mox quærit differentias, quæ in membris sunt similaribus, earumque causas explorat. nempè enim idem non est os, caroue vnius animalis, alterius ue, quæ inter se specie differunt. quidquid autem idem non est, alterum est. iam verò in altetitate (sic voco τὴν ἑτερότητα) differentia est, intelligit aũt alterum latius, vt etiã cõprehendat aliud. quæstionis occasio orta est à natiuo calore ad membra ipsa similaria: quippe quæ prima vim eius excipiunt, & in compositione ab elementis proxima sunt. καθ' ἕκαστον autem θερμὸν natiuum calorem significat singulis animalibus insitum, qui quidem suis differentiis discretus est. Nam si illa forma inter se differunt, illud autem formæ instrumentum est, iure sequitur non alia ratione innatum călidum differre in animãtibus, quàm ipsæ formæ, à quibus ipsorum animalium fit essentialis disparatio. euidentiores autem differentiæ innati caloris in eo videntur est, quod aliis animantibus, purior, tenuior, mobilior inest: aliis contrà impurus, crassus, minus mobilis, aliis vegetior, magisque igneus: aliis frigidior (vt ita dicam) & segnior. homini calor hic, quem & spiritum dicimus, purissimus est & verè cælestis. quare & intelligentiæ & cogitationis instrumentum est, quæ duæ animæ facultates præstantissimæ sunt. cæteris animalibus datus est quasi per gradus, in aliquibus speciebus ita præstat, vt maximè illum, qui in alia specie sit, superare videatur. in nonnullis verò ita præstat, vt non absolutè nobilior sit, sed quadã etiam in re longè inferior. sic leonis calor, si vires inspicias siconcoquendi celeritatem, voracitatem, multorum, ne dicam omnium animalium calorem exsuperat. at in sagacitate, in memoria, non idem valet atque vulpeculæ fortasse calor. quinimmo apis,

insectum

Digitized by Google

insectum scilicet animal exangue. ac frigidum, exiguum sine dubio calorem habet. atqui prudentia, dexteritate, consilio valet adeò, vt meritò ab Aristotele dictum sit diuinum animal esse, & admirandum. quid plura? si omnium animalium calorem inspicias, innumeras differentias esse comperias. quin & ipsa indiuidua, si contempleris, non eundem aliquo modo natiuum calorem agnoscesin singulis; vt non iniuria dubitatum ab Auctore sit, an quemadmodum ignis differentias habet in eo, quod est magis, & minus, ità etiam natiuus calor. optimè autem differentias ignis in eo quod est magis, & minus esse dixit, quòd ignis ab alio igne non differt substantia, sed potest qualitate aut auctâ, aut deficiente discrepare. qualitatis enim est magis, & minus suscipere non substantiæ, quæ id vnum habet præcipuum, vt non suscipiat magis & minus. an igitur & natiuus animalium calor ita differentias suscipit, vt non substantia sed qualitate, quæ & intendi & remitti potest, alter discrepare videatur ab altero? atqui dicat aliquis, si calor instrumentum est formæ, forma autem diuersa est, indeque differenta substantialis: igitur & calor secundum substantiam differt.

Respondendum. verè calorem instrumentum esse formæ, substantialemque differentiam à forma esse, & tamen illius differentias non nisi per magis ac minus apparere. ita verò intensum, aut remissum huic, illiue formæ copulai; differentias verò animalium non esse à calore, sed à forma. calor enim quia calor est, non habet quo alio modo differat nisi magis & minus. magis autem ac minus intelligo quidquid in comparatione potest aliquo modo aut plus esse, aut minus. neque propterea negandum est; innatum clidum hoc est calorem cum subiecto in quo est, quod & spiritum dicimus, substantiales habere differentias ignotas tamen. has autem euidentes, & obuias. sic calor purior, vegetior, celerior, tenuior ad illud, quod magis est, pertinebit. huic contrarius ad id, quod minus, ita verò differre videtur calor in animalibus. quoniam aũt non animalia modo, sed & plantæ calorem habent innatum (nam & illæ viuunt, aluntur, augenturque) in his longè obscurior calor est. ex his auten in aliis fortasse maior, minor in aliis. ex his constat in viuentibus omnibus calorem innatum esse, illumque quod ad magis minusque pertinet, differentias omnes in generibus, in speciebus, in ipsis etiam indiuiduis suscipere. quin in ætatibus, naturis, sexibus, temporibus differentiæ secundum magis, minusque notantur. de ætatibus scripsit Hippocrates.

Quæ crescunt plurimum habent calidi. de temporibus, ventres hyeme calidiores. de Naturis vero, sexibus, ac locis adeò certum est apud eundem Hippocratem, Aristotelem, Galenum, alios, vt recensere illorum sntentias superuacaneum omnino sit. redeundum igitur est ad Auctoris verba, qui cum ignis differentias κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον esse dixisset, subdit id esse, tanquàm ille mistionis sit expers, aut particeps. significantius græcè ὥσπερ ἐν μίξει καὶ ἀμίξια. ignis enim ille, quem ministrum artium & vitæ dicimus, differentias habet in eo quod magis, ac minus. hæ autem comparationes penè aut purum illum, aut impurum arguunt, aut magis aut minus talem. hæc vero tanquam ad mistionem inmistionemque referuntur. eandem rationem ait esse in aliis etiam simplicibus, verissima quidem sententiâ, si simplicia corpora, id est, elementa intelligeret: quod tamen non videtur vele ex his, quæ sequuntur inferius. huius enim propositionis rationem reddens carnem, & os adduxit in medium, quasi & hæc simplicia corpora sint, eo quod similaria sunt, ex quorum compositione constat, quæ dissimilaria nominantur. nota enim est ex secundo de partibus Animalium initio compositionis illa diuisio ab Auerrhoy etiam in collectaneis repetita, elementorum', similarium partium, dissimilarium. ponit tanquam notum, ac verum carnem, ac os bouis, equique differre inter se. deinde differentiæ causas exquirit verbis tamen adeò laceris, vt ne coniecturæ quidem locus sit ad inueniendam sententiam. si tamen non omnino fallor, id videtur voluisse dicere, quæ inter se differunt aut omnino differunt diuersaque habent principia, quibus constituta sunt, aut cum genere conueniant, principiisque ipsis, quibus constant, ratione mistionis, temperaturæque ipsius dissident. in primo genere sunt, quæ affert exempli causa vinum, ac mel. sunt enim duo hi liquores diuerso genere comprehensi, quod proxima materia, qua mel constat, diuersa est ab illa proxima materia, ex qua vinum constituitur. proximam materiam ideo nomino, quippe materia remotior eadem est: elementa scilicet. in altero genere est vinũ ipsum, quod cum innumeras habeat differentias à sapore, à substantia, à colore, odore, aliisque huiusce generis accidentibus: præterea, à loco, à cultura aliisque id genus: tamen non ita vinum falernum à cæcubo differt, quemadmodum vinum simpliciter à melle, aut à lacte, sed sola ratione temperaturæ. quod scilicet cum eadem materia sit, eademque constituentia principia, pro temperationis tamen modo fit, vt in alio alius sit sapor, odor, color, in alio alius. possumus differentias has alteram generis dicere, alteram speciei. mel enim & vinum diuersa genere sunt. vinum Lesbium, & Rhodium vnius sunt generis, sed non vnius speciei. speciei igitur differentia ab ipsius oritur temperaturæ ratione. optimè autem ἐν τῇ κράσει λόγου posuit, in ipsa enim temperatione principiorum proportio posita est, quæ prout varia est, ita rei, quæ temperatur, ac commiscetur, diuersæ resultant species. hoc est, quod his verbis voluisse videtur Auctor. ἢ τῷ ἐξ ἑτέρων εἶναι ἢ τῇ κράσει διαφέρειν duos illos modos differentiarum significat. etsi quidem aliqua, horum verborum est hæc sententia. caro & os aut genere materiaque dissidentia aut forma, ac temperamento. sed genere materiaque non dissident. igitur temperamenti ratione, ac forma ipsa. id tamen non assumit Auctor. Nam inferius quid sentiat declarabit.

Digitized by Google

Διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς αἰτίαν ἁπλῶς τὴν τοῦ ὀστοῦ φύσιν, εἴπερ ἄπαγγα ὂν αὐτὸν λόγον ἔχει τῆς μίξεως ἀδιάφορα ἐχελῶν ἵππου καὶ λέοντος καὶ ἀνθρώπου εἶ). νῦν δ' ἀφαιρεῖ σκληρότητι καὶ μαλακότητι τοῖς ἄλλοις. ὁμοίως δὲ καὶ σάρξ καὶ τὰ ἄλλα μόρια. ἔτι τὰ ὁ τῷ αὐτῷ ζώῳ ἀφαιρέσι πυκνότητι καὶ μανότητι καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥστ' οὐχ' ἡ αὐτὴ κρᾶσις. παχὺ μὲν γὰρ λεπτοῦ καὶ μέγα, καὶ μικρὸν εἶναι τὸ τῷ πολλῷ. σκληρὸν δὲ καὶ πυκνὸν, καὶ τὰ ἐναντία τούτοις, τὸ τῷ ποιῷ τῷ τῆς μίξεως. ἀναλκαῖον δὲ τοῖς οὕτω λέγουσι πῶς ὁ δημιουργὸν ἕτερον αὐτὸν εἶναι. καί τοι τοῦτο πλέον, ἢ ἔλαττον εἶ), καὶ τῷ καθ' αὐτὸ καὶ τῷ μεμιγμένῳ, ἢ τὸ ἄλλῳ πυρροῦσθαι, καθάπερ τὰ ἐψόμενα καὶ ὀπτώμενα, ὅπερ ἴσως ἀληθές. ἅμα γὰρ ἐξαναμίγνυται, καὶ ποιεῖ τῆς φύσεως. ἄρα ὁ αὐτὸς λόγος καὶ σαρκὸς λόγος. καὶ γὰρ αἱ αὐταὶ ἀφαιρέσαι, σχεδὸν καὶ φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας καὶ τῶν λοιπῶν. ὥστε δυοῖν θατέρων, ἢ οὐχ εἷς ὁ λόγος τούτων κατὰ τὴν μίξιν, ἢ οὐ σκληρότητι καὶ πυκνότητι, καὶ τοῖς ἐναντίοις τὰς λόγους ἐκπολητέον.

Quamobrem Empedocles causam simpiciter affert ossis naturam. Nam si omnia eadem essent, mistionis ratione temperata, non essent diuisa inter se hominis ossa equi & leonis. Nunc autem differunt duritie, mollitie, densitate, raritate, aliisque accidentibus. simpliciter autem tum carnes, tum cæteræ partes. ad hæc partes, in eodem animali differunt densitate, raritae, cæteris, non igitur eadem temperatura, crassa enim, tenuis, magna, ac parua parsin quantitate reponitur. in temperaturæ qualitate dura, densa, & quæ his contraria sunt. Necesse autem est iis, qui hæc aiunt calorem opificem diuersum esse, & eius aut plus, aut minus esse, & in sese in eo, quod permiscetur; aut alium esse singulorum, quo calefiunt, quēadmodum in iis, quæ assantur, & quæ elixantur. atq; hoc fortasse verum sit. simul enim immiscetur, & naturæ obit munera. eadem itaque & de carne afferenda ratio, eædem enim penè & differentiæ. similiter de arteria, vena, ac reliquis similaribus. Quamobrem ex duobus alterum est, aut non eandem esse horum in mistione rationem: aut non esse eorum rationes, & formas sumendas à duritie, densitate, atque his contrariis.

Ex his etiam aliqua mendosa sunt; ac primum τὸ αἰτίαν corruptum esse legendumque αἰτιᾶται certò iudico. est autem αἰτιᾶσθαι causam afferre, causam tribuere inter alia, quæ illi sunt significata: quo sensu à Platone dictum est in Phædro. καὶ ἐγώπω φαίην ἂν αἰτιᾶσθαι τὰ ὀπτικὰ ἡμᾶς. verborum autem cum superioribus nexio talis est. cùm enim similarium partium differentiam inquireret, statuissetque duas differentiarum rationes: alteram, quæ materiæ ac generis est; alteram, quæ ipsius temperaturæ, ac formæ: modo Empedoclis rationem affert, qui hoc argumento potissimum vtebatur ad probandum non esse eodem temperamento hominis ossa, leonis, bouis, aliorumque animalium sanguineorum, licet alioquin eadem constent materie. Nam dcebat ille si eadem illis omnibus esset temperamenti ratio, non essent inter se diuersa. si enim eadem essent materia, eadem temperatura, nec genere differrent, nec specie, diuersa igitur non essent. atqui differunt; differentiæque, quibus manifestò differunt sunt durities, mollities, densitas, raritas, grauitas, leuitas, atque alia huiusmodi. restat igitur, vt dicamus, differre quidem has similares partes temperaturæ ratione, à qua pendent sensibiles hæ differentiæ, duritie, mollitie, & cæteræ quæcunque sint, materia verò eadem esse: videbatur Empedocles rationem confirmare ex abundanti. Nam si in eodem animali similares aliquæ partes non eodem sunt temperamento, longe magis id esse poterit in diuersis speciebus animalium. in eodem autem animali non eandem esse similarium multarum partium temperaturam ex secundis iis probat qualitatibus, quas & superius afferebat, densitate, raritate, cæteris. verùm non ex his modo, verùm ex aliis quoque signis inæqualis partium temperatura deprehenditur, quæ præsertim medicina considerat. atque Galenus quidem dissimilarium partium, ac maximè principalium inæqualem docuit esse temperaturam in aliquibus, in sexto de valetudine tuenda, in libro verò, qui Ars medicinalis inscribitur, signa docuit, quibus possimus temperamenta partium cognoscere. & tamen quoniam de similaribus hic est sermo, ac præsertim de carne, & osse, obseruare licet in animalibus singulis aliam carnem molliorem, aliam duriorem: quod non obscurum est argumentum illam siccioremesse, hanc autem humidiorem. os etiam aliis in partibus durius, compactius, in aliis fungosius, rarius, leuius; quæ omnia diuersitatem arguunt temperamenti. quod enim leuius est, plus habet aeris: quod grauius, terræ: quod mollius plus aquæ, quàm quod durius. quæ cùm ita sint, optimè concludebat Empedocles non idem esse vel in iisdem animalis partibus temperamentum. quod autem Auctor subdit crassum, tenue, paruum, ac magnum in genere quantitatis reponendum esse: non paruam habet difficulta-

Digitized by Google

